Prophetae. Quinque maiores, cum duodecim aliis minoribus, libris Machabeorum et novo Iesu Christi Testamento

Francofurti, 1571

Biblioteka Archidiecezjalnego Wyższego Seminarium Duchownego
w Białymstoku, sygn. S-975

Dofinansowano ze środków Ministra Kultury i Dziedzictwa Narodowego.


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
DANES-PICTA.COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


R
G
B
Grey Scale #13
C
M
Y
K
DANES-PICTA.COM
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19





Anno ... Cui Baldum
m. ui Gilia Assyriorum Dñi
Consul 1 Ac. 3 ans.

Tabula continens prophetarum libros.

Esaias, ab auctore qui prophetauit annos 60 sub Ozia Iotham Ezechia, et de scribes

- Historia
  - Sumina tradit.
  - Actus ipsius
    - Idolatrie predicatio
    - Assyrie
    - Babylonie
    - Egypti
    - Ethiopie
    - Arabie
    - Tyri
    - Cilicie
    - Iudee
    - Hierusalem
    - Samarie
    - Gentium
    - Babylonis
    - Cyri
    - Cambysis
    - Darii
    - Xerxis
    - Artaxerxis
    - Esdre
    - Nehemie
    - Alexandri
    - Antiochi
    - Machabeorum
    - Herodis
    - Christi
    - Apostolorum
    - Pauli
    - Petri
    - Iohannis
    - Iacobi
    - Iudee
    - Thome
    - Bartholomei
    - Andree
    - Matthei
    - Philippi
    - Iacobi
    - Simonis
    - Thadei
    - Matthie
    - Barnabe
    - Marci
    - Luce
    - Timothei
    - Titi
    - Philemonis
    - Hebreorum
    - Iacobi
    - Petri
    - Iohannis
    - Iude
    - Pauli
    - Iohannis
    - Apocalipsis
  - Actus Ozie
  - Ioathan
  - Achaz
  - Ezechie
  - Manasse
  - Amon
  - Iosie
  - Ioachaz
  - Ioachim
  - Sedechie
  - Ieconie
  - Hierusalem
  - Babylonie
  - Cyri
  - Cambysis
  - Darii
  - Xerxis
  - Artaxerxis
  - Esdre
  - Nehemie
  - Alexandri
  - Antiochi
  - Machabeorum
  - Herodis
  - Christi
  - Apostolorum
  - Pauli
  - Petri
  - Iohannis
  - Iacobi
  - Iudee
  - Thome
  - Bartholomei
  - Andree
  - Matthei
  - Philippi
  - Iacobi
  - Simonis
  - Thadei
  - Matthie
  - Barnabe
  - Marci
  - Luce
  - Timothei
  - Titi
  - Philemonis
  - Hebreorum
  - Iacobi
  - Petri
  - Iohannis
  - Iude
  - Pauli
  - Iohannis
  - Apocalipsis
- Tempus: Dolere cessis ex 13 Iosie regno
- Ezechiel
  - Sumina tradit.
  - Descriptio templi et ciuitatis et urbis nouae.
  - De templi ruinam regni christi
- Tempus: Sic ait dare potuit transire Ieconie exilii Babylonia cum quo Babylonem Cum captiui latam raptus est.
- Daniel: Cy
  - Sumina habet.
  - De scripturam rerum Babylonie Persarum: Macedonum, et Romanorum
  - Regnum Christi
  - Antichristi ortum et ruinam.
  - Verbis et actis exercitium.
  - Cor parum et sui retinentium
  - Ultimum sanctorum
- Tempus prophetauit sub Ioachim cuius ab exilio ipse in Babylonem.
- Author: Hunc ultra hystorgos ita certis sine dubio constipsisse. Ezechiel Ezechiel

Maiores propter prolixitatem copiam scribit

Prophetarum libri alij sunt.

Minores

Sol. nec: in manat: 1 Cap. sup. Osean.

Man hat vorzeiten vier grosse Prophetan gezelt als Esaiam Jeremiam, Ezechielem und Danielem darum weil ihre schriften lang sindt und viel in sich begreiff die andern zwelff Minores die kleinen Prophetan weil ihre bücher kleiner sindt, darin das fürnemste argument ist das sie das reich christi weysen preyssen rumen und erweitern &c.

Isidorus. Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, et frequenter legere. Nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur: cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur. Omnis profectus ex lectione et meditatione procedit. Quae enim nescimus, lectione discimus, quae autem discimus, meditationib. conservamus, geminum confert sonum lectio sanctarum scripturarum quod intellectum mentis erudit et quod a mundi vanitatib. abstractum hominem ad amorem Dei perducit. De S. Aug. legitur quod aliquando audierunt vocem, dicentem, Accipe et lege, accipe et lege. ~~quod~~ hoc facto, invenit quod quaesivit.

Ora lege meditare et benemonenti para.

PROPHETÆ

QVINQVE MAIORES,

CVM DVODECIM ALIIS MINORIBUS, libris Machabęorum, & Nouo Iesu Christi Testamento.

15 71.

PIERONIMVS FEIRABENDT

FRANCOFVRTI.

BIBLIOTHECA SEMINARII ARCH. IN BIAŁYSTOK
Nr S-975

PROPHETIA ISAIAE.

Rex populi sui frenum reprehendit nimium ore.

CAP. I.

1 A VISIO Isaiæ, filij Amos, quam vidit super Iudam & Ieruſalem in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda. † Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dñs locutus eſt: Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. † Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. † Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequã, filijs ſceleratis, dereliquerũt Do-



minum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. † Super quo percutiam vos vltrà, addentes prævaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. † A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. vulnus, & liuor, & plaga tumens: non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. † ‖ Terra veſtra deſerta: ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant: & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili. † Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur. † ‖ Niſi Dñs exercituum reliquiſſet nobis ſemen, ‖ quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus. † Audite verbum Dñi principes Sodomorũ, percipite auribus legẽ Dei noſtri populꝰ Gomorrhæ. † ‖ Quò mihi multitudinẽ victimarum veſtrarum, dicit Dominus? ᵃplenus ſum, holocauſta arietũ & adipem pinguiũ, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. † Cùm ᵇveniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibꝰ veſtris, vt ambularetis in atrijs meis? † ne

Rom.9.c.29.
Ge.19.c.24
Infr.5.b.6.
Ier.6.c.20.
Am.5.f.22.
ᵃ plenus ſum holocauſto arietum & adipe.
ᵇ veneritis.

*offeratis 8. *afferatis' vltrà sacrificiũ frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam,& sabbathum,& festiuitates alias non feram,iniqui 14 sunt cœtus vestri: †calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea:facta sunt mihi 15 molesta, laboraui sustinens. †Et cùm extenderitis manus vestras, In.59.a.1. auertam oculos meos à vobis: & -.8. cùm multiplicaueritis orationẽ, 1.Pe.3.b.11 non exaudiam,manus enim' ve- 16 stræ sanguine plenæ sunt. †‖ Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationum vestrarũ ab oculis meis: quiescite agere per- 17 uerse,†discite benefacere: quærite iudiciũ,subuenite oppresso,iudicate pupillo, defendite viduã. 18 †Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi -.2. vermiculus, velut lana alba' e- 19 rũt. †Si volueritis, & audieritis -.3. me', bona terræ comedetis. 20 † Quòd si nolueritis,& me ad iracundiã prouocaueritis:gladius deuorabit vos,quia os Dñi locutum 21 est. †Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudiciũ? iustitia habitauit in ea, nunc au- 22 tem homicidæ. †Argentum tuũ versum est in scoriam: vinum tu- 23 um mistum est aqua. †Principes F tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur re- Ie.5.f.28. tributiones.‖ Pupillo nõ iudicãt: Zac.7.c.10 & causa viduæ non ingreditur ad 24 illos.† Propter hoc ait Dominus Deus exercituũ fortis Israel,Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. 25 † Et conuertam manum meam ad te,& excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stãnum tuum. † Et restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & con- G siliarios tuos sicut antiquitus. post hæc vocaberis ciuitas iusti, 27 vrbs fidelis. †Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iu- 28 stitia: † & conteret sceleſtos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, consumen- 29 tur.† Confundẽtur enim ab idõlis quibus sacrificauerunt:& erubescetis super hortis quos elege- 30 ratis, †cùm fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut 31 hortus absque aqua. † Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrunque simul, & non erit qui extinguat.

CAP. II.

1 VErbum quod vidit Isaias filius Amos super Iudam & Ie- 2 rusalem. †‖ Et erit in nouissimis Mic.4.a.1. A diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent 3 ad eum omnes gentes. † Et ibunt populi multi,& dicent,Venite & ascendamus ad montem Domini,& ad domum Dei Iacob,& docebit nos vias suas, & ambulauimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex,& verbum Domini de 4 Ierusalem.† Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & con- B flabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentẽ gladiũ, nec exercebuntur vltrà ad præli- 5 um.†Domus Iacob venite,& am- 6 bulemus in lumine Dñi. † Proiecisti enim populum tuum domũ Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthijm, & pueris alienis adhæse- 7 runt.† *Repleta est terra *argen- *Et 2. to & auro:& non est finis thesau- *eius 2. 8 rorum eius:† & repleta est terra eius equis:& innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eis' idolis: opus manuum suarum adorauerunt,quod fecerunt digiti 9 eorum.†‖ Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimit-

2. Gentibus mi etiã Iraxest, idola proibuit.

10 dimittas eis. ‡Ingredere in petrã,
C & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria ma
11 iestatis eius. ‡ Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa.
12 ‡ Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arro-
13 gantem, & humiliabitur. ‡ Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes
14 quercus Basan. ‡ Et super omnes montes excelsos, & super omnes
15 colles eleuatos. ‡ Et super omnem turrim excelsam, & super omnem
16 murum munitum. ‡ Et super omnes naues Tharsis, & super omne
17 quod visu pulchrum est. ‡ Et in-
D curuabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum: & eleuabitur Dominus solus in
18 die illa. ‡ Et idóla penitus con-
19 terentur. ‡ ‖ Et introibunt in spe-
Os. 10.b.8. luncas petrarum, & in voragines
Lu. 23.d.30 terræ à facie formidinis Domini,
Ap. 9. c. 17. & à gloria maiestatis eius, cum sur
20 rexerit percutere terram. ‡ In die illa proijciet homo idóla argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & ve-
21 spertiliones. ‡ Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius cùm
22 surrexerit percutere terrã. ‡ Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.

CAP. III.

1 A ECce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda validum & fortem omne robur panis, & omne ro-
2 bur aquæ, ‡ fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam,
3 & ariolum, & senem. ‡ Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & pru-
4 dentem eloquij mystici. ‡ Et dabo pueros principes eorum, & effœ-
5 minati dominabuntur eis. ‡ Et irruet populus, vir ad virum, & vnusquisq; ad proximum suum: tumultuabitur puer cõtra senem, &
6 ignobilis contra nobilem. ‡ Apprehẽdet enim vir fratrẽ suum domesticum patris sui *, Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina
7 autem hæc sub manu tua. ‡ *Respõ-
B debit'in die illa, dicens, Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neq; vestimentum: nolite constituere me principem populi.
8 ‡ Ruit enim Ierusalẽ, & Iudas concidit: quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum. vt prouocarent oculos maie-
9 statis eius. ‡ Agnitio vultus eorum respondit eis: & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala.
10 ‡ Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum
11 suarum comedet. ‡ Væ impio in malum: retributio enim manu-
12 um eius fiet ei. ‡ Populum meum
C exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressu-
13 um tuorum dissipant. ‡ ‖ Stat ad Ap. 1. b. 7.
indicandum Dominus, & stat ad
14 iudicandos populos. ‡ Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineam *, & rapina pauperis in domo vestra.
15 ‡ Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?
16 ‡ Et dixit Dominus: Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nu-
D tibus oculorum ibant & plaudebant: ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant,
17 ‡ Decalcabit Dominus verticem

*dicens

*Respondebitq;.

*meam.

3. publica deficiet res, nuda superbia flebit.

filiarum Sion, & Dominus crinem
18 earum nudabit. † In die illa auferet Dominus ornamentum cal-
19 ceamentorum, & lunulas, † & torques, & monilia, & armillas, & mi-
20 tras, † & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola,
21 & inaures, † & annulos, & gemas
22 in fronte pendentes, † & mutatoria, & palliola, & linteamina, &
23 acus, † & specula, & sindones, &
24 vittas, & theristra. † Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funi cul⁹, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. † Pulcherrimi quoque viri tui
25 gladio cadent, & fortes tui in præ-
26 lio. † Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

CAP. IIII.

1 A ET apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panē nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodò inuocetur nomen tuum super nos, aufer op-
2 probrium nostrum. † In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. † Et erit: om-
3 nis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalē, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vi-
4 ta in Ierusalem. † Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de me- C
dio eius in spiritu iudicij & spiri-
5 tu ardoris. † Et creabit Dominus super omnem locū montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte, super omnem enim gloriam protectio,
6 † Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia.

CAP. V.

1 A CAntabo dilecto meo canticū patruelis mei vineæ suæ. ‖ Vi- Ier.2.d.21.
nea facta est dilecto meo in cor- Ma.21.c.33
2 nu filio olei. † Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret
3 vuas, & fecit labruscas. † Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vine-
4 am meam. † Quid est quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci eiān quod expectaui vt faceret
5 vuas, & fecit labruscas? † Et nunc B ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in concul-
6 cationem. † Et ponam eam desertam, non putabitur, & non fodietur: & ascendent* vepres & spi- *super eam
næ, & nubibus mandabo ne pluant sup eam imbrē. † Vinea enim
7 Domini exercituū, domus Israel est: & viri Iuda, germen eius delectabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iu-
8 stitiam, & ecce clamor. † Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio ter-
9 ræ? † In auribus meis sunt* hæc, *hæc Dodicit Dominus exercituum, Nisi mini exer
domus multæ desertæ fuerint cituum 7.
grandes & pulchræ, absque habi-
10 tatore. † Decem enim iugera vinearum facient lagunculā vnam, & triginta modij sementis facient modios tres. † Væ, qui consur-
11 gitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad ve-
12 speram, vt vino æstuetis. † Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consy-
13 deratis. † Propterea captiuus ductus

ctus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. † Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absq; vllo termino, & descendēt fortes eius, & populus eius, & sublimes glorioſiq; eius ad eū. † Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. † Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. † Et pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in hubertatem versa aduenæ comedent. † Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. † Qui dicitis, Festinet, citò veniat opus eius vt videamus: & appropiet, & veniat consilium sancti Israel, & scie-
mus illud. † Væ, qui dicitis malū bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. † ‖ Væ, qui sapiētes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. † Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. † Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. † Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerūt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. † Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum, & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. † Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce festinus velociter veniet. † Non est deficiens, neque laborans in eo. non dormitabit, neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. † Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorū eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. † Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat. † Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris, aspicie mus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

CAP. VI.

Allom luz Doi manda-ta pp Ysaia Capitulo.

IN anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: * & ea quæ sub ipso erant, re-
plebant templum. † Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri. duab. velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. † Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, ‖ Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus exercituū, plena est omnis terra gloria eius. † Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, domus repleta est fumo. † Et dixi, Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis. † Et volauit ad me vn' de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. † Et tetigit os meum, & dixit. † Ecce * tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. † Et audiui vocem Domini dicentis, Quem mittam?

* & plena erat domꝰ à maiestate eius.

Pro. 3. a. 7. Ro. 12. d. 16.

Apo. 4. c. 8. 11. 3.

* tetigit 3.

& quis ibit nobis? Et dixi, Ecce e-
9 go, mitte me † Et dixit, Vade, Et
Ma.13.b.14 dices populo huic, ‖ Audite audi-
Ma.4.b.12. entes, & nolite intelligere: & vi-
Lu.8.b.10. dete visionem, & nolite cognosce
10 re. † Excæca cor populi huius. & au
Io. 12.f.40 res eius aggraua: & oculos eius
Ac.28.f.26 claude, ne fortè videat oculis suis,
Ro.11.b.8. & auribus suis audiat, & corde
suo intelligat, & conuertatur, & &
11 sanem eum. † Et dixi: Vsquequo
D Domine? Et dixit: Donec desolen-
tur ciuitates absq; habitatore, &
domus sine homine: & terra relin
12 quetur deserta. † Et longè faciet
Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in me
13 dio terræ. † Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostẽsionem sicut terebinthus, & sicut quercus quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit id quod steterit in ea.

CAP. VII.

1 ET factum est in diebus Achaz
A filij Ioathan, filij Oziæ regis Iu
4.Reg.16. da, ascẽdit Rasin rex Syriæ, & Pha-
a.5. cee filius Romeliæ rex Israel in
Ierusalem, ad præliandum contra
eam, & non potuerunt debellare
2 eam. † Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria super Ephraim, & cõmotum est cor
eius, & cor populi eius: sicut mouentur ligna syluarum à facie ven
3 ti. † Et dixit Dominus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via Agri ful-
4 lonis. † Et dices ad eum, Vide vt sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in
& 6. ira furoris Rasin & regis Syriæ, &
5 filij Romeliæ: † eò quod consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim, & filios Romeliæ di-
6 centes, † Ascendamus ad Iudam,
B & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filium Tabeel.
7 † Hæc dicit Dominus Deus, Non
8 stabit, & non erit istud: † sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinq; anni, & desinit Ephraim esse populus: † & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis, non
10 permanebitis. † Et adiecit Dñs lo-
11 qui ad Achaz, dicens, † Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum
12 suprà. † Et dixit Achaz: Non petã,
13 & non tentabo Dominum. † Et dixit: Audite ergo domus Dauid, Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti
14 estis & Deo meo? † Propter hoc da-
C bit Dominus ipse vobis signum:
‖ Ecce, virgo concipiet & pariet fi- Ma.1. d.23.
lium, & vocabitur nomen eius E- Lu. 1. c.31.
15 manuel. † Butyrum & mel come- vocabitis
det, vt sciat reprobare malum, & 9.
16 eligere bonum. † Quia antequam vocabis 7.
sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris à facie duo-
17 rum regum suorum. † Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum
18 rege Assyriorum. † Et erit in die illa: sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api quæ est in terra Assur:
19 † & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus. † In die illa radet Dominus in
20 nouacula conducta ‖ in his qui 4. Reg. 19.
trans flumen sunt, in rege Assy- d.35.
D riorum, caput & pilos pedum, &
21 barbam vniuersam. † Et erit in die illa: nutriet homo vaccam boum,
22 & duas oues, † & præ hubertate lactis comedet butyrum, butyrum enim & mel manducabit omnis

omnis qui relictus fuerit in me-
23 dio terræ. † Et erit in die illa: omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas & in ve
24 pres erunt. † Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & spinæ erunt in vniuersa
35 terra. † Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua bouis, & in cõcul cationem pecoris.

CAP. VIII.

1 A ET dixit Dominus ad me, Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, Veloci ter spolia detrahe, citò prædare.
2 † Et adhibui mihi testes fideles Vriam sacerdotem, & Zachariam fi
3 lium Barachiæ: † & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius Accelera spolia
4 detrahere, Festina prædari. † Quia antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyrio-
5 rum. † Et abiecit Dominus lo-
6 qui ad me adhuc, dicens, † Pro eo quòd abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & fili-
7 um Romeliæ: † propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, re
B gem Assyriorum & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas
8 ripas eius, † & ibit per Iudam, inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarũ eius, implens latitudinem terræ
9 tuæ ô Emmanuel. † Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ: confortamini & vincimini, accingite vos
10 & vincimini. † Inite consilium & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus.
11 † Hęc enim ait Dominus ad me, Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens,
12 † Non dicatis coniuratio. omnia
C enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne
13 timeatis, neq; paueatis. † Dominũ exercituum ipsum sanctificate; ipse pauor vester, & ipse terror ve
14 ster. † Et erit vobis in sanctificationem. ‖ In lapidem autem offen- Luc.2.c.34
sionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum & Rõ.9.g.32.
in ruinam habitantibus Ierusalẽ. 1.Pe.2.b.6.
15 † Et offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur, & irretien
16 tur & capientur. † Liga testimonium, signa legem in discipulis me-
17 is. † Et expectabo Dominum qui abscondit faciem suam à domo
18 Iacob, & præstolabor eum. † ‖ Ec- Heb.2.d.13
D ce, ego & pueri - mei' quos de- -.9.
dit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte
19 Sion. † Et cùm dixerint ad vos, Quærite à pythonibus', & à diuinis qui strident in incantationibus suis: Nunquid non populus à Deo suo requiret - visionem': pro -.3.
20 viuis à mortuis? † Ad legem magis, & ad testimonium. Quod si nõ dixerint iuxta verbum hoc, nõ e-
21 rit eis matutina lux. † Et transibit per eam, corruet, & esuriet: & cũ esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suspici-
22 et sursum. † Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

CAP. IX.

1 A PRimo tempore alleuiata est Mat.4.c.15
terra Zabulon & terra Nephthali', & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Gali-
2 leæ [a] Gentium. † Populus' qui am- [a] Gentium populus 12
bulabat in tenebris, vidit lucem magnã: habitantibus in regione

vmbræ mortis, lux orta est eis.
3 † Multiplicasti gentem, non ma-
gnificasti lætitiam. Lætabũtur co
ram te, sicut qui lætantur in mes-
se, sicut exultant victores capta
præda, quando diuidunt spolia.
4 † Iugum enim oneris eius, & vir-
gã humeri eius, & sceptrum exa-
Iud.7.f.22. ctoris eius superasti, ‖ sicut in die
5 Madian. † Quia omnis violenta
prædatio cum tumultu, & vesti-
mentum mistum sanguine erit
in combustionem & cibus ignis.
6 † ‖ PARVVLVS enim NATVS
B est nobis, & filius datus est no-
Luc.2.a.7. bis, & factus est principatus su-
per humerum eius: & vocabitur
nomen eius admirabilis, consilia
rius, Deus, fortis, pater futuri se-
7 culi, princeps pacis. † Multiplica-
bitur eius imperium, & pacis non
erit finis: super solium Dauid,
9. & super regnum eius sedebit:
vt confirmet illud, & corrobo-
ret in iudicio & iustitia amodò &
vsque in sempiternum. zelus Do
8 mini exercituum faciet hoc. † Ver-
bum misit Dominus in Iacob, &
9 cecidit in Israel. † Et sciet om-
nis populus Ephráim, & habitan-
tes Samariam, in superbia & ma-
10 gnitudine cordis dicentes. † Late-
res ceciderunt, sed quadris lapidi
bus ædificabimus: sycomoros suc
ciderunt, sed cedros immutabi-
11 mus. † Et eleuabit Domin⁹ hostes,
Rasin super eum, & inimicos e-
12 ius in tumultum vertet. † Syriam
ab oriente, & Philisthijm ab oc-
cidente: & deuorabunt Israel to-
to ore. In omnibus his non est
C auersus furor eius, sed adhuc ma-
13 nus eius extenta: † & populus non
est reuersus ad percutientem se,
& Dominum exercituum non in
14 quisierunt. † Et disperdet Domi-
nus ab Israel caput & caudam, in-
curuantem & [a] refrænantem die
15 vna. † Longæuus & honorabilis,
ipse est caput: & propheta docẽs
16 mendacium, ipse est cauda. † Et
erunt, qui beatificant populum
istum seducentes, & qui beatifi-
17 cantur, præcipitati. † Propter hoc
super adolescentulis eius non læ-
tabitur Dominus: & pupillorum
eius & viduarum non miserebi-
D tur: quia omnis hypocrita est &
nequam, & vniuersum os locutũ
est stultitiam. In omnibus his
non est auersus furor eius, sed ad-
18 huc manus eius extenta. † Succen
sa est enim quasi ignis impietas,
veprem & spinam vorabit: & suc-
cendetur in densitate saltus, &
19 conuoluetur superbia fumi. † In
ira Domini exercituum conturba
ta est terra, & erit populus quasi
esca ignis: vir fratri suo non par-
20 cet. † Et declinabit ad dexteram,
& esuriet: & comedet ad sinistrã,
& non saturabitur: vnusquisque
21 carnem brachij sui vorabit. † Ma
nasses Ephráim, & Ephráim Ma-
nassen, simul ipsi contra Iudam.
In omnibus his non est auersus
furor eius, sed adhuc manus eius
extenta.

CAP. X.

1 VÆ qui condũt leges iniquas:
& scribentes, iniustitiam scri
2 pserunt: † vt opprimerent in iu-
A dicio pauperes, & vim facerent
causæ humilium populi mei: vt es
sent viduæ præda eorum, & pupil
3 los diriperent. † Quid facietis in
die visitationis, & calamitatis dé-
longè venientis? ad cuius confu-
gietis auxilium? & vbi derelinque
4 tis gloriam vestram, † ne incurue-
mini sub vinculo & cum interfe-
ctis cadatis? Super omnibus his
non est auersus furor eius, sed ad-
5 huc manus eius extenta. † Væ As-
sur, virga furoris mei & baculus
ipse est, in manu eorum indigna-
6 tio mea. † Ad gentem fallacẽ mit
tam eum, & contra populum fu-
roris mei mandabo illi, vt aufe-
B rat spolia & diripiat prædam, &
ponat illum in conculcationem
quasi

[a] deprauãtem.

7 quasi lutum platearum. † Ipse au-
tem non sic arbitrabitur,& cor e-
ius non ita existimabit:sed ad cō-
terendum erit cor eius,&ad inter
necionem gentium non paucarū.
8 † Dicet enim,Nunquid non prin-
9 cipes mei simul reges sunt? † Nun
quid non vt Charcamis, sic Cala-
no:& vt Arphad, sic Emath? nun-
quid non vt Damascus, sic Sama-
10 ria? † Quo modo inuenit manus
mea regna idōli, sic & simulachra
eorum de Ierusalem & de Sama-
11 ria. † Nunquid non sicut feci Sa-
C mariæ & idolis eius,sic faciā Ieruſa
12 lem & simulachris eius? † Et erit:
cùm impleuerit Dominus cun-
cta opera sua in monte Sion & in
Ierusalem,visitabo super fructum
4.Re.19.g. magnifici cordis regis ‖ Assur, &
35. super gloriam altitudinis oculo-
13 rum eius. † Dixit enim, In forti-
Inf.37.g. tudine manus mea feci, & in sapi
36. entia mea intellexi:& abstuli ter-
minos populorum , & principes
eorum deprædatus sum , & de-
traxi quasi potens in sublimi resi
14 dentes. † Et inuenit quasi nidum
manus mea fortitudinem popu-
lorum : & sicut colliguntur ouа
quæ derelicta sunt, sic vniuersam
terram ego congregaui: & non fu
it qui moueret pennam, & aperi-
15 ret os, & gannirет. † Nunquid
D gloriabitur securis contra eū qui
secat in ea? aut exaltabitur serra
contra eum à quo trahitur? quo-
modo se eleuetur virga contra e-
leuantem se, & exaltetur bacu-
16 lus qui vtique lignum est. † Pro-
pter hoc mittet dominator Domi
nus exercituum, in pinguib. eius
tenuitatem: & subtus gloriam e-
ius succensa ardebit quasi combu
17 stio ignis.† Et erit lumen Israel in
igne , & Sanctus eius in flamma:
& succendetur,& deuorabitur spi
18 na eius,& vepres in die vna. † Et
E gloria saltus eius, & carmeli eius
ab anima vsque ad carnem consu
metur , & erit terrore profugus.
19 † Et reliquiæ ligni saltus eius præ
paucitate numerabuntur,& puer
20 scribit eos. † Et erit in die illa:
non adijciet residuum Israel, &
hi qui fugerint de domo Iacob,
inniti super eo qui percutit eos:
sed innitetur super Dominum
21 sanctum Israel,ᵃ in veritate.† Re- ᵃIn verita-
liquiæ conuertentur,reliquiæ, in te reliquię
2 quam,Iacob ad Deum fortē. † ‖ Si 14.
enim fuerit populus tuus Israel Ro.9.f.27.
quasi arena maris , reliquiæ con- Inf.12.c.11.
uertentur ex eo , consummatio
abbreuiata inundabit iustitiam.
23 † Consummationem enim & ab-
F breuiationem Dominus Deus e-
xercituū faciet in medio omnis
24 terræ.† Propter hoc,hæc dicit Do
minus Deus exercituum , Noli
timere populus meus habitator
Sion,ab Assur , in virga percutiet
te,& baculum suum leuabit super
25 te in via Ægypti. † Adhuc enim
paululum modicumque,&cōsum
mabitur indignatio & furor me-
26 us super scelus eorum.† ‖ Et susci- Inf.37.g.36
tabit super eum Dominus exerci
tuum flagellum,‖iuxta plagā Ma Iud.7.g.25
dian in Petra Oreb,& virgam su-
am super mare , & leuabit eam in
27 via Ægypti.† Et erit in die illa:au
feretur onus eius de humero tuo,
& iugum eius de collo tuo,&com
28 putrescet iugum à facie olei.† Ve-
G niet in Aiath , transibit in Ma-
gron: apud Machmas commenda
29 bit vasa sua. † Transierunt cursim
Gaba sedes nostra : obstupuit Ra-
30 ma,Gabaath Saulis fugit. † Hinni
voce tua filia Gallim, attende Lai
31 sa,paupercula Anathoth.† Migra-
uit Medemena: habitatores Ga-
32 bim confortamini. † Adhuc dies
est,vt in Nobe stetur:agitabit ma
num suam super montem filiæ Si
33 on,collem Ierusalem. † Ecce, do-
minator Dominus exercituum
confringet lagunculam in terro-
re , & excelsi statura succiden-
tur, & sublimes humiliabuntur.
34 † Et subuertentur condensa saltus
ferro:

ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

Virga hispos, agnus inimicos, Assyria pas. Cæ.

CAP. XI.

1 ET ‖ egredietur virga de radice
Act.13.d.18 Iesse, & flos de radice eius ascē-
2 det. † Et requiescet super eum
A spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij
& fortitudinis, spiritus scientiæ
3 & pietatis. † Et replebit eum spiritus timoris Domini: non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum
4 aurium arguet: † Sed iudicabit in
2. Thes. 2. c. 8. iustitia pauperes: & arguet in æquitate pro mansuetis terræ: ‖ &
percutiet terram virga oris sui, &
spiritu labiorum suorum interfi-
5 ciet impium. † Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides
6 cinctorium renum eius. † ‖ Habi-
Inf.65.d.25 tabit lupus cum agno: & pardus
cum hœdo accubabit: vitulus, &
B leo, & ouis simul morabuntur, &
7 puer paruulus minabit eos. † Vitulus, & vrsus pascētur, simul requiescent catuli eorum: & leo quasi
8 bos comedet paleas. † Et delectabitur infans ab hubere super foramine aspidis: & in cauerna reguli,
qui ablactatus fuerit, manum su-
9 am mittet. † Non nocebunt, & nō occident in vniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris
10 operientes. † In die illa radix Ies-
Rō.15.d.13 se, ‖ qui stat in signum populorū, ipsum gentes deprecabuntur, &
erit sepulchrum eius gloriosum.
11 † ‖ Et erit in die illa: adijciet Do-
C minus secundò manum suam ad
Sup.10.c.22. possidendū residuum populi sui, q̄ relinquetur ab Assyrijs, & ab
Ægypto, & à Phethros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar,
& ab Emath, & ab insulis maris.
12 † Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, &
dispersos Iuda colliget à quatuor
13 plagis terræ. † Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribūt: Ephraim nō æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra E-
14 phraim. † Et volabunt in humeD ros Philisthijm per mare, simul p̄dabuntur filios Orientis: Idumęa & Moab præceptū manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt.
15 † Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant
16 per eum calceati. † Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs: sicut fuit Israeli ‖ in die illa qua ascendit de ter- Exo.14. g. 29.
ra Ægypti.

CAP. XII.

Grata laus Deo canitur, pro sonte Salu. ris.

1 ET dices in die illa, Confitebor
A tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me.
2 † Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo: quia ‖ fortitudo mea, & laus mea Exo.15.a.2 Pſ.117.c.14
Dominus * & factus est mihi in salutem. * Deus 10.
3 † Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.
4 † Et dicetis in die illa, Confi-
B temini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniā excelsum est nomen eius.
5 † Cantate Domino quoniā magnificè fecit: annūciate hoc in vniuersa terra.
6 † Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel.

CAP. XIII.

Glosa regnorum Babylon, in futura fixit.

1 ONus Babylonis, quod vidit I-
2 saias filius Amos. † Super mō-
A tem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces.
3 † Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira

ira mea, exultantes in gloria mea.
4 † Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium, vox sonitus regũ & gentium congregatarũ: Dominus exercituum
5 præcepit militiæ belli, † venientibus de terra procul, à summitate cæli: Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram.
6 † Vlulate, quia propè est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet.
7 † Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet
8 † & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.
9 † Ecce dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus, & iræ, furorisq; ad ponendã terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea: † ‖ Quo-
Ezc.32.b.7 niam stellæ cæli, & splendor ea-
Ioel 3.c.15. rum non expandent lumẽ suum:
Matt.24.c. ‖obtenebratus est sol in ortu suo,
29. & luna non splendebit in lumi-
11 ne suo. † Et visitabo super orbis
Marc.13. c. mala, & contra impios iniquita-
24. tem eorum, & quiescere faciã su-
Lu.21.c.25. perbiam infidelium, & arrogan-
12 tiam fortium humiliabo. † Pre-
C tiosior erit vir auro, & homo mũ-
13 do obrizo. † Super hoc, cælum turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituũ, & propter diem
14 iræ furoris eius. † Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis: & nõ erit qui congreget: vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugiẽt.
15 † Omnis qui inuentus fuerit, occidetur: & omnis qui superuene-
16 rit, cadet in gladio. † ‖ Infantes
Ps.136.b.9. eorũ allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxo-
17 res eorum violabãtur. † Ecce ego
suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum
18 velint. † sed sagittis paruulos in-
D terficient, & lactentibus vteri nõ miserebuntur, & super filios non
19 parcet oculus eorum. † Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, ‖sicut subuertit Dominus Sodo- Gen.19.c.
20 mam & Gomorrham. † Non ha- 24.
bitabitur vsq; in finem, & nõ fundabitur vsq; ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi.
21 † Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur dom' eorum draconibus: & habitabũt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi:
22 † & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.

CAP. XIIII.

1 PRopè est vt veniat tẽpus eius,
A & dies eius nõ elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob.
2 † Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terram Domini in seruos & ancillas: & erunt capientes eos qui se ceperant, & subijcient exactores
3 suos. † Et erit in die illa: cùm requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura qua antè seruisti,
4 † sumes parabolam istam contra re-
B gem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tribu-
5 tum? † Contriuit Dominus baculũ impiorum, virgã dominantium,
6 † cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequen-
7 tem crudeliter. † Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & ex-
8 ultauit: † abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani. ex quo dormisti, nõ ascendit qui succidat nos.
9 † Infernus subter contur-

turbatus est in occursum aduen-
C tus tui, suscitauit tibi gigantes. O-
mnes principes terræ surrexerũt
de solijs suis, omnes principes na-
10 tionum. † Vniuersi respõdebunt,
& dicent tibi: Et tu vulneratus es
sicut & nos, nostri similis effectus
11 es. † Detracta est ad inferos super-
bia tua, concidit cadauer tuũ: sub-
ter te sternetur tinea, & operimẽ-
12 tum tuum erunt vermes. † Quo-
modo cecidisti de cęlo lucifer, qui
manè oriebaris? corruisti in ter-
13 ram, qui vulnerabas gentes? † qui
dicebas in corde tuo, In cęlũ con-
scendam, super astra Dei exaltabo
* & 2. solium meum, * sedebo in monte
testamẽti, in lateribus Aquilonis.
14 † Ascendam super altitudinẽ nu-
15 bium, similis ero Altissimo. † Ve-
runtamen ad infernũ detrahéris
16 in ꝓfundũ laci. † Qui te viderint,
D ad te inclinabuntur, teq; prospi-
cient, Nunquid iste est vir qui cõ-
turbauit terrã, qui cõcussit regna?
17 † Qui posuit orbem desertũ, & vr-
bes eius destruxit, vinctis eius nõ
18 aperuit carcerem? † Omnes reges
gentiũ vniuersi dormierũt in glo
19 ria, vir in domo sua. † Tu autẽ pro-
iectus es de sepulchro tuo, quasi
stirps inutilis pollutus, & obuolu-
tus cũ his qui interfecti sunt gla-
dio, & descẽderunt ad fundamen
ta laci, quasi cadauer putridum.
20 † Non habebis consortium neq;
E cum eis in sepultura: tu enim ter-
ram tuam disperdidisti, tu populũ
tuum occidisti: nõ vocabitur in æ-
21 ternum semen pessimorum. † Prę-
parate filios eius occisioni in ini-
quitate patrum suorum: nõ con-
surgẽt, nec hæreditabunt terram,
neq; implebunt faciem orbis ci-
22 uitatum. † Et consurgã super eos,
dicit Dominus exercituũ: & per-
dam Babylonis nomen, & reli-
quias, & germen, & progeniem:
23 dicit Dominus. † Et ponam eam
F in possessionem ericij, & in palu-
des aquarum, & scopabo eam in
scopa terens, dicit Dominus e-
24 xercituum. † Iurauit Dominus e-
xercituũ, dicens: Si non vt puta-
ui ita erit: & quomodo mẽte tra-
25 ctaui, † sic eueniet, Vt conteram
Assyrium in terra mea, & in mon-
tibus meis conculcem eum, & au-
feretur ab eis iugum eius, & onus
illius ab humero eorum tolletur.
26 † Hoc cõsilium quod cogitaui su-
per omnem terram, & hæc est ma
nus extenta super vniuersas gen-
27 tes. † Dominus enim exercituum
decreuit: & quis poterit infirma-
re? & manus eius extenta: & quis
28 auertet eam? † In anno quo mor-
tuus est rex Achaz, factum est o-
29 nus istud. † Ne læteris Philisthęa
G omnis tu, quoniam comminuta
est virga percussoris tui: de radice
enim colubri egredietur regulus,
& semen eius absorbens volu-
30 crem. † Et pascentur primogeni-
ti pauperum, & pauperes fiducia-
liter requiescent: & interire fa-
ciam in fame radicem tuam, & re-
31 liquias tuas interficiam. † Vlula
porta, clama ciuitas: prostrata est
Philisthæa omnis: ab Aquilone
enim fumus veniet, & nõ est qui
32 effugiet agmen eius. † Et quid re-
spondebitur nuntijs gentis? Quia
Dominus fundauit Sion, & in
'ipsa' sperabunt pauperes populi
eius.

'ipso.

CAP. XV.

1 ONus Moab: quia nocte vasta-
A ta est Ar-Moab cõticuit: quia
nocte vastatus est Murus Moab,
2 conticuit. † Ascendit domus &
Dibon ad excelsa in plãctum: su-
per Nabo & super Medaba, Moab
vlulabit: ‖ in cunctis capitibus e- Ier.48.f.37
ius caluitium, & omnis barba ra-
3 detur. † ‖ In triuijs eius accincti Eze.7.c.18
sunt sacco: super tecta eius, & in
platéis eius omnis 'vlulatus', de- 'vlulat 4.
4 scendit in fletum. † Clamabit He-
sebon & Eleale, vsque Iasa audi-
ta est vox eorum. super hoc expe-
diti

B diti Moab vlulabunt, anima eius
5 vlulabit sibi. † Cor meum ad Moab
clamabit, vectes eius vsq; ad Se-
*cõternan gor vitulã *cõsternantẽ. per ascẽ-
tem, id est, sum enim Luith flens ascendet,
trimam 7. & in via Oroniam clamorem cõ-
6 tritionis leuabunt. † Aquæ enim
Nemrim desertę erunt, quia aruit
herba, defecit germen, viror om-
7 nis interijt. † Secundum magni-
tudinẽ operis & visitatio eorum:
ad torrentem salicum ducent eos.
8 † Quoniam circuibit clamor ter-
minum Moab: vsque ad Gallim
vlulatus eius, & vsque ad Pu-
9 teum-Elim clamor eius. † Quia
aquæ Dibon repletæ sunt sanguine
: ponam enim super Dibon
additamenta: his qui fugerint de
*reliquis Moab leonem, & *reliquijs' ter-
12. ræ.

CAP. XVI.

1 EMitte agnum - Domine' do-
A minatorẽ terræ, de Petra - de-
2 serti ad montem filiæ Sion. † (Et
erit sicut auis fugiens, & pulli de
nido auolantes, sic erunt filię Mo-
3 ab in transcensu Arnon. † Ini cõ-
silium: coge consilium: pone quasi
noctem vmbram tuam in meridie:
absconde fugientes, & vagos
4 ne prodas. † Habitabunt apud te
profugi mei: Moab esto latibulũ
eorum à facie vastatoris: finitus
est enim puluis, consummatus est
miser, defecit, qui conculcabat
5 terram. † Et præparabitur in mi-
B sericordia solium, & sedebit su-
per eum in veritate in tabernaculo
Dauid iudicans & quærens
iudiciũ, & velociter reddẽs quod
6 iustum est. † ‖ Audiuimus super-
Iere. 48. d. biam Moab, superbus est valde:
29. superbia eius & arrogãtia eius, &
indignatio eius, pluisquam forti-
7 tudo eius. †Idcirco vlulabit Moab
ad Moab, vniuersus vlulabit: his
qui lętantur super muros cocti la-
8 teris loquimini plagas suas. †Quo-
niam suburbana Hesebon deser-
ta sunt, & vineam Sabama Domi-
ni Gentium exciderunt flagella
eius: vsq; ad Iazer peruenerunt,
errauerũt in deserto, propagines
eius relictæ sunt, transierunt ma-
9 re. † Super hoc plorabo in fletu
C Iaser vineam Sabama: inebriabo
te lachryma mea Hesebon, & E-
leale: quoniam super vindemiam
tuam & super messem tuam vox
10 calcantium irruit. † Et auferetur
lætitia & exultatio de Carmelo,
& in vineis non exultabit, neque
iubilabit. vinum in torculari nõ
calcabit qui calcare consueuerat:
11 vocem calcantium abstuli. † Su-
per hoc vẽter meus ad Moab quasi
cithara sonabit, & viscera mea
12 ad murum cocti lateris. † Et erit:
cùm appatuerit quod laborauit
Moab super excelsis suis, ingre-
dietur ad sancta sua vt obsecret,
13 & non valebit. † Hoc verbum
quod locutus est Dominus ad
14 Moab extunc. † Et nunc locutus
est Dominus, dicens: In tribus
annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab super omni
populo multo, & relinquetur **in eo sient
paruus & modicus, nequaquam racemus.
multus.

CAP. XVII.

1 ONus Damasci. Ecce Damasc
A desinet esse ciuitas, & erit si-
cut aceruus lapidum in ruinã.
2 † Derelictæ ciuitates Aroei gregi-
bus erunt, & requiescent ibi, &
3 non erit qui exterreat. † Et cessa-
bit adiutorium ab Ephraim, & re-
gnum à Damasco: & reliquiæ Sy-
riæ, sicut gloria filiorum Israel e-
runt: dicit Dominus exercituum.
4 † Et erit in die illa: attenuabitur
gloria Iacob, & pinguedo carnis
5 eius marcescet. † Et erit sicut con-
gregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas le-
get: & erit sicut quærens spicas in
6 valle-Raphaim. † Et relinquetur
in eo sicut racemus, & sicut excus-
sio

sio oleæ duarum vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinq; in cacuminibus
B eius fructus eius. Dicit Dominus
7 Deus Israel. † In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient: † & non inclinabitur ad
8 altaria quæ fecerunt manus eius: & quæ operati sunt digiti eius nō
9 respiciet, lucos & delubra. † In die illa erunt ciuitates fortitudinis eiꝰ derelictæ sicut aratra, & segeC tes quæ derelictæ sunt à facie fi-
ᵛerit 7. liorum Israel, & ᵛeris' desertа.
10 † Quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plātabis plan-
ᵛinfidelē. tationem ᵛfidelem', & germen a-
11 lienum seminabis. † In die plantationis tuæ labrusca, & manè semē tuum florebit: ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit
12 grauiter. † Væ ᵛmultitudo' populorum multorū vt multitudo ma-
ᵛ multitudini 20. ris sonantis: & tumultus turbarū
D sicut sonitus aquarum multarum.
13 † Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo corā tem-
14 pestate. † In tempore vespere, & ecce turbatio: in matutino, & nō subsistet. hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

CAP. XVIII.

Æthiopes bellum premit, ac sine fragibꝰ astus.

1 VÆ terræ cymbalo alarū quæ
A est trans flumina Æthiopiæ,
2 † qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuul-
ᵛexpectan tem 8. tam, & dilaceratam: ad populum terribilem, post quem non est a
* ad mōtē nois Dñi exerci- (3 lius: ad gentem expectantem * & conculcatam, cuius diripuerunt tuum, mō- flumina terram eius. † * Omnes tem Sion. habitatores orbis qui moramini in terra, cùm eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, &
4 clangorem tubæ audietis: † quia hæc dicit Dominus ad me: Quiescam, & considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara est, & si-
5 cut nubes roris in die messis. † Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius falcibus: & quę derelicta fuerint,
6 abscindentur, & excutientur. † Et relinquentur simul auibus montiū, & bestijs terræ: & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestię terrę super illum
7 hyemabunt. † In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso & dilacerato: à populo terribili post quē non fuit alius à gente expectante, ᵛexpectante' & conculcata, cu- ᵛ. 12.
ius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.

CAP. XIX.

Primū Ægyptus Deus, & post pisg. erit Dñus.

1 ONus Ægypti, Ecce Dominus
A ascēdet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum & commouebūtur simulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabescet
2 in medio eius. † Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum. † Et di-
3 rumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius, & consiliū eius præcipitabo: & interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos, & py-
4 thones, & ariolos. † Et tradam Ægyptum in manu dominorū crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exerci-
5 tuum. † Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur atq; ficca-
6 bitur. † Et deficient flumina: ᵛat- * & 10.
tenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum. Calamꝰ & iuncus marcescet, † nudabitur alueus riui à
7 fonte

fonte suo: & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & nō erit.
8 † Et mœrebunt piscatores, & lu-
B gebunt omnes mittetes in flumē hamum, & expandentes rete sup-
9 facie aquarum emarcescent. † Cō-fundenturqui operabantur linū, *pectentes 'plectentes' & texentes subtilia.
10 † Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad
11 capiendos pisces. † Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consiliū insipiens. quomodò dicitis Pharaoni, Filius sapientium ego, filius
12 regum antiquorum? † Vbi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit Dñs exercituū super Ægyptum.
13 † Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerūt principes Mēpheos, deceperunt Ægyptum, an-
14 gelum populorū eius. † Dominus miscuit in medio eius spiritum
C vertiginis: & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut
15 errat ebrius & vomens † Et non erit Ægypto opus quod faciat caput & caudam incuruantem &
16 refrænantem. † In die illa erit Ægyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituū, quam ipse mouebit super eam.
17 † Et erit terra Iuda Ægypto in pauorem: omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini exercituum, quod
18 ipse cogitauit super eam. † In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanáan, & iurantes per Dominum exercituum: Ciuitas solis
19 vocabitur vna. † In die illa erit altare Domini in medio terrę Ægypti, & titulus Domini iuxta
20 terminum eius: † & erit in signū
D & in testimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabūt enim ad Dñm à facie tribulātis, & mittet eis saluatorem &
21 propugnatorēqui liberet eos. † Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægypti Dñm in die illa, & colent eum in hostijs & in muneribus. & vota vouebūt
22 Domino, & soluent. † Et percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & reuertētur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos. † In die illa erit via de Ægypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Ægyptum, & Ægyptius in
23 Assyrios, & seruient Ægyptij Assur. † In die illa erit Israel tertius
24 Ægyptio & Assyrio: benedictio
25 in medio terræ, † cui benedixit Dominus exercituum, dicens, Benedictus populus meus Ægypti. & opus manuum mearum 'Assyrio', hæreditas autem mea Israël. 'Assyrius 4.

CAP. XX.

1 IN anno quo ingressus est Thar-
A tham in Azótum, cùm misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset cōtra Azótum, & cepis-
2 set eam: † in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filij Amos, dicēs, Vade, & solue saccū de lumbis tuis, & calceamenta
3 tua tolle de pedibus tuis. † Et fecit sic vadēs nudos & discalceatos. Et dixit Dñs, Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signū & portentum erit super Ægy-
4 ptum & super Æthiopiam: † sic
B minabit rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ, iuuenem & senem, 'nudam & discalceatam, 'nudum & discoopertis natibus ad ignomi-discalcea-
5 niam Ægypti. † Et timebunt, & tum 5.
confundentur ab Æthiopia spe
6 sua, & ab Ægypto gloria sua. † Et dicet habitator insulæ huius in die illa, 'Ecce hæc' erat spes nostra, ad quos confugimus in auxtlium, vt 'liberarent' nos à facie 'liberaret regis Assyriorum: & quomodo ef-7.
fugere poterimus nos?

CAP. XXI.

1 A ONus deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili.
2 † Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Ascende Aelam, obside Mede: omnem gemitum eius cessare feci.
3 † Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis: corrui cùm audirem, cõturbatus sum cũ
4 viderẽ. † Et emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta mea, posita est mihi
5 in miraculum. † Pone mensam, contẽplare in specula: comedentes & bibentes surgite principes,
6 arripite clypeum: † Hæc enim di-
B xit mihi Dominus, Vade, & pone speculatorem: & quodcunq; vi-
7 derit, annuntiet. † Et vidit currũ duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & cõtemplatus est diligenter multo
8 intuitu. † Et clamauit leo, super speculum Dñi ego sum, stans iu-
Heb.2. a.1. giter per diem: & ‖ super custodiam meam ego sum stans totis no
9 ctibus. † Ecce iste venit ascensor
C vir bigæ equitum, & respondit,
Ier. 51. a.1. & dixit, ‖ Cecidit, cecidit Baby-
Ap.24.b.8. lon, & omnia sculptilia deorum
10 eius contrita sunt in terrã. † Tri-
'filius 1. tura mea, & 'filia' areæ meæ, quæ audiui à Dño exercituũ Deo Isra-
11 el, annuntiaui vobis. † Onus Duma, Ad me clamat rex Seir, custos quid de nocte? custos quid de no-
12 cte? † Dixit custos, Venit manè & nox: si quæritis, quærite: conuer-
13 timini, venite. † Onus in Arabia. In saltu ad vesperã dormietis, in
14 semitis Dedanim. † Occurrẽtes si-
D tienti ferte aquam, qui habitatis terrã austri, cũ panibus occurrite
15 fugienti. † A facie enim gladiorũ fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie
16 grauis prælij: † quoniam hæc dicit Dominus ad me, Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar.
17 † Et reliquiæ numeri sagittariorum fortiũ de filijs Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Israël locutus est.

CAP. XXII.

1 A ONus vallis visionis. Quidnam quoq; tibi est, quia ascendisti
2 & tu omnis in tecta? † clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio: nec mortui * in bello. *tui, mortui.
3 † Cuncti principes tui fugerunt simul, dureq; ligati sunt: omnes qui inuenti sunt vincti sunt pari-
4 ter, procul fugerũt. † Propterea dixi, Recedite à me, amarè flebo: nolite incũbere vt consolemini me super vastitate filiæ populi
5 mei. † Dies enim interfectionis
B & cõculcationis & fletuum Dño Deo exercituũ in valle visionis, scrutans murum, & magnificus
6 super montẽ. † Et Aelam sumpsit pharetram currũ hominis equitis, & parietem nudauit clypeus.
7 † Et erunt electæ valles tuæ plenę quadrigarũ, & equites ponẽt se-
8 des suas in porta. † Et reuelabitur operimentũ Iudæ, & 'videbis' in die illa armamentariũ domus sal 'videbitis
9 tus. † Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatę sunt: & cõgregastis aquas piscinæ infe-
10 rioris, & domus Ierusalẽ nume-
C rastis, & destruxistis domos ad
11 muniendũ murũ. † Et lacũ fecistis inter duos muros, '&' aquã piscinæ veteris: & non suspexistis ad eũ qui fecerat eam, & operatorẽ 'ad 1.
12 eius delonge nõ vidistis. † Et vocabit Dñs Deus exercituũ in die illa ad fletũ, & ad planctũ, ad cal-
13 uitiũ, & ad cingulũ sacci: † & ecce
D gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. ‖ Comedamus Sap.2.b.6. 1.Cor.15. d.31.56. d.12.

damus & bibamus, cras enim mo
14 riemur. ‡ Et reuelata est in auri-
bus meis vox Domini exercitu-
um, Si dimittetur iniquitas hæc
vobis donec moriamini: dicit Do
15 minus Deus exercituum. ‡ Hæc
dicit Dñs Deus exercituũ, Vade,
ingredere ad eum qui habitat in
tabernaculo, ad Sobnam præpo-
16 situ templi, & dices ad eũ, ‡ Quid
tu hic, aut quasi quis hic? quia ex-
cidisti tibi hic sepulchrũ, excidi-
sti in excelso memoriale diligen-
ter, in petra tabernaculum tibi.
17 ‡ Ecce, Dñs asportari te faciet, si-
E cut asportatur gallus gallinaceus,
& quasi amictum sic subleuabit
18 te. ‡ Coronãs coronabit te tribu-
latione, quasi pilam mittet te in
terram latam & spatiosam: ibi
morieris, & ibi erit currus gloriæ
tuæ, ignominia domus Dñi tui.
19 ‡ Et expellam te de statione tua,
& de ministerio tuo deponã te.
20 ‡ Et erit in die illa: vocabo ser-
uum meũ Eliacim filium Helciæ,
21 ‡ & induam illum tunica tua, &
F cingulo tuo confortabo eum, &
potestatem tuam dabo in manu
eius: & erit quasi pater habitanti-
22 bus Ierusalẽ, & domui Iuda. ‡ ‖ Et
Apo.2.b.7. dabo clauem domus Dauid super
Io.12.e.14 humerum eius: & aperiet, & non
erit qui claudat: & claudet, & nõ
23 erit qui aperiat. ‡ Et figam illum
paxillum in loco fideli, & erit in
solium gloriæ domui patris sui.
24 ‡ Et suspendent super eũ omnem
G gloriam domus patris eius vaso-
rum diuersa genera, omne vas
paruulum à vasis craterarum vsq;
25 ad omne vas musicorũ. ‡ In die il-
la dicit Dñs exercituũ, aufererur
paxillus qui fixus fuerat in loco
fideli: & frangetur, & cadet, & pe-
ribit quod pepẽderat in eo, quia
Dominus locutus est.

CAP. XXIII.

1 A ONus Tyri. Vlulate naues ma-
ris, quia vastata est domus,
vnde venire consueuerant: de
terra Cethim reuelatum est eis.
2 ‡ Tacete qui habitatis in insula:
negotiatio Sidonis, transfretan-
3 tes mare repleuerũt te. ‡ In aquis
multis semen Nili, messis flumi-
nis fruges eius: & facta est nego-
4 tiatio gentium. ‡ Erubesce Sidon,
ait enim mare, fortitudo maris,
B dicens, Non parturiui, & non pe-
peri, & non enutriui iuuenes, nec
ad incrementum perduxi virgi-
5 nes. ‡ Cùm auditum fuerit in Æ-
gypto, dolebũt cùm audierint de
6 Tyro. ‡ Transite maria, vlulate q̃
7 habitatis in insula, ‡ Nunquid nõ
vestra hæc est, quæ gloriabatur à
diebus pristinis in antiquitate
sua? ducent eam pedes sui longè
8 ad peregrinandũ. ‡ Quis cogitauit
hoc super Tyrum quondã coro-
natam, cuius negotiatores prin-
cipes, institores eius inclyti ter-
9 ræ? ‡ Dñs exercituum cogitauit
hoc, vt detraheret superbiã om-
nis gloriæ, & ad ignominiam de-
duceret vniuersos inclytos terræ.
10 ‡ Transi terrã tuã quasi flumẽ, fi-
lia maris, nõ est cingulũ vltrà ti-
11 bi. ‡ Manũ suã extendit super ma-
C re, cõturbauit regna: Dñs manda-
uit aduersus Chanáan, vt cõtere-
12 ret fortes eius. ‡ & dixit, Nõ adij-
cies vltrà vt glorieris, calũniam
sustinẽs virgo filia Sidonis: in Ce-
thim cõsurgens trãsfreta, ibi quo
13 que non erit requies tibi. ‡ Ecce,
terra Chaldæorũ talis popul⁹ nõ
fuit, Assur fundauit eã: in captiui
tatẽ traduxerũt robustos ei⁹, suf-
foderũt domos eius, posuerũt eã
14 in ruinam. ‡ Vlulate naues maris,
quia deuastata est fortitudo ve-
15 stra. ‡ Et erit in die illa: in obli-
uione eris, ó Tyre, septuaginta an
nis, sicut dies regis vnius: post se-
ptuaginta autem annos erit Tyro
16 quasi cãticũ meretricis. ‡ Sume ci-
tharã, * circui ciuitatem meretrix *& 7.
D obliuiõi tradita: bene cane, frequẽ
17 ta canticũ, vt memoria tui sit. ‡ Et
erit

Et Tyrus et Sydon Macedum vastabitur armis.

erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas: & rursum fornicabitur cum vniuersis re-
18 gnis terræ super faciē terræ. † Et
negotiatio 7. erunt negotiationes eius, & mer-
cedes eius sanctificatæ Domino.
merces 2. nō condentur, neq; reponentur: quia his qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

CAP. XXIIII.

1 A ECce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget ha-
2 bitatores eius. † ‖ Et erit sicut po-
Ose.4.b.9 pulus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic Dominus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is qui mutuū accipit: sicut qui repe-
3 tit, sic qui debet. † Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim lo-
4 cutus est verbū hoc. † Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitu-
5 do populi terræ. † Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerūt ius, dissipauerūt fœdus sempiter-
6 nū. † Propter hoc maledictio vo-
B rabit terram, & peccabūt habitatores eius. ideoque insanient cultores eius, & relinquentur ho-
7 mines pauci. † Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt
8 omnes qui lætabātur corde. † Cessauit gaudiū tympanorū, quieuit sonitus lętantiū, conticuit dulce-
9 do citharæ. † Cum cantico non bibent vinū: amara erit potio bi-
10 bentibus illā. † Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus
11 nullo introeunte. † Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis lætitia: translatū est gau-
12 dium terræ. † Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet
13 portas. † Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quo modo si paucæ oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vin-
14 demia. † Hi leuabunt vocem su-
C am, atq; laudabunt: cùm glorificatus fuerit Dominus, hinnient
15 de mari. † Propter hoc in doctrinis glorificate Dñm: in insulis
16 maris nomē Dñi Dei Israel. † A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et dixi, Secretum meum mihi, secretū meum mihi væ mihi: præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione trās-
17 gressorū præuaricati sunt. † Formido & fouea, & laqueus sup te
18 qui habitator es terræ. † Et erit: qui fugerit à voce formidinis, cader in foueā: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & cōcutientur fundamenta
19 terrę. † Confractione confringe-
D tur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebi-
20 tur terra: † agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculū vnius noctis: & grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adijciet, vt resur-
21 gat. † Et erit: in die illa visitabit Ier. 48. g. 44.
Dñs super militiā cæli in excelso: & super reges terræ qui sunt
22 super terrā. † Et cōgregabuntur in congregatione vnius fascis in lacū, & claudētur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur.
23 † Et erubescet luna, & confundetur sol, cùm regnauerit Dñs exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

CAP. XXV.

1 A DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, & cōfitebor nomini tuo: quoniā fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles a-
2 mē. † Quia posuisti ciuitatē in tumulum,

mulum. Vrbem fortem in ruinam, domum alienorum: vt non
sit ciuitas, & in sempiternum nō
3 ædificetur. † Super hoc laudabit te
populus fortis, ciuitas gentium
4 robustarum timebit te. † Quia fa-
ctus es fortitudo pauperi, fortitu-
do egeno in tribulatione sua, spes
a turbine, vmbraculum ab æ-
stu, spiritus enim robustorum qua
5 si turbo impellens parietem. † Si-
B cut æstus in siti, tumultum alieno-
rū humiliabis: & quasi calore sub
nube torrente propaginem forti-
6 um marcescere facies. † Et faciet
Dñs exercituum omnibus popu-
lis in monte hoc, conuiuium pin-
guiū, conuiuium vindemiæ pin-
guium medullatorum, vindemiæ
7 defæcatæ. † Et præcipitabit in mō-
C te isto faciem vinculi colligati su-
per omnes populos, & telā quam
orditus est super omnes nationes.
8 † Præcipitabit mortem in sempi-
Ap.7. d. 27. ternum: ‖ & auferet Dominus De
21.b.4. us lachrymam ab omni facie, &
opprobrium populi sui auferet de
vniuersa terra: quia Dominus lo-
9 cutus est. † Et dicet in die illa, Ecce
Deus noster iste, expectauimus
eum, & saluabit nos: iste Domin⁹,
sustinuimus eum, exultabimus &
10 lætabimur in salutari eus. † Quia
D requiescet manus Domini in mō-
te isto, & triturabitur Moab sub
eo, sicuti teruntur palæ in plau-
11 stro. † Et extendet manus suas sub
eo, sicut extendit natans ad natan
dum: & humiliabit gloriam eius
12 cum allisione manuum eius. † Et
munimenta sublimium muro-
rum tuorum concident, & humi-
liabuntur, & detrahentur in ter-
ram vsque ad puluerem.

CAP. XXVI.

1 IN die illa cantabitur canticum
A istud in terra Iuda:
2 Vrbs fortitudinis nostræ Sion'
saluator, ponetur in ea murus &
antemurale.

2 † Aperite portas, & ingrediatur
gens iusta, custodiens veritatem.
3 † Verus error abijt: seruabis pacē,
pacem, quia in te sperauimus.
4 † Speraſtis in Domino in secu-
lis æternis, in Domino Deo forti
in perpetuum.
5 † Quia incuruabit habitātes in
excelso, ciuitatem sublimem hu-
miliabit: humiliabit eam vsque
ad terram, detrahet eam vsque ad
puluerem.
6 † Cōculcabit eam pes, pedes pau
peris, gressus egenorum.
7 † Semita iusti recta est, rectus
B callis, iusti ad ambulandum.
8 † Et in semita iudiciorum tuo-
rum Domine sustinuimus te: no-
men tuum & memoriale tuum in
desyderio animæ.
9 † Anima mea desyderauit te in
nocte: sed & spiritu meo in præ-
cordijs meis de manè vigilabo ad
te: cum feceris iudicia tua in ter-
ra, iustitiam discent habitatores
orbis.
10 † Misereamur impio, & non dis-
cet iustitiam, in terra sanctorum
iniqua gessit, & non videbit glori-
am Domini.
11 † Domine exaltetur manus tua,
& non videant: videant & con- vt.
fundātur zelantes populi, & ignis
hostes tuos deuoret.
12 † Domine dabis pacem nobis:
C omnia enim opera nostra opera-
tus es nobis.
13 † Domine Deus noster, possede-
runt nos domini absque te, tan-
tùm in te recordemur nominis
tui.
14 † Morientes non viuant, gi-
gantes non resurgant: propterea
visitaui & contriuisti eos, & per-
didisti omnem memoriam eo-
rum.
15 † Indulsisti genti Domine, in-
dulsisti genti: nunquid glorifica-
tus es? elongasti omnes terminos
terræ.
16 † Domine in angustia requisie-

runt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

17 †Sicut quæ cõcipit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine.

18 †Concepimus, & quasi parturiuimus & peperimus 'spiritum: salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderũt habitatores terræ.

19 †Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.

20 † Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.

21 †Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltrà interfectos suos.

Mic. 1. a. 3.

CAP. XXVII.

1 IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet ce-
2 tum qui in mari est. †In die illa
3 vinea meri cantabit ei. † Ego Dominus qui seruo eam, repẽte propinabo ei: ne fortè visitetur contra eam, nocte & die seruo eam.
4 † Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & veprem in prælio: gradiar super eam, succendam eam pariter? † An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem
6 faciet mihi? † Qui 'ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. † Nunquid
7 iuxta plagam percutientis se percussit eum? Aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est? † In
8 mensura contra mensuram cùm abiecta fuerit, 'iudicabis eam: me ditata est in spiritu suo duro per
9 diem æstus. † Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus vt auferatur peccatum eius, cùm posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non sta-
10 bunt luci & delubra. † Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet sum-
11 mitates eius. † In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes & docentes 'eas': non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum: & qui formauit eum, non
12 parcet ei. † Et erit: in die illa per-
13 cutiet Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentẽ Ægypti, & vos cõgregabimini vnus & vnus filij Israel. †Et erit: in die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant de terra Ægypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.

'iudicabit

'egredientur impetu à 10.

'eam.

CAP. XXVIII.

1 VÆ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius qui erant in vertice vallis, pinguissimæ errantes à vino. † Ecce va-
2 lidus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissa-
3 rum super terram spatiosam. †Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. † Et
4 erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem Autumni: quod cùm aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuora-

bit

5 bit illud. † In die illa erit Domi-
B nus exercituum corona gloriæ, &
sertum exultationis residuo po-
6 puli sui:†& spiritus iudicij sedenti
super iudicium,& fortitudo reuertentibus
de bello ad portam.
7 † Verùm hi quoq; prę vino nescierunt
,& præ ebrietate errauerũt.
sacerdos & propheta nescierunt
præ ebrietate, absorpti sunt a vino,
errauerunt in ebrietate, nescierunt
videntem,ignorauerunt
8 iudicium. † Omnes enim mensæ
repletæ sunt vomitu sordiumq;,
9 ita vt nõ esset vltrà locus. † Quem
C docebit scientiam ? & quem intelligere
faciet auditum? ablactatos
a lacte,auulsos ab huberibus.
10 † Quia manda remanda , manda
remanda, expecta reexpecta, expecta
reexpecta , modicum ibi,
11 modicum ibi. † ‖ In loquela enim
1.Co.14.d. labij & lingua altera loquetur ad
21. (12 populum istum. † Cui dixit: Hæc
est requies mea , reficite lassum,
& hoc est meum refrigerium: &
13 noluerunt audire.†Et erit eis verbum
Domini,Manda , remanda,
manda remanda , expecta , reexpecta,
expecta reexpecta , modicum
ibi,modicum ibi: vt vadant,
& cadant retrorsum, & conterantur,
& illaqueentur,& capiantur.
14 †Propter hoc audite verbum Do-
D mini viri illusores , qui dominamini
super populum meum qui
15 est in Ierusalem. † Dixistis enim,
Percussimus fœdus cum morte,&
cum inferno fecimus pactum.Flagellum
inundans cùm transierit,
non veniet super nos:quia posuimus
mendacium spem nostram,
16 & mendacio protecti sumus. † Idcirco
hæc dicit Dominus Deus.
Ps.117.d.22 ‖Ecce,ego mittam in fundamen-
Ma.21.d.42 tis Sion lapidem , lapidem pro-
Ac.4.b.11. batum,angularem ,pretiosum,in
1.Pe.2.a.6. fundamento fundatum.‖qui cre-
Ro.9.g.33. diderit, non festinet. † Et ponam
17 in pondere iudicium,& iustitiam
E in mensura, & subuertet grando
spem mendacij: & protectionem
18 aquæ inundabunt. † Et delebitur
fœdus vestrum cum morte,& pactum
vestrum cum inferno non
stabit: flagellũ inundans cùm trã
sierit, eritis ei in conculcatione.
19 †Quandocunq; pertransierit,tollet
vos : quoniam manè diluculo
pertransibit in die & in nocte,&
tantummodò sola vexatio intel-
20 lectum dabit auditui. † Coangustatum
est enim stratum,ita vt alter
decidat, & pallium breue v-
21 trunque operire non potest.†‖Si- 2.Reg.5.d.
cut enim in monte diuisionum 20.
stabit Dominus , sicut ‖ in valle 1.Par.14.c.
quæ est in Gabaon irascetur : vt 11.
faciat opus suum , alienum opus Ios.10.c.10.
eius :vt operetur opus suum , pe-
22 regrinum est opus eius ab eo.† Et
F nunc nolite illudere, ne forte cõstringantur
vincula vestra , consummationem
enim & abbreuiationem
audiui à Domino Deo
exercituum super vniuersam terram.
†Auribus percipite & audite
vocem meam,attendite, & au-
23 dite eloquium meum.†Nunquid
24 tota die arabitarans vt serat, proscindet
& sarriet humum suam?
† Nonne cùm adæquauerit faci-
25 em eius, seret gith , & cyminum
sparget,& ponet triticum per ordinem
, & hordeum , & milium,
G & vitiam in finibus suis? † Et eru-
26 diet illum in iudicio , Deus suus
docebit illum. †Non enim in ser-
27 ris triturabitur gith , nec rota
plaustri super cyminũ circuibit:
sed in virga excutietur gith , &
cyminum in baculo. † Panis au-
28 tem comminuetur : verùm non
in perpetuum triturans triturabit
illum,neque vexabit eum rota
plaustri ,nec vngulis suis comminuet
eum.†Et hoc à Domino
29 Deo exercituum exiuit , vt mirabile
faceret consilium , &
magnificaret iustitiam.

Falsa humi so. hymni minans pro dogma: in genes.

CAP. XXIX.

1 VÆ Ariel, Ariel ciuitas quam
A expugnauit Dauid: additus
est annus ad annum, solennitates
2 euolutæ sunt. † Et circumuallabo
Ariel, & erit tristis & mœrens, &
3 erit mihi quasi Ariel. † Et circun-
dabo quasi sphæram in circuitu
tuo, & iaciam contra te aggerem,
& munimenta ponam in obsidio
4 nem tuam. † Humiliaberis, de ter-
ra loqueris, & de humo audietur
eloquium tuum: & erit quasi py-
thonis de terra vox tua, & de hu-
mo eloquium tuum mussitabit.
5 † Et erit sicut puluis tenuis multi-
B tudo ventilantium te: & sicut fa-
uilla pertrãsiens multitudo eorũ
6 qui contra te prævaluerũt: feritq;
repentè confestim. A Dño exer-
cituum visitabitur in tonitruo & in
commotione terræ, & voce ma-
gna turbinis & tempestatis, &
7 flamma ignis deuorantis. † Et e-
rit sicut somnium visionis noctur
næ multitudo omnium gentium
quæ dimicauerunt contra Ariel,
& omnes qui militauerunt & ob
sederunt, & prævaluerunt aduer-
8 sus eam. † Et sicut somniat esuri-
C ens & comedit, cùm autem fue-
rit expergefactus, vacua est ani-
ma eius: & sicut somniat sitiens
& bibit, & postquàm fuerit exper
gefactus, lassus adhuc sitit, & ani
ma eius vacua est: sic erit multitu-
do omnium Gentium, quæ dimi-
cauerunt contra montem Sion.
9 † Obstupescite & admiramini: flu
ctuate, & vacillate: inebriamini,
& non à vino: mouemini, & non
10 ab ebrietate. † Quoniam miscuit
vobis Dominus spiritum saporis:
claudet oculos vestros: prophetas
& principes vestros qui vident vi
11 siones operiet. † Et erit vobis vi-
D sio omnium, sicut verba libri si-
gnati, quem cùm dederint scien-
ti literas, dicent: Lege istum: & re
spondebit, Non possum, signatus
12 est enim. † Et dabitur liber nesci-
enti literas, diceturq; ei: Lege, &
13 respondebit, Nescio literas. † Et di
xit Dominus: ‖ Eo quòd appro- Mat.15.c.8.
pinquat populus iste ore suo, & Mat.7.b.6.
labijs suis honorificat me, cor au-
tem eius longè est à me, & ti-
muerunt me mandato hominum
14 & doctrinis: † Ideò, ecce ego ad-
dam vt admirationem faciam po
pulo huic miraculo grandi & stu-
pendo, ‖ peribit enim sapientia à 1. Cor.1.d.
sapientia eius, & intellectus pru- 19.
15 dentium eius absconditur. † ‖ Væ, Abd.1.a.8.
qui profundi estis corde, vt à Do-
mino abscondatis consiliũ, quo-
rum sunt in tenebris opera, & di-
cũt, ‖ Quis videt nos, & quis nouit Ecc.25.c.25
16 nos? † Peruersa est hæc vestra cogi
tatio: quasi si lutum contra figulũ
cogitet, & dicat opus factori suo,
Non fecisti me, & figmentum di-
cat fictori suo, Non intelligis.
17 † Nonne adhuc in modico & in
F breui cõuertetur Libanus in char
mel, & charmel in saltum repu-
18 tabitur? † Et audient in die illa sur
di verba libri, & de tenebris & ca-
ligine oculi cæcorum videbunt.
19 † Et addent mites in Domino læ-
titiam, & pauperes homines in
20 sancto Israel exultabunt. † Quo-
niam defecit qui prævalebat, con
summatus est illusor, & succisi
sunt omnes qui vigilabant super
21 iniquitatem. † qui peccare facie-
bant homines in verbo, & argu-
entem in porta supplantabant, &
22 declinauerũt frustra à iusto. † Pro-
pter hoc, hæc dicit Dominus ad
domum Iacob, qui redemit Abra-
ham, Non modò confundetur Ia-
G cob, nec modò vultus eius erube-
23 scet: † sed cùm viderit filios suos,
opera manuum mearum in me-
dio sui sanctificantes nomen me
um, & sanctificabunt sanctum Ia-
cob, & Deum Israel prædicabunt,
24 † & scient errantes spiritu intelle-
ctum, & mussitatores discent le-
gem.

CAP.

CAP. XXX.

1 VÆ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt addaretis peccatum peccatum.
2 † qui ambulatis vt descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxiliū in fortitudine Pharaonis, & habentes
3 fiduciam in vmbra Ægypti. † Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionē, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiā. † Erāt enim
4 Ierant in Tani principes tui, & nūtij tui
5 vsq; ad Hanes peruenerunt. † Omnes cōfusi sunt super populo qui eis prodesse nō potuit: nō fuerūt in auxilium, & in aliquam vtilitatem, sed in cōfusionē & in opprobrium.
6 † Onus iumentorum Austri. In terra tribulationis & angustiæ, leæna & leo ex eis, vipera & regulus volans portātes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum
7 thesauros suos ad populum qui eis prodesse non poterit. † Ægypt' enim frustra & vanè auxiliabitur: ideo clamaui super hoc, Superbia
8 tantùm est, quiesce. † Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsque in æternum.
9 † Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij
10 nolentes audire legem Dei. † Qui dicunt videntib. Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis er-
11 rores. † Auferte à me viam, declinate à me semitam, cessset à facie
12 nostra sanctus Israel. † Propterea hæc dicit sanctus Israel, Pro eo q reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia & in tumultu, &
13 innixi estis super eo: † propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito, dum non speratur, veniet contri-
14 tio eius. † Et comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parū aquę de fouea.
15 † Quia hæc dicit Dominus Deus ** sanctus Israel, Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silentio & in spe
16 erit fortitudo vestra. Et noluistis: † & dixistis, Nequaquam, sed ad equos fugiemus: ideo fugietis. Et super veloces ascēdemus: ideò
17 velociores erunt, qui persequentur vos. † Mille homines à facie terroris vnius: & à facie terrorisquinq; fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice mōtis, & quasi signum super
18 collē. † Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcēs vobis: qa Deus iudicij Dominus: beati omnes q
19 expectant eum. † Populus enim Sion habitabit in Ierusalem: plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui: ad vocē clamoris tui statim vt audierit, respōdebit tibi. † Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam bre-
20 uem. & non faciet auolare a te vltra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuū.
21 † Et aures tuæ audient verbū post tergum monentis, Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad
22 sinistram. † Et contaminabis lamnas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere dices ei,
23 † Et dabitur pluuia semini tuo, vbicunque seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit huberrimus, & pinguis: pascetur in possessione tua in die illo agnus
24 spatiose. † & tauri tui, & pulli asi-

Ps. 2. c. 13.

norum qui operantur terram, cõmistum migma comedent sicut in
25 area ventilatum est. † Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatũ riui currentium aquarum in die interfectionis multorum cùm ce-
26 ciderint turres. † Et erit lux lunæ F sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & per-
27 cussuram plagę eius sanauerit. † Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius & grauis ad portãdum: labia eius repleta sunt indignatione, & lingua e-
28 ius quasi ignis deuorans. † Spiritus eius velut torrens inundans vsq; ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilũ, & frænũ erroris quod erat in maxillis popu-
29 lorum. † Canticum erit vobis sicut nox 4. vox sanctificatæ solennitatis, & lætitia cordis sicut qui pergit cũ tibia, vt intret in montem
30 Dñi ad fortem Israel. † Et auditam G faciet Dominus gloriã vocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in tur-
31 bine & in lapide grandinis. † A voce enim Domini pauebit Assur
32 virga percussus. † Et erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis, & citharis: & in bellis
33 præcipuis expugnabit eos. † Præparata est enim ab heri Tophet, à rege præparata profunda & dilatata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

CAP. XXXI.

1 VÆ qui descendunt in A gyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt: & super equitibus, quia præualidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non
2 requisierunt. † Ipse aũt sapiens ad duxit malum & verba sua non abstulit: & consurget contra domũ pessimorum, & contra auxilium
3 operantium iniquitatem. † Ægyptus, homo, & non Deus: & equi B eorum, caro, & non spiritus, & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxiliũ, simulq; omnes
4 consumentur. † Quia hæc dicit Dominus ad me, quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædã suam, cùm occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorũ non formidabit, & à multitudine eorum
C non pauebit: sic descendet Dñs exercituum, vt prælietur super mõ-
5 tem Sion, & super collẽ eius. † Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans, transiens & saluans. † Conuertimini sicut
6 in profundum recessistis filij
7 Israel. † In die enim illa abij- Sup. 2. d. 18
ciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis ma-
8 nus vestræ in peccatum. † Et ca-
D det Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iu-
9 uenes eius vectigales erũt: † & fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius: dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem.

CAP. XXXII.

1 ECce, in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerũt.
2 † Et erit vir sicut qui absconditur A à vento, & celat se à tempestate, sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra
3 deserta. † Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium
4 diligenter auscultabunt. † Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur

5 tur & planè. † Non vocabitur vl-
trà is qui insipiens est princeps:
neque fraudulentus appellabitur
6 maior. † stultus enim fatua loque
tur, & cor eius faciet iniquitatem
vt perficiat simulationem, & lo-
quatur ad Dominum fraudulen-
ter, & vacuam faciat animam esu
rientis, & potum sitienti auferat.
7 † Fraudulenti vasa pessima sunt:
B ipse enim cogitationes concinna
uit ad perdendos mites in sermo-
ne mendacij, cùm loqueretur pau
8 per iudicium. † Princeps verò, ea
quæ digna sunt principe cogita-
9 bit, & ipse super duces stabit. † Mu
lieres opulentæ surgite. & audite
vocē meam: filiæ confidentes per
cipite auribus eloquium meum.
10 † Post dies - enim' & annum vos
-.9. cōturbabimini confidentes: con-
summata est enim vindemia, col-
11 lectio vltrà nō veniet. † Obstupe-
C scite opulētæ: cōturbamini cōfidē
tes: exuite vos, & confundimini,
12 accingite lūbos vestros. † Super hu
bera plāgite, super regione desy-
13 derabili, super vinea fertili. † Su-
* spina 2. per humum populi mei * spinæ' &
vepres ascendent: quanto magis
super omnes domos gaudij ciuita
14 tis exultantis? † Domus enim di-
missa est, multitudo vrbis relicta
est, tenebræ & palpatio factę sunt
super speluncas vsq; in æternum.
D Gaudium onagrorum pascua gre
15 gum, † donec effundatur super
nos spiritus de excelso: & erit de-
sertū in charmel: & charmel in sal
16 tū reputabitur. † Et habitabit in
solitudine iudicium, & iustitia in
17 charmel sedebit. † Et erit opus iu-
stitiæ pax, & cultus iustitiæ silen-
tium, & securitas vsq; in sempi-
18 ternum. † Et sedebit populus me'
in pulchritudine pacis, & in taber
naculis fiduciæ, & in requie opu
19 lenta. † Grando autem in descen-
sione saltus, & humilitate humi
20 liabitur ciuitas. † Beati qui se-
minatis super omnes aquas, im-
mittentes pedem bouis & asini.

CAP. XXXIII.

1 VÆ qui prædaris, nonne & ip-
A se prædaberis? & q spernis, nō
ne & ipse spernēris? cū cōsumma
ueris deprędationē, deprędaberis
cū fatigatus desieris contemnere,
2 contēneris. † Dñe, miserere nostri:
te. n. expectauimus: esto brachiū
nostrum in manè, & salus nostra
3 in tempore ttibulationis. † A voce
angeli fugerunt populi, & ab ex-
altatione tua dispersæ sunt gen-
4 tes. † Et congregabuntur spolia ve
stra sicut colligitur bruchus, velut
cum fossæ plenæ fuerint de eo.
5 † Magnificatus est Dominus, quo-
niam habitauit in excelso: imple-
6 uit Sion iudicio & iustitia. † Et e-
rit fidus in temporibus tuis: diui-
tiæ salutis sapientia & scientia: ti-
mor Domini ipse est thesaurus e-
7 ius. † Ecce, vidētes clamabūt foris,
8 angeli pacis amarè flebunt. † Dissi
B patæ sunt viæ, cessauit transiens
per semitam, irritum factum est
pactum, proiecit ciuitates, non
9 reputauit homines. † Luxit & e-
languit terra: confusus est Liba-
nus, & obsurduit: & factus est Sa
ron sicut desertum: & concussa
10 est Basan, & Carmelus. † Nunc
consurgam, dicit Dominus, nunc
11 exaltabor, nunc subleuabor. † Cō
cipietis ardorem, parietis stipu-
lam: spiritus vester vt ignis vora-
12 bit vos. † Et erunt populi quasi de
incendio cinis, spinæ congregatæ
13 igni comburētur. † Audite qui lō-
gè estis, quæ fecerim, & cognosci-
14 te vicini fortitudinem meā. † Cō-
territi sunt in Sion peccatores,
possedit tremor hypocritas: quis
poterit habitare de vobis cū igne
deuorante? quis habitabit ex vo-
C bis cum ardoribus sempiternis?
15 † ¶ Qui ambulat in iustitijs, & lo- Ps. 14. a. 2.
quitur * veritatem', qui proijcit * veritates
auaritiam ex calumnia, & excu- 4.
tit manus suas ab omni munere,
qui

qui obthurat aures suas ne audiat
sanguinem, & claudit oculos su-
16 os ne videat malum. † Iste in exc-
elsis habitabit, munimenta saxo
rum sublimitas eius: panis ei da-
17 tus est, aquæ eius fideles sunt. † Re
gem in decore suo videbunt ocu-
li eius, cernent terram delonge.
18 † Cor tuũ meditabitur timorem:
2. Cor. 1. c. ‖ vbi est literatus? vbi legis ver-
10. ba ponderans? vbi doctor paruu-
19 lorum? † Populum imprudent-
em non videbis, populum alti
sermonis: ita vt non possis intel-
ligere disertitudinem linguæ e-
20 ius, in quo nulla est sapientia. † Re
spice Sion ciuitatem solennitatis
nostræ: oculi tui videbunt Ieruſa-
D lem habitationem opulentam, ta
bernaculum quod nequaquã trãs
ferri poterit: nec auferentur claui
eius in sempiternum, & omnes
funiculi eius non rumpentur:
21 † quia solummodò ibi magnificus
est Dominus noster: locus fluuio-
rum riui latissimi & patentes: nõ
transibit per eum nauis remi-
gum, neque trieris magna trans-
22 gredietur eum. † Dñs enim iudex
noster, Dominus legifer noster,
Dominus rex noster: ipse saluabit
23 nos. † Laxati sunt funiculi tui, sed
non prævalebunt: sic erit malus
tuus, vt dilatare signum non que
as, Tunc diuidentur spolia præda
rum multarum: claudi diripient
24 rapinam. † Nec dicet vicinus, Elan
gui, populus qui habitat in ea, au-
feretur ab eo iniquitas.

CAP. XXXIIII.

1 ACcedite Gentes, & audite, &
A populi attendite: audiat terra
& plenitudo eius, orbis, & omne
2 germen eius. † Quia indignatio
Domini super omnes Gentes, &
furor super vniuersam militiam
eorum: interfecit eos, & dedit eos
3 in occisionem. † Interfecti eorum
proijcientur, & de cadauerib. eo-
rum ascedet fœtor: tabescent mõ-
4 tes à sanguine eorum. † Et tabe-
scet omnis militia cælorum, & cõ
plicabuntur sicut liber cæli: & om
nis malitia eorũ defluet sicut de-
fluit folium de vinea & de ficu.
5 † Quoniã inebriat' est in cælo gla
dius meus: ecce super Idumæã de-
scendet, & super populum interfe
6 ctionis meæ ad iudicium. † Gladi-
B us Domini repletus est sanguine,
incrassatus est adipe, de sanguine
agnorũ & hircorum, de sanguine
medullatorũ arietum: victima. n.
Dñi in Bosra, & interfectio magna
7 in terra Edõ. † Et descendent vni-
cornes cum eis, & tauri cum potẽ
tib. inebriabitur terra eorum san
guine, & humus eorum adipe pin
8 guium. † ‖ quia dies vltionis Dñi, Inf. 63. 2. 4.
annus retributionũ iudicij Sion.
9 † Et conuertentur torrentes eius
in picem, & humus eius in sul-
phur: & erit terra eius in picem ar
10 dentem. † Nocte & die non extin
C guetur, in sempiternum ascendet
fumus eius: à generatione in ge-
nerationem desolabitur, in secu-
la seculorũ nõ erit transiens p eã.
11 † Et possidebunt illam onocrota-
lus, & ericius: & ibis, & coruus ha
bitabunt in ea: & extendetur su-
per eam mensura, vt redigatur ad
nihilum, & perpendiculum in de
12 solationem. † Nobiles eius non e-
runt ibi: regẽ potius inuocabunt,
& omnes principes eius erunt in
13 nihilum. † Et orientur in domib.
eius spinæ & vrticæ, & paliurus
in munitionibus eius: & erit cubi
le draconum, & pascua struthio-
14 num. † Et occurrent dæmonia, o-
D nocentaurus, & pilosus clamabit
alter ad alterum: ibi cubabit la-
15 mia, & inuenit sibi requiem. † Ibi
habuit foueam ericius, & enutri-
uit catulos, & circunfodit, & fouit
in vmbra eius: illuc congregati
16 sunt milui alter ad alterũ. † Requi
rite diligenter in libro Domini,
& legite. vnum ex eis nõ defuit,
alter alterum non quæsiuit, quia

quod

quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse
17 congregauit ea. † Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

CAP. XXXV.

1 A LÆtabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit
2 quasi lilium. † Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. gloria Libani data est ei: decor Carmeli & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decorē
3 Dei nostri. † Confortate manus dissoluras, & genua debilia robo-
4 rate. † Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere. ecce Deus vester vltionem adducet
B retributionis: Deus ipse veniet
5 & saluabit vos. † Tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt. † Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in soli-
7 tudine. † Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus
C prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. † Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: nō transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per
9 eam. † Non erit ibi leo, & mala
D bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt
10 qui liberati fuerint. † Et redempti à Domino cōuertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorū: gaudium & lętitiam obtinebunt: & fugiet dolor & gemitus.

CAP. XXXVI.

1 A ET factum est in quartodecimo anno regis Ezechię, ascendit Sennacherib, rex Assyriorum, super omnes ciuitates Iuda mu-
2 nitas, & cepit eas. † Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalē, ad regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæductu piscinę superioris in via A-
3 gri-fullonis. † Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à cōmen-
4 tarijs. † Et dixit ad eos Rabsaces, Dicite Ezechiæ, Hęc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista
5 fiducia qua confidis: † aut quo cōsilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciā,
6 quia recessisti à me? † Ecce, confi-
B dis super baculum arundineum confractū istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharao rex Ægypti om-
7 nibus qui cōfidunt in eo. † Quòd si respondeberis mihi, In Domino Deo nostro confidimus: nónne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalem: Coram altari isto ado-
8 rabitis? † Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores co-
9 rum. † Et quomodo fustinebis fa-
C ciem iudicis vnius loci ex seruis domini mei minoribus? Quòd si confidis in Ægypto in quadrigis,
10 & in equitibus: † & nunc nunquid sine Domino ascendi ad terram istam vt disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super
11 terram istam, & disperde eam. † Et dixit Eliacim & Sobna, & Ioahe ad Rabsacen: Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super
12 murum. † Et dixit ad eos Rabsaces: Nunquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista: & non

non potius ad viros qui ſedent in muro, vt comedant ſtercora ſua: & bibāt vrinā pedū ſuorū vobiſcū. † Et ſtetit Rabſaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit: Audite verba regis magni, regis Aſſyriorū. † Hęc dicit rex: Non ſeducat vos Ezechias quia nō poterit eruere vos. † Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias ſuper Domino, dicens: Eruēs liberabit nos Dñs, nō dabitur ciuitas iſta in manu regis Aſſyriorū. † Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex Aſſyriorū: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnuſquiſq; vineā ſuam, & vnuſquiſq; ficum ſuam: & bibite vnuſquiſq; aquā ciſternæ ſuæ, † donec veniā & tollā vos ad terram quæ eſt vt terra veſtra, terrā frumenti & vini, terrā panum & vinearum. † Nec cōturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium vnuſquiſque terram ſuam de manu regis Aſſyriorum? † Vbi eſt Deus Emath & Arphad? vbi eſt Deus Sepharuáim? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? † Quis eſt ex omnibus dijs terrarum iſtarum, qui eruerit terram ſuam de manu mea, vt eruat Dominus Ieruſalem de manu mea? † Et ſiluerunt, & non reſpōderunt ei verbum. Mandauerat enim rex*, dicens: Ne reſpondeatis ei. † Et ingreſſus eſt Eliacim, filius Helciæ, qui erat ſuper domum, & Sobna ſcriba, & Ioahe, filius Aſaph, à commentarijs, ad Ezechiam ſciſſis veſtibus, & nuntiauerunt ei verba Rabſacis.

* eis.

CAP. XXXVII.

4.Re.19.(1 2.1. A 2.Pa.32 a.1

ET factum eſt: cùm audiſſet rex Ezechias, ſcidit veſtimēta ſua, & obuolutus eſt ſacco, & intrauit in domum Domini. † Et miſit Eliacim qui erat ſuper domum, & Sobnā ſcribam, & ſeniores de ſacerdotibus opertos ſaccis ad Iſaiam, filium Amos, prophetā, † & dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & correptionis, & blaſphemię dies hęc: quia venerunt filij vſq; ad partū, & virtus nō eſt pariendi. † Si quomodo audiat Dominus Deus tuus verba Rabſacis, quem miſit rex Aſſyriorum dominus ſuus ad blaſphemādum Deum viuentem, & exprobrandum ſermonibus quos audiuit Dominus Deus tuus: leua ergo orationem pro reliquijs quę repertæ ſunt. † Et venerunt ſerui regis Ezechiæ ad Iſaiam, † & dixit ad eos Iſaias, Hæc dicetis domino veſtro, Hęc dicit Dominus: Ne timeas à facie verborū quæ audiſti, quib⁹ blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorū me. † Ecce, Ego dabo ei ſpiritū, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram ſuam, & corruere eum faciā gladio in terra ſua. † Reuerſus eſt autem Rabſaces, & inuenit regē Aſſyriorum præliantem aduerſus Lobnam. Audierat enim quia profectus eſſet de Lachis, † & audiuit de Tharáca rege Æthiopiæ, dicentes: Egreſſus eſt vt pugnet contra te. Quod cùm audiſſet, miſit nuntios ad Ezechiam, dicens, † Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ, loquentes: Nō te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens, Non dabitur Ieruſalem in manum regis Aſſyriorum. † Ecce, tu audiſti omnia quę fecerunt reges Aſſyriorū omnibus terris quas ſubuerterunt, & tu poteris liberari? † Nunquid eruerunt eos dij Gentiū, quos ſubuerterunt patres mei Gozam, & Haram, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thalaſſar? † Vbi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuáim, Ana & Aua? † Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & aſcendit in domum Domini, & expandit

Sepphiter Ezechias, Deus mihi pelli mi Gestis.

dit eos Ezechias coram Domino.
15 † Et orauit Ezechias ad Dominũ,
16 dicens, † Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super cherubim: tu es Deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum & terram. † Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandũ Deum viuentem. † Verè enim Domi-
18 D ne desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earum.
19 † Et dederunt Deos earum igni: non enim erant dij, sed opera manuum hominum, lignum & lapis,
20 & comminuerunt eos. † Et nunc Domine Deus noster salua nos de manu eius: & cognoscant omnia regna terræ quia tu es Dominus
21 solus. † Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege
22 Assyriorum, † hoc est verbũ quod locutus est Dominus super eum, Despexitte, & subsannauit te virgo filia Sion: post te caput mouit
23 filia Ierusalem. † Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem oculorum tuo-
24 rum? Ad sanctum Israel. † In manu seruorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti: In multitudine quadrigarũ mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani: & succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinẽ summitatis eius, saltum Carmeli eius.
25 † Ego fodi & bibi aquam, & exicaui vestigio pedis mei omnes ri-
26 uos aggerum. † Nunquid non audisti quæ olim fecerim eis ex diebus antiquis ego plasmaui illud: & nunc adduxi, & factum est in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munita-
27 rum. † Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum quæ exaruit antequam
28 matureſceret. † Habitationem
F tuã, & egressum tuum, & introitum tuum cognoui, & insaniam
29 tuam contra me. † Cùm furores aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis, & reducam te
30 in viam per quam venisti. † Tibi autem hoc erit signum, Comede hoc anno, quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio seminate & metite, & plantate vineas, &
31 comedite fructũ earum. † Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est, radicem deorsum, & faciet fructũ
32 sursum. † quia de Ierusalem exibunt reliquiæ, & saluatio de mõte Sion: zelus Domini exercitu-
33 um faciet istud. † Propterea hæc
G dicit Dominus de rege Assyriorum, non intrabit ciuitatẽ hanc, & non iaciet ibi sagittam: & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem.
34 † In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non in-
35 gredietur, dicit Dominꝰ. † Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter me, & propter Da-
36 uid seruum meum. † ‖ Egressus est autem angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinq; millia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes
37 cadauera mortuorum. † Et egressus est, & abijt: & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in Niniue. † Et factum
38 est, cùm adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech, & Sarasar filij eius percusserũt eum gladio, fugeruntq; in terram Ararat, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

Su 10.c.12.
4.Reg.19.
g.35.
Tob.1.d.21
Eccl.48.d.
24.
1.Mac.7.f.
41.
2.Mac.8.c.
19.

CAP.

CAP. XXXVIII.

1 IN ¶ diebus illis ægrotauit Eze-
A chias vsq; ad mortem, & intro-
4. Reg. 20. a. 1. iuit ad eum Isaias filius Amos pro-
1. Par. 32. f. 24. pheta, & dixit ei: Hæc dicit Do-
2 minus: Dispone domui tuæ, quia moriêris tu, & non viues. † Et con-
uertit Ezechias faciem suam ad
parietem, & orauit ad Dominum,
3 † & dixit: Obsecro Domine, me-
mento quæso quomodo ambula-
uerim coram te in veritate & in
corde perfecto, & quod bonũ est
in oculis tuis fecerim. Et fleuit E-
4 zechias fletu magno. † Et factum
est verbum Domini ad Isaiam, di-
5 cens: † Vade, & dic Ezechiæ, Hæc
dicit Dominus Deus Dauid pa-
tris tui: Audiui orationem tuam,
ª lachrymã & vidi ª lachrymas tuas'. ecce, ego
tuam 10. adijciam super dies tuos quinde-
6 cim annos, † & de manu regis As-
syriorum eruam te & ciuitatem
7 istam, & protegam eam. † Hoc au-
B tem tibi erit signum à Domino,
quia faciet Dominus verbum hoc
8 quod locutus est. † Ecce ego reuer-
ti faciam vmbram linearum, per
quas descenderat in horologio
Achaz in sole retrorsum decem
lineis. Et reuersus est sol decem
lineis per gradus quos descende-
rat.
9 † Scriptura Ezechiæ regis Iuda
cùm ægrotasset, & cõualuisset de
infirmitate sua.
10 † Ego dixi: In dimidio dierum
meorum vadam ad portas inferi:
quæsiui residuum annorum meo-
rum.
11 † Dixi, Non videbo Dominum
Deum in terra viuentium, non a-
spiciam hominem vltrà, & habi-
tatorem quietis.
12 † Generatio mea ablata est: &
C cõuoluta est à me, quasi taberna-
culum pastorum præcisa est, velut
à texẽte vita mea: dum adhuc or-
direr succidit me: de manè vsque
ad vesperam finies me.
13 † Sperabam vsq; ad mane, quasi
leo sic cõtriuit omnia ossa mea:
de manè vsq; ad vesperam finies
me.
14 † Sicut pullus hirundinis sic cla-
mabo, meditabor vt columba: at-
tenuati sunt oculi mei suspicien-
tes in excelsum: Domine vim pa-
tior, ª respõde' pro me. ª sponde 2.
15 † Quid dicam, aut quid respon-
D debit mihi cùm ipse ª fecerit' ? re- ª fecerim
cogitabo * omnes annos meos in 18.
amaritudine animæ meæ. * tibi.
16 † Domine ª si' sic viuitur, & in ª. 5.
talibus vita spiritus mei: corripies
me & viuificabis me.
17 † Ecce, in pace amaritudo mea
amarissima: tu autem eruisti ani-
mam meam vt non periret, proie-
cisti post tergum tuum omnia
peccata mea.
18 † Quia non infernus confitebi-
tur tibi, neque mors laudabit te:
nõ expectabunt qui descendunt
in lacum, veritatem tuam.
19 † Viuens viuens ipse confitebi-
tur tibi, sicut & ego hodiè: pater
filijs notam faciet veritatẽ tuam.
20 † Domine saluum me fac, & psal-
mos nostros cantabimus cunctis
diebus vitæ nostræ in domo Do-
mini.
21 † Et iussit Isaias vt tollerẽt mas-
sam de ficis, & cataplasmarent su-
per vulnus, & sanaretur.
22 † Et dixit Ezechias: Quod erit
signum quia ascẽdam in domum
Domini?

CAP. XXXIX.

1 IN ¶ tempore illo misit Mero- 4. Reg. 20.
A dach Baladan filius Baladã rex c. 12.
Babylonis, libros & munera ad
Ezechiam: audierat enim quòd
2 ægrotasset, & conualuisset. † Læ-
tatus est autẽ super eis Ezechias,
& ostendit eis cellam aromatum,
& argenti, & auri, & odoramen-
torum, & vnguẽti optimi, & om-
nes apothecas supellectilis suæ, &
vniuersa quæ inuẽta sunt in the-
sauris

sauris eius. Non fuit verbū quod
non ostenderet eis Ezechias in
domo sua & in omni potestate
3 sua. † Introiuit autem Isaias pro-
pheta ad Ezechiam regem, & di-
xit ei, Quid dixerunt viri isti, &
vnde venerūt ad te? Et dixit Eze-
chias, De terra lōginqua venerūt
4 ad me, de Babylone. † Et dixit,
C Quid viderūt in domo tua? Et di-
xit Ezechias, Omnia quę in domo
mea sūt, viderūt: nō fuit res quā
non ostenderim eis in thesauris
5 meis. † Et dixit Isaias ad Ezechiā,
6 Audi verbum Dñi exercituū. † Ec-
D ce dies venient, & auferentur om
nia quę in domo tua sunt, & quæ
thesaurizauerunt patres tui vsq;
ad diem hanc, in Babylonem:
non relinquetur quicquam, di-
7 cit Dominus. † Et de filijs tuis,
qui exibunt de te, quos genue-
ris, tollent, & erunt eunuchi in
8 palatio regis Babylonis. † Et dixit
Ezechias ad Isaiam, Bonum ver-
bum Domini quod locutus es. Et
dixit, Fiat tantùm pax & veritas
in diebus meis.

CAP. XL.

1 COnsolamini, consolamini po-
pule meus, dicit Deus vester.
2 † Loquimini ad cor Ierusalem, &
A aduocate eam: quoniam comple-
ta est malitia eius, dimissa est ini-
quitas illius: suscepit de manu
Domini duplicia pro omnibus
3 peccatis suis. † ‖ Vox clamantis in
Matt.3.a.3. deserto: Parate viam Domini, re-
Mar.1.a.3. ctas facite in solitudine semitas
4 Dei nostri. † Omnis vallis exalta-
Luc.3.a.4. bitur, & omnis mons & collis hu-
Ioa.1.c.23. miliabitur, & erunt prauа in di-
5 recta, & aspera in vias planas. † Et
reuelabitur gloria Domini, & vi-
debit omnis caro pariter quod os
6 Domini locutum est. † Vox di-
B centis, Clama. Et dixi, Quid cla-
Ec 14.c.18. mabo? ‖ Omnis caro fœnum, &
Iac.2.b.10. omnis gloria eius quasi flos agri.
7 † Exiccatum est fœnum, & cecidit
flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnum est popu- 1.Pe.1.d.24
8 lus. † exiccatum est fœnum, & cecidit flos: ‖ verbum autem Do- Ma 5.c.18.
mini nostri manet in æternum. 24.c.38.
9 † Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion: ex- Ma.13.d.3c
alta in fortitudine vocem tuam, Lu.19.d.17
qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus
10 Iudæ, Ecce Deus vester: † ecce Dominus Deus in fortitudine veni-
C et, & brachium eius dominabitur: ecce, merces eius cum eo, &
11 opus illius coram illo. † ‖ Sicut pa- Io.10.b.11.
stor, gregem suum pascet: in bra- Ez.34.f.23.
chio suo congregabit agnos, & in 37.f.24.
sinu suo leuabit, fœtus ipse por-
12 tabit. † Quis mensus est pugillo
aquas, & cælos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis
molem terræ, & liberabit in pondere montes, & colles in statera?
13 † ‖ Quis adiuuit spiritum Domi- Ro.11.d.34
ni? aut quis consiliarius eius fuit, 1.Cor.2.
14 & ostendit illi? † Cum quo iniit d.16.
D consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitię, & eruditiuit eum scientiam, & viā pru- Sap.9.c.13.
15 dentiæ ostendit illi? † Ecce, Gētes
quasi stilla situlæ, & quasi momētum statēræ reputatæ sunt: ecce,
16 insulæ quasi puluis exiguus. † Et
Libanus nō sufficiet ad succēdēdū, & animalia eius non sufficiēt
17 ad holocaustum. † Omnes gentes
quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputa-
18 tæ sunt ei. † ‖ Cui ergo similem fe Actor.17.
cistis Deum? aut quam imaginem f.29.
19 ponetis ei? † Nunquid sculptile
conflauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argen-
20 teis agentarius? † Forte lignum,
E & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrū quod non moueatur.
21 † Nunquid nō 'sciris'? nunquid 'scietis'
nō audistis? nunquid non annuntiatū est vobis ab initio? nunquid
nō intellexistis fundamēta terræ?

C † Qui

22 † Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut taber
23 naculum ad inhabitandum. † Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit:
24 † Equidem neq; *plantatus, neq; satus, neq; radicatus in terra trũcus eorũ: repente flauit in eos, & aruerũt, & turbo quasi stipulã auferet eos. † Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit sanctus?
26 † Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiam eorũ, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisq; eius, neque
27 vnũ reliquum fuit. † Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudiciũ meũ transiuit?
28 † Nunquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dñs, qui creauit terminos terræ: non deficiet, neq; laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius. † Qui dat
29 lasso virtutẽ: & his qui non sunt fortitudinẽ, & robur multiplicat.
30 † Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.
31 † Qui aũt sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

CAP. XLI.

1 A TAceant ad me insulæ, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul
2 ad iudiciũ propinquemus. † Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius, *sicut stipulam
3 vento raptam arcui eius. † Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius nõ appa-
4 rebit. † Quis hæc operatus est, & fecit vocans generationes ab exordio? Ego Dñs, I prim⁹ & noui⁹
5 simus ego sum. † Viderunt insulæ, B & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt
6 & accesserũt. † Vnusquisq; proximo suo auxiliabitur, & fratri suo
7 dicet, Confortare. † Confortauit faber ærarius percutiens malleo, eum qui cudebat tunc temporis, dicens, Glutino bonũ est: & confortauit eum clauis, vt non
8 moueretur. † Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semen
9 Abraham amici mei, † in quo apC prehendi te ab extremis terræ, & à lõginquis eius vocaui te, & dixi tibi, Seruus meus es tu, elegi te,
10 & non abieci te. † Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & susce-
11 pit te dextera iusti mei. † Ecce confundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt
12 viri qui contradicunt tibi. † Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos. erunt quasi non sint: & veluti consumptio * hominis
13 bellantis aduersum te. † Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicens que tibi, Ne timeas, ego adiuuite.
14 † Noli timere vermis Iacob qui mortui estis ex Israël: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor
15 tuus sanctus Israel. † Ego posui te D quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis montes, & comminues. &
16 colles quasi puluerẽ pones. † Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Domino, in sancto Israel lætaberis.
17 † Egeni, & pauperes quærũt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelin-
18 quam eos. † Aperiam in supinis col-

In. 44.a.6. 48.b.12. Ap.1.d.18. 22.a.13.

*plantato, in terra (26 &3. *hominis bellantes 1.

collibus flumina, & in medio cā-
porum fontes: ponam desertum
in stagna aquarum, & terram in-
19 uiam in riuos aquarum. ‡ Dabo
E in solitudinem cedrum, & spi-
nam, & myrtum, & lignum oli-
uæ: ponam in deserto abietem,
20 vlmum, & buxum simul. ‡ Vt vi-
deant, & sciant, & recogitent, &
intelligant pariter quia manus
Domini fecit hoc, & sanctus Is-
21 rael creauit illud. ‡ Prope facite
iudicium vestrum, dicit Domi-
nus: afferte, si quid fortè habe-
22 tis, dixit rex Iacob. ‡ Accedant, &
nuntient nobis quæcunque ven-
tura sunt: priora quæ fuerunt nū-
tiate: & ponemus cor nostrum,
& sciemus nouissima eorum, &
quæ ventura sunt indicate nobis.
23 ‡ Annuntiate quæ ventura sunt
F in futurum, & sciemus quia dij e-
stis vos: bene quoque aut malè, si
potestis, facite: & loquamur, & vi-
24 deamus simul. ‡ Ecce, vos estis ex
nihilo, & opus vestrū ex eo quod
non est: abominatio est qui ele-
25 git vos. ‡ Suscitaui ab Aquilone,
& veniet ab Ortu solis: vocabit
nomen meum, & adducet magi-
stratus quasi lutum, & velut pla-
26 stes conculcans humum. ‡ Quis
G annuntiauit ab exordio, vt scia-
mus: & à principio, vt dicamus,
Iustus es? non est neque annun-
tians, neque prædicens, neque
27 audiens sermones vestros. ‡ Pri-
mus ad Sion dicet, Ecce adsum, &
Ierusalem euangelistam dabo.
28 ‡ Et vidi, & non erat neq; ex istis
quisquam qui iniret consilium,
& interrogatus responderet ver-
29 bum. ‡ Ecce omnes iniusti, & vana
opera eorum ventus & inane si-
mulachra eorum.

CAP. XLII.

1 ECce seruus meus, suscipiam
A eum: electus meus, complacu-
Ma 11.b.18 it sibi in illo anima mea: dedi spi-
ritum meum super eum, iudici-
2 um Gentibus proferet. ‡ Non cla-
mabit, neq; accipiet personam,
3 nec audietur vox eius foris. ‡ Ca-
lamum quassatum nō conteret, &
linū fumigans non extinguet: in
4 veritate educet iudiciū. ‡ Nō erit
tristis, neq; turbulentus, donec
ponat in terra iudicium: & legē
5 eius insulæ expectabunt. ‡ Hæc di
cit Dñs Deus creans cælos, & ex-
tendens eos: firmans terram, &
quæ germinant ex ea: dans flatū
populo qui est super eam & spiri-
6 tum calcantibus eam. ‡ Ego Dñs
B vocaui te in iustitia, & apprehen
di manum tuam, & seruaui te.
Et ‖ dedi te in fœdus Populi, in In.49.b.6.
7 lucem Gentium: ‡ Vt aperires o-
culos cæcorum, & educeres de
conclusione vinctum, de domo
8 carceris sedētes in tenebris. ‡ Ego
Dominus, hoc est nomen meum:
‖ gloriam meam alteri non dabo, In.48.b.11.
9 & laudē meam sculptilibus. ‡ Quę
prima fuerunt, ecce venerunt: no
ua quoq; ego annuntio: antequā
oriantur, audita vobis faciam.
10 ‡ Cantate Dño canticum nouum,
laus eius ab extremis terræ, qui
descenditis in mare, & plenitudo
eius: insulæ, & habitatores earū.
11 ‡ Subleuetur desertum & ciuita-
tes eius: in domibus habitabit Ce
dar: laudate habitatores Petræ, de
12 vertice montiū clamabunt. ‡ Po-
nent Domino gloriam, & laudem
13 eius in insulis nuntiabunt. ‡ Do-
C minus sicut fortis egredietur, *si- *& 7.
cut vir præliator suscitabit ze-
lum: vociferabitur, & clamabit:
super inimicos suos confortabi-
14 tur. ‡ Tacui semper, silui, patiens
fui, sicut parturiens loquar: dissi-
15 pabo & absorbebo simul. ‡ Deser-
tos faciā montes, & colles, & om-
ne gramen eorum exiccabo: &
ponam flumina in insulas, & sta-
16 gna arefaciam. ‡ Et ducā cæcos in
viam quam nesciūt: & in semitis
quas ignorauerūt ambulare eos
faciam: ponam tenebras coram

Quem pater elegit, soli sit gloria Christo.

eis in lucem, & praua in recta, hæc verba feci eis, & non dereli-
17 qui eos. † Conuersi sunt retrorsum: confundantur cõfusione, qui
D confidunt in sculptili, qui dicunt
18 conflatili, Vos dij nostri. † Surdi audite, & cæci intuemini ad vi-
19 dendum. † Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuntios meos misi? quis cęcus, nisi qui vænundatus est? & quis cæ-
20 cus, nisi seruus Domini? † Qui vides multa, nónne custodies? qui apertas habes aures, nónne audi-
21 es? † Et Dominus voluit vt sanctificaret eum, & magnificaret
22 legem, & extolleret. † Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum abscónditi sunt, facti sunt in rapinam, nec est qui eruat in direptionem, nec est qui
23 dicat, Redde. † Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat, & au-
24 scultet futura? † Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? nónne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in vijs eius ambulare, & non audie-
25 runt legem eius. † Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

Solus Hebræorum Deus, et Deus omnibus agnus.

CAP. XLIII.

1 ET nunc hæc dicit Dominus
A creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: me-
2 us es tu. † Cùm transieris per aquas, tecũ ero, & flumina nõ operient te: cũ ambulaueris in igne, non comburêris, & flamma non
3 ardebit in te. † Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israël saluator tuus, dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, &
4 Saba pro te. † Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro ani-
5 ma tua. † Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente cõ-
6 gregabo te. † Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Noli prohibere: afer filios meos de longinquo, &
7 filias meas ab extremis terræ. † Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eũ,
8 formaui eum, & feci eum. † Educ foras populum cæcum, & oculos habentem, surdum, & aures ei
9 sunt. † Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus: quis in vobis annũtiet istud, & quæ prima sunt audire nos faciet? dent testes eorum, & iustificentur, & audiant, & dicant, Ve-
10 rè. † Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum, ante me non est formatus Deus, & post
11 me non erit. † ‖ Ego sum, ego Os.13.b.14.
sum Dominus, & non est absque
12 me saluator. † Ego annuntiaui, & saluaui: auditum feci, & non fuit in vobis alienus. vos testes mei, dicit Dominus, & ego
13 Deus. † Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud?
14 † Hæc dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israel, Propter vos emisi in Babylonẽ, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in
15 nauibus suis gloriantes. † Ego Dominus sanctus vester, creans
16 Israel rex vester. † Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam & in aquis torrentibus semitam.
17 † Qui eduxit quadrigam & equũ:
C agmen & robustum, simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linũ, & extincti sunt.
18 † Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. † Ecce ‖ ego 2. Cor. 5.
facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea: ponam in de-
d.17.

serto

serto viam, & in inuio flumina.
20 †Glorificabit me bestia agri, draco
nes & struthiões, quia dedi in de-
serto aquas, flumina in inuio, vt
darem potum populo meo, electo
21 meo. † Populũ istum formaui mi-
22 hi, laudem meam narrabit. †Non
me inuocasti Iacob, nec laborasti
23 in me Israel. † Non obtulisti mihi
arietẽ holocausti tui, & victimis
tuis non glorificasti me, non te
seruire feci in oblatione, nec la-
24 borem tibi prębui in thure. †Non
D emisti mihi argento calamum,
& adipe victimarum tuarum nõ
inebriasti me. Veruntamen serui-
re me fecisti in peccatis tuis, præ-
buisti mihi laborem in iniquita-
25 tibus tuis. †Ego sum, ego sum ipse
qui deleo iniquitates tuas pro-
pter me, & peccatorũ tuorum nõ
26 recordabor. † Reduc me in memo
riam, & iudicemur simul, narra si
27 quid habes vt iustificeris. † Pater
tuus primus peccauit, & interpre-
tes tui præuaricati sunt in me.
28 † Et contaminaui principes san-
*& 1. ctos, *dedi ad internecionem Ia-
cob, & Israel in blasphemiam.

CAP. XLIIII.

1 ET nunc audi Iacob serue me-
2 us, & Israel quẽ elegi, †Hæc di-
A cit Dñs faciens & formans te, ab
Ier.30.b.10 vtero auxiliator tuus: noli time-
46.g.27. re serue meus Iacob, & rectissime
3 quem elegi. † Effundam enim a-
quas super sitientem, & fluenta
super aridam: effundam spiritum
meum super semen tuum, & be-
nedictionem meam super stirpẽ
4 tuam. † Et germinabunt inter her
bas quasi salices iuxta prætерflu-
5 entes aquas. † Iste dicet, Domini
ego sum: & ille vocabit in nomi-
ne Iacob, & hic scribet manu sua,
Domino: & in nomine Israel assi-
6 milabitur. † Hæc dicit Dominus
rex Israel, & redemptor eius Do-
Su.41.b.4. minus exercituum, ‖Ego primus,
In.48.b.12 & ego nouissimus, & absq; me nõ
7 est Deus. † Quis similis mei? vocet Ap.1.d.18.
& annũtiet: & ordinem exponat 22.a.13.
mihi, ex quo constitui populum
antiquum, ventura & quę futura
8 sunt annuntient eis. † Nolite ti-
B mere, neque conturbemini: ex-
tunc audire te feci, & annuntiaui:
vos estis testes mei, nunquid est
Deus absq; me, & formator quẽ
9 ego non nouerim? † Plastæ idoli
omnes nihil sunt, & amantissima
eorũ non proderunt eis. ipsi sunt
testes eorum, quia non vidẽt ne-
que intelligunt, vt confundan-
10 tur. † Quis formauit Deum, & scul
11 ptile conflauit ad nihil vtile? † Ec-
ce, omnes participes eius confun
dentur: fabri enim sunt ex homi-
nibus: conuenient omnes, stabũt
& pauebunt, & confundentur si-
12 mul. † ‖Faber ferrarius lima opera Su.13.c.12.
tus est, in prunis, & in malleis for
mauit illud, & operatus est in
brachio fortitudinis suæ, esuriet
& deficiet, non bibet aquam, &
13 lassescet. † Artifex lignarius ex-
tendit normam, formauit illud
in runcina, fecit illud in angula-
ribus, & in circino tornauit illud:
& fecit imaginem viri quasi spe-
ciosum hominem habitantem in
14 domo. † Succidit cedros, tulit ili-
cem, & quercum quæ steterat in-
ter ligna saltus: plantauit pinum,
15 quam pluuia nutriuit. † Et facta
C est hominibus in focum: sumpsit
ex eis, & calefactus est, & succen-
dit, & coxit panes: de reliquo au-
tem operatus est Deum, & ado-
rauit, fecit sculptile, & curua-
16 tus est ante illud. † Medium eius
cõbussit igni, & de medio eius
carnes *comedit, coxit pulmen- *coxit &
tum, & saturatus est, & calefactus
est, & dixit: Vah, calefactus sum,
17 vidi focũ. † Reliquum autem eius
Deum fecit & sculptile sibi: cur-
uatur ante illud, & adorat illud,
& obsecrat dicẽs: Libera me, quia
18 Deus meus es tu. † Nescierunt, ne-
que intellexerunt: obliti enim

sunt

Nil simulacra nocuêre, terra Dolet nubila Christo.

sunt, ne videant oculi eorum & 19 ne intelligant corde suo. † Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neq; sentiunt, vt dicant: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolū faciam? an- 20 te truncum ligni procidam? † Pars eius cinis est: cor insipiens adorauit illud, & nō liberabit animam suam, neq; dicet, Forte mendaci- 21 um est in dextera mea. † Memento horum Iacob & Israel, quoniam seruus meus es tu, formaui te, seruus meus es tu Israel, non obli 22 uiscaris mei. † Deleui vt nubem D iniquitates tuas, & quasi nebulā peccata tua: reuertere ad me, quo- 23 niam redemi te. † Laudate cæli, *.s. quoniam - misericordiam' fecit Dominus: iubilate extrema terræ resonate mōtes laudationem, saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob, 24 & Israel gloriabitur. † Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero, Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, & 25 nullus mecum. † Irrita faciens signa diuinorum & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum: & scientiam eo- 26 rum stultam faciens. † Suscitans verbū serui sui, & consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Ierusalem, Habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, Ædificabimini, 37 & deserta eius suscitabo. † Qui dico profundo, Desolare, & flumina 28 tua arefaciam. † Qui dico Cyro, Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, Ædificaberis: & templo, Fundaberis.

CAP. XLV.

1 HÆc dicit Dominus christo C
A meo Cyro, cuius apprehendi
dexteram vt subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regū vertam, & aperiam coram eo ianuas, 2 & portæ nō claudentur. † Ego ante ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & ve- 3 ctes ferreos confringam. † Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego Dominus qui voco nomen 4 tuū Deus Israel. † Propter seruum meum Iacob, & Israel electū meum, & vocaui te *nomine tuo: as- *in 16.
similaui te, & non cognouisti 5 me. † Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me. 6 † Vt sciant hi qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam absq; me non est. Ego Dominus, & non 7 est alter: † formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Dominus fa- 8 ciens omnia hæc. † Rorate cæli désuper, & nubes pluāt iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego 9 Dominus creaui eum. † Væ qui cōtradicit *fictori' suo, testa de sa- *factori 16.
mijs terræ. [Nunquid dicet lutum Ier. 18. a. 6.
figulo suo, Quid facis, & opus tu- Ro. 9. d. 18.
um absque manibus est? † Væ 10 qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid parturis? † Hæc 11 dicit Dominus sanctus Israel plastes eius, Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate 12 mihi. † Ego feci terram: & hominem super eam creaui ego: manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandaui. 13 † Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, nō in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituū. 14 † Hęc dicit Dominus, Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te trāsibunt, & tui erunt: Post te ambulabunt,

labunt, vincti manicis pergent: & te adorabunt, teq; deprecabuntur, tantùm in te est Deus, & non
15 est absq; te Deus. †verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.
16 †Confusi sunt & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusio-
17 nem fabricatores errorum. † Israel saluatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & nō erubescetis vsque in seculum
18 seculi. † Quia hæc dicit Dominus creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: vt habitaretur, formauit eam, ego Dominus, & non est ali-
19 us. † Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebrosō: non dixi semini Iacob, Frustra quæritis me. ego Dominus loquens iu-
20 stitiam, annuntians recta. † Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis ex Gentib.
D nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant Deum
21 non saluantem. † Annuntiate, & venite, & cōsiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, extunc prædixit illud? nūquid non ego Dominus, & non est vltrà Deus absque me? Deus iustus & sal-
22 uans non est præter me. † Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ, quia ego Deus, &
23 non est alius. † In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur.
Ro.14.b.11 Phi.2.b.10 quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. † Er-
24 go in Domino, dicet, meæ sunt iustitiæ & imperium, ad eum venient, & confundentur omnes
25 qui repugnant ei. † In Domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel.

CAP. XLVI.

1 A Confractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis, onera vestra graui pondere vsq;
2 ad lassitudinem. † Contabuerunt, & contrita sunt simul, non potuerunt saluare portantem, &, ani-
3 ma eorum in captiuitatē ibit. † Audite me dom⁹ Iacob, & omne residuū domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à
4 mea vulua. † Vsq; ad senectā ego B ipse, & vsq; ad canos ego portabo, ego feci, & ego ferā: ego porta-
5 bo & saluabo. † Cui assimilastis me, & adęquastis & cōparastis me
6 & fecistis similem? † Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statēra ponderatis: conducentes aurificem, vt faciat Deum, & pro-
7 cidunt & adorant. † ‖ Portant illū Ba. 6. c. 23
C in humeris gestantes, & ponentes in loco suo, & stabit, ac de loco suo nō mouebitur, sed & cùm clamauerint ad eum, non audiet, de tribulatione non saluabit eos.
8 † Mementote istud, & confundamini: redite præuaricatores ad
9 cor. † Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum Deus, & nō est vltrà Deus, nec est similis mei.
10 † Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdū facta sunt, dicens, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.
11 † Vocans ab Oriente auem', & de iustum.
D terra longinqua virum voluntatis meæ, & locutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam il-
12 lud. † Audite me duro corde, qui
13 longè estis à iustitia. † Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & Israeli gloriam meam.

CAP. XLVII.

1 A Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis
2 mollis & tenera. † Tolle molam, & mole farinam, denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum,

rum, reuela crura, transi flumina.
3 † ‖ Reuelabitur ignominia tua, &
Nah.3.b.5. videbitur opprobrium tuum, vltionem capiam, & nō resistet mihi homo. † Redemptor noster, Dominus exercituū nomen illius,
5 sanctus Israel. † Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldęorum: quia non vocaberis vltrà domina
6 regnorum. † Iratus sum super po-
B pulum meum, contaminaui hæreditatē meam, & dedi eos in manu tua, nō posuisti eis misericordias: super senē aggrauasti iugum
7 tuū valde. † Et dixisti, In sempiternū ero domina, non posuisti hæc super cor tuum, neq; recordata
8 es nouissimi tui. † Et nūc audi hæc delicata, & habitans confidenter,
Ap.18.b.7. quæ dicis in corde tuo, ‖ Ego sum, & non est præter me amplius, nō sedebò vidua, & ignorabo sterili-
9 tatem. † ‖ Venient tibi duo hæc su-
C bitò in die vna, sterilitas & vidui
In.51.f.19. tas, vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehemen-
10 tem. † Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: Non est qui videat me. Sapientia tua & scientia tua, hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo, Ego sum, & præter me
11 nō est altera. † Veniet super te malum, & nescies ortū eius, & irruet super te calamitas, quā non poteris expiare: veniet super te repen
12 te miseria quam nescies. † Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi,
13 aut si possis fieri fortior. † Defeci-
D sti in multitudine consiliorū tuorum: flent, & saluent te augures cæli, qui contemplabuntur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi.
14 † Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animā suam de manu flam-
mæ, nō sunt prunæ quib. calefiāt,
15 nec focus, vt sedeant ad eum. † Sic facta sunt tibi in quibuscunque laboraueras: negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt: non est qui saluet te.

CAP. XLVIII.

1 AVdite hæc domus Iacob, qui
A vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini nō in veritate neq;
2 in iustitia. † De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt, Dñs exer-
3 cituum nomen eius. † Priora extūc annūtiaui, & ex ore meo exierunt & audita feci ea: repente ope
4 ratus sum, & venerunt. † Sciui enim quia dur⁹ es tu, & neruus ferreus cervix tua, & frons tua ærea.
5 † Prædixi tibi extunc, antequam venirent indicaui tibi, ne forte diceres, Idôla mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & cōflatilia mā-
6 dauerunt ista. † Quæ audisti, vide omnia: vos autem num annuntiastis? Audita feci tibi noua ex-
B tunc, & conseruata sunt quæ ne-
7 scis: † nunc creata sunt, & non ex tunc, & ante diē, & nō audisti ea, ne forte dicas: Ecce ego cognoui
8 ea. † Neq; audisti, neq; cognouisti, neq; extunc aperta est auris tua, scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem
9 ex vtero vocaui te. † Propter nomen meum, longe faciā furorem meū, & laude mea infrēnabo te,
10 ne intereas. † Ecce, excoxi te, sed non quasi argentū, elegi te in ca-
11 mino paupertatis. † Propter me, propter me faciā, vt non blasphemer: ‖ & gloriam meam alteri Su.42.b.8
12 non dabo. † Audi me Iacob, & Israel quem ego voco, ‖ ego ipse, Su.41.a.4
ego primus & ego nouissimus. 44.a.6.
13 † Manus quoq; mea fundauit ter-
C ram, & dextera mea mēsa est cœlos:

los:ego vocabo eos, & ſtabunt ſi-
14 mul. † Congregamini omnes vos,
& audite:quis de eis annuntiauit
hæc? Dominus dilexit eum, faciet
voluntatem ſuam in Babylone, &
15 brachium ſuum in Chaldæis. † E-
go ego locutus ſum, & vocaui eũ:
adduxi eum, & directa eſt via e-
16 ius. † Accedite ad me, & audite
hoc: non à principio in abſcondi-
to locutus ſum: ex tempore ante-
quam fieret, ibi eram, & nunc Do
minus Deus miſit me, & ſpiritus
17 eius. † Hæc dicit Dominus redem
ptor tuus ſanctus Iſrael, Ego Do-
minus Deus tuus docẽs te vtilia,
gubernãs te in via qua ambulas.
18 † Vtinã attendiſſes mandata mea:
facta fuiſſet ſicut flumen pax tua,
D & iuſtitia tua ſicut gurgites ma-
19 ris, † & fuiſſet quaſi arena ſemen
tuum, & ſtirps vteri tui vt lapilli
eius: non interiſſet, & non fuiſſet
attritum nomen eius à facie mea.
20 † ‖ Egredimini de Babylone, fugi
Ier.31.a.6. te à Chaldæis, in voce exultatio-
nis annuntiate: auditum facite
hoc, & efferte illud vſque ad extre
Exo.17.b.6 ma terræ. ‖ Dicite, Redemit Domi
Nu.20.(21 nus ſeruum ſuum Iacob. † Non ſi-
b.11. tierunt in deſerto, cùm educeret
Inf.57.d.21 eos: ‖ aquã de petra produxit eis,
& ſcidit petram, & fluxerunt a-
22 quæ. † Non eſt pax impijs, dicit
Dominus.

CAP. XLIX.

1 AVdite inſulæ, & attendite po
A pulidélongẽ: Dominus ab vte
ro vocauit me, de ventre matris
meæ recordatus eſt nominis mei.
2 † ‖ Et poſuit os meum quaſi gladi-
Inf.51.c.16 um acutum: in vmbra manus ſuæ
protexit me, & poſuit me ſicut ſa
gittam electam: in pharetra ſua
3 abſcondit me. † Et dixit mihi,
Seruus meus es tu Iſrael, quia in
4 te gloriabor. † Et ego dixi, In va-
cuum laboraui, ſine cauſa, & vanè
fortitudinem meam conſumpſi:
ergo iudicium meum cum Domi
no, & opus meum cum Deo meo.
5 † Et nunc dicit Dominus, formãs
me ex vtero ſeruum ſibi, vt redu-
cam Iacob ad eũ, & Iſrael non cõ-
gregabitur: & glorificatus ſum in
B oculis Domini, & Deus meus fa-
6 ctus eſt fortitudo mea. † Et dixit,
Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſu
ſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſ
rael conuertendas. ‖ Ecce, dedi te Sup. 42.b.
in lucem Gentiũ, vt ſis ſalus mea 6.
7 vſq; ad extremum terræ. † Hæc di Acto. 13.g.
cit Dominus redemptor Iſrael, 47.
ſanctus eius, ad contemptibilem
animã, ad abominatã gẽtẽ, ad ſer-
uum dominorũ: Reges videbunt,
& conſurgẽt principes, & adora-
bũt propter Dñm, quia fidelis eſt,
8 & ſanctũ Iſrael qui elegit te. † Hęc
C dicit Dominus, ‖ In tẽpore placi- 2.Cor. 6.a
to exaudiui te, & in die ſalutis au 2.
xiliatus ſum tui: & ſeruaui te, &
dedi te in fœdus populi, vt ſuſcita
res terram, & poſſideres hæredita
9 tes diſſipatas, † vt diceres his qui
vincti ſunt, Exite: & his qui in te
nebris, Reuelamini. Super vias pa
ſcentur, & in omnibus planis pa-
10 ſcua eorum. † ‖ Non eſurient, neq; Apo. 7.d.
ſitient, & non percutiet eos æſtus 16.
& ſol: quia miſerator eorum reget
eos, & ad fontes aquarum portabit portabit
11 bit eos. † Et ponam omnes mon- 2.
tes meos in viam, & ſemitæ meæ
12 exaltabũtur. † Ecce iſti dẽlõgè ve-
D niẽt, & ecce illi ab aquilone & ma
13 ri, & iſti de terra auſtrali. † Lauda-
te cæli, & exulta terra, iubilate
mõtes laudem: quia cõſolatus eſt
Dominus populũ ſuum, & paupe
14 rum ſuorum miſerebitur. † Et di-
xit Sion, Dereliquit me Domi-
nus, & Dominus oblitus eſt mei.
15 † Nunquid obliuiſci poteſt muli-
er infantem ſuum, vt nõ miſereatur
filio vteri ſui? & ſi illa oblita
fuerit, ego tamen non obliuiſcar
16 tui. † Ecce in manibus meis deſcri
E pſi te: muri tui coram oculis meis
17 ſemper. † Venerunt ſtructores
tui: deſtruentes te, & diſſipantes à

18 te exibunt. † ‖ Leua in circuitu
Inf.60.a.5. oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestiêris, & circundabis tibi eos quasi
19 sponsa. † Quia deserta tua & solitudines tuę & terra ruinę tuę nũc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbe
20 bant te. † Adhuc dicent in aurib. tuis filij sterilitatis tuæ. Angustus est mihi locus, fac spatium mihi
21 vt habitem. † Et dices in corde F tuo, Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? ego destituta & sola: & isti
22 vbi hîc erant? † Hæc dicit Dominus Deus, Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas su
23 per humeros portabunt. † Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum.
24 † Nunquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? † Quia
25 hæc dicit Dominus, Equidem & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios
26 tuos ego saluabo. † Et citabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro, quia ego Dominus saluãs te, & redemptor tuus fortis Iacob.

CAP. L.

1 A HÆc dicit Dominus, Quis est hîc liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vẽdidi vos? ecce in iniquitatib. vestris vẽditi estis, & in sceleribus vestris dimisi
2 matrem vestram. † Quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat q audiret. ‖ nunquid abbreuiata & Inf.59.a.2.
B paruula facta est manus mea, vt Nu.11.c.23
non possim redimere: aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum: cõputrescẽt pisces sine aqua,
3 & morientur in siti. † Induam cælos tenebris, & saccum ponam o-
4 perimentum eorum. † Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum qui lassus est, verbo: erigit manè, manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi
C 5 magistrum. † Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autẽ non cõ
6 tradico, retrorsum non abij. † Cor Mat.26.g.
pus meum dedi percutiẽtibus, & 67.
genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpanti-
7 bus & conspuentibus * † Dominꝰ * in me.
Deus auxiliator meus, ideò non sum confusus: ideo posui faciem meam, vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar.
8 † ‖ Iuxta est qui iustificat me: quis Ro.8.f.33.
contradicet mihi? stemus simul. quis est aduersarius meus? accé-
9 dat ad me. † Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes qua-
D si vestimentum conterentur, ti-
10 nea comedet eos. † Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine Domini, & imita-
11 tur super Deum suum. † Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succẽdistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

CAP. LI.

1 A VDite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dñm:

attendite ad petram vnde excisi
estis, & ad cauernam lacide qua
2 præcisi estis. † Attendite ad Abra-
ham patrem vestrum, & ad Saram
quæ peperit vos: quia vnum voca
ui eum, & benedixi ei, & multipli
3 caui eum. † Consolabitur ergo Do
minus Sion, & consolabitur om-
nes ruinas eius: & ponet desertũ
eius quasi delitias, & solitudinem
B eius quasi hortum Domini. Gau-
dium & lætitia inuenietur in ea,
4 gratiarum actio, & vox laudis. † At
tẽdite ad me populc meus, & trib.
mea me audite: quia lex à me exi
et, & iudicium meum in lucẽ po
5 pulorum requiescet. † Propè est iu
stus meus, egressus est saluator me
us, & brachia mea populos iudi-
cabunt: me insulæ expectabunt:
& brachium meum sustinebunt.
6 † Leuate in cælum oculos vestros,
& videte sub terra deorsum: quia
cæli sicut fumus liquescent, & ter
C ra sicut vestimentum atteretur, &
habitatores eius sicut hæc interi-
Ps.36.d.31. bunt: ‖ Salus autem mea in sem-
d.39. piternum erit, & iustitia mea nõ
7 deficiet. † Audite me qui scitis
iustum, populus meus lex mea in
corde eorum: nolite timere op-
probrium hominum, & blasphe-
8 mias eorum ne metuatis. † Sicut
enim vestimentum, sic comedet
Ps.36.d.31. eos vermis, & sicut lanã, sic deuo-
d.39. rabit eos tinea: ‖ Salus autẽ mea
in sempiternũ erit, & iustitia mea
9 in generatione generationũ. † Cõ
D surge consurge, induere fortitudi
nem brachium Domini: consurge
sicut in dieb. antiquis, in genera-
tionibus seculorum. nunquid nõ
tu percussisti superbum, vulnera-
10 sti draconem? † ‖ Nunquid non tu
Exo. 14. c. siccasti mare, aquam abyssi vehe-
21. mentis: qui posuisti profundũ ma
11 ris viam, vt transirẽt liberati? † Et
nunc qui redempti sunt à Domi-
no, reuertentur, & venient in Si-
on laudantes, & lætitia sempiter-
na super capita eorum, gaudiũ &
lætitiã tenebunt, fugiet dolor &
12 gemitus. † Ego ego ipse cõsolabor
vos: quis tu vt timeres ab homine
mortali, & à filio hominis, quiqua
13 si fœnũ ita arescet? † Et oblitus es
E Dñi factoris tui, qui tetendit cæ-
los, & fundauit terram: & formi-
dasti iugiter tota die à facie furo-
ris eius qui te tribulabat, & para-
uerat ad perdendum: vbi nunc est
14 furor tribulantis? † Cito veniet
gradiens ad aperiendum, & non
interficiet vsq; ad internecionẽ,
15 nec deficiet panis ei⁹. † Ego autẽ
sum Dominus Deus tuus, q cõtur
bo mare, & intumescunt fluctus
eius, Dominus exercituum nomẽ
16 meum. † ‖ Posui verba mea in ore Sup. 49.2.
tuo, & in vmbra manus meæ pro- 2.
texi te, vt plantes cælos, & fundes
terram: & dicas ad Sion, Populus
17 meus es tu. † Eleuare, eleuare, con
F surge Ierusalem, quæ bibisti de
manu Domini calicem iræ eius:
vsq; ad fundum calicis soporis bi
18 bisti, & potasti vsq; ad fæces. † Nõ
est qui sustentet eam ex omnibus
filijs quos genuit: & non est qui
apprehendat manum eius ex om
19 nibus filijs quos enutriuit. † ‖ Duo Sup. 47.b.
sunt quæ occurrerunt tibi: quis 9.
contristabitur super te? vastitas &
contritio, & fames & gladius, q⁹
20 consolabitur te? † Filij tui proie-
G cti sunt, dormierunt in capite om
nium viarum, sicut oryx illaqueа-
tus: pleni indignatione Domini,
21 increpatione Dei tui. † Idcirco au
di hoc paupercula & ebria non à
22 vino. † Hæc dicit dominator tuus
Dominus, & Deus tu⁹, qui pugna-
uit pro populo suo, Ecce tuli de
manu tua calicem soporis, fundũ
calicis indignationis meæ, non
23 adijcies vt bibas illum vltrà. † Et
ponam illum in manu eorum qui
te humiliauerunt, & dixerunt ani
mæ tuę, Incuruare, vt transeamus:
& posuisti vt terram corpus tuũ,
& quasi viam transeun-
tibus.

CAP.

CAP. LII.

1 A Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere
vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem
ciuitas sancti: quia non adijciet vl
tra vt pertranseat per te incircun
2 cisus & immundus. † Excutere de
puluere, cõsurge, sede Ierusalem:
solue vincula colli tui captiua fi-
3 lia Sion. † Quia hæc dicit Domi-
nus, Gratis venundati estis, & si-
4 ne argento redimemini. † Quia
Ge.46.2.6. hæc dicit Dominus Deus, ‖ In Æ-
gyptũ descendit populus meus in
principio, vt colonus esset ibi: &
Assur absq; vlla causa calũniatus
5 est eũ. † Et nunc quid mihi est hic,
B dicit Dñs, quoniã ablatus est popu
lus meus gratis? Dominatores eius
Ro.2.d. 24 iniquè agunt, dicit Dominus, ‖ &
Eze. 36. d. iugiter tota die nomen meũ bla-
20. 6 sphematur. † Propter hoc sciet po
pulus meus nomen meũ in die il
la: quia ego ipse qui loquebar, ec-
7 ce adsum. † ‖ Quam pulchri super
Ro.10.c.15. mõtes pedes annuntiantis & præ
Nah.1.d.15 dicãtis pacem: annũciantis bonũ,
prædicantis salutem, dicentis Si-
8 on, 'Regnabit' Deus tuus: † vox
'regnauit 9. speculatorum tuorũ, leuauerunt
voce, simul laudabunt: quia oculo
ad oculum videbunt cũ conuerte
9 rit Dñs Sion. † Gaudete, & lauda-
C te simul deserta Ierusalem: quia
cõsolatus est Dominus populũ su
10 um, redemit Ierusalẽ: † Parauit Do
minus brachium sanctum suũ in
Ps.97.2.3. oculis omniũ Gentium: ‖ & vide-
bunt omnes fines terræ salutare
11 Dei nostri. † Recedite, recedite,
2.Cor.6.d. exite inde, ‖ pollutum nolite tan
17. gere: exite de medio eius, munda
12 mini qui fertis vasa Dñi. † Quoni-
D am non in tumultu exibitis, nec
in fuga properabitis: præcedet e-
nim vos Dñs, & congregabit vos
13 Deus Israel. † Ecce intelliget ser-
uus meus, exaltabitur, & eleuabi-
14 tur, & sublimis erit valdè. † Sicut
obstupuerunt super te multi: sic
15 inglorius erit inter viros aspectus
eius, & forma eius inter filios ho
minum. † Iste asperget gẽtes mul-
tas, super ipsum continebunt reges os suum: ‖ quia quibus nõ est Ro.15.d.21
narratum de eo, viderunt: & qui
non audierũt, contemplati sunt.

CAP. LIII.

1 A ‖ Quis credidit auditui nostro? Ioh.12.f.38
& brachium Domini cui re- Ro.10.c.16
2 uelatum est? † Et 'ascender' sicut 'ascẽdit 4.
virgultum coram eo, & sicut ra-
dix de terra sitienti: non est spe-
cies ei, neque decor: & vidimus
eum, & non erat aspectus, & desy
3 derauimus eum. † ‖ Despectum & Mar.9.b.
nouissimum virorum, virum do- 12.
lorum & scientem infirmitatem:
& quasi absconditus vultus eius
& despectus, vnde nec reputaui-
4 mus eum. † ‖ Verè languores no- Mat.8.c.17
stros ipse tulit, & dolores nostros & 2. d. 24.
ipse portauit: & nos putauimus e-
um quasi leprosum, & percussum
5 à Deo & humiliatum. † ‖ Ipse au- 1.Cor.15.2.
B tem vulneratus est propter iniq- 3.
tates nostras, attritus est propter
scelera nostra: disciplina pacis no
stræ super eum, & liuore eius sana
6 ti sumus. † Omnes nos quasi oues
errauimus, vnusquisque in viam
suam declinauit: & posuit Domi-
nus in eo iniquitatem omnium
7 nostrũm. † Oblatus est quia ip-
se voluit, & non aperuit os suum:
sicut ouis ad occisionem ducetur,
& quasi agnus coram tondente
C se, obmutescet, & ‖ non aperiet Mat.26.f.
8 os suum. † De angustia & de iudi 63.27.b.14
cio sublatus est: generationem Act.8.f.32.
eius quis enarrabit? quia absci-
sus est de terra viuentium: pro-
pter scelus populi mei percussi e-
9 um. † Et dabit impios pro sepultu
ra, & diuitẽ pro morte sua. ‖ eò q̃ 1. Pet. 2. d.
iniquitatem non fecerit, neq; do- 22.
10 lus fuerit in ore eius. † Et Domi- 1.Ioh.3.2.5.
nus voluit cõterere eũ in infirmi-
tate: si posuerit p̃ peccato animã
suam, videbit semen longæuũ, &
vo-

voluntas Domini in manu eius
11 dirigetur. † Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit
D *seruos ipse iustus *seruus meus multos, meos. & iniquitates eorum ipse portabit. 12 † Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quòd tradidit in mortẽ animam
Marc.15.c.28. suam, ‖ & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum
Lu.22.d.37 tulit, & pro transgressoribus ro-
Lu.23.c.34 gauit.

CAP. LIIII.

*Lætare (1 L ‖ Auda' sterilis quæ nõ paris,
A decanta laudem, & hinni quæ
Lu.13.d.29 non pariebas: quoniam multi fi-
Gal.4.d.27 lij desertæ magis, quàm eius quæ
2 habet virum, dicit Dominus. † Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.
3 † Ad dexteram enim, & ad læuam
B penetrabis: & semen tuum Gentes hęreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. 4 † Nolitimere, quia
non confundéris, neque erubesces: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuiscéris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius.
5 † Quia dominabitur tui qui fecit
C te, ‖ Dominus exercituum nomẽ
Luc.1.c.32. eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur. 6 † Quia vt mulierẽ derelictam & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adolescẽtia abiectam, dixit Deus tuus.
7 † Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus ma-
8 gnis congregabo te. † In momento indignationis abscondi faciem
D meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus Domi-
9 nus. † Sicut in ‖ diebus Noë istud
Ge.9.b.15. mihi est, cui iuraui ne inducerem
*diluuij 15. aquas *Noë vltrà supra terram: sic iuraui vt non irascar tibi, & non
10 increpem te. † Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miserator tuus Dominus. 11 † Paupercula
E tempestate conuulsa, absque vlla consolatione, Ecce ego sternã per ordinem lapides tuos, & fundabo
12 te in sapphiris, † & ponam iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desyderabiles. 13 † ‖ Vniuersos filios tuos Ioh.6.c.45
F doctos à Domino: & multitudinem pacis filijs tuis. 14 † Et in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit
15 tibi. † Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam
16 tuus adiungetur tibi. † Ecce, ego
G creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfe-
17 ctorem ad disperdendum. † Omne vas quod fictum est contra te nõ dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio, iudicabis. Hęc est hæreditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me, dicit Dominus.

CAP. LV.

1 OMnes ‖ sitientes venite ad a- Ec.51.d.32
A quas: & qui non habetis argẽtum, properate, emite & comedite: ‖ venite, emite absq; argento, & absque vlla commutatione Apoc.22. d.17.
2 vinum & lac. † Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum nõ in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. 3 † Inclinate
B aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, ‖ misericordias Dauid Actor.13.c.
4 fideles. † Ecce testem populis de- 34.

di

di eum, ducē ac præceptorē Gen-
5 tibus. † Ecce, gentē quam neſcie-
bas, vocabis: & gentes quæ te nō
cognouerunt, ad te current pro-
pter Dñm Deum tuum, & ſanctū
6 Iſrael quia glorificauit te. † Quæ-
rite Dominū dū inueniri poteſt,
7 inuocate eū dum prope eſt. † De-
relinquat impius viā ſuam, & vir
iniquus cogitationes ſuas, & re-
C uertatur ad Dominū, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrū, quo-
niam multus eſt ad ignoſcēdum.
8 † Nō enim cogitationes meæ, co-
gitationes veſtræ: neq; viæ veſtræ
9 viæ meæ, dicit Dñs. † Quia ſicut C
exaltantur cæli à terra, ſic exalta-
tæ ſunt viæ meæ, à vijs veſtris, &
cogitationes meę à cogitationib⁹
10 veſtris. † Et quomodo deſcendit
imber, & nix de cęlo, & illuc vltrà
non reuertitur, ſed inebriat ter-
ram, & infundit eā, & germinare
eam facit, & dat ſemē ſeréti, & pa
11 nem comedēti: † Sic erit verbum C
meū quod egredietur de ore meo:
nō reuertetur ad me vacuum, ſed
faciet quæcunq; volui, & proſpe-
rabitur in his ad quæ miſi illud.
12 † Quia in lætitia egrediemini, &
in pace deducemini: montes &
colles cantabunt coram vobis lau
dē, & omnia ligna regionis plau-
13 dent manu. † Pro ſaliunca aſcen-
det abies, & pro vrtica creſcet
myrtus: & erit Dominus nomina-
tus in ſignum æternum, quod
non auferetur.

CAP. LVI.

1 HÆc dicit Dñs, ‖cuſtodite iudi
A cium, & facite iuſtitiam: quia
Sap.1.a.1. 2 iuxta eſt ſalus mea vt veniat, &
iuſtitia mea vt reueletur. † Beatus
vir qui facit hoc, & filius hominis
qui apprehēdet iſtud: cuſtodiens
ſabbathū ne polluat illud, cuſto-
diens manus ſuas ne faciat omne
3 malum. † Et nō dicat filius aduenæ
qui adhæret Domino, dicens: Se-
paratione diuidet me Dominus à
populo ſuo. Et nō dicat Eunuch⁹,
4 Ecce ego lignū aridum. † Quia hęc
B dicit Dominus Eunuchis, Qui cu-
ſtodierint ſabbatha mea, & ele-
gerint quę ego volui, & renuerint
5 fœdus meum: † Dabo eis in domo
mea & in muris meis locū, & no-
men melius à filijs & filiabus: no-
men ſempiternū dabo eis, quod
6 nō peribit: † Et filios aduenæ qui
adhærēt Domino, vt colant eum,
& diligant nomē eius, vt ſint ei in
ſeruos: omnem cuſtodientē ſab-
bathum ne polluat illud, & tenē-
7 tem fœdus meum: † Adducā eos
C in montem ſanctum meum, & lę-
tificabo eos in domo orationis
meæ: holocauſta eorum, & victi-
mæ eorum placebunt mihi ſuper
altari meo: quia ‖ domus mea, do- Matt.21.b.
mus orationis vocabitur cunctis 13.
8 populis. † Ait Dominus Deus qui Marc.11.c.
congregat diſperſos Iſrael: Adhuc 16.
congregabo ad eum congregatos Luc.19.g.
9 eius. † Omnes beſtiæ agri venite 46.
ad deuorādū, vniuerſæ beſtiæ ſal-
10 tus. † Speculatores eius cæci om-
D nes, neſcierūt vniuerſi: canes mu-
ti non valentes latrare, videntes
vana, dormientes & amantes ſo-
11 mnia. † Et canes impudentiſſimi
neſcieruntſaturitatem: ipſi paſto-
res ignorauerunt intelligētiam:
‖ omnes in viam ſuam declinaue- Ier.6.c.13.
runt, vnuſquiſque ad auaritiam 8.d.10.
ſuam, à ſummo vſque ad nouiſſi-
12 mum. † Venite, ſumamus vinum, Sap.2.b.7.
& impleamur ebrietate: & erit Su.22.d.13.
ſicut hodiè, ſic & cras, & multò
amplius.

CAP. LVII.

1 IVſtus perit, & non eſt qui reco-
A gitet in corde ſuo: & viri miſe-
ricordiæ colliguntur, quia nō eſt
qui intelligat, à facie enim mali-
2 tiæ collectus eſt iuſtus. † Veniat
pax, requieſcat in cubili ſuo qui
3 ambulauit in directione ſua. † Vos
autem accedite huc filij augura-
tricis, ſemen adulteri, & forni-
cariæ.

4 cariæ. † Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? nunquid non vos filij sce-
5 lesti, semen mendax? † qui consolamini in dijs subter omne lignũ frondosum, immolãtes paruulos in torrentibus, subter eminentes
6 petras? † In partibus torrẽtis pars tua, hæc est sors tua: & ipsis effudisti libamẽ, obtulisti sacrificium. nunquid super his non indigna-
7 bor? † Super montem excelsum & B sublime posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. † Et post ostium, & retrò po-
8 stem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum, dilatasti cubile tuum, & pepegisti cũ eis fœdus: dilexisti stratum eorum ma-
9 nu aperta. † Et ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad infe-
10 ros. † In multitudine viæ tuæ laC borasti, non dixisti: Quiescam. vitam manus tuæ inuenisti, pro-
11 pterea nõ rogasti. † Pro quo solicita timuisti, quia mẽtita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia ego tacens, & quasi nõ videns, & mei oblita es.
12 † Ego annũtiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.
13 † Cũm clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit mon-
14 tem sanctum meum. † Et dicam, Inf. 62. d. 10 ‖ Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendi-
15 cula de via populi mei. † Quia hęc D dicit excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contri-
16 torum. † Non enim in sempiternum litigabo, neq; vsq; ad finem iracar: quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.
17 † Propter iniquitatẽ auaritiæ eius iratus fum, & percussi eum: abscõdi à te faciem meam'. & indigna- ..12.
tus sum, & abijt vagus in via cor-
18 dis sui. † Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus
19 eius. † Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est & qui propè, dixit Dominus, & sa-
20 naui eum. † Impij autem quasi mare feruẽs, quod quiescere nõ potest, & redundant fluctus eius in
21 conculcationem & lutum. † ‖ Non Su. 48. d. 22
est pax impijs, dicit Dominus meus.

CAP. LVIII.

1 CLama, ne cesses, quasi tuba exA alta vocem tuam, & annuntia populo meo ‖ scelera eorum, & Su. 1. d. 16.
2 domui Iacob peccata eorum: † Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appro-
3 pinquare Deo volunt. † Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes
4 debitores vestros repetitis. † Ecce B ad lites & cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor ve-
5 ster. † ‖ Nunquid tale est ieiuni- Zach. 7. b. 5
um quod elegi, per diem affligere hominem animã suam? nunquid cõtorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerẽ sternere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilẽ Domino?
6 † Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus di-

7 dirumpe. † ‖ Frange esurienti pa-
Ez.18.b.16 nem tuum, & egenos vagosq; in-
Matt.25.c. duc in domum tuam: cùm videris
35. nudum, operi eum, & carnē tuam
8 ne despexeris. † Tunc erumpet
C quasi manè lumen tuum, & sani-
tas tua citiùs orietur, & anteibit
faciem tuam iustitia tua, & gloria
9 Domini colliget te. † Tunc inuo-
cabis, & Dominus exaudiet: cla-
mabis, & dicet: Ecce adsum. si ab-
stuleris de medio tui catenam, &
desieris extendere digitum, & lo-
10 qui quod non prodest. † Cùm ef-
fuderis esurienti animam tuam,
& animam afflictam repleueris:
orietur in tenebris lux tua, & te-
nebræ tuæ erunt sicut meridies.
11 † Et requiem tibi dabit Dominus
*Deus. *semper, & implebit splendori-
bus animam tuam, & ossa tua li-
berabit, & eris quasi hortus irri-
guus, & sicut fons aquarum, cuius
12 non deficient aquæ. † ‖ Et ædifica-
D buntur in te deserta seculorum:
Inf.61.b.4 fundamenta generationis & ge-
nerationis suscitabis: & vocabe-
ris ædificator sepium: auertēs se-
13 mitas in quietem. † Si auerteris à
sabbatho pedem tuum, facere vo-
luntatē tuam in die sancto meo,
& vocaueris sabbathum delica-
tum, & sanctum Domini glorio-
sum, & glorificaueris eum dum
non facis vias tuas, & non inue-
nitur volūtas tua, vt loquaris ser-
14 monem. † Tunc delectaberis su-
per Domino, & sustollam te su-
per altitudines terræ, & cibabo te
hæreditate Iacob patris tui. os e-
nim Domini loquutum est.

CAP. LIX.

1 A ECce, ‖ non est abbreuiata mā-
nº Domini vt saluare nequeat,
Nu.11.e.23 neque aggrauata est auris eius vt
2 non exaudiat. † Sed iniquitates
Su.50.a.2. vestræ diuiserunt inter vos, &
Deum vestrum, & peccata vestra
absconderunt faciem eius à vobis
3 ne exaudiret. † ‖ Manus enim ve-
stræ pollutæ sunt sanguine, & di- Sup.1.d.15
giti vestri iniquitate: labia vestra
locuta sunt mēdacium, & lingua
4 vestra iniquitatem fatur. † Non
est qui inuocet iustitiam, neq; est
qui iudicet verè: sed confidunt in
nihili, & loquūtur vanitates. ‖ cō- Iob.25.d.
ceperunt laborem, & pepererunt 35.
5 iniquitatem. † Oua aspidum ru-
perunt, & telas aranex texuerūt:
qui comederit de ouis eorum, mo
rietur: & quod confotū est, erum-
6 pet in regulum. † Telæ eorū non
B erunt in vestimentum, neq; ope-
rientur operibus suis: opera eorū
opera inutilia, & opus iniquitatis
7 in manibus eorum. † ‖ Pedes eo- Pro.1.b.16.
rum ad malum currunt, & festi- Ro.3.b.15.
nant vt effundant sanguinem in-
nocentem: cogitationes eorum
cogitationes inutiles: vastitas &
8 cōtritio in vijs eorum. † Viam pa-
cis nescierunt, & nō est iudicium
in gressibus eorum. semitę eorum
incuruatæ sunt eis: omnis qui cal-
9 cat in eis, ignorat pacem. † Pro-
pter hoc elongatum est iudicium
à vobis, & nō apprehendet vos nobis 6.
iustitia: expectauimus lucem, & nos 9.
ecce tenebræ: splendorem, & in
10 tenebris ambulauimus. † Palpa-
uimª sicut cæci, parietem, & qua-
si absq; oculis attrectauimus: im-
pegimus meridie quasi in tene-
bris, in caliginosis quasi mortui.
11 † Rugiemus quasi vrsi omnes, &
quasi columbę meditantes geme-
mus. expectauimus iudicium, &
non est: salutem, & elongata est
12 à nobis. † Multiplicatę sunt enim
iniquitates nostræ corā te, & pec-
cata nostra respondерunt nobis:
C quia scelera nostra nobiscum, &
iniquitates nostras cognouimus,
13 † peccare & mentiri contra Do-
minum: & auersi sumus ne iremª
post tergum Dei nostri, vt loque-
remur calumniā & transgressio-
nem: concepimus & locuti sumus
14 de corde verba mendacij. † Et cō-
uersum est retrorsum iudicium,

&

& iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas
15 nō potuit ingredi. † Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium. † & vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachiū suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. † ‖ Indutus est iustitia
Ep.6.c.17. vt lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis
1. Thess. 5. b.8. vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. † Sicut ad vindictam quasi ad retributionē indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet. † Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab Ortu solis, gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus, quē spiritus Domini cogit: † ‖ & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. † Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, à modò & vsque in sempiternum.

Ro.11.d.26

CAP. LX.

(1 SVrge, illuminare Ierusalem:
A quia venit lumen tuum, & glo
2 ria Dñi super te orta est. † Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius
3 in te videbitur. † Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in
4 splendore ortus tui. † Leua in
Su.49.c.18 circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerūt tibi: filij tui de longe venient, &
5 filiæ tuæ de latere surgent. † Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentiū venerit
6 tibi. † Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha omnes de Saba venient aurum & thus deferentes: & laudē
7 Domino annuntiantes. † Omne pecus Cedar congregabitur tibi, B arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis
8 meæ glorificabo. † Qui sunt isti, qui vt nubes volāt, & quasi colūbæ ad fenestras suas? † Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducā filios tuos de longe: argentum eorū, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia
10 glorificauit te. † Et ædificabunt filij peregrinorū muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea mi-
11 sertus sum tui. † ‖ Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentiū, & reges earum
12 adducantur. † Gēs enim & regnū quod nō seruierit tibi, peribit: & Gentes solitudine vastabuntur.
13 † Gloria Libani ad te veniet. abi- C es & buxus & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locū pedū meorum glo-
14 rificabo. † Et venient ad te curui filij eorū qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedū tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabūt te Ciuitatem Do-
15 mini, Sion sancti Israel. † Pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, & nō erat qui per te transiret, ponā te in superbiam seculorū, gaudium in generationem &
16 generationem. † & suges lac Gētium, & mamilla regū lactaberis: & scies quia ego Dominus saluās te, & redemptor tuus fortis Ia-
17 cob. † Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, &

pro lignis æs,& pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem,& præpositos tuos iu-
18 stitiam. † Non audietur vltrà ini- C
D quitas in terra tua,vastitas & contritio in terminis tuis,& occupabit salus muros tuos,& portas tu-
19 as laudatio.† ‖ Nõ erit tibi ampli
Ap.21.g.23 us sol ad lucendum per diem,nec splendor lunæ illuminabit te:sed erit tibi Dñs in lucem sempiternam,& Deus tuus in gloriam tu-
20 am.† ‖ Non occidet vltrà sol tuus,
Ap.22.a.5. & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies
21 luctus tui. † Populus autem tuus omnes iusti,in perpetuum hæreditabunt terram,germen plantationis meæ, opus manus meæ ad
22 glorificandum.† Minimus erit in mille,& paruulus in gentem fortissimam: ego Dominus in tempore eius subito faciam istud.

Sponsus adest, lætum ministris annuncium

CAP. LXI.

1 SPiritus Domini super me,eo
A quòd vnxerit Dominus me:ad
Lu.4.c.18. annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgen-
2 tiam,& clausis apertionem. † Vt prædicarem annũ placabile Domino & diem vltionis Deo no-
Mat.5.a.5. stro:‖ vt consolarer omnes lugen-
3 tes:† Vt ponerem lugentibus Sion,& darẽ eis coronam pro cinere,oleum gaudij pro luctu, palliũ laudis pro spiritu mœroris:& vocabũtur in ea fortes iustitiæ,plantatio Domini ad glorificandum.
4 † ‖ Et ædificabunt deserta à secu-
Ju.58.d.12. lo,& ruinas antiquas erigẽt,& in
B staurabunt ciuitates desertas,dissipatas in generationẽ & generatione.
5 † Et stabunt alieni, & pascẽt pecora vestra :& filij peregrinorũ,agricolæ & vinitores vestri
6 erunt.† Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri dicetur vobis: fortitudinẽ Gentiũ comedetis &in gloria ea-
7 rũ superbietis.† Pro cõfusione vestra duplici & rubore laudabunt partem eorum : propter hoc in terra sua duplicia possidebunt,
8 lætitia sempiterna erit eis.† Quis ego Dñs diligens iudiciũ, & odio habẽs rapinã in holocausto: & dabo op'eorũ in veritate,& fœ-
9 dus perpetuũ feriã eis.† Et scietur in Gentibus semen eorũ, & germẽ eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoscẽt illos, quia isti sunt semẽ cui
10 benedixit Dominus. † Gaudens D gaudebo in Domino,& exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis:& indumento iustitiæ circũdedit me, quasi sponsum decoratũ corona, & quasi sponsam ornatam monili-
11 bꝰ suis.† Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis Gentibus.

Gaudeat ea Sion, Sponsi ut mentis cognita

CAP. LXII.

1 PRopter Sion non tacebo, &
A propter Ierusalem non quiescam,donec egrediatur vt splẽdor iustus eius, & saluator eius vt lã-
2 pas accendatur.† Et videbũt Gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum,quod os Domini
3 'nominauit'.† Et eris corona gloriæ in manu Dñi , & diadema regni in manu Dei tui.† Non voca-
4 B beris vltrà Derelicta : & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua 'inhabitabitur', quia cõplacuit Dño in te: & terra ta-
5 tua inhabitabitur. † Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabũt in te filij tui.Et gaudebit sponsus super sponsam,& gaude-
6 bit super te Deus tuus. † Super muros

'nominabit 6.

'inhabitata 2.

muros tuos, Ierusalem constitui
custodes: tota die & tota nocte in
perpetuũ nõ tacebunt. Qui remi-
7 nisci mini Dñi, ne taceatis, † & ne
C detis silẽtium ei, donec stabiliat,
& donec ponat Ierusalem laudẽ
8 in terra. † Iurauit Dominus in
dextera sua, & in brachio fortitu-
dinis suæ, Si dedero triticum tu-
um vltrà cibũ inimicis tuis: & si
biberint filij alieni vinum tuum
9 in quo laborasti. † Quia qui con-
gregabũt illud, comedent, & lau-
dabunt Dñm: & qui comportant
illud, bibent in atrijs sanctis me-
10 is. † Transite, transite per portas,
D ‖ præparate viam populo. planũ
Su.57.b.15. facite iter, & eligite lapides, & e-
11 leuate signum ad Populos. † ‖ Ec-
Mat.11.a.5. ce Dominus auditum fecit in
Zac.9.b.9. extremis terræ, ‖ dicite filiæ Si-
on, Ecce saluator tuus venit: ecce
merces eius cum eo, & opus eius
12 coram illo. † Et vocabunt eos Po-
pulus sanctus, redempti à Domi-
no. Tu autem vocaberis, Quæsita
ciuitas, & non Derelicta.

CAP. LXIII.

1 QVis est iste qui venit de Edõ,
tinctis vestibus de Bosra, iste
formosus in stola sua, gradiens in
multitudine fortitudinis suæ?
Ego qui loquor iusticiam, & pro-
pugnator sum ad saluandum.
2 † ‖ Quare ergo rubrum est indu-
Ap.19.c.13. mentum tuum, & vestimenta tua
3 sicut calcantiũ in torculari? † Tor-
cular calcaui solus, & de Gentibus
non est vir mecum: calcaui
eos in furore meo, & conculcaui
eos in ira mea: & aspersus est san-
guis eorũ super vestimenta mea,
& omnia indumenta mea inqui-
4 naui. † ‖ Dies enim vltionis in cor
Su.14.b.8. de meo, annus *retributionis
5 meæ venit. † Circumspexi, & non
*redẽptio-nis 12. erat auxiliator: quæsiui, & non
fuit qui adiuuaret: & saluauit mi-
hi brachium meum, & indigna-
tio mea ipsa auxiliata est mihi,
6 † Et conculcaui populos in furore
B meo, & inebriaui eos in indigna
tione mea, & detraxi in terram
7 virtutẽ eorum. † Miserationum
Domini recordabor, laudem Dñi
super omnibus quæ reddidit no-
bis Dominus, & super multitudi-
nem bonorum domui Israel, quæ
largitus est eis secundum indul-
gentiã suam, & secundum multi-
tudinẽ miserĩcordiarum suarum.
8 † Et dixit, Veruntamen populus
meus est, filij non negantes: & fa-
9 ctus est eis saluator. † In omni tri-
bulatione eorũ non est tribulat⁹,
C & angel⁹ faciei eius saluauit eos:
in dilectione sua, & in indulgẽtia
sua ipse redemit eos, & portauit
eos, & eleuauit eos cũctis diebus
10 seculi. † Ipsi autem ad iracundiam
prouocauerunt, & afflixerunt spi-
ritum *sancti eius: & cõuersus est *Sanctũ 3.
eis in inimicũ, & ipse debellauit
11 eos. † Et recordatus est dierum se-
culi Moysi & populi sui: Vbi est .15.
qui ‖ eduxit eos de mari cum pa- Ex.14.g.29
storibus gregis sui? vbi est qui po-
suit in medio eius spiritum san-
12 cti sui? † Qui eduxit ad dexteram
Moysen brachio maiestatis suæ:
qui scidit aquas ante eos, vt face-
13 ret sibi nomen sempiternũ. † Qui
eduxit eos per abyssos, quasi e-
quum in deserto non impingen-
14 tem. † Quasi animal in campo de-
scendẽs spiritus Dñi ductor eius
fuit: sic adduxisti populum tuum
15 vt faceres tibi nomẽ gloriæ. † ‖ At- De.26.c.15
D tende de cælo, & vide de habita- Bar.2.d.16
culo sancto tuo & *gloriæ tuæ: *solio.
vbi est zelus tuus, & fortitudo
tua, multitudo viscerum tuorum,
& miserationũ tuarum? super me
16 cõtinuerunt se. † Tu enim pater
noster, & Abrahã nescivit nos, &
Israel ignorauit nos: tu Dñe pater
noster, redemptor noster, à secu-
lo nomen tuũ. † Quare errare nos
fecisti Dñe de vijs tuis: induraſti
cor nostrum, ne timeremus te?
conuertere propter seruos tuos,

18 tribus hæreditatis tuæ.† Quasi ni-
hilum possederunt populum san-
ctum tuum: hostes nostri concul-
cauerunt sanctificationem tuam.
19 †Facti sumus quasi in principio,
cũ non dominareris nostri, neq;
inuocaretur nomen tuum super
nos.

CAP. LXIIII.

1 VTinam dirumperes cælos, &
descenderes: à facie tua mon-
2 tes defluerent. † Sicut exustio ig-
A nis tabesceret, aquæ arderẽt ig-
ni, vt notum fieret nomen tuum
inimicis tuis: à facie tuâ gentes
3 turbarentur.† Cùm feceris mira-
bilia, nõ sustinebimus: descendi-
sti, & à facie tua montes defluxe-
4 rũt.† ‖ A sæculo non audierũt, ne-
1. Co. 2. b. que auribus perceperunt: oculus
9. nõ vidit Deus absq; te, quæ præ-
5 parasti expectantibus te.†Occur-
B risti lætanti, & facienti iustitiam:
in vijs tuis recordabuntur tui: ec-
ce, tu iratus es, & peccauimus: in
ipsis fuimus semper, & saluabi-
6 mur.† Et facti sumus vt *immun-
*immundi dus omnes nos, & quasi pannus
menstruatæ vniuersæ iustitiæ no-
stræ: & cecidimus quasi foliũ vni-
uersi, & iniquitates nostræ quasi
7 ventus abstulerunt nos.† Non est
C qui inuocet nomen tuũ: qui con-
surgat, & teneat te: abscondisti
faciẽ tuam à nobis, & allisisti nos
8 in manu iniquitatis nostræ. †Et
nunc Dñe pater noster es tu, nos
verò lutum: & fictor noster tu, &
opera manuũ tuarũ omnes nos.
9 †‖ Ne irascaris Dñe satis, & ne vl-
Psa. 78. b. 8. tra memineris iniquitatis no-
-1. stræ: ecce, respice, populus tuus
10 omnes nos.† Ciuitas sancti tui fa-
cta est deserta, Sion deserta facta
11 est, Ierusalem desolata est. † Do-
mus sanctificationis nostræ &
D gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te
patres nostri, facta est in exustio-
nem ignis, & omnia desyderabi-
lia nostra versa sunt in ruinas.
12 Nunquid super his continebis te
Domine, tacebis & affliges nos
vehementer?

CAP. LXV.

1 QVæsierunt me qui antè non Ro. 10. d.
A interrogabant, inuenerunt 20.
qui non quæsierunt me. dixi, Ec-
ce ego, ecce ego, ad Gentem quæ
non inuocabat nomen meum.
2 †Expandi manus meas tota die
ad populum incredulum, qui
graditur in via non bona post co-
3 gitationes suas. †Populus qui ad
iracundiam prouocat me ante fa-
ciem meam semper: qui immo-
lant in hortis, & sacrificant super
4 lateres: † qui habitant in sepul-
chris, & in delubris idolorũ dor-
miunt: qui comedunt carnem
suillam, & ius prophanum in va-
5 sis eorum.† Qui dicunt, Recede à
me, nõ appropinques mihi, quia
immundus es: isti fumus erunt in
furore meo, ignis ardens tota
6 die.†Ecce scriptum est coram me:
non tacebo, sed reddam & retri-
7 buam in sinum eorum † iniquita-
tes vestras, & iniquitates patrum
vestrorum simul, dicit Dominus,
qui sacrificauerunt super mon-
tes, & super colles exprobraue-
runt mihi, & remetiar opus eo-
8 rum primum in sinu eorũ. † Hæc
B dicit Dominus, Quomodo si inue-
niatur granum in botro, & di-
catur, Ne dissipes illud, quoniam
benedictio est sic faciam propter
seruos meos, vt non disperdã to-
9 tum. † Et educam de Iacob semẽ,
& de Iuda possidentem montes
meos: & hæreditabunt eam ele-
cti mei, & serui mei habitabunt
10 ibi.† Et erunt cãpestria in caulas
gregũ, & vallis Achor in cubile ar
mentorum populo meo qui re-
11 quisierũt me.† Et vos qui dereli-
quistis Dominum, qui obliti e-
stis montẽ sanctum meũ, qui po-
nitis Fortunæ mensam, & libatis
12 super eam. † Numerabo vos in
gladio,

gladio,& omnes in cæde corruetis: ‖pro eo quod vocaui, & non respondistis: locutus sum, & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis:& quę nolui elegistis.
13 †Propter hoc hæc dicit Dñs Deus, Ecce, serui mei comedent, & vos esurietis: ecce, serui mei bibent,& vos sitietis: † Ecce serui mei lætabuntur,& vos confundemini'. Ecce serui mei laudabunt præexultatione cordis:& vos clamabitis præ dolore cordis,& præ contritione spiritus vlulabitis.
15 †Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus,& seruos suos vocabit nomine alto.
16 †In quo qui benedictus est super terram,benedicetur in Deo amē: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen, quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris.
17 †Ecce enim ego creo ‖ cælos nouos,& terram nouam:& non erūt in memoria priora,& non ascendent super cor.†Sed gaudebitis & exultabitis vsq; in sempiternum in his quæ ego creo:quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium. †Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur in eo vltrà vox fletus & vox clamoris.† Non erit ibi amplius infans dierum,& senex qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.†Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas,& comedent fructus earum.
22 † Non ædificabunt, & alius habitabit,non plantabunt, & alius comedet:secundū enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt electi mei. Non laborabunt frustrà, neq; generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorū cum eis. † ‖ Eritq; antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquētibus, ego audiam.† ‖ Lupus & agnus pascetur simul, & leo & bos comedent paleas, & serpenti puluis panis eius. non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo,dicit Dominus.

CAP. LXVI.

HÆc dicit Dominus, ‖ Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ?†Omnia hæc manus mea fecit.& facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus,ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? † Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum, qui mactat pecus, quasi qui excetebret canem, qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat, qui recordatur thuris,quasi qui benedicat idolo. Hęc omnia elegerunt in vijs suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. †Vnde & ego eligam illusiones eorum, & quæ timebant adducam eis,quia ‖ vocaui & nō erat qui responderet,locutus sum, & non audierūt: feceruntq; malum in oculis meis,& quæ nolui elegerunt.† Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos,& abijcientes propter nomen meum: glorificetur Dominus,& videbimus in lætitia vestra, ipsi autem confundentur.†Vox 'populi' de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.†Antequam parturiret,peperit, antequam veniret partus eius,peperit masculum.† Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? nunquid parturiet terra

terra in die vna? aut parietur gēs
simul, quia parturiuit & peperit
9 Sion filios suos? † Nunquid ego,
qui alios párere facio, ipse non
pariam, dicit Dñs? si ego, qui
generationem cęteris tribuo, ste-
rilis ero, ait Dominus Deus tuus?
10 †Lætamini cum Ierusalem, & ex-
ultate in ea omnes qui diligitis
eam, gaudete cum ea gaudio vni-
11 uersi qui lugetis super eam: † vt
sugatis, & repleamini ab hubere
consolationis eius: vt mulgeatis,
& delitijs affluatis ab omnimoda
12 gloria eius. † Quia hæc dicit Do-
D minus, Ecce ego declinabo super
eam quasi fluuium pacis, & quasi
torrentem inundantem gloriam
Gentium, quam sugetis: ad hube-
ra portabimini, & super genua
13 blandientur vobis. † Quomodo si
cui mater blandiatur, ita ego cō-
solabor vos, & in Ierusalem con-
14 solabimini. † Videbitis, & gaude-
bit cor vestrum, & ossa vestra qua
si herba germinabunt, & cogno-
scetur manus Domini seruis eius,
& indignabitur inimicis suis.
15 †Quia ecce Dominus in igne ve-
E niet, & quasi turbo quadrigæ e-
ius: reddere in indignatione fu-
rorem suum, & increpationem
16 suam in flamma ignis: † quia in
igne Dominus dijudicabit, & in
gladio suo ad omnem carnem, &
multiplicabuntur interfecti à Do
17 mino. † Qui sanctificabantur, &
mundos se putabāt in hortis post
*vnam 12. ianuam intrinsecus, qui comede
bant carnem suillam, & abomina
tionem & murem: simul consu-
18 mentur, dicit Dominus. †Ego au-
F tem opera eorum, & cogitationes
eorum, venio vt congregem cum
omnibus gentibus & linguis, &
venient, & videbunt gloriam me
19 am. †Et ponam in eis signū, & mit
tam ex eis qui saluati fuerint ad
Gentes in mare, in Aphricam, &
Lydiam tenentes sagittam: in Ita-
liam & Græciam, ad insulas lon-
gè, ad eos qui non audierunt de
me, & non viderunt gloriam mea-
am. Et annuntiabunt gloriam
20 meam Gētibus, †& adducent om-
nes fratres vestros de cunctis gē-
tibus donum Domino, in equis,
& in quadrigis, & in lecticis, & in
mulis, & in carrutis, ad montem
sanctum meum Ierusalem. Dicit
Dominus, quo modo si inferant
filij Israel munus in vase mundo
21 in domum Domini. †Et assumam
ex eis in sacerdotes, & Leuitas, di
22 cit Dominus. ‖ Quia sicut cæli no Su.65.c.15.
G ui & terra noua, quę ego facio sta- Ap. 21.a.1.
re coram me, dicit Dominus: sic
stabit semen vestrum & nomen
23 vestrum. † Et erit mensis ex
mense, & sabbathum ex sab-
batho: veniet omnis caro vt a-
doret coram facie mea, dicit
24 Dominus. † Et egredientur, & vi-
debunt cadauera virorum qui
præuaricati sunt in me, ‖ vermis Ma.9.g.44
eorum non morietur, & ignis
eorum non extinguetur, & e-
runt vsque ad satietatem
visionis omni
carni.

PRO-

PROPHETIA IEREMIÆ.

CAP. I.



Discit ab ore dei Ieremias Iuxta prophetæ.

1 A VERBA Ieremiæ filij
Helciæ, de ſacerdoti-
bus qui fuerunt in A-
nathoth, in terra Bē-
2 iamin.† Quod factum
eſt verbū Dñi ad eum in dieb. Io-
ſiæ filij Amon regis Iuda, in tertio
3 decimo anno regni eius.† Et factū
eſt in diebus Ioacim filij Ioſiæ re-
gis Iuda, vſq; ad conſummationē
vndecimi anni Sedeciæ filij Io-
ſiæ regis Iuda, vſq; ad tranſmigra
tionem Ieruſalem in menſe quin
4 to.† Et factum eſt verbum Domi-
5 ni ad me, dicēs:† Priuſquam te for-
B matem in vtero noui te, & ante-
quam exires de vulua, ſanctifica-
ui te, & prophetam in Gentibus
6 dedi te.† Et dixi: A, a, a, Domine
Deus: ecce neſcio loqui, quia
7 puer ego ſum.† Et dixit Domi-
nus ad me. Noli dicere, Puer ſum:
quoniam ad omnia quæ mittam
te, ibis: & vniuerſa quæcunque
8 mandauero tibi, loqueris.† Ne ti-
meas à facie eorum: quia tecum
ego ſum, vt eruam te, dicit Domi-
9 nus.† Et miſit Dominus manum
ſuam, & tetigit os meum: & dixit
Dominus ad me:‖ Ecce, dedi ver- Iſa.51.c.16.
10 ba mea in ore tuo:† ecce, conſtitui 59.g.21.
te hodie ſuper Gentes, & ſuper
regna:‖ vt euellas, & deſtruas, & Inf.18.a.7.
diſperdas, & diſſipes, & ædifices,
11 & plantes.† Et factum eſt verbum
Domini ad me dicens: Quid tu vi-
des Ieremia? Et dixi, Virgam vi-
12 gilantem ego video.† Et dixit Do
minus ad me, Bene vidiſti, quia
vigilabo ego ſuper verbo meo
13 vt faciam illud.† Et factum eſt
verbum Domini ſecundò ad me,
dicens: Quid tu vides? Et di-
xi: Ollam ſuccenſam ego video,
C & faciem eius à facie Aquilonis.
14† Et dixit Dominus ad me:‖ Ab

Inf. 4. b. 5. Aquilone pãdetur * malum ſuper
23. b. 9. (15 omnes habitatores terræ, † quia
*omne. ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnuſquiſq; ſoliũ ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda.
16 † Et loquar iudicia mea cum eis
D ſuper omnẽ malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt diis alienis, & adorauerunt opus
17 manuum ſuarum. † Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam
18 vultum eorum. † ‖ Ego quippe
In. 6. g. 27. dedi te hodie in ciuitatem mu-
15. d. 20. nitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdotibus, &
19 populo terræ. † Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum: ait Dominus, vt liberem te.

CAP. II.

1 ET factum eſt verbum Dñi ad
2 me, dicens: † Vade, & clama in
A auribus Ieruſalem, dicens: Hæc dicit Dominus: Recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatẽ deſponſationis tuæ, quãdo ſecuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur.
3 † Sanctus Iſrael Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum delinquunt: mala venient ſuper eos, dicit Dominus.
4 † Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes cognationes do-
5 mus Iſrael: † hæc dicit Dominus:
Mic. 6. a. 3. ‖ Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt
6 vanitatem, & vani facti ſunt? † Et
B non dixerunt, Vbi eſt Dominus qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti: qui traduxit nos per deſertum, per terrã inhabitabilem & inuiam, per terram ſitis & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque
7 habitauit homo? † Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius & optima illi⁹: & ingreſſi contaminaſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem.
8 † Sacerdotes non dixerunt, Vbi eſt Dominus? & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me, & prophetæ prophetauerunt in Baal, & idô-
9 la ſecuti ſunt. † Propterea adhuc
C iudicio contendam vobiſcum, ait Dominus: & cum filijs veſtris
10 diſceptabo. † Tranſite ad inſulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & conſyderate vehementer: & videte ſi factum eſt huiuſcemodi. † Si mutauit gens deos
11 ſuos, & certè ipſi non ſunt dij: populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idôlũ. † Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit
12 Dominus. † Duo enim mala fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas, quæ continere non va-
13 lent aquas. † Nunquid ſeruus eſt Iſrael, aut vernaculus? quare ergo factus eſt in prædam? † Super
14 eum rugierunt leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terrã eius in ſolitudinem: ciuitates eius exuſtæ ſunt, & nõ eſt qui habitet in eis. † Filij quoq; Mẽpheos & Taphnes conſtuprauerunt
15 te vſque ad verticem. † Nunquid
D non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dñm Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam? † Et nunc quid tibi vis in via
18 Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis?

† Arguet

19 † Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & vide quia malum & amarum est reli-
quisse te Dominum Deum tuũ, G & non esse timorem mei apud te: dicit Dominus Deus exercituum.
20 † A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixi-
Inf.3.b.6. sti, Non seruiam. ‖ In omni enim
Isa.5.a.1. colle sublimi, & sub omni ligno
Mat.21.d. frondoso tu prosternebaris mere
33. 21 trix. † ‖ Ego autem plantaui te E vineam electam, omne semen verum, quomodo ergo conuersa es
22 mihi in prauum vinea aliena? † Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram me, di-
23 cit Dominus Deus. † Quomodo dicis, Non sum polluta, post Baálim non ambulaui? vide vias tuas in conualle, scito quid feceris cursor leuis explicans vias su-
24 as. † Onager assuetus in solitudine, in desyderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam: omnes qui quærunt eam, non deficient: in
25 menstruis eius inuenient eam. † Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Et dixisti, Desperaui, nequaquam faciam? adamaui quippe alienos, & post
26 eos ambulabo. † Quomodo confundetur fur quando deprehendi F tur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes & sacerdotes, & prophetæ eorum:
27 † dicentes ligno, Pater meus es
Inf.32.f.33 tu: & lapidi, Tu me genuisti. ‖ Verterunt ad me tergum, & non faciam: & in tempore afflictionis suæ
28 dicent, Surge, & libera nos. † Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in tempore af
Inf.11.c.13. flictionis tuæ: ‖ secundum numerum quippe ciuitatum tuarum e-
29 rant dij tui Iuda. † Quid vultis me cum iudicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus.
30 † Frustrà percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas ve-
31 stros, quasi leo vastator † generatio vestra. Videte verbum Domini. Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus, Recessimus, nõ veniem' vltrà ad te? † Nũ
32 quid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblit' est
33 mei diebus innumeris. † Quid niteris bonam ostendere viam tuã ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti
34 vias tuas, † & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum? non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ suprà memoraui. † Et dixisti, Absq;
35 peccato & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce, ego iudicio contendam tecum eò quod dixeris, Non pec
37 caui. † Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas? & ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab
38 Assur. † Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.

CAP. III.

1 A VIgò dicitur, Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: nũ quid reuertetur ad eam vltrà? nũquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Domi
2 nus*. † Leua oculos tuos in directum, & vide vbi* non' prostrata sis: in vijs sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & pollui sti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. † Quam ob rẽ
3 prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi,

* & ego suscipiam te 15.
* nunc 9.

4 noluisti erubescere. † Ergo saltem
amodo voca me, Pater meus, dux
5 virginitatis meæ tu es. † Nun-
B quid irascêris in perpetuum aut
perseverabis in finem? Ecce, locu
ta es & fecisti mala, & potuisti.
6 † Et dixit Dominus ad me in die-
Sup. 2. d. 20 bus Iosiæ regis, ‖ Nunquid vidisti
quæ fecerit auersatrix Israel? a-
bijt sibimet super omnẽ montem
excelsum, & sub omni ligno fron-
7 doso, & fornicata est ibi. † Et dixi
cùm feciſſet hæc omnia, Ad me
reuertere: & non est reuersa. Et
vidit præuaricatrix soror eius Iu-
8 da, † quia pro eo quòd mœchata
esset auersatrix Israel, dimisissem
eam, & dedissem ei libellum repu
dij: & non timuit præuaricatrix
Iuda soror eius, sed abijt, & forni
9 cata est etiam ipsa. † Et facilitate
C fornicationis suæ contaminauit
terram, & mœchata est cum lapi-
10 de & ligno. † Et in omnibus his
non est reuersa ad me p̃uaricatrix
soror eius Iuda in toto corde suo,
sed in mendacio, ait Dominus.
11 † Et dixit Dominus ad me, Iustifi-
cauit animam suam auersatrix Is-
rael, comparatione præuaricatri-
12 cis Iudæ. † Vade, & clama sermo-
nes istos contra Aquilonem, & di
ces, Reuertere auersatrix Israel,
D ait Dominus, & non auertam fa-
ciẽ meam à vobis: qa sanctus ego
sum, dicit Dominus: & nõ irascar
13 in perpetuum. † Veruntamen sci-
to iniquitatem tuam, quia in Do-
minum Deum tuum præuaricata
es: & dispersisti vias tuas alienis
sub omni ligno frondoso, & vocẽ
meam non audisti, ait Dominus.
14 † Conuertimini filij reuertẽtes, di
cit Dominus: quia ego vir vester:
& assumam vos vnum de ciuita-
te, & duos de cognatione, & intro
15 ducam vos in Sion. † Et dabo vo-
bis pastores iuxta cor meũ, & pa-
scent vos scientia & doctrina.
16 † Cumq; multiplicati fueritis, &
creueritis in terra in dieb. illis, ait
E Dominus: non dicent vltrà, Arca
testamenti Domini: neq; ascen-
det super cor, neque recordabun-
tur illius, nec visitabitur, nec fiet
17 vltrà. † In tempore illo vocabunt
Ierusalem Solium Domini: & cõ-
gregabuntur ad eam omnes Gen
tes in nomine Domini in Ieruſa-
lem: & non ambulabunt post pra-
18 uitatem cordis sui pessimi. † In
diebus illis ibit domus Iuda ad
domum Israel, & venient simul
de terra Aquilonis ad terram quã
9 dedi patribus vestris. † Ego autem
dixi, Quomodo ponam te in fi-
lios, & tribuam tibi terram des-
F derabilem, hæreditatem præcla-
ram exercituum Gentium? & di-
xi, patrem vocabis me, & post me
20 ingredi non cessabis. † Sed quo-
modo si contemnat mulier amato-
rem suum, sic contempsit me
domus Israel, dicit Dominus.
21 † Vox in vijs audita est, ploratus
& vlulatus filiorum Israel: quoni-
am iniquam fecerunt viam suam,
22 obliti sunt Domini Dei sui. † Con
uertimini filij reuertentes, & sa-
nabo auersiones vestras. Ecce nos
venimus ad te: tu enim es Domi-
23 nus Deus noster. † Verè menda-
G ces erant colles, & multitudo mõ
tium: verè in Domino Deo nostro
24 salus Israel. † Confusio comedit
laborem patrum nostrorum ab a-
dolescentia nostra, greges eorum
& armenta eorum, filios eorum
25 & filias eorum. † Dormiemus in
confusione nostra, & operiet nos
ignominia nostra: quoniam Do-
mino Deo nostro peccauim⁹ nos,
& patres nostri ab adolescẽtia no
stra vsq; ad diẽ hanc: & nõ audiui
mus vocem Domini Dei nostri.

CAP. IIII.

1 SI reuerteris Israel, ait Domi- conuertẽ
A nus, ad me conuertere: si abstu ris 16.
leris offendicula tua à facie mea,
2 non commoueberis. † Et iurabis,
Viuit Dominus, in veritate, & in
iudi-

Vera misi fuit Conuersio, pœna sequitur.

iudicio, & in iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsumque laudabunt. † Hæc enim dicit Domi
*habitatori. nus viro Iuda, & *Ierusalem, ‖ Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: † circuncidimini
Ose.10. (4 c.12. Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat: propter malitiam cogitatio
5 num vestrarum. † Annuntiate in B Iuda, & in Ierusalem auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ci
6 uitates munitas, † leuate signum in Sion. Confortamini, nolite sta
Sup.1.c.14 re, ‖ quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionē magnā.
7 † Ascendit leo de cubili suo, & prę
Inf.59.b.9 do Gentiū se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuā in solitudinē: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absq; habita
8 tore. † Super hoc accingite vos ci- C licijs, plāgite & vlulate: qa non est
*nobis 7. auersa ira furoris Domini *à vobis'
9 † Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor regis, & cor principū: & obstupescent sacerdotes,
10 & prophetę consternabuntur. † Et dixi, Heu heu heu Domine Deus, ergone decepisti populum istum & Ierusalem, dicens, Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vsque
11 ad animā? † In tempore illo dicetur populo huic & Ierusalē, vētus vrens in vijs quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ven-
12 tilandū, & ad purgandum. † Spiri D tus plenus ex his veniet mihi: &
*sed nūc ego *loquar iudicia mea cum
13 eis. † Ecce, quasi nubes ascēdet, & quasi tēpestas currus eius: velocio res aquilis equi illius: væ nobis,
14 quoniā vastati sumus. † Laua à malitia cor tuū Ierusalem, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te co
15 gitationes noxiæ? † Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idōlum de mōte Ephraim.
16 † *Concitate Gentes, Ecce audi- *Dicite gē tum est, in Ierusalem custodes ve tibus.
nite de terra lōginqua, & date su
17 per ciuitates Iuda vocē suā. † Quasi custodes agrorū facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus.
18 † ‖ Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fe Sap.1.a5. cerunt hæc tibi: ista malitia tua, b.5.
quia amara, quia tetigit cor tuū.
19 † Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima
20 mea, clamorem prælij. † Contri- E tio super cōtritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repentè vastata sunt tabernacula mea,
21 subitò pelles meæ. † Vsquequo videbo fugientem, audiam vocem
22 buccinæ? † Quia stultus populus meus me nō cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes: sapientes sunt vt faciāt mala, benè autem fa
23 cere nescierūt. † Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili, & cælos,
24 & non erat lux in eis. † Vidi mon- F tes, & ecce mouebantur: & om
25 nes colles conturbati sunt. † Intui tus sum, & non erat homo: & om
26 ne volatile cæli recessit. † Aspexi, & ecce Charmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris
27 eius. † Hæc enim dicit Dominus, Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non fa-
28 ciam. † Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper: eò quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo.
29 † A voce equitis, & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: vniuersę vrbes derelictę sunt,
30 & non habitat in eis homo. † Tu autem vastata quid facies? cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio

bio oculos tuos: fruſtrà componêris, contemp ſerunt te amatores
31 tui, animam tuam quærent. † Vocem enim quaſi parturientis audiui, anguſtias vt puerperæ. † Vox
* inter mo filiæ Sion * inter morientes, exrientis ex- pandentesq; manus ſuas: væ mipandentis hi, quia defecit anima mea propter interfectos.

CAP. V.

1 CIrcuite vias Ieruſalem, & aſpi
A cite, & conſyderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei.
2 † Quòd ſi etiam viuit Dominus, di
3 xerint, & hoc falſo iurabunt. † Domine oculi tui reſpiciunt fidem: percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & no-
4 luerunt reuerti. † Ego autem dixi, Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorantes viam Domini, iudi
5 cium Dei ſui. † Ibo igitur ad optimates, & loquar eis ipſi enim cognouerunt viam Domini, iudiciũ Dei ſui: & ecce, magis hi ſimul cõfregerunt iugum, ruperunt vincu-
6 la. Idcirco percuſſit eos leo de ſyl
B ua, lupus ad veſperã vaſtauit eos, pardus vigilans ſuper ciuitates eorum: omnis qui egreſſus fuerit ex eis, capietur, quia multiplicatæ ſunt præuaricationes eorum, confortatæ ſunt auerſiones eorum.
7 † Super quo propitius tibi eſſe po
* tero? filij tui dereliquerunt me, & iurãt in his q non ſunt dij: ſaturaui eos, & mœchati ſunt, & in do-
8 mo meretricis luxuriabantur. † E* in fœmi- qui amatores*, & emiſſarij facti nas. ſunt: ‖ vnuſquiſq; ad vxorem pro
Eze. 22. 9 ximi ſui hinniebat: ‖ † Nũquid ſuper his non viſitabo, dicit Dñs? b. 11. Inf. 9. c. 9 & in gente tali non vlciſcetur ani-
10 ma mea? † Aſcendite muros eius,
C & diſſipate, conſummationem autem nolite facere: auferte propa-
11 gines eius, quia nõ ſunt Dñi. † Præuaricatione enim præuaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Iu-
12 da, ait Dominus. † Negauerunt Dominum, & dixerunt, ‖ Non eſt ip- Inf. 14. b.
ſe: neq; veniet ſuper nos malum: 13. 27. d. 17.
gladium & famem nõ videbimus*.
13 † Prophetæ fuerunt in ventum
* locuti', & reſponſum non fuit in *. 7.
14 eis: hæc ergo euenient illis. † Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Quia locuti eſtis verbum iſtud: ec
ce ego do verba mea in ore tuo
* in ignem, & populũ iſtũ ligna, & *. 5.
15 vorabit eos. † Ecce ego adducam
D ſuper vos gentẽ de longinquo do mus Iſrael, ait Dominus: gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec
16 intelliges quid loquatur. † Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens,
17 vniuerſi fortes. † Et comedet ſegetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam
18 gladio. † Veruntamen in diebus il
E lis, ait Dominus, non faciam vos
19 in conſummationem. † ‖ Quòd ſi Inf. 16. b.
dixeritis, Quare fecit nobis Do- 10.
minus Deus noſter hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis Deo alieno in terra veſtra: ſic ſeruietis alienis in terra
20 non veſtra. † Annuntiate hoc domui Iacob, & auditũ facite in Iu-
21 da, dicentes: † Audi populе ſtulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, &
22 non auditis. † Me ergo non timebitis, ait Dominus: & à facie mea, non dolebitis? Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum quod non præteribit, & commouebuntur, & non pote-
F runt: & intumeſcent fluctus eius,
23 & nõ tranſibũt illud: † populo aũt huic factum eſt cor incredulum & exaſperans, receſſerunt &

abie-

24 abierunt. † Et non dixerunt in
corde suo, Metuamus Dominum
Deum nostrum, qui dat nobis plu
uiam temporaneam & serotinam
in tempore suo: plenitudinem
annuæ messis custodientem no-
25 bis. † Iniquitates ᵃvestræ' declina-
ᵃnostræ. uerunt hęc: & peccata ᵃvestra' pro-
26 hibuerunt bonum à ᵃvobis'. † Quia
ᵃnostra. inuenti sunt in populo meo im-
ᵃnobis 16. pij, insidiantes quasi aucupes, la-
queos ponentes, & pedicas ad ca-
27 piēdos viros. † Sicut decipula ple-
na auibus, sic domus eorum plenę
dolo: ideo magnificati sunt & di-
28 tati. † Incrassati sunt & impingua-
G ti: & præterierūt sermones meos
Isai.1. f.23. pessimè. ‖ Causam ~ viduæ' non
Zac.7.c.10. iudicauerunt, causam pupilli non
~. 3. direxerunt, & iudicium pauperū
29 non iudicauerunt. † Nunquid su-
per his non visitabo, dicit Domi-
nus? aut super gentem huiusce-
modi non vlciscetur anima mea?
30 † Stupor & mirabilia facta sunt in
31 terra: † prophetæ prophetabant
mendacium, & sacerdotes applau
debant manibus suis: & populus
meus dilexit talia. quid igitur fiet
in nouissimo eius?

CAP. VI.

1 A COnfortamini filij Ben-iamin
in medio Ieruſalem, & in The
cua clangite buccina, & super Be-
thacárem leuate vexillum: quia
malum visum est ab Aquilone, &
2 contritio magna. † Speciosę & de-
3 licatæ assimilaui filiam Sion. † Ad
eam venient pastores, & greges
eorum: fixerunt in ea tentoria in
circuitu: pascet vnusquisque eos
4 qui sub manu sua sunt. † Sanctifi-
cate super eam bellum: consurgi-
te, & ascendamus in meridie: væ
nobis, quia declinauit dies, quia
longiores factæ sunt vmbræ ve-
5 speri. † Surgite, & ascendamus in
nocte, & dissipemus domos eius.
6 † Quia hæc dicit Dominus exerci-
tuum, Cędite lignum eius, & fun-
B dite circa Ieruſalem aggerem: hęc
est ciuitas visitationis, omnis ca-
7 lumnia in medio eius. † Sicut frigidam facit cisterna aquam suam,
sic frigidam fecit malitiam suam:
iniquitas & vastitas audietur in
ea, coram me semper infirmitas
8 & plaga. † Erudire Ieruſalem, ne
fortè recedat anima mea à te, ne
fortè ponam te desertam terram
9 inhabitabilem. † Hæc dicit Dominus exercituum, vsq; ad racemum
colligent quasi in vinea reliquias
Israel: conuerte manum tuam,
quasi vindemiator ad cartallum.
10 † Cui loquar? & quem contestabor, vt audiat? ecce, incircuncisæ
aures eorum, & audire non pos-
C sunt: ecce verbū Domini factum
est eis in opprobrium: & non sus-
11 cipient illud. † Idcirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens: effunde super paruulum fo-
ris, & super consilium iuuenum
simul: vir enim cum muliere ca-
pietur, senex cum pleno dierum.
12 † Et transibunt domus eorum ad
alteros, agri & vxores pariter: qa
extendam manum meam super
habitantes terram, dicit Domi-
13 nus. † ‖ A minore quippe vsq; ad Isa.56.c.11.
maiorem omnes auaritiæ studēt: Inf.8.c.10.
& à propheta vsq; ad sacerdotem
14 cuncti faciunt dolum. † Et cura-
D bant contritionem filiæ populi
mei cum ignominia, dicētes: Pax,
15 pax, & non erat pax. † Cōfusi sunt,
quia abominationem fecerunt:
quin potius confusione non sunt
confusi, & erubescere nescierunt.
quam ob rem cadent inter ruen-
tes: in tempore visitationis suæ
16 corruent, dicit Dominus. † Hæc
dicit Dominᵘˢ, State super vias, &
videte, & interrogate de semitis
antiquis, quæ sit via bona, & am-
bulate in ea: ‖ & inuenietis refri- Matt.11.d.
gerium animabus vestris. Et di- 29.
17 xerunt, Non ambulabimus. † Et
E constitui super vos speculatores.
Audite vocem tubæ. Et dixerunt:
Non

18 Nō audiemus. † Ideo audite Gentes, & cognosce cōgregatio, quan
19 ta ego faciā eis. † Audi terra, Ecce ego adducam mala super populū istum, fructum cogitationū eius: quia verba mea non audierunt,
20 & legem meam proiecerunt. †‖Vt Isa.1.c.11. quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suauē olentē de terra longinqua? holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ
21 vestræ nō placuerunt mihi. † Pro
F pterea hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij simul, vicinus & proximus, & peri-
22 bunt. † Hæc dicit Dominus, Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna cōsurget à finibus
23 terræ. † Sagittam & scutum arripient: crudelis est, & non miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium, aduer-
24 sum te filia Sion. † Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit
25 nos, dolores vt parturientē. † Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis, quoniam gladius inimici
26 pauor in circuitu. † Filia populi
G mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctū amarum, quia repen-
27 tè veniet vastator sup nos'. †‖Pro- *vos. batorem dedi te in populo meo Su.1.d.18. robustū, & scies, & probabis viam
28 eorum. † Omnes isti principes de- Inf.15.d.20 clinantes, ambulantes fraudulen- *vt 6. ter, *æs & ferrum: vniuersi corrupti sunt. † Defecit sufflatorium,
29 in igne consumptum est plumbum, fruſtra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt
30 consumptæ. † Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

CAP. VII.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiā à Domino, dicens: † Sta
2

A in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has,
3 vt adoretis Dominum. † Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, ‖ Bonas facite vias vestras, & Inf.26.d.13 studia vestra: & habitabo vobis-
4 cum in loco isto. † Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Dñi, templū Domini,
5 templum Domini est. † Quoniā si *benedixe- benedirexeritis' vias vestras, & ritis. studia vestra: si feceritis iudicium
6 inter virum & proximū eius, † aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinē innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismet-
7 ipsis: † habitabo vobiscum in loco
B isto, in terra quam dedi patribus vestris à sæculo & vsque in secu- ..9.
8 lum. † Ecce, vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non
9 proderunt vobis: † furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos a-
10 lienos quos ignoratis. † Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: Liberati sumus, eò quòd fecerimus omnes abomi
11 nationes istas. †‖ Nunquid ergo Matt.21.
C spelunca latronū facta est domus 13. istа, in qua inuocatum est nomen Marc.11.
meum in oculis vestris? ego ego 17.
sum: ego vidi, dicit Dominus. Luc.29.
12 † Ite ad locum meum in Silo, vbi 46.
habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Is-
13 rael. † & nunc quia feciſtis omnia opera hęc, dicit Dominus: & locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & nō audistis: ‖ & vo- Pro.1.c.2
14 caui vos, & nō respondistis: † Fa- Isa.65.b.1
ciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciā: & loco quem dedi vobis, & patribus vestris,

Isi-

15 ‖ sicut feci Silo. † Et proijciam vos
1.Re.4.a.2. à facie mea, sicut proieci omnes
b.10. fratres vestros vniuersum semen
16 Ephraim. † ‖ Tu ergo noli orare
Inf.11.c.14 pro populo hoc, nec assumas pro
14.b.11. eis laudem & orationem, & non
obsistas mihi: quia non exaudiam
17 te. † Nónne vides quid isti faciũt
in ciuitatibus Iuda, & in platéis
18 Ieruſalem? † ‖ Filij colligunt ligna,
D & patres succẽdunt ignem, & mu-
Infr.44.d. lieres conſpergunt adipem, vt fa-
17.c.19. ciat placentas reginæ cæli, & li-
bent dijs alienis, & me ad iracun-
G mo in qua inuocatum eſt nomen
19 diam prouocẽt. † Nunquid me ad
iracundiã prouocant, dicit Do-
minus? nónne semetipſos in confu-
20 ſione vultus ſui? † Ideo hæc dicit
Dominus Deus, ecce furor meus,
& indignatio mea cõflatur ſuper
locum iſtũ, ſuper viros, & ſuper
iumenta, & ſuper lignũ regionis,
& ſuper fruges terræ, & ſuccende-
21 tur, & non extinguetur. † Hæc di-
E cit Dominus exercituum Deus Iſ-
rael, Holocautomata veſtra addite
victimis veſtris, & comedite
22 carnes. † Quia nõ ſum locut' cum
patribus veſtris, & nõ præcepi eis
in die qua eduxi eos de terra Æ-
gypti, de verbo holocautomatum
23 & victimarum. † Sed hoc verbum
præcepi eis, dicens: Audite vocem
meam, & ero vobis Deus, & vos
eritis mihi populus: & ambulate
in omni via quam mandaui vo-
24 bis vt bene ſit vobis. † Et non au-
dierunt, nec inclinauerunt aurẽ
voluntati ſuam: ſed abierunt in 'voluptati-
bus 2. bus', & in prauitate cordis ſui ma
li: factiq; ſunt retrorſum, & non
25 in antè, ſa die qua egreſſi ſunt pa-
tres eorum de terra Ægypti, vſq;
F ad diem hanc. Et miſi ad vos om-
nes ſeruos meos prophetas per
diem, cõſurgens diluculo, & mit-
26 tens. † Et non audierunt me, nec
inclinauerunt aurem ſuam: ſed
Inf.16.c.12 indurauerunt ceruicem ſuam: ‖ & a-
peius operati ſunt, quã patres eo-
27 rum. † Et loquéris ad eos omnia
verba hæc, & non audient te: &
vocabis eos, & nõ reſpondebunt
28 tibi. † Et dices ad eos, Hæc eſt gens
quæ non audiuit vocem Domini
Dei ſui, nec recepit diſciplinã: pe-
rijt fides, & ablata eſt de ore eo-
29 rum. † Tonde capillum tuum &
proijce, & ſume in directum plan
ctum: quia proiecit Dominus, &
reliquit generationẽ furoris ſui,
30 † quia fecerunt filij Iuda malum
in oculis meis, dicit Dominus,
Poſuerunt offendicula ſua in do-
G mo in qua inuocatum eſt nomen
31 meum, vt polluerent eam: † & æ-
dificauerunt excelſa Topheth,
quæ eſt in valle filij Ennom: vt
incenderent filios ſuos, & filias
ſuas igni, quæ non præcepi nec
32 cogitaui in corde meo. † Ideo ec-
ce dies venient, dicit Dominus,
& non dicetur amplius, Topheth
& vallis filij Ennom: ſed vallis in-
33 terfectionis: & ſepelient in To-
pheth, eò quod non ſit locus. † Et
erit morticinum populi huius in
cibos volucribus cæli & beſtijs
34 terræ, & non erit qui abigat. † ‖ Et Ez.26.b.13
quieſcere faciam de vrbibus Iu-
da, & de platéis Ieruſalem vocem
gaudij, & vocem lætitiæ, vocem
ſponſi & vocem ſponſæ: in deſo-
latione enim erit terra.

CAP. VIII.

1 IN illo tempore, ait Dominus,
A eijcient oſſa 'regis' Iuda, & oſſa
principum eius, & oſſa ſacerdo-
tum, & oſſa prophetarum, & oſſa
eorum qui habitauerunt Ieruſalẽ,
2 de ſepulchris ſuis. † Et expandent
ea ad ſolem, & lunam, & omnem
militiam cæli quæ dilexerunt, &
quibus ſeruierunt, & poſt quę am
bulauerunt, & quæ quæſierunt
& adorauerunt: non colligen-
tur, & nõ ſepelientur: in ſterqui-
linium ſuper faciem terræ erunt.
3 † Et eligent magis mortem quã
vitam omnes qui reſidui fuerint
de cognatione hac peſſima in

vni-

vniuersis locis quæ derelicta sunt
ad quæ eieci eos, dicit Dominus
4 exercituum. † Et dices ad eos, Hęc
B dicit Dominus, Nunquid qui ca-
dit, non resurget? & qui auersus
5 est, non reuertetur? † Quare ergo
auersus est populus iste in Ierusa-
lem auersione contentiosa? Ap-
prehenderunt mendacium, & no
6 luerunt reuerti. † Attendi, & au-
scultaui: nemo quod bonum est
loquitur, nullus est qui agat pœ-
nitentiam super peccato suo, di-
C cens: Quid feci? Omnes conuersi
sunt ad cursum suum, quasi equs
7 impetu vadens ad prælium. † Mil-
uus in cęlo cognouit tępus suum,
turtur, & hirundo, & ciconia cu-
stodierunt tempus aduentus sui:
populus autem meus non cogno-
8 uit iudicium Domini. † Quomo-
do dicitis, Sapientes nos sumus,
& lex Domini nobiscum est? verè
mendacium operatus est stylus
9 mendax Scribarum. † Cõfusi sunt
sapientes, perterriti & capti sunt:
verbum enim Domini proiece-
runt, & sapientia nulla est in eis.
10 † Propterea dabo mulieres eorum
D exteris, agros eorum hæredibus:
Isa.56.b.11. quia ‖ à minimo vsque ad maxi-
Sup.6.c.13. mum omnes auaritiam sequun-
tur: à propheta vsque ad sacerdo-
tem cuncti faciunt mendacium.
11 † Et sanabant contritionem filiæ
populi mei ad ignominiam, dicẽ-
tes: Pax, pax, cum non esset pax.
12 † Confusi sunt, quia abominatio-
nem fecerunt: quinimo confu-
sione non sunt confusi, & erube-
scere nescierunt: idcirco cadent
inter corruentes, in tempore visi-
tationis suæ corruent, dicit Do-
13 minus. † Congregans congrega-
E bo eos, ait Dominus: non est vua
in vitibus, & non sunt ficus in fi-
culnea, solium defluxit: & dedi
14 eis quæ prætergressa sunt. † Qua-
re sedemus? conuenite & ingre-
diamur ciuitatem munitam, & si-
F leamus ibi: quia Dominus Deus
noster silere nos fecit, & potum
dedit nobis aquam fellis: pecca-
15 uimus enim Domino. † ‖ Expe- Inf.14.d.
ctauimus pacem, & non erat bo- 19.
num tempus medelæ: & ecce for-
16 mido. † A Dan auditus est fremi-
tus equorum eius, à voce hinni-
tuum pugnatorum eius commo-
ta est omnis terra. & venerunt, &
deuorauerunt terram, & plenitu-
dinem eius, vrbem & habitatores
17 eius. † Quia ecce ego mittam vo-
bis serpentes regulos, quibus nõ
est incantatio: & mordebunt vos,
18 ait Dominus. † dolor meus super
dolorem, in me cor meum mœ-
19 rens. † Ecce, vox clamoris filię po-
G puli mei de terra longinqua. Nun
quid Dominus nõ est in Sion: aut
rex eius non est in ea? Quare er-
go me ad iracundiam concitaue-
runt in sculptilibus suis, & in va-
20 nitatibus alienis? † Transijt mes-
sis, finita est æstas: & nos saluati
21 non sumus. † Super contritione
filiæ populi mei contritus sum &
contristatus, stupor obtinuit me.
22 † Nunquid resina non est in Ga-
laad, aut medicus nõ est ibi? quare
igitur non est obducta cicatrix
filiæ populi mei?

CAP. IX.

1 QVis dabit capiti meo aquam,
A & oculis meis fontem lachry-
marum: & plorabo die ac nocte
2 interfectos filię populi mei? † Quis
dabit me in solitudine diuersoriũ
viatorum, & derelinquam popu-
lum meum, & recedã ab eis? quia
omnes adulteri sunt, * cœtus præ- * &c.
3 uaricatorum. † Et extenderunt
linguam suam quasi arcum men-
dacij & non veritatis: confortati
sunt in terra, quia de malo ad ma-
lum egressi sunt, & me non cog-
4 nouerunt, dicit Dominus. † Vnus-
B quisque se à proximo suo custo-
diat, & in omni fratre suo nõ ha-
beat fiduciam: quia omnis frater
supplantans supplantabit, & om-
nis

nis amicus fraudulenter incedet.
5 † Et vir fratrẽ suum deridebit, & 18
veritatem nõ loquentur: docuerũt enim linguã suã loqui mẽdaciũ: vt iniquè agerẽt, laborauerũt.
6 † Habitatio tua in medio doli. in 19
dolo renuerũt scire me, dicit Do-
7 minus. † Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego cõflabo, & probabo eos. quid enim,
aliud faciam à facie filiæ populi 20
8 mei? † Sagitta vulnerans lingua
C eorũ, dolũ locuta est, ‖ in ore suo
Psa.27.a.3. pacẽ cum amico suo loquitur, &
9 occultè ponit ei insidia. † ‖ Nun-
Sup.5.b.9. quid sup his nõ visitabo, dicit Dominus? aut in gentem huiusmodi
10 nõ vlciscetur anima mea? † Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti planctum: quoniã incensa sũt, eò quòd nõ sit vir pertransiens: & nõ audierũt vocẽ possidentis: à volucre cæli vsq; ad pecora transmigrauerunt & receſſerunt. † Et
11 dabo Ieruſalem in aceruos arenę, & cubilia draconũ: & ciuitates Iuda dabo in deſolationẽ, eò quòd
12 non sit habitator. † Quis est vir
D sapiens qui intelligat hoc, & ad
G quẽ verbum oris Dñi fiat vt annũtiet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi deſertũ, eò quòd
13 non sit qui pertranseat? † Et dixit Dominus, quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non
14 ambulauerunt in ea: † & abierũt post prauitatem cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patri-
15 bus suis. † Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael,
In.23.e.15. ‖ Ecce ego cibabo populum istũ absynthio, & potum dabo eis a-
16 quam fellis. † Et dispergam eos
E in gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorum: & mittam
17 post eos gladium, donec consu-
*Deus Iſrael 7. mantur. † Hæc dicit Dominus exercituum, * Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant, & ad eas quæ sapientes sunt, mit
18 tite, & properent: † festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluãt aquis.
19 † Quia vox lamentationis audita est de Sion, Quomodo vastati sumus & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam
deiecta sunt tabernacula no- *deserta
20 stra. † Audite ergo mulieres ver-
F bum Domini: & *assumat auris *assumant
vestra* sermonem oris eius: & do aures ve-
cete filias vestras lamentum: & stræ.
vnaquæque proximam suã planctum: † quia ascendit mors per
21 fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos
22 deforis, iuuenes de plateis. † Loquere, Hæc dicit Dominus, Et cadet morticinum hominis quasi
stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum meten-
23 tis, & non est qui colligat. † Hæc dicit Dñs? ‖ Nõ glorietur sapiens 1.Cor.1.d.
in sapientia sua, & nõ glorietur 21.
fortis in fortitudine sua, & non 1.Cor.10.
glorietur dives in diuitijs suis: d.17.
24 Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego
G sum Dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. hæc enim placent mihi,
25 ait Dominus, † Ecce dies veniet dicit Dominus, & visitabo super omnẽ qui circuncisum habet prę-
26 putium, † super Ægyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sũt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Iſrael incircuncisi sunt corde.

CAP. X.

1 A Vdite verbum quod locutus
A est Dominus super vos dom'
2 Iſrael. † Hæc dicit Dominus, iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere, quæ

E timent

3 timent Gentes: † quia leges populorum vanæ sunt: quia lignum
de saltu præcidit opus manus ar-
4 tificis in ascia. † ‖ argẽto & auro
Su.13.c.11. decorauit illud: clauis & malleis
14.a.8. cõpegit, vt non dissoluatur. † In
5 similitudinem palmæ fabricata
sunt, & non loquentur: portata
tollentur, quia incidere non va-
lent: nolite ergo timere ea, quia
nec malè possunt facere, nec be-
6 ne. † ‖ Nõ est similis tui Dñe: ma-
Mic.7.d.12 gnus es tu, & magnũ nomen tuũ
7 in fortitudine. † ‖ Quis non time-
Ap.15.b.4. bit te ô rex gẽtium? tuũ est enim
decus: inter cunctos sapientes
Gentium, & in vniuersis regnis
8 eorum nullus est similis tui. † Pa-
riter insipientes & fatui proba-
bũtur: doctrina vanitatis eorum
9 lignum est. † Argentum inuolutũ
B de Tharsis affertur, & aurum de
Ophaz: opus artificis, & manus
ærarij: hyacinthus & purpura in-
dumentum eorum, opus artifi-
10 cum vniuersa hęc. † Dominus au-
tem Deus verus est: ipse Deus vi-
uens, & rex sempiternus. ab indi-
gnatione eius cõmouebitur ter-
ra: & non sustinebũt Gentes com
11 minationem eius. † Sic ergo dice-
tis eis, Dij qui cælos & terram nõ
fecerunt, pereant de terra & de
12 his quæ sub cælo sunt. † Qui facit
Gen.1.a.1. terram in fortitudine sua, præpa-
b.9. rat orbem in sapientia sua, & pru
Ios.51. (13 dentia sua extendit cælos. † Ad
b.15. vocem suam dat multitudinem
aquarum in cælo, & eleuat nebu-
Ps.134.b.7. las ab extremitatibus terræ: ‖ ful-
In.51.b.16. gura in pluuiã facit, & educit ven
14 tum de thesauris suis. † Stultus
C factus est omnis homo à scientia,
confusus est artifex omnis in scul
ptili: quoniam falsum est quod
conflauit, & nõ est spiritus in eis.
15 † Vana sunt & opus risu dignum:
in tempore visitationis suæ pe-
16 ribunt. † Non est his similis pars
Iacob: qui enim formauit omnia,
ipse est: & Israel virga hæreditatis
eius: Dominus exercituum nomẽ
17 illi. † Congrega de terra confusio
nem tuam, quæ habitas in obsi-
18 dione. † quia hæc dicit Dominus,
Ecce, ego longè proijciam habi-
tatores terræ in hac vice: & tribu-
labo eos, ita vt non inueniantur.
19 † Væ mihi super cõtritione mea,
pessima plaga mea. Ego autẽ di-
xi, Plane hæc infirmitas mea est,
20 & portabo illam. † Tabernaculũ
D meum vastatum est, omnes funi-
culi mei diruptisunt: filij mei ex-
ierunt à me, & non subsistunt: nõ
est qui extendant vltrà tentoriũ
21 meũ, & erigat pelles meas. † Quia
stultè egerunt pastores, & Domi-
num non quæsierunt: propterea
nõ intellexerunt, & omnis grex
22 eorum dispersus est. † Vox audi-
tionis ecce venit, & commotio
magna de terra Aquilonis: vt po-
nat ciuitates Iuda solitudinem, &
23 habitaculum draconũ. † Scio Do-
mine quia non est hominis via
eius: nec vir est vt ambulet, & di-
24 rigat gressus suos. † ‖ Corripe me Ps.6.a.2.
Domine, veruntamen in iudicio: Ps.78.b.6
& non in furore tuo, ne fortè ad
25 nihilum redigas me. † Effunde
indignationem tuam super Gen-
tes quæ non cognouerunt te, &
super prouincias quæ nomen tu-
um non inuocauerũt: quia come-
derunt Iacob, & deuorauerunt
eum, & consumpserunt illum, &
decus eius dissipauerunt.

CAP. XI.

1 VErbum quod factum est à Do-
mino ad Ieremiam, dicens,
2 † Audite verba pacti huius, & lo-
A quimini ad viros Iuda, & ad ha-
3 bitatores Ierusalem, † & dices ad
eos, Hæc dicit Dominus Deus Is-
rael, Maledictus vir qui non au-
4 dierit verba pacti huius, † quod
præcepi patribus vestris in die
qua eduxi eos de terra Ægypti, de
fornace ferrea dicens, Audite vo-
cem meam, & facite omnia quæ
præ-

præcipio vobis: & eritis mihi in
populum:& ego ero vobis in De-
5 um.† Vt suscitē iuramentū quod
iuraui patribus vestris daturū me
eis, terrā fluentē lacte & melle, si
cut est dies hæc. Et respōdi, & di-
6 xi, Amen Dñe. † Et dixit Dñs ad
me, Vociferare omnia verba hæc
in ciuitatibus Iuda, & fortis Ie-
rusalem, dicens: Audite verba pa-
7 cti huius, & facite illa: † quia con-
testans contestatus sum patres
vestros in die qua eduxi eos de
terra Ægypti vsq; ad diem hanc:
manè cōsurgens cōtestatus sum,
8 & dixi, Audite vocem meam. † &
B non audierunt nec in inclinaue-
runt aurē suam: sed abierūt vnus-
quisq; in prauitate cordis sui ma
li: & induxi super eos omnia ver-
ba pacti huius, quod præcepi vt
9 facerent, & nō fecerūt. † Et dixit,
Dñs ad me, Inuenta est cōiuratio
in viris Iuda, & inhabitatoribus
10 Ierusalem. † Reuersi sunt ad ini-
quitates patrum suorum priores,
qui noluerunt audire verba mea,
& hi ergo abierunt post deos alie
nos, vt seruirent eis: irritum fece-
runt domus Israel & domus Iuda
pactum meum quod pepigi cum
11 patribus eorum. † Quam ob rem
hæc dicit Dñs, Ecce, ego inducam
super eos mala, de quibus exire
non poterunt: & clamabunt ad
12 me, & non exaudiā eos. † Et ibunt
ciuitates Iuda, & habitatores Ie-
*Deos 4. rusalem, & clamabūt ad *eos' qui-
bus libant, & non saluabunt eos
13 in tēpore afflictionis eorū. † ‖ Se-
C cundū numerum enim ciuitatū
Su.2. f. 28. tuarum erāt dij tui Iuda: & secun-
*tuarum. dū numerū viarū * Ierusalem po-
suisti aras confusionis, aras ad li-
14 bandum Baalim. † ‖ Tu ergo noli
Su. 7. c.16. orare pro populo hoc, & ne assu-
In.15.b.11. mas pro eis laudē & orationem
quia nō exaudiā in tēpore clamo-
ris eorum ad me, in tempore af-
15 flictionis eorum. † Quid est quod
dilectus meus in domo mea fecit
scelera multa? nunquid carnes
sanctæ auferēt à te malitias tuas
16 in quibus gloriata es? † Oliuam
huberē, pulchrā, fructiferam, spe-
ciosam vocauit Dñs nomen tuū:
ad vocē loquelæ, grandis exarsit
ignis in ea, & cōbusta sunt frute-
17 ta eius. † Et Dñs exercituum qui
plantauit te, locutus est super te
malum: pro malis domus Israel
& domus Iuda, quæ fecerunt sibi
ad irritandum me, libantes Baa-
18 lim. † Tu aūt Domine demonstra-
sti mihi, & cognoui: tu ostendisti
19 mihi studia eorum. † Et ego quasi
D agnus mansuetus, qui portatur
ad victimā, & non cognoui quia
cogitauerunt super me consilia,
dicentes', Mittamus lignū in pa- 16.
nē eius, & eradamus eum de ter-
ra viuentium, & nomen eius non
20 memoretur amplius. † Tu aūt Do-
mine Sabaoth, qui iudicas iustè,
‖ & probas renes & corda, videā In.17.b.10.
vltionē tuam ex eis: tibi enim re- 20.c.12.
21 uelaui causam meam. † Propterea
hæc dicit Dñs ad viros Anathoth,
qui quærunt animam tuam, &
dicunt, Non prophetabis in no-
mine Domini, & non morieris in
22 manibus nostris. † Propterea hæc
dicit Dominus exercituum, Ecce,
ego visitabo super eos. iuuenes
morientur in gladio, filij eorum
& filiæ eorū morientur in fame.
23 † Et reliquiæ non erunt ex eis: in-
ducam enim malum super viros
Anathoth, annum visitationis
eorum.

CAP. XII.

1 IVstus quidem tu es Domine, si
A disputem tecum: veruntamen
iusta loquar ad te. ‖ Quare via im- Iob.21.a.7.
piorum prosperatur: bene est Hab.1.a.3.
omnibus qui præuaricantur, &
2 iniquè agunt? † Plantasti eos, &
radicē miserunt: proficiunt & fa-
ciunt fructum: prope es tu ori eo-
rum, & longè a renibus eorum.
3 † Et tu Domine nosti me, vidisti

me & probasti cor meum tecum: congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die
4 occisionis. † Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis sicabitur propter malitiã habitantium in ea? cõsumptũ est animal, & volucre, quoniã dixerunt, Non
5 videbit nouissima nostra. † Si cũ
B peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in fu-
6 perbia Iordanis? † Nam & fratres tui & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce: ne credas eis cùm locuti fuerint ti-
7 bi bona. † Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in ma-
8 num inimicorum eius. † Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me vocem,
9 ideo odiui eam. † Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? nũquid auis tincta per totum? venite, congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum.
10 † Pastores multi demoliti sunt vi-
C neam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam desyderabilem in desertũ
11 solitudinis. † Posuerunt eam in dissipationem, luxitq; super me. desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogi-
12 tet corde. † Super omnes vias deserti venerunt vastatores, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vsq; ad extremum eius: non est pax vniuersę carni.
13 † Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt: hæreditatem acceperunt, & nõ eis proderit: con-
14 fundemini à fructibus vestris, pro
D pter iram furoris Domini. † Hæc dicit Dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem, quam distribui populo meo Israel: Eccè, ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eo-
15 rum. † Et cùm euulsero eos, conuertar & miserebor eorum: & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virũ in terrã suam.
16 † Et erit: si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo, Viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal: ædificabuntur in medio po-
17 puli mei. † Quòd si non audierint, euellam gentem illam euulsione & perditione, ait Dominus.

CAP. XIII.

1 HÆc dicit Dominus ad me,
A Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam nõ in-
2 feres illud. † Et possedi lumbare iuxta verbum Dñi, & posui circa
3 lũbos meos. † Et factus est sermo Domini ad me secundò, dicens:
4 † Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lũbos tuos, & surgens vade ad Euphratẽ, & absconde ibi illud in foramine petræ.
5 † Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Do-
6 minus. † Et factũ est post dies plurimos, dixit Dominus ad me, Surge, vade ad Euphratẽ: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi vt
7 absconderes illud ibi. † Et abij ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud: & ecce computruerat lũbare,
8 ita vt nulli vsui aptum esset. † Et factũ est verbum Domini ad me,
9 dicens, † Hæc dicit Dominus, Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalẽ multã.
10 † Populũ istũ pessimũ, qui nolunt
B audire verba mea, & ambulãt in prauitate cordis sui: abieruntque post deos alienos, vt seruirẽt eis, & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui
11 aptum est. † Sicut enim adhæret lum-

lumbare ad lumbos viri, sic agglutinant mihi oẽm domum Isra
el,& omnẽ domũ Iuda,dicit Dñs: vt essent mihi in populũ,& in no
men,& in laudẽ, & in gloriam,&
12 nõ audierunt. †Dices ergo ad eos sermonem istum, Hæc dicit Dñs Deus Israel,Omnis laguncula im
plebitur vino.Et dicẽt ad te: Nũquid ignoramus quia omnis la-
13 guncula implebitur vino? † Et dices ad eos,Hæc dicit Dñs : Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huiꝰ,& reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & sacerdotes,& prophetas,& om
nes habitatores Ierusalem,ebrie-
14 tate: † & dispergã eos virum à fra-
C tre suo,& patres & filios pariter, ait Dñs,non parcam, & non con-
cedam , neq; miserebor vt non
15 disperdam eos.† Audite,& aurib. percipite. Nolite eleuari , quia
16 Dñs locutus est. † Date Domino Deo vestro gloriam , antequam contenebrescat,& antequã offen
dant pedes vestri ad montes caliginosos, expectabitis lucem,& ponet eam in vmbram mortis,
17 & in caliginem.† Quod si hoc non audieritis,in abscondito plorabit
Thr. 1.a 2. anima mea à facie superbię.‖ Plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam ,quia captus est
18 grex Domini.† Dic regi & dominatrici : Humiliamini , sedete, quoniam descendit de capite ve-
19 stro corona gloriæ vestræ.† Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat: translata est omnis Iuda , transmigratione perfe-
20 cta.† Leuate oculos vestros, & vi-
D dete qui venitis ab Aquilone:vbi est grex qui datus est tibi, pecus
21 inclytum tuum?† Quid dices cùm visitauerit te ? tu enim docuisti eos aduersum te , & erudisti in caput tuum , nunquid non dolo-
22 res apprehendent te,quasi mulierem parturientem ? † Quod si dixeris in corde tuo, Quare venerunt mihi hæc? ‖ Propter multi- In.30.c.14.
tudinem iniquitatis tuæ reuelata 15.
sunt verecundiora tua , pollutæ
23 sunt plantæ tuæ. † Si mutare potest æthiops pellẽ suam ,aut pardus varietates suas:& vos poteritis benefacere , cùm didiceritis
24 malum.† Et disseminābo eos quaE si stipulam quæ vento raptatur in
25 deserto. † Hæc sors tua parsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus,quia oblita es mei , & confisa
26 es in mendacio.† vnde & ego nudaui femora tua contra faciem tuam,& apparuit ignominia tua,
27 † adulteria tua, & hinnitus tuus scelus fornicationis tuæ.super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem , non mundaberis post me, vsquequo adhuc?

CAP. XIIII.

1 QVod factum est verbum Do-
A mini ad Ieremiam de sermo-
2 nibus siccitatis. † Luxit Iudæa , & portæ eius corruerunt , & obscurate sunt in terra,& clamor Ierusalem ascẽdit.† Maiores miserunt
3 minores suos ad aquam:venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam , reportauerunt vasa sua vacua : confusi sunt & afflicti, &
4 operuerunt capita sua. † Propter terræ vastitatem , quia non venit pluuia in terram , confusi sunt agricolæ,operuerunt capita sua.
5 † Nam & cerua in agro peperit, & reliquit : quia non erat herba. † Et onagri steterunt in rupibus , traxerunt ventum quasi
6 dracones , defecerunt oculi eorũ, quia non erat herba. † Si iniqui-
B tates nostræ responderint nobis: Dñe fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones
8 nostræ , tibi peccauimus. † Expectatio Israel,saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra , & quasi viator declinans ad manendum?

9 †Quare futur⁹ es velut vir vagus, vt fortis qui non poteſt ſaluare? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſu-
10 per nos, ne derelinquas nos. †Hęc dicit Dominus populo huic qui dilexit mouere pedes ſuos, & nō quieuit, & Domino non placuit, Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eo-
11 rum. † Et dixit Dominus ad me:
Su.7.c.16. ‖Noli orare pro populo iſto in bo
11.c.14. num. †Cùm ieiunauerint, non ex
12 audiam preces eorum, & ſi obtu-lerint holocautomata & victi-mas, non ſuſcipiam ea: quoniam gladio & fame & peſte cōſumam
13 eos. †Et dixi: A, a, a, Domine Deus,
Sup. 5.c.12 Prophetæ dicunt eis: ‖Non vide-
In. 23.d.17 bit s gladium, & fames non erit in vobis, ſed pacem veram dabit
14 vobis in loco iſto. †Et dixit Do-
C minus ad me: Falsò prophetæ va-
In. 23.c.21. ticinantur in nomine meo: ‖ non
27.c.15.29. miſi eos, & non præcepi eis, neq;
b.9. locutus ſum ad eos: viſionem men
'& fraudu- dacem & diuinationem 'fraudu-
lentiam 4. lentam' & ſeductionem cordis
15 ſui prophetant vobis. † Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non miſi, dicentes: Gla-dius & fames non erit in terra hac: In gladio & fame conſumen-
16 tur prophetæ illi † Et populi qui-bus prophetant, erunt proiecti in vijs Ieruſalem præ fame, & gla-dio, & non erit qui ſepeliat eos, ipſi & vxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundam ſuper eos ma-
17 lum ſuum. † Et dices ad eos verbū
Thr.1.f.16. iſtud, ‖ Deducant oculi mei la-
2.f.18. chrymam per noctem & diem, & non taceant, quoniam con-tritione magna contrita eſt vir-go filia populi mei, plaga peſſi-
18 ma vehementer. †Si egreſſus fue-
D ro ad agros, ecce, occiſi gladio, & ſi introiero in ciuitatem: ecce
'quoque. attenuati fame. Propheta' nan-que' & ſacerdos abierunt in ter-
19 ram quā ignorabant. † Nunquid proijciens abieciſti Iudam? aut Sion abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas? ‖ expectauimus Sup.8.c.15
pacem, & non eſt bonum, & tem-pus curationis, & ecce turbatio.
20 †Cognouimus Domine impieta-tes noſtras, iniquitates patrum noſtrorum, quia peccauimus tibi.
21 †Ne des nos in opprobrium pro-pter nomen tuum, neq; facias no bis contumeliam ſolij gloriæ tuę: recordare, ne irritum facias fœ-
22 dus tuum nobiſcum. † Nunquid ſunt in ſculptilibus Gentium qui pluant? aut cæli poſſunt dare im-bres? nónne tu es Dominus Deus noſter quem expectauimus? tu enim feciſti omnia hæc.

CAP. XV.

Ir nominas nisi precib: tantū et sua dos ops.

1 ET dixit Dominus ad me, Si ſte-
A terit Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad popu-lum iſtum, eijce illos à facie mea,
2 & egrediantur. † Quòd ſi dixerint ad te, Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dñs, ‖ Qui ad mor-
Zac. 11.b
tem, ad mortem, & qui ad gladi-um, ad gladium, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuita-
3 tem, ad captiuitatem. † Et viſita-bo ſuper eos quatuor ſpecies, di-cit Dominus, Gladium ad occi-ſionem, & canes ad lacerandum & volatilia cæli, & beſtias terræ ad deuorandum & diſſipandum:
4 † & dabo eos in feruorem vni-uerſis regnis terræ: ‖ propter Ma-
4.Re.21.b. 11.
naſſem filiū Ezechiæ regis Iuda, ſuper omnib. quæ fecit in Ieruſa-
5 lem. † Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem? aut quis contriſtabi-tur pro te? aut quis ibit ad ro-
6 gandum pro pace tua? † Tu reli-
B quiſti me, dicit Dominus: retror-ſum abijſti: & extendam manum meam ſuper te, & interficiam te,
7 laboraui rogans. † Et diſpergā eos ventilabro in portis terræ: inter-

feci

feci & disperdidi populum meũ, & tamen a vijs suis non sunt reuersi. † Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius, super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie: misi super ciuitates repente terrorem. † Infirmata est quę peperit septẽ, de Am.8.c.9. fecit anima eius, ‖ occidit ei sol, cùm adhuc esset dies: cõfusa est, & erubuit: & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus. † Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virũ discordiæ in vniuersa terra? non fœneraui nec fœnerauit mihi, quisquã: omnes maledicũt mihi. † Dicit Dñs, Si nõ reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicum. † Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs? † Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. † Et adducam inimicos tuos de Ro.10.d.19 terra quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, super De.32.d.22 vos ardebit. † Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me: noli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium. † Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me Domine Deus exercituum. † Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ: solus Pſ.1.a.1.2. 5.a.4. sedebam, quoniam comminatione repleſti me. † ‖ Quare factus In.30.c.15. est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. † Propter hoc hæc dicit Dominus, Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis: & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris, conuertentur ipsi ad te, & tu nõ conuerteris ad eos. † ‖ Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem, & bellabunt aduersum te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te, dicit Dominus. † Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium. Su.1.d.18. 6.g.27.

CAP. XVI.

ET factum est verbum Domini ad me dicens: † Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto. † Quia hæc dicit Dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto: & super matres eorum quæ genuerunt eos, & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac. † Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt, & gladio & fame consumentur, & erit cadauer eorum in escam volatilibus cæli, & bestijs terræ. † Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neq; vadas ad plangendum, neque consoleris eos: quia abstuli pacẽ meam à populo isto, dicit Dominus, misericordiam & miserationes. † Et morientur grandes & parui in terra ista, non sepelientur neq; plangentur, & nõ se incident, neq; caluitium fiet pro eis. † Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabũt eis potum calicis ad cõsolandum super patre suo & matre. † Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas. † quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus

vestris vocem gaudij, & vocē læti
tiæ, vocem sponsi, & vocem spō-
10 sæ. † Et cùm annuntiaueris popu-
lo huic omnia verba hæc, & dixe-
Su. 7. f. 26. rint tibi. ‖ Quare locutus est Do-
minus super nos omne malum
grande istud? quæ iniquitas no-
stra? & quod peccatum nostrum
quod peccauimus Domino Deo
11 nostro? † Dices ad eos, Quia dereli-
C querunt me patres vestri, ait Do-
minus, & abierunt post deos alie-
nos, & seruierunt eis, & adoraue-
runt eos, & me dereliquerunt, &
legem meam non custodierunt.
12 † ‖ Sed & vos peius operati estis,
Su. 5. c. 19. quàm patres vestri, ecce enim am
bulabat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt me nō
13 audiat. † Et eijciam vos de terra
hac, in terram quam ignoratis
vos, & patres vestri: & seruietis
ibi dijs alienis die ac nocte, qui
14 non dabunt vobis requiem. † Pro-
In. 23. b. 7. pterea ecce dies veniunt, dicit
Dñs, & non dicetur vltrà, Viuit
Dominus qui eduxit filios Israel
15 de terra Ægypti. † sed, viuit Do-
minus qui eduxit filios Israel de
terra Aquilonis, & de vniuersis
terris ad quas eieci eos, & reducā
eos in terrā suam, quam dedi pa-
16 tribus eorum. † Ecce, ego mittam
piscatores multos, dicit Domin⁹:
D & piscabuntur eos: & post hæc
mittam eis multos venatores, &
venabuntur eos de omni monte,
& de omni colle, & de cauernis
17 petrarum. † Quia oculi mei super
omnes vias eorum: non sunt ab-
sconditæ à facie mea, & non fuit
occultata iniquitas eorum ab o-
18 culis meis. † Et reddam primùm
duplices iniquitates, & peccata
eorum: quia cotaminauerunt ter-
ram meam in morticinis idolo-
rum suorum, & abominationi-
bus suis impleuerunt hæredita-
19 tem meam. † Domine fortitudo
mea, & robur meum, & refugi-
um meum in die tribulationis:
ad te Gentes venient ab extre-
mis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non pro-
20 fuit. † Nunquid faciet sibi homo
21 deos, & ipsi non sunt Dij? † Idcirco
ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum
meam, & virtutem meam, & scient quia nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

1 A PEccatū Iuda scriptum est stylo
ferreo in vngue adamantino,
exaratum super latitudinē cordis:
eorū, & in cornibus ararum eorū.
2 † Cùm recordati fuerint filij eo-
rum ararum suarum, & lucorum
suorum, lignorumque fronden-
3 tium in montibus excelsis, † sacri-
ficantes in agro: fortitudinē tu-
am, & omnes thesauros tuos in di
reptionem dabo, excelsa tua pro-
pter peccata in vniuersis finibus
4 tuis. † Et relinquêris sola ab hære-
ditate tua, quam dedi tibi, & ser-
uire te faciā inimicis tuis in ter-
ra quam ignoras: quoniā ignem
succendisti in furore meo, vsque
5 in æternum ardebit. † Hæc di-
cit Dominus, ‖ Maledictus ho- Isa. 30. a. 2.
mo qui confidit in homine, & po 31. a. 1.
nit carnem brachium suum, & à
6 Domino recedit cor eius. † ‖ E- In. 48. a. 7.
rit enim quasi myricæ in deser- In. 48. a. 6.
to, & non videbit cū venerit bo-
num: sed habitabit in siccitate in
deserto in terra salsuginis & in-
7 habitabili. † Benedictus vir qui
confidit in Domino, & erit Domi
8 nus fiducia eius. † ‖ Et erit quasi Psal. 1. a. 3.
B lignū quod transplantatur super
aquas quod ad humorem mit-
tit radices suas: & non timebit
cùm venerit æstus. Et erit foli-
um eius viride, & in tempore sic-
citatis non erit solicitum, nec ali-
quando desinet facere fructum.
9 † Prauum est cor 'hominis' & in- 'omniū 7.
scrutabile: quis cognoscet illud?
† ‖ Ego

10 † ¶ Ego Dominus scrutans cor, &
1.Re.11.b.7 probans renes: qui do vnicuique
Ps.7. b. 10. iuxta viam suam, & iuxta fru-
Su.11.d.10. ctum adinuentionum suarum.
Apo.2. (11 † Perdix fouit quæ non peperit: fe
f.23. cit diuitias, & non in iudicio:
in dimidio dierum suorum dere-
linquet eas, & in nouissimo suo
12 erit insipiens. † Solium gloriæ
altitudinis à principio, locus
13 sanctificationis nostræ. † Ex-
pectatio Israel Domine, omnes
qui te derelinquunt, confunden-
tur: recedentes a te, in terra scri-
C bentur: quoniam dereliquerunt
venam aquarum viuentium Do-
14 minum. † Sana me Domine, &
sanabor: saluum me fac, & saluus
ero: quoniam laus mea tu es.
15 † Ecce ipsi dicunt ad me, vbi est
16 verbum Domini? veniat. † Et e-
go non sum turbatus, te pasto-
rem sequens: & diem hominis
non desyderaui, tu scis. Quod e-
gressum est de labijs meis, re-
17 ctum in conspectu tuo fuit. † Non
sis tu mihi formidini, spes mea tu
18 in die afflictionis. † Confundan
tur qui me persequuntur, & non
confundar ego: paueant illi,
& non paueam ego: induc super
eos diem afflictionis, & duplici
19 contritione contere eos. † Hæc
dicit Dominus ad me, Vade, &
sta in porta filiorum populi, per
quam ingrediuntur reges Iuda,
& egrediuntur, & in cunctis por-
20 tis Ierusalem: † & dices ad eos,
Audite verbum Domini reges Iu
da, & omnis Iuda, cunctique ha-
bitatores Ierusalem qui ingredi-
21 mini per portas istas. † Hæc di-
cit Dominus, Custodite animas
vestras, & nolite portare pondera
in die sabbathi, nec inferatis per
22 portas Ierusalem. † Et nolite ejce
D re onera de domib. vestris in die
sabbathi, & omne opus non facie
tis: sanctificate diem sabbathi, si-
23 cut præcepi patribus vestris. † Et
non audierunt, nec inclinauerũt
aurem suam: sed indurauerunt
ceruicem suam, ne audirent me,
24 & ne acciperent disciplinam. † Et
erit: si audieritis me, dicit Domi-
nus, vt non inferatis onera per
portas ciuitatis huius in die sab-
bathi: & si sanctificaueritis diem
sabbathi, ne faciatis in eo omne
25 opus: † Ingredientur per portas
ciuitatis huius reges & principes,
sedentes super solium Dauid, & a-
scendentes in curribus & equis,
ipsi & principes eorum viri Iuda,
& habitatores Ierusalem, & habi
tabitur ciuitas hæc in sempiter-
26 num. † Et venient de ciuitatibus
Iuda, & de circuitu Ierusalem,
& de terra Beniamin, & de cam-
pestribus, & de montuosis, & ab
Austro, portantes holocaustũ, &
victimam, & sacrificium, & thus,
& inferent oblationem in domũ
27 Domini. † Si autem non audieri-
tis me, vt sanctificetis diem sabba
thi, & ne porretis onus, & ne infe
ratis per portas Ierusalem in die
sabbathi, succedam ignem in por
tis eius, & deuorabit domos Ieru-
salem, & non extinguetur.

CAP. XVIII.

1 VErbum quod factum est ad Ie
remiam à Domino, dicens,
2 † Surge & descende in domum fi-
A guli, & ibi audies verba mea. † Et
3 descendi in domum figuli, & ecce, ipse faciebat opus super ro-
4 tam. † Et dissipatum est vas quod ipse faciebat e luto manibus suis: conuersusque fecit illud, vas al-
terum sicut placuerat in oculis eius vt faceret. † Et factum est
verbum Domini ad me, dicens,
6 † ¶ Nunquid sicut figulus iste, non Esa.45.b.9
potero vobis facere, domus Isra- Ro.9.d.20
el ait Dominus, ecce, sicut lu-
tum in manu figuli, sic vos in ma-
7 nu mea, domus Israel. † Repen-
te loquar aduersum gentem & ad Sup.1.b.10
uersus regnum, † vt eradicem &
8 destruam & disperdam illud. † Si

pœnitentiam egerit Gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui 9 vt facerem ei. † Et subitò loquar de gente & de regno, vt ædificem 10 & plantem illud. † Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat B vocem meam: pœnitẽtiam agam super bono quod locutus sum vt 11 facerem ei. † Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, Inf. 25. a. 5. dicens, Hæc dicit Dominus, ‖ Ec- 35. c. 15. ce, ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationẽ. Ion. 3. c. 8. ‖ reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & 12 studia vestra. † Qui dixerunt, Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali 13 faciemus. † Ideò hæc dicit Dominus, Interrogate gentes, Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit ni 14 mis virgo Israel? † Nunquid defi- C ciet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes 15 frigidæ, & defluentes? † Quia oblitus est mei populus meus, frustrà libantes, & impingentes in vijs suis, in semitis seculi, vt ambularent per eas in itinere non 16 trito: † ‖ vt fieret terra eorum in Inf. 19. c. 8. desolationem, & in sibilum sempiternum: omnis qui præterierit 49. c. 13. 50. c. 13. per eam, obstupescet, & mouebit 17 caput suum. † Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico: dorsum, & non faciem ostendam 18 eis in die perditionis eorum. † Et dixerunt, Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: non enim peribit lex a sacerdote neque consilium a sapiente, nec sermo a propheta: venite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones 19 eius. † Attende Domine ad me, & audi vocem aduersariorum meo- 20 rum. † Nunquid redditur pro bo- D no malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem 21 indignationem tuam ab eis. † Propterea da filios eorum in famẽ, & deduc eos in manus gladij: fiãt vxores eorũ absq; liberis, & viduæ: & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorum confodiantur gla- 22 dio in prælio. † Audiatur clamor de domibus eorũ, adduces enim super eos latronem repentè: quia foderunt foueam, vt caperẽt me, & laqueos absconderunt pedi- 23 bus meis. † Tu autem Domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

CAP. XIX.

1 HÆc dicit Dominus, Vade, & A accipe lagunculam figuli testeam a senioribus populi, & a se- 2 nioribus sacerdotum: † Et egredere ad vallem filij Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego 3 loquar ad te. † Et dices, Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Ierusalem? hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Ecce, ego inducam afflictionem super locum istum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant 4 aures eius. † Eò quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istũ: & libauerunt in eo dijs alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda: & repleuerunt locum istum sanguine 5 innocentum. † Et ædificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in 6 cor meum. † Propterea ecce dies B veniunt, dicit Dominus: & non vo-

vocabitur amplius locus iste, Topheth, & Vallis filij Ennom, sed
7 vallis occisionis. † Et dissipabo cõsilium Iuda & Ierusalem in loco
A istо: & subuertam eos gladio in cõspectu inimicorum suorum, & in
manu quærentium animas eorũ: & dabo cadauera eorum escã vo-
C latilibus cæli, & bestijs terræ.
8 † Et ponã ciuitatem hanc, in stu-
Su.18.c.16. porem, & in sibilum: omnis qui
Inf.49.c.13 prætransierit per eam, obstupescet,
& 50. c. 13. & sibilabit super vniuersa plagã
vniuer (9 eius. † Et cibabo eos carnib. filiorũ
sas plagas suorum, & carnib. filiarũ suarum:
4. & vnusquisq; carnem amici sui
comedet in obsidione & in angustia in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas
10 eorum. † Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt
11 tecum. † Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Sic conteram populum istum & ciuitatem istã, sicut cõteritur vas figuli quod non potest vltrà instaurari. & in Topheth sepelientur, eò quòd nõ sit alius locus ad sepeliendum.
12 † Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatem istam sicut To-
13 pheth. † Et erunt domus Ierusalem & domus regum Iuda sicut locus Topheth, immũdæ, omnes
D domus in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina dijs alie-
14 nis. † Venit autem Ieremias de Topheth, quò miserat eum Dominus ad prophetandum, & stetit in
15 atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum, † Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ locutus sum aduersum eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam,

vt non audirent sermones meos.

CAP. XX.

Verbera prouer. his patitur, quem vir q; propheta.

1 ET audiuit Phassur filius Em-
A mer sacerdos, qui constitutus
erat princeps in domo Domini,
Ieremiam prophetantem sermo-
2 nes istos. † Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum
in neruũ, quod erat in porta Beniamin superiori, in domo Domi-
3 ni. † Cumq; illuxisset in crastinũ, eduxit Phassur Ieremiam de neruo, & dixit ad eum Ieremias, Non
Phassur vocauit Dominus nomen
4 tuum, sed pauorem vndiq;. † Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt, & omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis: & tra-
5 ducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. † Et dabo vniuersam substantiã ciuitatis huius, &
omnem laborẽ eius, omneq; pre-
B tium, & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorũ eorum: & diripient eos, & tollent, &
6 ducent in Babylonem. † Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonẽ venies, & ibi morieris: ibiq; sepelieris tu, & omnes
amici tui quibus prophetasti men-
7 dacium. † Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannant
8 me. † Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in de-
9 risum tota die. † Et dixi, Nõ recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius, & factus est in cor de meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis: & de-
10 feci, ferre non sustinens. † Audiui enim contumelias multorum, & terrorẽ in circuitu, persequimini, & persequamur eum: ab omnibus

viris

viris qui erant pacifici mei,& cu-
ſtodientes latus meum:ſi quo mo
C do decipiatur,& prævaleamus ad
uerſus eum,& conſequamur vltio
11 nem ex eo.† Dominus autem me
cum eſt quaſi bellator fortis:idcir
co qui perſequuntur me cadent,
& infirmi erunt. cõfundentur ve
In.23.g.40 hementer, ‖ quia non intellexe-
runt opprobrium ſempiternum
12 quod nunquam delebitur.† Et tu
Su.11.d.20. Domine exercituum ‖ probator
17.b.10. iuſti,qui vides renes & cor: vide-
am quæſo vltionem tuam ex eis:
tibi enim reuelaui cauſam meã.
13 † Cantate Domino, laudate Do-
minum : quia liberauit animam
14 pauperis de manu malorũ.† ‖ Ma-
Iob.3.a.20. ledicta dies in quo natus ſum : di-
D es in qua peperit me mater mea,
15 nõ ſit benedicta.† Maledictus vir
qui annuntiauit patri meo,dicẽs,
Natus eſt tibi puer maſculus : &
16 quaſi gaudio lætificauit eum.† Sit
homo ille vt ſunt ciuitates quas
ſubuertit Dominus, & non pœni
tuit eum : audiat clamorem ma-
nè, & vlulatum in tempore me-
17 ridiano:† qui non me interfe-
quia 2. cit à vulua, vt fieret mihi ma-
ter mea ſepulchrum, & vulua e-
18 ius conceptus æternus. † Quare
de vulua egreſſus ſum , vt vide-
rem laborem & dolorem, & con-
ſumerentur in confuſione dies
mei.

CAP. XXI.

1 † VErbum quod factum eſt ad Ie
remiam à Domino, quando
miſit ad eum rex Sedecias Phaſ-
ſur filium Melchiæ, & Sophoniã
filium Maaſiæ ſacerdotem, dicẽs,
2 † interroga pro nobis Dominum,
quia Nabuchodonoſor rex Baby-
lonis præliatur aduerſum nos: ſi
forte faciat Dominus nobiſcum
ſecundum omnia mirabilia ſua,
3 & recedat à nobis. † Et dixit Ie-
remias ad eos, Sic dicetis Sede-
4 ciæ:† Hæc dicit Dominus Deus Iſ-
rael, Ecce, ego conuertam vaſa
belli quę in manibus veſtris ſunt,
& quibus vos pugnatis aduerſum
regẽ Babylonis & Chaldæos, qui
obſident vos in circuitu muro-
rum: & congregabo ea in medio
5 ciuitatis huius. † Et debellabo
ego vos in manu extenta, & in
B brachio forti,& in furore,& in in
6 dignatione,& in ira grandi. † Et
percutiam habitatores ciuitatis
huius : homines & beſtiæ peſtilẽ-
7 tia magna morientur. † Et poſt
hoc,ait Dominus,dabo Sedeciam
regem Iuda, & ſeruos eius & po-
pulum eius, & qui derelicti ſunt
in ciuitate hacà peſte, & gladio,
& fame,in manu Nabuchodono-
ſor regis Babylonis,&in manu ini
micorum eorum,& in manu quæ
rentium animam eorum:&percu
tiet eos in ore gladij, & non fle-
ctetur,neq; parcet, nec miſerebi-
8 tur. † Et ad populum hunc dices,
C Hæc dicit Dominus,Ecce, ego do
coram vobis viam vitæ , & viam
9 mortis.† ‖ Qui habitauerit in vrbe Inf.38.a.2.
hac,morietur gladio , & fame, &
peſte: qui autem egreſſus fuerit,
& transfugerit ad Chaldæos, qui
obſident vos,viuet,& erit ei ani-
10 ma ſua quaſi ſpoliũ. † Poſui enim
faciẽ meam ſuper ciuitatẽ hanc in
malum,& nõ in bonum,ait Domi
nus,in manu regis Babylonis da-
11 bitur,& exuret eam igni.† Et do-
mui regis Iuda,Audite verbũ Do
12 mini. † Domus Dauid, hæc dicit
Dñs, ‖ Iudicate manè iudicium,& Inf.22.a.3.
eruite vi oppreſſum de manu ca-
D lumniantis: ne fortè egrediatur
vt ignis indignatio mea,&ſuccen
datur,& nõ ſit qui extinguat pro-
pter malitiã ſtudiorum veſtrorũ.
13 † Ecce ego ad te habitatricẽ vallis
ſolidæ atque campeſtris, ait Dñs:
qui dicitis , Quis percutiet nos?
& quis ingredietur domos no-
14 ſtras ? † Et viſitabo ſuper vos iux-
ta fructum ſtudiorum veſtrorum,
dicit Dominus: & ſuccendã ignẽ
in

in saltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

CAP. XXII.

1 A Hæc dicit Dominus: Descende in domum regis Iuda, &
2 loquêris ibi verbum hoc, † & dices: Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui
3 ingredimini per portas istas. † Hæc Su.21.d.12. dicit Dominus, ‖ Facite iudicium & iustitiam: & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenum, & pupillum, & viduam nolite contristare, neq; opprimatis iniquè, & sanguinem innocen-
4 tem, ne effundatis in loco isto. † Si enim facientes feceritis verbum istud: ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum.
5 † Quòd si non audieritis verba
B hæc: in memetipso iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem e-
6 rit domus hæc. † Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda, Galaad tu mihi caput Libani: si nõ posuero te solitudinem, vr-
7 bes inhabitabiles. † Et sanctificabo super te interficientem virum & arma eius, & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in
8 ignem. † Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisque proximo suo:
Deu.29.d. 24. 3.Re.9. b.8. ‖ Quare fecit Dominus sic ciuita-
9 ti huic grandi? † Et respondebunt,
C Eò quòd dereliquerint pactũ Domini Dei sui, & adorauerint deos
10 alienos, & seruierint eis. † Nolite flere mortuum, neq; lugeatis super eum fletu: plangite eum qui egreditur, quia nõ reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuita-
11 tis suæ. † Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto.
12 Non reuertetur huc amplius: † sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non
13 videbit amplius. † Væ qui ædifi-
D cat domũ suã in iniustitia, & cœnacula sua nõ in iudicio: amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei. † Qui di-
14 cit: Ædificabo mihi domum latam & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide.
15 † Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid non comẽdit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc cũ
16 benè erat ei? † Iudicauit causam pauperis & egeni in bonũ suum, nunquid non ideò quia cognouit
17 me, dicit Dominus? † Tui verò o-
E culi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundẽdum, & ad calumniã, & ad cursum ma-
18 li operis. † Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iosiæ regẽ Iuda, Non plangẽt eum, Væ frater & væ soror: non concrepabunt ei, Væ Domine, & væ inclyte. † Sepultura asini sepelietur pu-
19 trefactus & proiectus extra portas Ierusalem. † Ascende Libanũ,
20 & clama: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amato-
21 res tui. † Locutus sum ad te in a-
F bundantia tua: dixisti, Non audiam. hæc est via tua ab adolescẽtia tua, quia non audisti vocem
22 meam. † Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confundêris, & erubesces ab omni
23 malitia tua. † Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuisti cùm venissent tibi dolores, quasi dolores partu-
24 rientis? † Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam
25 eum. † Et dabo te in manu quæreu-

rentium animam tuam,& in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chal-
16 deorum.† Et mittam te & matrem
G tuam quæ genuit te, in terrã alienam, in qua nati non estis, ibiq;
27 moriemini: † & in terrã ad quam ipsi leuant animã suam, vt reuer-
28 tantur illuc: nõ reuertẽtur.† Nunquid vas fictile atq; cõtritum vir iste Iechonias? nunquid vas absque omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius,& proiecti in terram quam ignorauerunt?†
29 Terra,terra,terra,audi ser-
30 monem Domini. † Hæc dicit Dominus, Scribe virum istum sterilem,virum qui in diebus suis non prosperabitur. nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.

CAP. XXIII.

Ezc.13.a.(1 5.34.a.2. A
Falsa logui Solicus, fra- uis mi Corpus ira propri- tas.

VÆ pastoribus qui disperdũt & dilacerant gregem pascuæ
2 meæ, dicit Dominus. † Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populũ meum, Vos dispersistis gregẽ meum,& eiecistis eos,& nõ visitastis eos: ecce,ego visitabo super vos malitiã
3 studiorũ vestrorũ,ait Dñs.† Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad
4 rura sua,& crescent & multiplicabuntur. † Et suscitabo super eos
*& 1. pastores,& pascent eos:*non formidabũt vltrà,& nõ pauebunt:& nullus quæretur ex numero, dicit
5 Domin⁹.† ‖ Ecce,dies veniunt,di-
Isa. 4. a. 2. 40. c.11. 45. b. 8. cit Dñs,& suscitabo Dauid germẽ
Infr.33. c.14. iustum:& regnabit rex,& sapiens
6 erit: & faciet iudicium & iustitiã
Ez 34.c.11. f 24. in terra. † ‖ In diebus *illis* saluabitur Iuda, & Israel habitabit cõfidẽter: & hoc est nomẽ quod vo-
7 cabunt eũ.Dñs iust⁹ noster.† ‖ Propter hoc ecce dies veniunt, dicit
*illius 1.

Dominus,& non dicent vltrà:Vi- Da.9. f.24.
uit Dominus,qui eduxit filios Is- Ioh.1.g.45.
B rael de terra Ægypti:† Sed, ‖ Vi- Su.16.c.14.
8 uit Dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc:& habita- De.33.d.18
9 bunt in terra sua. † Ad prophetas, Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea:fact⁹ sum quasi vir ebri⁹, & quasi homo madidus à vino, à facie Domini, & à facie verborũ
10 sanctorum eius.† Quia *adulteris* *adulterij⁹ repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorum malus,& fortitudo eorum
11 dissimilis.† Propheta nam⁹q; & sa-
C cerdos polluti sunt: & in domo mea inueni malũ eorum, ait Do-
12 minus. † Idcirco via eorum erit quasi lubricũ in tenebris: impellentur enim & corruent in ea: afferam enim super eos mala,annũ visitationis eorum, ait Dominus.
13 † Et in prophetis Samariç vidi fatuitatem: & prophetabãt in Ba- .7.
al, & decipiebant populũ meum
14 Israel.† Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinẽ *adulterãtium', *adulteriũ & iter mendacij: & confortauerunt manus pessimorũ, vt nõ con-
15 uerteretur vnusquisq; à malitia sua: facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi
15 Gomorrha. † Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas, ‖ Ecce ego cibabo eos absynSu.9. d.15.
thio,& potabo eos felle:à prophe
D tis enim Ierusalem egressa est pol
16 lutio super omnẽ terrã. † Hæc dicit Dominus exercituũ, ‖ Nolite Inf.27.b.9
audire verba prophetarũ,qui pro- 29.b.8.
phetant vobis, & decipiunt vos: visionẽ cordis sui loquuntur,non
17 de ore Domini. † Dicunt his qui blasphemant me,Locutus est Dominus: ‖ Pax erit vobis, & omni Sup.5.c.19.
qui ambulat in prauitate cordis 14.b.13.
sui, dixerunt: Non veniet super

vos

18 vos malum. † Quis enim affuit in
consilio Domini, & vidit & audi-
uit sermonẽ eius? quis consydera-
19 uit verbũ illius & audiuit? † Ecce,
Inf.30.c.14 turbo Dominicæ indignationis
'egreditur 'egredietur', & tempestas erum-
6. pens: super caput impiorum ve-
20 niet. † Non reuertetur furor Do-
mini, vsq; dum faciat, & vsq; dum
compleat cogitationẽ cordis sui.
in nouissimis diebus intelligetis
21 consilium eius. † ‖ Non mittebam
E prophetas, & ipsi currebant: non
Su.14.c.14. loquebar ad eos, & ipsi prophetа-
Inf.27. (22 bant. † Si stetissent in cõsilio meo
c.15. & 29. & nota fecissent verba mea popu
b.9. lo meo: auertissem vtiq; eos à via
sua mala, & à cogitationibus suis
23 pessimis. † Putásne Deus è vicino
ego sum, dicit Dominus? & non
24 Deus délonge? † Si occultabitur
vir in absconditis: & ego non vi-
debo eum, dicit Dominus? nunquid non cælum & terrã ego im-
25 pleo, dicit Dominus? † Audiui quę
dixerunt prophetæ, prophetãtes
in nomine meo mendacium, atq;
26 dicẽtes: Somniaui, somniaui. † Vsquequo istud est in corde prophe
tarum vaticinãtium mendacium
& prophetantiũ seductiones cor-
27 dis sui. † Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis
mei propter somnia eorum quæ
narrat vnusquisq; ad proximum
F suũ, sicut obliti sunt patres eorũ
28 nominis mei propter Baal. † propheta qui habet somnium, narret
somnium: & qui habet sermonẽ
meum, loquatur sermonẽ meum
verè. quid paleis ad triticũ, dicit
29 Dominus? † Nunquid non verba
mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens
30 petram. † Propterea ecce ego ad
prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnusquisque à
31 proximo suo. † Ecce ego ad prophetas, ait Domin⁹: qui assumunt
linguas suas, & aiunt, Dicit Do-
32 minus. † Ecce ego ad prophetas
somniantes mendacium, ait Dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populũ meum in mendacio suo, & in miraculis suis: cũ
ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt
33 populo huic, dicit Dominus. † Si
igitur interrogauerit te populus
iste, vel propheta, aut sacerdos,
dicens: Quod est onus Domini?
dices ad eos: Vt quid vobis onus?
proiciam quippe vos, dicit Do-
34 minus. † Et propheta & sacerdos,
& populus qui dicit, Onus Domi-
G ni visitabo: visitabo super virum
35 illum, & super domum eius. † Hęc
dicetis vnusquisq; ad proximum
& ad fratrem suum, Quid respondit Dominus? Et quid locutus est
36 Dominus? † Et onus Domini vltrà
non memorabitur: quia onus erit
vnicuiq; sermo suus: & peruertistis verba Dei viuentis, Domini
37 exercituum Dei nostri. † Hæc dices ad prophetã: Quid respondit
tibi Dominus? & quid loquut⁹ est
38 Dominus? † Si autẽ onus Domini
dixeritis: ꝓpter hoc hęc dicit Domin⁹, Quia dixistis sermonẽ istũ,
On⁹ Dñi, & misi ad vos, dicẽs: No-
39 lite dicere Onus Dñi: † propterea
ecce ego tollã vos portans, & derelinquã vos, & ciuitatẽ quam dedi vobis, & patribus vestris à fa-
cie mea. † ‖ Et dabo vos in oppro- Su.20.c.11.
40 brium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquam
obliuione delebitur.

CAP. XXIIII.

Signa fuiõis Sa. Bn fícus bo. na, dura fúronis.

1 OStendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, po-
A siti ante templum Domini, post-
quam trãstulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniã filiũ Ioacim regem Iuda, & principes ei⁹,
& fabrum, & inclusorem de Ierusalem, & adduxit eos in Babylo-
2 nem. † Calathus vnus ficus bonas habebat nimis: vt solent ficus
esse primi temporis. & calathus
vnus,

vnus, ficus habebat malas nimis,
quę comedi nō poterant, eò quòd
3 essent malæ. † Et dixit Dominus
B ad me, Quid tu vides Ieremia? Et
dixi, ficus: ficus bonas, bonas val-
de, & malas, malas valde: quę co-
medi non possunt, eò quod sint
4 malæ. † Et factum est verbū Do-
5 mini ad me, dicens: † Hæc dicit
Dominus Deus Israel, Sicut ficus
hæ bonæ: sic cognoscam transmi-
grationem Iuda, quam emisi de
loco isto in terram Chaldęorum,
6 in bonum. † Et ponā oculos meos
C super eos ad placandum, & reduc-
am eos in terram hanc: & ædifi-
cabo eos, & non destruam: & plan
7 tabo eos, & non euellam. † Et da-
bo eis cor, vt sciant me, quia ego
Inf.21.f.33. sum Dominus: ‖ & erunt mihi in
populum, & ego ero eis in Deum:
quia reuertentur ad me in toto
8 corde suo. † ‖ Et sicut ficus pessi-
Infr.29.d. mæ, quæ comedi non possunt eò
17. quòd sint malæ: hæc dicit Domi-
nus, sic dabo Sedeciam regem Iu-
da: & principes eius, & reliquos
de Ierusalem, qui remanserunt
D in vrbe hac, & qui habitāt in ter-
9 ra Ægypti. † Et dabo eos in ve-
xationem, afflictionemq; omni-
bus regnis terræ: in opprobrium,
& in parabolā, & in prouerbium,
& in maledictionem in vniuer-
10 sis locis ad quæ eieci eos. † ‖ Et
Infr.29.d. mittam in eis gladium, & famem,
17. & pestem donec consumantur de
terra quam dedi eis, & patribus
eorum.

CAP. XXV.

1 A VERbum quod factum est ad
Ieremiam de omni populo Iu
dæ in anno quarto Ioacim filij Io
siæ regis Iuda, (ipse est annus pri-
mus Nabuchodonosor regis Ba-
2 bylonis.) † *Quod' locutus est Ie-
*Quæ 8. remias propheta ad omnem
populum Iuda, & ad vniuersos habi-
3 tatores Ierusalem, dicens: † A ter-
tiodecimo anno Iosiæ filij Amon
regis Iuda vsq; ad diem hanc: iste
tertius & vicesim⁹ annus, factum
est verbum Domini ad me, & lo-
cutus sum ad vos de nocte cōsur-
gens & loquens & non audistis.
4 † Et misit Dominus ad vos omnes
seruos suos prophetas, cōsurgens
diluculo, mittensq;: & non audi-
stis, neq; inclinastis aures vestras
5 vt audiretis, † cùm diceret: Re- 4. Reg. 17.
uertimini vnusquisque à via sua b.15.
mala, & à pessimis cogitationibus Su.18.b.12.
vestris: & habitabitis in terra quā Inf.25. a.5.
dedit Dominus vobis, & patribus 35.c.15.
vestris, à seculo & vsq; in seculū.
6 † Et nolite ire post deos alienos,
B vt seruiatis eis, adoretisq; eos: ne-
que me ad iracundiam prouoce-
tis in operibus manuum vestra-
7 rum, & non affligam vos. † Et non
audistis me, dicit Dominus, vt me
ad iracundiam prouocaretis in o-
peribus manuū vestrarum in ma-
8 lum vestrum. † Propterea hæc di-
cit Dominus exercituum, Pro eo
9 quòd nō audistis verba mea, † ecce
ego mittam, & assumam vniuer-
sas cognationes Aquilonis, ait
Dominus, & Nabuchodonosor
regem Babylonis seruum meum,
& adducam eos super terrā istam
& super habitatores eius, & super
omnes nationes quæ in circuitu
illius sunt: & interficiam eos, &
ponam eos in stuporem & in sibi-
lum, & in solitudines sempiter-
10 nas. † Perdamq; ex eis vocē gau-
dij & vocem lætitiæ, vocem spon-
si & vocem sponsæ, vocem molæ,
11 & lumē lucernæ. † ‖ Et erit vniuer- Dan.9.a.2.
C sa terra hæc in solitudinem & in Inf.26.c.12
stuporem: & seruient omnes gen- & 29.c.10.
tes istę regi Babylonis septuagin- 2.Par.36.d.
12 ta annis. † Cùmque impleti fue- 22.
rint septuaginta anni, visitabo su 1.Esd.1.a.1.
per regē Babylonis, & super gen- & 6.a.3.
tem illam, dicit Dominus, iniqui- 3.Esd.1.g.
tatem eorum, & super terrā Chal 57.& 2.a.1.
dæorum: & ponam illam in soli- & 6.c.24.
13 tudines sempiternas. † Et adduc-
tam super terrā illam omnia ver-

ba mea quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quæcunque prophetauit Ieremias aduersum omnes gē-
14 tes. † Quia seruierunt eis cùm essent gentes multæ & reges magni: & reddam eis secundū opera eorum & secundū facta manuum
15 suarum. † Quia sic dicit Dñs exer-
D cituum Deus Israel. Sume calicē vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gen-
16 tibus ad quas ego mittam te. † Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij quem ego mittā
17 inter eos. † Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas misit me
18 Dñs. † Ierusalem & ciuitatibus Iuda, & regibus eius & principibus eius: vt darē eos in solitudinem, & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem, sicut est dies ista.
19 † Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni
20 populo eius, † & vniuersis generaliter: cunctis regibus terræ Ausitidis, & cūctis regibus terræ Philisthijm, & Ascalonis, & Gazæ, &
21 Accaron, & reliquijs Azoti, † &
Idumææ, & Moab, & filijs Am-
22 mon: † Et cūctis regibus Tyri, &
E vniuersis regibus Sidōnis: & regibus terræ insulatū qui sunt trans
23 mare. † Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis qui attōsi sunt in
24 comā. † Et cūctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidētis, qui
25 habitant in deserto: † Et cunctis regibus Zābri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medo-
26 rum: † cunctis quoq; regibus Aquilonis de prope & de lōge, vnicuiq; contra fratrē suū & omnibus regnis terræ, quæ sup faciē eius sunt: & rex Sesach bibet post eos.
27 † Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israel, Bibite, & inebriamini & vomite: & cadite, neq; surgatis, à facie gladij quem
28 ego mittam inter vos. † Cumque
F noluerint accipere calicē de manu tua vt bibāt, dices ad eos, Hęc dicit Dominus exercituum, Bi-
29 bentes bibetis: † ‖ quia ecce, in ci- 1.Pe.4.d.15
uitate in qua inuocatum est nomē meū, ego incipiā affligere, & vos quasi innocētes & immunes eritis? non eritis immunes. gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dñs exer-
30 cituum. † Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: ‖ Dñs de excelso rugiet, & Ioe.3.c.16.
de habitaculo sancto suo dabit Am.1.a.2.
vocem suam: rugiens rugiet sup decorē suum: celeusma quasi calcantiū concinetur aduersus om-
31 nes habitatores terræ. † Peruenit sonitus vsque ad extrema terræ: Quia iudiciū Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, di-
32 cit Dñs. † Hæc dicit Dominus exercituū, Ecce, afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitati-
33 bus terræ. † Et erunt interfecti
G Dñi in die illa à summo terræ vsque ad summū eius: non plangentur & non colligētur, neq; sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ iacebunt. † Vlulate pa-
34 stores & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia cōpleti sunt dies vestri, vt interficiamini: & dissipationes vestræ, &
35 cadetis quasi vasa pretiosa. † Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis.
36 † Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum.
37 † Et conticuerunt arua pacis à
38 facie iræ furoris Domini. † Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

Dura minans templo nãtis, propo sitis. iacta mus.

CAP. XXVI.

1 IN principio regni Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, factum est ver
2 bũ istud à Domino, dicens, † Hæc dicit Dominus, sta in atrio domus Domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorẽt in domo Domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos:
3 noli subtrahere verbum, † si fortè audiant & conuertantur vnusquisq; à via sua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiã studiorũ eorum.
4 † Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs, Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea qnam dedí vobis,
5 † vt audiatis sermones seruorum meorum Prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens,
6 & dirigens, & non audistis. † ‖ Dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionẽ
7 cunctis gentibus terræ. † Et audierunt sacerdotes & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquẽtem verba hæc in domo Domini.
8 † Cumque complesset Ieremias loquens omniaq; præceperat ei Dominus, vt loqueretur ad vniuersum populum: apprehenderunt eum sacerdotes & prophetæ, & omnis populus, dicẽs, Morte moriatur.
9 † Quare prophetauit in nomine Dñi, dicens, Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur: eò quòd non sit habitator? Et cõgregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in do-
10 mo Domini. † Et audierunt principes Iuda verba hæc: & ascenderunt de domo regis in domum Domini, & sederunt in introitu
11 portæ domus Domini nouæ. † Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes, & ad omnem populũ, dicentes, Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ciuitatẽ istam, sicut audistis auribus vestris.
12 † Et ait Ieremias ad oẽs principes & ad vniuersum populum, dicens, ‖ Dñs misit me vt prophetarẽ ad domũ istã, & ad ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis.
13 † ‖ Nũc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Dñi Dei vestri: & pœnitebit Dñm mali quod locutus est aduersum vos.
14 † Ego aũt ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum &
15 rectũ est in oculis vestris. † Verũtamẽ scitote & cognoscite quòd si occideritis me, sanguinem innocentẽ tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatẽ istam, & habitatores ei⁹. in veritate enim misit me Dñs ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba
16 hæc. † Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & ad prophetas, Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Dñi Dei nostri locutus est ad nos.
17 † Surrexerũt ergo Viri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem
18 cœtũ populi, loquentes: † Michæas de Morasthi fuit Propheta in dieb⁹ Ezechię regis Iuda, & ait ad omnẽ populum Iudæ, dicẽs, Hæc dicit Dñs exercituũ: ‖ Sion quasi ager arabitur: & Ierusalem in aceruũ lapidum erit: & mons do-
19 mus⁹ in excelsa syluarum. † Nunquid morte condẽnauit eũ Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? nũquid non timuerunt Dñm, & deprecati sunt faciem Dñi: & pœnituit Dñm mali quod loquutus fuerat aduersum eos? Itaq; ⁹nos facimus⁹ malum grande contra a-
20 nimas nostras. † Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terrã hanc, iuxta omnia verba Ieremię.
21 † Et audiuit rex Ioacim, & omnes potentes & principes eius verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum.

Su.25.c.15. 2.Paral.35. d.22. 1.Esd.1.a.1. & 6.a.3. 3.Esd. 1.g. 57.& 2.a.1. & 6.c.24. Sup.7.a.3.

1.Re 4.a.2. b.10.

Mic.3.a.12.

⁹ Domini.

⁹ non facia.

eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitq;, & ingressus est Ægyptũ.
22 † Et misit rex Ioacim viros in Æ-
G gyptũ, Elnathan filiũ Achobor, &
23 viros cũ eo in Ægyptum. † Et eduxerunt Vriam de Ægypto: & adduxerũt eum ad regem Ioacim & percussit eũ gladio: & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ig-
24 nobilis. † Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cũ Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

Sermõ Assyrio
ferus ois,
Mediæ
regi.

CAP. XXVII.

71 IN principio regni Ioacim filij
A Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domi-
2 no, dicens, † Hæc dicit Dominus ad me, Fac tibi vincula & cate-
3 nas: & pones eas in collo tuo. † Et mittes eas ad regẽ Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regẽ Tyri, & ad regem Sidonis: in manu nuntiorũ qui venerũt Ierusalẽ ad Sedeciã
4 regem Iuda. † Et præcipies eis vt ad dominos suos loquantur. Hæc dicit Dñs exercituũ Deus Israel, Hæc dicetis ad dominos vestros,
5 † Ego feci terram, & homines, & iumenta quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eã ei qui placuit in oculis me-
6 is. † Et nunc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, vt
7 seruiant illi. † Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tẽpus terræ eius & ipsius: & seruient ei gẽ-
8 tes multæ & reges magni. † Gens
B aũt & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis: & quicunq; nõ curuauerit collũ suum sub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame & in peste visitabo super gentẽ illam, ait Dominus: donec consumam
9 eos in manu eius. † ‖ Vos ergo no- Su.23.d.16
lite audire prophetas vestros, & In.29.b.8.
diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicũt vobis: Non seruietis regi Babylonis.
10 † Quia mendaciũ prophetant vobis: vt longè vos faciant de terra vestra: & eijciãt vos, & pereatis.
11 † Porrò gens quæ subiecerit cerui-
cẽ suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittam eam in terra sua, dicit Dominus: & co-
12 let eam, & habitabit in ea. † Et ad
C Sedeciam regẽ Iuda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens, Subijcite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei,
13 & populo eius, & viuetis. † Quare moriemini tu, & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dñs ad gentẽ quæ seruire noluerit regi Babylonis?
14 † Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non seruietis regi Babylonis quia mendacium
15 ipsi loquuntur vobis. † Quia non Su.14.c.14.
misi eos, ait Dominus: & ipsi pro- 23.c.21.
phetant in nomine meo menda- 29.b.9.
citer, vt eijciant vos, & pereatis tam vos, quàm prophetæ qui va-
16 ticinantur vobis. † Et ad sacerdotes, & ad populum istum locutus sum, dicens, Hæc dicit Dominus, Nolite audire verba prophetarũ vestrorum, qui prophetant vobis dicentes, Ecce vasa Domini reuer
tentur de Babylone nunc citò, mendaciũ enim prophetant vo-
17 bis. † Nolite ergo audire eos, sed
D seruite regi Babylonis, vt viuatis. quare datur hæc ciuitas in solitu-
18 dinẽ? † Et si prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis: occurrãt Dño exercituum, vt non veniant vasa quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonẽ.
19 † Quia hæc dicit Dominus exer-
cituum ‖ ad columnas, & ad ma- 4. Reg. 25.
re, & ad bases, & ad reliqua vaso- c.13.
rũ, quæ remanserunt in ciuitate

20 hac: † quæ non tulit Nabuchodo-
4.Reg.24. nosor rex Babylonis, ‖ cùm trans
d.16. ferret Iechoniam filium Ioacim
regem Iuda de Ierusalem in Ba-
bylonem, & omnes optimates Iu-
21 da & Ierusalem. † Quia hæc dicit
Dñs exercituum Deus Israel ad
vasa quæ derelicta sunt in domo
Domini, & in domo regis Iuda, &
22 Ierusalem. † ‖ In Babylonē trans-
4.Reg.25. ferentur, & ibi erunt vsque ad di-
c.13. em visitationis suæ, dicit Domi-
nus: & afferri faciam ea, & resti-
tui in loco isto.

Fallit Hananias assertor pacis obiit.

CAP. XXVIII.

1 A ET factum est in anno illo in
principio regni Sedeciæ regis
Iuda, in anno quarto, in mense
quinto, dixit ad me Hananias fi-
lius Azur propheta de Gabaon,
in domo Domini coram sacerdo-
2 tibus & omni populo, dicēs. † Hęc
dicit Dñs exercituum Deus Isra-
el, Contriui iugum regis Babylo-
3 nis. † Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciā ad locum istum omnia vasa domus Dñi quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Ba-
4 bylonem. † Et Iechoniam filium Ioacim regē Iuda, & omnē transmigrationē Iudæ, qui ingressi sūt in Babylonem, ego conuertam ad locū istum, ait Dñs: conteram
5 enim iugum regis Babylonis. † Et
B dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis sacerdotū, & in oculis omnis popu-
6 li qui stabat in domo Dñi: & ait Ieremias propheta, Amen, sic faciat Dñs: suscitet Dominus verba tua quæ prophetasti: vt referātur vasa in domū Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad
7 locū istū. † Veruntamen audi verbū hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi po-
8 puli. † Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt super terras multas, &
super regna magna, de prælio &
9 de afflictione & de fame. † Pro-
C pheta qui vaticinatus est pacem: cùm venerit verbū eius, scietur propheta quē misit Dñs in verita-
10 te. † Et tulit Hananias propheta catenā de collo Ieremiæ prophe-
11 tæ, & confregit eā. † Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens, Hęc dicit Dñs, Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierū de collo omnium gentium.
12 † Et abijt Ieremias propheta in viā suam. Et factū est verbum Dñi ad Ieremiam, postquā confregit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, dicens,
13 † Vade, & dices Hananiæ, Hæc di-
D cit Dñs, Catenas ligneas contriuisti, & facies pro eis catenas
14 ferreas. † Quia hæc dicit Dñs exercituū Deus Israel, Iugū ferreum posui super collū cunctarum Gentiū istarū, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruient ei: insuper & bestias ter
15 ræ dedi ei. † Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam, Audi Hanania: nō misit te Dñs, & tu confidere fecisti populū istum
16 in mendacio. † Idcirco hæc dicit Dñs. Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris, aduersum enim Dñm locutus es.
17 † Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mēse septimo.

Spes redibit Cap. 30 post 70 Sit anni.

CAP. XXIX.

1 A ET hæc sunt verba libri quæ
misit Ieremias propheta de
Ierusalem ad reliquias seniorum
trāsmigrationis, & ad sacerdotes,
& ad prophetas, & ad omnē populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalē in Baby-
2 lonē. † postquā egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda, & Ierusalem & faber, & inclusor de Ierusalem:
3 † in manu Elasa filij Saphā, & Gamariæ

mariæ filij Helcię, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regē Babylonis in Babylonē,
4 dicens:†Hæc dicit Dñs exercituū Deus Israel omni transmigrationi quam transtuli de Ierusalem in
5 Babylonem,†Ædificate domos,& habitate:& plantate hortos,& co
6 medite fructum eorum. † Accipite vxores, & generate filios & filias:& date filijs vestris vxores,& filias vestras date viris, & pariant filios & filias, & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero.
7 †Et quærite pacē ciuitatis ad quā transmigrare vos feci : & orate pro ea ad Dñm : quia in pace illius erit pax vobis.†Hæc enim dicit
8 Dominus exercituum Deus Israel. ‖ Non vos seducant prophetæ vestri:qui sunt in medio vestrūm, & diuini vestri: & ne attendatis
9 ad somnia vestra quæ vos somniatis.†Quia falsò ipsi prophetāt vobis in nomine meo, & non
10 misi eos, dicit Dominus.†‖ Quia hæc dicit Dominus, Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bo
11 num, vt reducā vos ad locū istū.
11 † Ego enim scio cogitatiōes quas ego cogito super vos, ait Dñs,cogitationes pacis, & non afflictionis,vt dē vobis finem & patientiam.
12 †Et inuocabitis me,& ibitis: & orabitis me, & ego exaudiam
13 vos.† Quæretis me,& inuenietis: cùm quæsieritis me in toto corde
14 vestro †Et inueniar à vobis, ait Dominus,& reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dominus, & reuerti vos faciam de loco ad quem transmigrare
15 vos feci.† Quia dixistis: Suscitabit nobis Dominus prophetas
16 in Babylone.†Quia hæc dicit Dominus ad regem qui sedet super solium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, ad fratres vestros qui non sunt egressi vobiscum in transmigratio
17 nem.†Hęc dicit Dñs exercituum, ‖ Ecce mittam in eos gladium & famem,& pestem, ‖& ponam eos quasi ficus malas quæ comedi nō possunt, eo quòd pessimæ sint.
18 †Et persequar eos gladio ,& in fame,& in pestilentia: & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ,in maledictionem,& in stuporem,& in sibilum,& in opprobrium cunctis Gentibus ad quas
19 ego eieci eos. †Eo quòd non audierint verba mea , dicit Dominus: quæ m si ad eos per seruos meos prophetas de nocte consurgens & mittens: & non audistis,
20 dicit Dñs. † Vos ergo audite verbum Dñi omnis transmigratio, quā emisi de Ierusalem in Babylonem.†Hęc dicit Dominus exercituū Deus Israel ad Achab filiū Coliæ ,& ad Sedeciam filiū Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter. Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: & per-
22 cutiet eos in oculis vestris.†Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæ quæ est in Babylone , dicentium , Ponat te Dominus sicut Sedeciam ,& sicut Achab quos frixit rex Babylonis
23 in igne, † pro eo quòd fecerint stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorū, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter quod non mandaui eis , ego sum iudex & testis,
24 dicit Dominus.† Et ad Semeiam
25 Nehelamitem , dices:† Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel,Pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnem populum qui est in Ierusalem , & ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem , & ad vniuersos sacerdotes,
26 dicens:†Dominus dedit te sacerdotē pro Ioiade sacerdote: vt sis

dux in Domo Dñi super omnem
virum arreptitium & prophetan
tē, vt mittas eum in neruum & in
27 carcerē. ‡Et nunc quare nō incre-
pasti Ieremiā Anathothiten, qui
28 prophetat vobis: ‡Quia super hoc
misit in Babylonem, ad nos dicēs:
Longū est: ædificate domos & ha-
bitate, & plātate hortos, & come-
29 dite fructus eorū. ‡Legit ergo So-
phonias sacerdos librum istum
30 in auribus Ieremiæ prophetæ. ‡Et
factum est verbū Dñi ad Ieremi-
31 am, dicens. ‡Mitte ad oēm trans-
G migrationē, dicens: Hæc dicit Do
minus ad Semeiā Nehelamiten:
Pro eo quòd prophetauit vobis
Semeias, & ego nō misi eum, & fe
32 cit vos confidere in mēdacio. ‡Id-
circo hæc dicit Dominus, Ecce, e-
go visitabo super Semeiam Nehe
lamiten, & super semen eius: non
erit ei vir sedens in medio popu-
li huius, & non videbit bonum
quod ego faciam populo meo, ait
Dñs, quia præuaricationem locu-
tus est aduersus Dominum.

CAP. XXX.

1 HOc verbum quod factū est ad
2 Ieremiam à Dño, dicēs: ‡Hæc
A dicit Dominus Deus Israel dicēs:
Scribe tibi omnia verba quæ lo-
3 quutus sum ad te in libro. ‡Ecce
enim dies veniunt, dicit Dñs, &
conuertam conuersionem popu-
li mei Israel & Iuda, ait Dñs, & cō-
uertam eos ad terram quam dedi
patribus eorum, & possidebunt
4 eam. ‡Et hæc verba quæ locutus
est Dominus ad Israel & ad Iu-
5 dam. ‡Quoniam hæc dicit Domi-
nus, Vocem terroris audiuimus:
6 formido, & non est pax. ‡Interro-
gate, & videte si generat mascu-
lus: quare ergo vidi omnis viri
manum super lumbū suum, quasi
parturientis, & conuersæ sunt v-
7 niuersæ facies in auriginē? ‡‖Væ,
Ioel 2. a. 2. c. 11. quia magna est dies illa, nec est si-
milis eius: tempusq; tribulatio-
nis est Iacob, & ex ipsa saluabitur. Am. 5. c. 18.
8 ‡Et erit in die illa, ait Dñs exerci- Sop. 1. d. 15
B tuum: conterā iugum eius de col- Isa. 13. a. 6.
lo tuo, & vincula eius dirumpam:
& non dominabuntur ei amplius
9 alieni: ‡sed seruient Dño Deo suo.
& Dauid regi suo quem suscita-
10 bo eis. ‡‖Tu ergo non timeas ser- Isa. 43. a. 1.
ue meus Iacob, ait Dominus, neq; 44. a. 2.
paueas Israel: quia ecce ego salua- Lu. 1. g. 70
bo te de terra longinqua, & semē
tuum de terra captiuitatis eorū,
& reuertetur Iacob, & quiescet, &
cunctis affluet bonis, & non erit
11 quem formidet. ‡Quoniam te-
cum ego sum, ait Dñs, vt saluem
te. faciam enim consummatio-
nem in cunctis Gentibus in qui-
bus dispersi te: te autem nō faciā
in consummationē: sed castigabo
te in iudicio, vt non videaris tibi
12 innoxius. ‡Quia hæc dicit Domi-
nus: Insanabilis fractura tua, pes-
13 sima plaga tua. ‡Non est qui iu-
dicet iudicium tuum ad alligan-
dum: curationum vtilitas non est
14 tibi. ‡Omnes amatores tui obliti
C sunt tui, teque non quærent.
‖plaga enim inimici percussi te Su. 25. d. 11.
castigatiōe crudeli. ‖propter mul- Su. 13. d. 22.
titudinem iniquitatis tuæ dura
15 facta sunt peccata tua, ‡‖Quid cla Su. 15. d. 11.
mas super contritione tua? Insa-
nabilis est dolor tuus: ‖propter Su. 13. d. 22.
multitudinem iniquitatis tuæ, &
propter dura peccata tua feci hæc
16 tibi. ‡Propterea omnes qui come
dunt te, deuorabuntur, & vniuer-
si hostes tui in captiuitatem du-
centur, & qui te vastant, vastabū-
tur, cunctosque prædatores tuos
17 dabo in prędam. ‡Obducam enim
cicatricem tibi, & à vulneribus tu
is sanabo te, dicit Dominus. Quia
eiectam vocauerunt te Sion. Hæc
est quæ non habebat requiren-
18 tem. ‡Hæc dicit Dominus: Ecce,
D ego conuertā conuersionem ta-
bernaculorum Iacob, & tectis e-
ius miserebor, & ædificabitur ci-
uitas in excelso suo, & templum
iuxta

19 iuxta ordinē suū fundabitur. † Et egredietur de eis laus, voxq; ludentium: & multiplicabo eos: & non minuentur: & glorificabo e-
20 os: & non attenuabuntur. † Et erūt filij eius sicut à principio: & cœt⁹ eius coram me permanebit: & visitabo aduersum omnes qui tri-
21 bulant eum. † Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur, & applicabo eum, & accedet ad me, quis enim iste est, qui applicet cor suum, vt appro-
22 pinquet mihi, ait Dominus? † Et eritis mihi in populum, & ego
23 ero vobis in Deum. † Ecce, turbo Domini, furor egrediens, procella ruens: in capite impiorum con-
24 quiescet. † Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui, in nouissimo dierum intelligetis ea.

Scribimus Pxilib: rodicispes Cyria Sa: lais.

CAP. XXXI.

1 IN tempore illo dicit Dominus, A Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in
2 populum. † Hæc dicit Dominus, Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio, vadet
3 ad requiem suam Israel. † Longè Dominus apparuit mihi, Et in charitate perpetua dilexi te, ideò
4 attraxi te miserans. † Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel, adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in cho-
5 ro ludentium. † Adhuc plantabis vineas in montib. Samariæ: plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt.
6 † Quia erit dies in qua clamabunt *In monte custodies * in monte-Ephraim, Samariæ. ‖ Surgite, & ascendamus in Sion Isa. 2. a. 2. ad Dominum Deum nostrum.
7 † Quia hæc dicit Dominus, Exul- Mic. 4. a. 2. tate in lætitia Iacob, & hinnite Zac. 8. d. 21 contra caput Gentium: personate, & canite, & dicite, Salua Domine populū tuum reliquias Is-
8 rael. † Ecce, ego adducā eos de ter- B ta-Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ, inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnās & pariens, simul, cœtus magnus
9 reuertentium huc. † In fletu venient: & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrētes aquarum in via recta, & non impingent in ea quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primoge-
10 nitus meus est. † Audite verbum Domini gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite, Qui dispersit Israel congregabit eum, & custodiet eum sicut pastor
11 gregem suum. † Redemit eum Dominus Iacob, & liberabit eum de
12 manu potentioris. † Et venient, & laudabunt in monte-Sion, & confluent ad bona Domini super frumento, & vino & oleo, & fœtu pecorum, & armentorum, eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient.
13 † Tunc lætabitur virgo in choro, C iuuenes & senes simul, & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à
14 dolore suo. † Et inebriabo animā sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimple-
15 bitur, ait Dominus. † Hæc dicit Dominus, ‖ Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super
16 eis, quia non sunt. † Hæc dicit Dominus, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra ini-
17 mici. † Et est spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur
18 filij ad terminos suos. † Audiens audiui Ephraim transmigrātem, Castigasti me & eruditus sum, D quasi iuuenculus indomitus. conuerte me, & conuertar: quia tu
19 Dominus Deus meus. † Postquā enim conuertisti me, egi pœni-

Ma. 2. d. 18

tentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum, & erubui quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. † Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus. quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco cõturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius, ait Dominus. † Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. † Vsq; quo delicijs dissoluéris filia vaga? quia creauit Dñs nouum super terrã. FOEMINA CIRCVNDABIT VIRVM. † Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Adhuc dicẽt verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatem eorum, Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus: † & habitabũt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ & minantes greges. † Quia inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturaui. † Ideo quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi. † Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum. † Et sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demoliter, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos vt ædificem & plantem, ait Dominus. † In diebus illis non dicent vltrà: ‖ Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. † Sed vnusquisq; in iniquitate sua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius. † ‖ Ecce, dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: † non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manũ eorum, vt educerem eos de terra Ægypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. † Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus: ‖ Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, ‖ & ipsi erunt mihi in populum. † Et non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratem suum, dicens: Cognosce Dominum. omnes enim cognoscẽt me à minimo eorum vsq; ad maximum, ait Dominus: ‖ quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. † Hæc dicit Dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomẽ illi. † Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. † Hæc dicit Dominus, Si mensurari potuerint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abijciam vniuersum semen Israel, propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus. † Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel vsque ad portam anguli. † Et exiuit vltrà norma mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circuibit Goatha. † Et omnem vallem cadauerum, & cineres, & vniuersam regionem mortis, vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis: sanctum Domini non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum.

eorum 6.

He.10.c.16.

Su.24.c.7.

Cognosci te 9.

Ac.10.g.43

normam.

CAP.

CAP. XXXII.

1 A Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor. † Tunc exercitus regis
2 Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in do-
3 mu regis Iuda. † Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens, Quare vaticinaris, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Baby-
4 lonis, & capiet eam: † Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum? sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius
5 oculos illius videbunt. † Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus: si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum
6 habebitis: † Et dixit Ieremias, factum est verbum Domini ad me,
7 dicens, † Ecce Hanameel filius Sellam patruelis tuus veniet ad te, dicens, Eme tibi agrum meum q est in Anathoth: tibi enim cõpetit ex
8 propinquitate vt emas. † Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secundum verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me, Posside agrum meum qui est in Anathoth in terra Ben-iamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt possideas. Intellexi autem quòd verbum Do-
9 mini esset. † Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui est in Anathoth: & appendi ei argentũ septẽ statéres, & decem argẽteos.
10 † Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: & appendi argen-
11 tum in statera. † Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus.
12 † Et dedi librũ possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, in oculis omnium Iudæorum qui sedebãt in atrio car-
13 ceris. † Et præcepi Baruch coram
14 eis, dicens: † Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Sume libros istos, librũ emptionis hunc signatum, & librum hũc qui apertus est: & pone illos in vase fictili, vt permanere possint dieb. mul-
15 tis. † Hæc enim dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vi-
16 neæ, in terra ista. † Et oraui ad Dominũ postquã tradidi librũ possessionis Baruch filio Neri, dicẽs,
17 † Heu, heu, heu, Dñe Deus, ecce tu fecisti cælũ & terrã in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extẽto: nõ erit tibi difficile omne ver-
18 bum. † ‖ Qui facis misericordiam in millib. & reddis iniquitatẽ patrũ in sinũ filiorũ eorũ post eos, Fortissime, magne, & potens Dñs exercituum nomẽ tibi. † Magnus
19 consilio, & incõprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super oẽs vias filiorũ Adam: vt reddas vnicuiq; secundum vias suas, & secundum fructũ adinuentio-
20 num eius. † Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsq; ad diem hanc, & in Israel, & in hominibus: & fecisti tibi nomẽ sicut est
21 dies hæc. † Et eduxisti populũ tuũ Israel de terra Ægypti, in signis, & in portentis, & in manu robusta, & in brachio extento, & in ter-
22 rore magno. † Et dedisti eis terrã hanc, quam iurasti patrib. eorum vt dares eis terrã fluentem lacte & mel-
23 le. † Et ingressi sunt, & possederunt eã: & nõ obedierũt voci tuę, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerũt: & euenerũt eis
24 omnia mala hæc. † Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatẽ, vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldæorũ, * q præliatur

* & in manus regis Babylonis

aduersus eam à facie gladij, & famis,& pestilentiæ:& quæcunque locutus es acciderunt, vt tu ipse
25 cernis.† Et tu dicis mihi Domine Deus,Eme agrũ argento, & adhibe testes cũ vrbs data sit in manũ
26 Chaldæorum?† Et factum est ver-
27 bum Dñi ad Ieremiam,dicẽs,† Ecce ego Dñs Deus vniuersæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne
28 verbum?† Propterea hæc dicit Dominus,Ecce, ego tradam ciuitatem istam in manus Chaldęorum & in manus regis Babylonis,& ca-
29 pient eam.† Et venient Chaldæi pugnantes aduersum vrbem hãc, & succendent eam igni, & cõburent eam,& domos in quarũ domatib. sacrificabant Baal, & libabant dijs alienis libamina ad irri-
30 tandũ me.† Erant enim filij Israel & filij Iuda iugiter faciẽtes malũ in oculis meis ab adolescẽtia sua: filij Israel qui vsq; nũc exacerbãt me in opere manuũ suarum,dicit
31 Dominus. † Quia in furore, & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc,à die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo.
32 † Propter malitiam filiorum Israel & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes,ipsi & reges eorum,principes eorum, & sacerdotes eorum, &
F prophetæ eorum,viri Iuda & ha-
33 bitatores Ieruſalem.† ‖ Et verte-
Su.2. f. 26. runt ad me terga & non facies: cũ docerem eos diluculo & erudirẽ, & nollent audire vt acciperent
34 disciplinam.† ‖ Et posuerunt idó-
1.Re. 21. a. la sua in domo,in qua inuocatum
4. est nomen meum, vt polluerent
35 eam. † Et ædificauerunt excelsa Baal,quæ sunt in valle filij Ennõ: A vt initiarent filios suos & filias suas Moloch : quod non mandaui eis,nec ascendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc, &in peccatum deducerẽt Iudam.
36 † Et nunc propter ista, hæc dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatẽ hanc,de qua vos dicitis quod tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste.
37 † Ecce,ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo,& in ira mea,& in indignatione grandi: & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter.
38 † Et erunt mihi in populum, & ego ero eis
39 in Deum.† ‖ Et dabo eis cor vnũ, Ezec.11.d. & viam vnam, vt timeant me vni 19.36. f.26. uersis diebus:& bene sit eis, & filijs eorum post eos.
40 † Et feriam eis pactum sempiternũ,& non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt
41 nõ recedãt à me. † Et lætabor super eis,cũ bene eis fecero:& plantabo eos in terra ista in veritate intoto corde meo & in tota anima mea.
42 † Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande: sic adducam super eos omne bonũ quod
43 ego loquor ad eos. † Et possidebuntur agri in terra ista: de qua vos dicitis quòd deserta sit , eò quòd non remanserit homo & iumentum , & data sit in manus
44 Chaldæorum. † Agri ementur pecunia , & scribentur in libro, & imprimetur signum , & testis adhibebitur in terra Ben-iamin, & in circuitu Ieruſalem,in ciuitatibus Iuda,& in ciuitatibus montanis,& in ciuitatibus campestribus,& in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt:quia conuertam captiuitatem eorum,ait Dominus.

CAP. XXXIII.

1 ET factum est verbum Domini A ad Ieremiam secundò,cùm adhuc clausus esset in atrio carceris,
2 dicens,† Hæc dicit Dominus qui facturus est: & formaturus illud & paraturus,Dominus nomen e-
3 ius. † Clama ad me, & exaudiam te:& annuntiabo tibi grandia, & sir-

firma quæ nescis. † Quia hæc dicit Dominus Deus Israel ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda quæ destructæ sunt, & ad munitiones, & ad gladium † venientium vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percussi in furore meo & in indignatione mea, abscondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorũ. † Ecce, ego obducam ᵃ eis cicatricem & sanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis. † Et conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem ᵇIsrael Ierusalem: & ædificabo eos sicut à principio. † Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi, & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerũt mihi, & spreuerunt me. † Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cũctis Gentib. terræ quæ audierint omnia bona quæ ego faciã eis: & pauebunt, & turbabuntur in vniuersis bonis, & in omni pace quam ego faciam eis. † Hæc dicit Dominus, Adhuc audietur in loco isto (quem vos dicitis esse desertum, eò quòd non sit homo nec iumentum: in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, quæ desolatæ sunt absque homine & absque habitatore & absq; pecore) † Vox gaudij & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituũ, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum misericordia eius: & portantium vota in domũ Domini: reducam enim conuersionem terræ sicut à principio, dicit Dominus. † Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc erit in loco isto deserto absque homine, & absque iumento, & in cunctis ciuitatib. eius, habitaculum pastorum accubantium gregum. † In ciuitatibus montuosis & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatib. quæ ad Austrum sunt: & in terra Ben-iamin, & in circuitu Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. † Ecce dies venient, dicit Dominus, & suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israel & ad domum Iuda. † In dieb. illis, & in tempore illo germinare faciã Dauid germen iustitiæ: & faciet iudicium & iustitiam in terra. † In diebus illis saluabitur Iuda, & ᵇIerusalem habitabit confidenter, & ᶜhoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. † Quia hæc dicit Dñs, Non interibit de Dauid vir, qui sedeat super thronum domus Israel. † Et de sacerdotibus & de Leuitis nõ interibit vir à facie mea, qui offerat holocautomata, & incendat sacrificium, & cædat victima, omnib. diebus. † Et factum est verbum Dñi ad Ieremiam, dicens. † Hæc dicit Dominus, Si irritum potest fieri pactum meũ cum die, & pactum meũ cum nocte, vt non sit dies & nox in tẽpore suo: † Et pactum meum irritũ esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & sacerdotes ministri mei. † Sicuti enumerari non possunt stellæ cæli, & metiti arena maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministros meos. † Et factũ est verbũ Domini ad Ieremiam, dicens: † Nunquid non vidisti quid populus hic loquut' sit, dicens: Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiectæ sunt: & populum meum despexerunt, eo quòd non sit vltrà gens coram eis. † Hæc dicit Dominus, Si pactũ meum inter diem & noctem, & leges cæli & terræ nõ posui: † equidem & semen Iacob, & Dauid serui mei proijciam, vt nõ assumã de semi-

Sup. 23. 25

ᵃ ei

ᵇ Israel

ᶜ hoc est quod vocabit eam 10.

semine eius principes seminis Abraham, Isaac & Iacob: reducam enim conuersionem eorum, & miserebor eis.

CAP. XXXIIII.

1 VErbum quod factum est ad Ie
A remiam à Domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuersaque regna terræ quæ erant sub potestate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ierusalem, & contra omnes vrbes eius,
2 dicēs, † Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vade, & loquēre ad Sedeciam regē Iuda: & dices ad eum, Hęc dicit Dominus, Ecce, ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Ba
3 bylonis, & succendet eā igni. † Et tu non effugies de manu eius sed comprehensione capiēris: & in manu eius tradēris: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur,
4 & Babylonem introibis. † Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda, Hæc dicit Dominus ad te, Non morieris in gladio,
5 † sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te: & Væ Domine, plangent te: quia verbum ego locutus sum, dicit Do-
6 minus. † Et locutus est Ieremias
B propheta ad Sedeciam regem Iuda vniuersa verba hæc in Ieruſa-
7 lem. † Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant contra Lachis, & contra Azécha: hæ enim supere
8 rant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ. † Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ieruſa-
9 lem, prædicans, † Vt dimitteret vnusquisque seruum suum & vnusquisq; ancillam suam, Hebræum & Hebræam liberos: & nequaquam dominarentur eis, id est, in
10 Iudæo & fratre suo. † Audierunt ergo omnes principes, & vniuersus populus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnusquisq; seruum suum & vnusquisque ancillam suam liberos, & vltrà non dominarentur eis: audierunt igitur, & di-
11 miserunt. † Et conuersi sunt deinceps: & retraxerunt seruos & ancillas suas quos dimiserant li- c. 6.
beros, & subiugauerunt in famu-
12 los & famulas. † Et factum est verbum Domini ad Ieremiam à Do-
13 mino, dicens, † Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego percussi fœdus cum patribus vestris in die
C qua eduxi eos de terra Ægypti,
14 de domo seruitutis, dicens, † ‖ Cū Exo. 21. 2.
completi fuerint septem anni, di Deu. 15. c.
mittat vnusquisque fratrem su- 12.
um Hebręum, qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis: & dimittes eum à te liberum: & non audierunt patres vestri me, nec in-
15 clinauerunt aurem suam. † Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prędicaretis libertatem vnusquisque ad amicum suum: & in istis pactum in conspectu meo, in domo in qua inuocatum est nomen me
16 um super eam. † Et reuersi estis, & commaculastis nomen meum: & reduxistis vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam quos dimiseratis vt essent liberi & suæ potestatis: & subiugastis eos vt sint vobis serui & an-
17 cillæ. † Propterea hæc dicit Dominus, Vos non audistis me, vt
D prædicaretis libertatem vnusquisque fratri suo, & vnusquisque amico suo: ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cun-
18 ctis regnis terræ. † Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis

deris quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius. † Principes Iuda & principes Ierusalē, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisiones vituli. † Et dabo eos in manus inimicorum suorū, & in manus quærētium animam eorum: & erit morticinum eorum in escam volatilibus cæli & bestijs terræ † Et Sedeciam regem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt à vobis. † Ecce, Ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersus eam, & capient eam, & incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eò quòd non sit habitator.

CAP. XXXV.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino in diebus
A Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, di-
2 cens: † Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in vnam exedrā thesaurorum, & da-
3 bis eis bibere vinum. † Et assumpsi Iezoniam filium Ieremiæ filij Hapsaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam do-
4 mum Rechabitarum. † Et introduxi eos in domum Domini, ad gazophylacium filiorum Hanan filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, super thesaurum Maasiæ filij Sellum, qui erat custos vestibu-
5 li. † Et posui coram filijs domus Rechabitarū scyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos: Bibite vinum. † Qui responderunt:
6 Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis, dicens: Non bi-
B betis vinum vos & filij vestri vsq;
7 in sempiternum. † Et domum nō ædificabitis, & sementem nō seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciem terræ in qua vos pere-
8 grinamini. † Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris nostri, in omnibus quæ præcepit nobis: ita vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris: nos & mulieres nostræ, filij & filiæ no-
9 stræ: † & non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam & agrum & sementē non habuimus:
10 † sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes 'fuimus' iuxta 'fecimus s
omnia quæ præcepit nobis Iona-
11 dab, pater noster. † Cùm autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, dixi-
mus: Venite, & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & mansimus in Ierusalem.
12 † Et factum est verbum Domini
C ad Ieremiam, dicens, † Hæc dicit
13 Dominꝰ exercituum Deus Israel, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ierusalem, Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus?
14 † Prævaluerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui: ego autem locutus sum ad vos, de manè consurgens & lo-
15 quens, & nō obedistis mihi. † Misique ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculo, mittēsq;, & dicēs: ‖ Conuertimini Su.18.b.11.
vnusquisq; à via sua pessima, & bo 25.a.5.
na facite studia vestra, & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus vestris: &

non

non inclinastis aurem vestram,
16 neque audistis me. † Firmauerunt
igitur filij Ionadab filij Rechab
præceptum patris sui quod præ-
D ceperat eis: populus autem iste
17 non obediuit mihi. † Idcirco hæc
dicit Dominus exercituum, Deus
Israel: Ecce, ego adducam su-
per Iudam & super omnes habi-
tatores Ierusalem vniuersam af-
flictionem quam locutus sum ad-
uersum illos: eò quòd locut' sum
ad illos, & non audierunt: vocaui
illos, & non responderunt mihi.
18 † Domui autē Rechabitarum di-
xit Ieremias: Hæc dicit Dominus
exercituum, Deus Israel, Pro eo
quòd obedistis præcepto Ionadab
patris vestri, & custodistis omnia
mandata eius, & feceristis vniuersa
19 quæ præcepit vobis: † Propterea
hæc dicit Dominus exercituum
Deus Israel, Non deficiet vir de
stirpe Ionadab filij Rechab, stans
in conspectu meo cunctis die-
bus.

Cum Isaac Junio Tremellio, Hebræis Bibliorum interpretibus.

CAP. XXXVI.

1 ET factum est in anno quarto
A Ioacim filij Iosiæ regis Iuda: fa-
ctum est verbū hoc ad Ieremiā à
2 Domino, dicens: † Tolle volumē
libri, & scribes in eo omnia verba
quæ locut' sum tibi aduersum Is-
rael & Iudā, & aduersum omnes
gentes: à die qua locutus sum ad
te ex diebus Iosiæ vsque ad diem
3 hanc. † Si fortè audiente domo Iu-
da vniuersa mala quæ ego cogito
facere eis, reuertatur vnusquisq;
à via sua pessima: & propitius ero
4 iniquitati, & peccato eorum. † Vo-
cauit ergo Ieremias Baruch filium
Neriæ: & scripsit Baruch ex ore
Ieremiæ omnes sermones Domi-
ni, quos locutus est ad eum, in
5 volumine libri. † & præcepit Ie-
remias Baruch, dicens, Ego clau-
sus sum, nec valeo ingredi do-
6 mum Domini. † Ingredere ergo
tu, & lege de volumine in quo
scripsisti ex ore meo verba Domi-
B ni, audiente populo in domo Do-
mini in die ieiunij: insuper & au-
diente vniuerso Iuda, qui veniūt
7 de ciuitatibus suis, leges eis: † Si
fortè cadat oratio eorum in con-
spectu Domini, & reuertatur vnus
quisq; à via sua pessima: quoniam
magnus furor & indignatio est,
quam locutus est Dominus aduer
8 sus populum hunc. † Et fecit Ba-
ruch, filius Neriæ, iuxta omnia
quæ præceperat ei Ieremias pro-
pheta, leges ex volumine sermo-
nes Domini in domo Domini.
9 † Factum est autem in anno quin
to Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, in
mense nono: prædicauerunt ie-
iunium in cōspectu Domini om-
ni populo in Ierusalem, & vniuer
sæ multitudini quæ confluxerat
de ciuitatibus Iuda in Ierusalem.
10 † Legitq; Baruch ex volumine ser
mones Ieremiæ in domo Domi-
ni in gazophylacio Gamariæ fi-
C lij Saphan scribæ, in vestibulo su-
periori, in introitu portæ nouæ
domus Domini, audiente omni
11 populo. † Cumque audisset Mi-
chæas filius Gamariæ filij Saphan
omnes sermones Domini ex li-
12 bro: † descendit in domum regis
ad gazophylacium scribæ: & ecce,
ibi omnes principes sedebant,
Elisama scriba, & Dalaias filius
Semeiæ, & Elnathan filius Acho-
bor: & Gamarias filius Saphan,
& Sedecias filius Hananiæ, & v-
13 niuersi principes. † Et nuntiauit
eis Michæas omnia verba quę au-
diuit, legentem Baruch ex volu-
14 mine in auribus populi. † Misē-
runt itaque omnes principes ad
Baruch, Iudi filium Nathaniæ fi-
lij Selemiæ, filij Chusi, dicentes:
volumen ex quo legisti audiente
populo, sume in manu tua, & ve-
ni. Tulit ergo Baruch, filius Ne-
D riæ, volumen in manu sua, & ve-
15 nit ad eos. † Et dixerunt ad eum,
Sede & lege hæc in auribus no-
stris.

stris. Et legit Baruch in auribꝰ eo-
16 rum. † Igitur cùm audissent omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximum suum, & dixerunt ad Baruch, Nuntiare debemꝰ regi omnes sermones istos.
17 † Et interrogauerunt eum dicentes: Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex o-
18 re eius. † Dixit autem eis Baruch, Ex ore suo loquebatur quasi legẽs ad me omnes sermones istos: & ego scribebam in volumine a-
19 tramento. † Et dixerunt principes ad Baruch, Vade, & abscõdere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi
20 sitis. † Et ingressi sunt ad regem in atrium: porro volumen commendauerũt in gazophylacio Elisamæ scribæ: & nuntiauerũt au-
21 diẽte regi omnes sermones. † Misitque rex Iudi, vt sumeret volumen: qui tollẽs illud de gazophylacio Elisamæ scribæ, legit audiẽte rege, & vniuersis principibus
22 qui stabant circa regem. † Rex autem sedebat in domo hyemali in mense nono: & posita erat arula
23 coram eo plena prunis. † Cumq; legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribę, & proiecit in ignem qui erat super arulam: donec consumeretur
24 omne volumen igni qui erat in arula. † Et non timuerunt, neque sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius qui audierunt
25 vniuersos sermones istos. † Verũtamẽ Elnathan, & Dalaias, & Gamarias cõtradixerunt regi ne cõbureret librũ: & non audiuit eos.
26 † Et præcepit rex Ieremiel filio Amélech, & Saraiæ filio Ezriel, &
F Selemiæ filio Abdiel, vt comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam prophetam. abscõdit au-
27 tem eos Dominus. † Et factum est verbum Domini ad Ieremiã prophetam postquam combusserat rex volumen, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremię,
28 dicens: † Rursum tolle volumen aliud, & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine, quod cõbussit Ioa-
29 cim rex Iuda. † Et ad Ioacim regẽ Iuda, dices: Hæc dicit Dominus, Tu combussisti volumẽ illud, dicens: Quare scripsisti in eo annuntians, Festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc, & cessare faciet ex illa hominem & iu-
30 mentum? † Propterea hæc dicit Dominus contra Ioacim regem Iuda, Non erit ex eo qui sedeat
G super solium Dauid: & cadauer eius proijcietur ad æstum per di-
31 em, & ad gelu per noctem. † Et visitabo contra eum, & contra semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas, & adducam super eos, & super habitatores Ierusalem, & super viros Iuda omne malum quod locutus sum ad
32 eos, & non audierunt. † Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremię omnes sermones libri, quem cõbusserat Ioacim rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multo plures, quàm antea fuerant.

Nil pharao prodest, nisi mens prauis Assur Hebræos.

CAP. XXXVII.

1 ET regnauit rex Sedecias filius
A Iosiæ pro Iechonia filio Ioa-
cim: quem constituit rex Nabu-
chodonosor rex Babylonis in ter-
2 ra Iuda. † Et non obediuit ipse, & serui eius, & populus terræ verbis
3 Domini quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ. † Et misit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniã filium Maasiæ sacerdotem ad Ieremiã prophetam, dicens: Ora pro nobis Dñm Deum
4 nostrũ. † Ieremias autẽ libere ambulabat in medio populi, non enim miserãt eum in custodiã carceris. † Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto: & audien-

4. Reg. 24. d. 17. 2. Par. 36. b. 10. 3. Esd. 1. f. 47.

dientes Chaldæi qui obsidebant
Ierusalem, huiusce modi nuntiũ, D
5 recesserunt ab Ierusalem. † Et fa- 17
ctum est verbum Domini ad Ie-
6 remiam prophetam, dicens: † Hæc
dicit Dominus Deus Israel, Sic di-
cetis regi Iuda, qui misit vos ad
B me interrogandum: Ecce exerci-
tus Pharaonis, qui egressus est vo
bis in auxilium, reuertetur in ter-
7 ram suam in Ægyptum: † & re- 19
dient Chaldæi, & bellabunt con-
tra ciuitatem hanc, & capient eã,
8 & succendent eam igni. † Hæc di- 20
cit Dominus, Nolite decipere a-
nimas vestras, dicentes: Euntes a-
bibunt & recedent à nobis Chal-
9 dæi, quia non abibunt. † Sed & si
percussleritis omnem exercitum
Chaldæorum qui prælíantur ad-
uersum vos, & derelicti fuerint
ex eis aliqui vulnerati: singuli de
tentorio suo consurgent, & incen
10 dent ciuitatem hanc igni. † Ergo
cùm recessisset exercit⁹ Chaldæo-
rum ab Ierusalem propter exerci-
11 tum Pharaonis: † egressus est Ie-
remias de Ierusalẽ vt iret in ter-
ram Ben-iamin, & diuideret ibi
possessionem in conspectu ciuiũ.
12 † Cumq; peruenisset ad portam
Ben-iamin, erat ibi custos portæ
per vices, nomine Ierias, filius Se
C lemiæ filij Hananiæ: & apprehẽ-
dit Ieremiam prophetam, dicens:
13 Ad Chaldæos profugis. † Et re-
spondit Ieremias, Falsum est, nõ
fugio ad Chaldæos. Et non audi-
uit eum, sed comprehendit Ierias
Ieremiã, & adduxit eum ad prin-
14 cipes. † Quam ob rem irati prin-
cipes contra Ieremiã, cæsum eum
miserunt in carcerem qui erat in
domo Ionathan scribæ: ipse enim
præpositus erat super carcerem.
15 † Itaque ingressus est Ieremias in
domum laci & in ergastulum: &
sedit ibi Ieremias diebus multis.
16 † Mittens autem Sedecias rex tu-
lit eum: & interrogauit eum in
domo sua abscondite, & dixit: Fu-
tãsne est sermo à Domino? Et di-
xit Ieremias: Est. Et ait, In manus
regis Babylonis tradẽris. † Et di-
xit Ieremias ad regem Sedeciam,
Quid peccaui tibi & seruis tuis &
populo tuo, quia misistime in do-
mum carceris? † Vbi sunt prophe-
tæ vestri qui prophetabant vo-
bis, & dicebant, Non veniet rex
Babylonis super vos, & super ter-
ram hanc? † Nunc ergo audi ob-
secro domine mi rex, Valeat de-
precatio mea in conspectu tuo: &
ne me remittas in domum Iona-
than scribæ, ne moriar ibi. † Præ-
cepit ergo rex Sedecias vt trade-
retur Ieremias in vestibulo car-
ceris: & daretur ei torta panis
quotidiè, excepto pulmento, do-
nec consumerentur omnes pa-
nes de ciuitate: & mãsit Ieremias
in vestibulo carceris.

& hostis fortis regi Cuius abdita patet.

CAP. XXXVIII.

1 AVdiuit autem Saphatias filius
A Mathã, & Gedelias filiꝰ Phas-
sur, & Iuchal, filius Selemiæ, &
Phassur filius Melchiæ, sermones
quos Ieremias loquebatur ad om
2 nem populum, dicens, † Hæc di-
cit Dominus, ‖ Quicunque man- Su.21.c.9.
serit in ciuitate hac, morietur gla
dio & fame & peste: qui autem
profugerit ad Chaldæos, viuet, &
erit anima eius sospes & viuens.
3 † Hæc dicit Dominus, Tradendo
tradetur ciuitas hæc in manu e-
xercitus regis Babylonis, & ca-
4 piet eam. † Et dixerunt principes
regi, Rogamus vt occidatur ho-
mo iste: de industria enim dissol-
uit manus virorum bellantium,
qui remanserunt in ciuitate hac,
B & manus vniuersi populi, loquẽs
ad eos iuxta verba hæc, siquidem
homo iste non quærit pacem po-
5 pulo huic, sed malum. † Et dixit
rex Sedecias, Ecce ipse in manibus
vestris est nec enim fas est re-
6 gem vobis quicquã negare. † Tu-
lerunt ergo Ieremiam, & proiece-

cerunt eum in lacum Melchiæ filij, Amélech qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiam in *funibus in lacum in quo non erat aqua, sed lutum. descendit itaque Ieremias in cœnum.

*funibus & in lacu non 9.

7 † Audiuit autem Abde-mélech Æthiops vir eunuchus qui erat in domo regis, quòd misissent Ieremiam in lacũ: porrò rex sedebat in porta Ben-iamin. † Et egressus est Abde-mélech de domo regis, & locutus est ad regem, dicens, † Domine mi rex, malefecerunt viri isti omnia quę C cunque perpetrárunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame, non sunt enim panes vltrà in ciuitate. † Præcepit itaq; rex Abde-mélec Æthiopi, dicens, Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetam de lacu, antequam moriatur. † Assumptis er-



Exhaustis fortá, vtri cum abdita nátas.

go Abde-melech secum viris ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos, & antiqua *quæ computruerant: & submisit ea ad Ieremiam in lacũ per funiculos. † Dixitq; Abde-mélech Æthiops ad Ieremiam, Pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubito manuum tuarum, & *super* funes, fecit ergo Ieremias sic. † Et D extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. mansit autem Ieremias in vestibulo carceris. † Et misit rex Sedecias, & tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiam, interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid. 15 † Dixit autem Ieremias ad Sedeciam, Si annuntiauero tibi, nunquid non interficies me? & si consilium dedero tibi, nõ me audies? 16 † Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clam, dicens, Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum qui quęrunt animã tuam. † Et dixit Ieremias ad Sedeciam, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & E ciuitas hęc non succendetur igni: & saluus eris tu, & domus tua. † Si

*vestimenta.

*subter 4.

G autem

autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni: & tu non
19 effugies de manu eorũ. † Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, Solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorum, &
20 illudant mihi. † Respondit autem Ieremias, Non te tradent, audi quæso vocem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, &
21 viuet anima tua. † Quòd si nolueris egredi: iste est sermo quem
22 ostendit mihi Dominus. † Ecce F omnes mulieres quæ remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipsæ dicent, Seduxerunt te, & prævaluerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & re-
23 cesserunt à te. † Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatem hanc
24 comburet igni. † Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam, Nullus sciat
25 verba hæc, & non morieris. † Si autem audierint principes quia G locutus sum tecum: & venerint ad te & dixerint tibi, Indica nobis quid locutus es cum rege, ne celes nos, & nõ te interficiemus:
26 & quid locutus est tecũ rex. † Dices ad eos, Prostraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, &
27 ibi morerer. † Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum: & locutus est eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & cessauerunt ab eo:
28 nil enim fuerat auditum. † Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris, vsque ad diem quo capta est Ierusalem: & factum est

vt caperetur Ierusalem.

CAP. XXXIX.

1 A IN no nono Sedeciæ regis Iu- A da, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalẽ,
2 & obsidebant eã. † Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis aperta est ci-
3 uitas. † Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Serésser, Semegar-nabu, Sar-sachim, Rabsares, Neregel, Serésser, Reb-mag, & omnes reliqui prin-
4 cipes regis Babylonis. † Cumque vidissent eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam deserti.
5 † Persecutus est aũt eos exercitus Chaldæorum: & comprehende- B runt Sedeciam in campo solitudinis Ierichuntinæ, & captum ad duxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Rebláta, quę est in terra-Emath: & locutus est
6 ad eum iudicia. † Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Rebláta, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis.
7 † Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus, vt duce-
8 retur in Babylonem. † Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni: & murum Ierusalem subuerterunt.
9 † Et reliquias populi, qui remanserant in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi qui remanserant transtulit Nabuzardan magister mi-
10 litum in Babylonem. † Et de ple- C be pauperũ, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militũ in terra Iuda: & dedit eis vineas & cisternas in die
11 illa. † Præceperat aũt Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia

4. Reg. 25. a. 1. In. 52. a. 4.
nona l.

mia Nabuzardan magistro mili-
12 tum, dicens: † Tolle illũ, & pone
super eum oculos tuos, nihilq; ei
mali facias: sed vt voluerit, sic fa-
13 cias ei. † Misit ergo Nabuzardan
princeps militiæ, & 'Nabusezbaz'
'Nabu & Sesban & Rab-sares, & Neregel, & Sere-
16. ser, & Rebmag, & omnes optima
14 tes regis Babylonis, † miserunt &
tulerunt Ieremiã de vestibulo car
D ceris, & tradiderũt eum Godoliæ
filio Ahicã filij Saphan, vt intra-
ret in domũ, & habitaret in po-
15 pulo. † Ad Ieremiã aũt factus fue
rat sermo Dñi, cùm clausus esset
16 in vestibulo carceris, dicens, † Va-
de, & dic Abdemelech Aethiopi,
dicens, Hæc dicit Dominus exer-
cituum Deus Israel, Ecce, ego in-
ducã sermones meos super ciuita
tem hanc in malum, & non in bo
num: & erũt in conspectu tuo in
17 die illa. † Et liberabo te in die il-
la, ait Dñs: & non tradêris in ma-
18 nus virorum quos tu formidas:
† Sed eruens liberabo te, & gla-
dio nõ cades: sed erit tibi anima
tua in salutẽ, quia in me habuisti
fiduciam, ait Dominus.

CAP. XL.

1 A SErmo qui factus est ad Ieremi-
am à Domino, postquã dimis-
sus est à Nabuzardan magistro
militiæ de Rama, quando tulit
eum vinctũ catenis in medio om
niũ qui migrabant de Ierusalem
& Iuda, & ducebantur in Baby-
2 lonẽ. † Tollens ergo princeps mi-
litiæ Ieremiã, dixit ad eum, Dñs
Deus tuus locutus est malum hoc
3 super locum istum, † & adduxit: &
fecit Dominus sicut locutus est:
quia peccastis Domino, & non
audistis vocẽ eius, & factus est vo-
4 bis sermo hic. † Nunc ergo ecce
solui te hodie de catenis quæ sũt
in manibus tuis: si placet tibi
vt venias mecũ in Babylonẽ, ve-
ni: & ponam oculos meos super
te: si autem displicet tibi venire
mecũ in Babylonem, reside: ecce
omnis terra in conspectu tuo est,
quod elegeris, & quò placuerit
5 tibi vt vadas, illuc perge. † Et me-
B cũ noli venire: sed habita apud
Godoliã filiũ Ahicã filij Saphan,
quẽ præposuit rex Babylonis ci-
uitatibus Iudæ: habita ergo cũ eo
in medio populi: vel quodcunq;
placuerit tibi vt vadas, vade. De-
dit quoq; ei magister militiæ ci-
baria, & munuscula, & dimisit eũ.
6 † Venit aũt Ieremias ad Godoliã
filiũ Ahicam in Maspha: & habi-
tauit cũ eo in medio populi qui
7 relictus fuerat in terra. † Cumq;
audissent omnes principes exer-
citus, qui dispersi fuerant per re-
giones, ipsi & socij eorum, quòd
præfeciss et rex Babylonis Godo-
liã filiũ Ahicam terræ: & quod cõ-
mendasset ei viros, & mulieres,
& paruulos, & de pauperibus ter-
ræ qui non fuerant translati in
8 Babylonẽ, † Venerũt ad Godoliã
C in Maspha & Ismahel filius Na-
thaniæ, & Iohanan, & Ionathan,
filij Caree, & Sareas filius Thane-
humeth, & filij Ophi qui erant de
Netophathi, & Iezonias filius
9 Maachati, ipsi & viri eorum. † Et 4. Reg. 25
iurauit eis Godolias filius Ahi- f. 24.
cam filij Saphan, & comitibus eo-
rum, dicens. Nolite timere seruire
Chaldæis: habitate in terra, &
seruite regi Babylonis, & bene
10 erit vobis. † Ecce ego habito in
Maspha, vt respondeam præ-
cepto Chaldæorum, qui mittun-
tur ad nos: vos autem colligite
vindemiam, & messem & oleum,
& condite in vasis vestris: & ma-
nete in vrbibus vestris quas tene
11 tis. † Sed & omnes Iudæi qui erãt
in Moab, & in 'filijs' Ammon, & 'finibus.
in Idumæa, & in vniuersis regio-
nibus, audito quòd dedisset rex
Babylonis reliquias in Iudæa, &
quòd præposuisset super eos Go-
doliã filiũ Ahicam filij Saphan:
12 † reuersi sunt inquam omnes Iu-

dæi de vniuersis locis ad quæ pro fugerant, & venerunt in terram Iudæ ad Godoliam in Masphath: & collegerunt vinum, & messem
13 multã nimis. † Iohanan autem filius Caree, & omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoli-
14 am in Masphath. † Et dixerunt ei, Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nathaniæ percutere animã tuam. Et non credidit eis Godolias filius
15 Ahicam. † Iohanan aũt filius Caree dixit ad Godoliam seorsum in Masphath loquens, Ibo, & percutiam Ismahel filium Nathaniæ nullo sciente, ne interficiat animam tuam: & dissipentur omnes Iudæi qui cõgregati sunt ad te, &
16 peribunt reliquiæ Iuda. † Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree, Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.

CAP. XLI.

1 ET factum est in mense septi-
A mo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filij Elisama de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Masphath: & comederũt ibi panes simul in Masphath.
2 † Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ, & decem viri qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eũ, quem præfecerat rex Babylonis terræ.
3 † Omnes quoque Iudæos qui erãt cum Godolia in Masphath, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel.
4 † Secundo autem die postquã occiderat Godoliam nullo adhuc
5 sciente, † Venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri: rasi barba, & scissis vestibus, & squalentes: & munera & thus habebãt in manu,
6 vt offerrẽt in domo Domini. † E-
B gressus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphath, incedens & plorans ibat: cùm autem occurrisset eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliam filiũ
7 Ahicam. † Qui cùm venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipsi & viri qui erant
8 cum eo. † Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel, Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et cessauit: & non interfecit
9 eos cum fratribus suis. † Lacus autem in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse est quem fecit rex Asa, propter Baasa regem Israel: ipsum repleuit Ismahel filius Nathaniæ occi-
10 sis. † Et captiuas duxit Ismahel Omnes reliquias populi, qui erãt in Masphath: filias regis, & vniuersum populum qui remanserat in Masphath. quos cõmendauerat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ: & abijt, vt transiret ad filios Ammõ.
11 † Audiuit aũt Iohanan filius Caree, & oẽs principes bellatorum qui erant cũ eo, omne malũ quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ.
12 † Et assumptis vniuersis viris, profecti sunt vt bellarent aduersum Ismahelem filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas
13 quæ sunt in Gabaon. † Cumq; vi-
D disset omnis populus qui erat cũ Ismahel, Iohanan filium Caree, & vniuersos principes bellatorũ
14 qui erãt cum eo, lætati sunt. † Et reuersus est omnis populus, quẽ ceperat Ismahel, in Masphath: reuersusq; abijt ad Iohanan filium
15 Caree. † Ismahel aũt filius Nathanię fugit cũ octo viris à facie Iohanan, & abijt ad filios Ammon.

† Tulit

16 †Tulit ergo Iohanan filius Caree,
& omnes principes bellatorum
qui erant cum eo, vniuersas reli-
quias vulgi, quas reduxerant ab
Ismahel filio Nathanię de Mas-
phath postquā percussit Godoliā
filium Ahicā: fortes viros ad præ
lium, & mulieres, & pueros, & eu
nuchos quos reduxerat de Gaba-
17 on. † Et abierunt & sederunt pe-
regrinantes in Chamaam, quę est
iuxta Beth-lehem: vt pergerent,
18 & introirent Ægyptum † à facie
Chaldæorum. Timebāt enim eos
quia percusserat Ismahel, filius
Nathaniæ Godoliam filium Ahi-
cam, quem præposuerat rex Ba-
bylonis in terra Iuda.

CAP. XLII.

1 ET accesserunt omnes princi-
A pes bellatorum, & Iohanan fi
'Iosiæ 8. lius Caree, & Iezonias filius 'O-
Osiæ 6. saiæ', & reliquum vulgus à paruo
2 vsq; ad magnum. † Dixeruntq; ad
Ieremiam prophetam, Cadat ora
tio nostra in conspectu tuo: & o-
ra pro nobis ad Dominum Deum
tuum pro vniuersis reliquijs istis,
quia derelicti sumus pauci de plu
ribus, sicut oculi tui nos intuen-
3 tur. † Et annuntiet nobis Domin⁹
Deus tuus viam per quam perga-
mus, & verbum quod faciamus.
4 † Dixit autem ad eos Ieremias
propheta, Audiui, ecce ego o-
ro ad Dominum Deum vestrum
secundum verba vestra. omne
verbum quodcunque responde-
rit mihi, indicabo vobis nec ce-
5 labo vos quicquam. † Et illi dixe-
runt ad Ieremiam, Sit Dominus
inter nos testis veritatis & fidei,
si non iuxta omne verbum in quo
miserit te Dominus Deus tuus ad
6 nos, sic faciemus. † Siue bonū est,
siue malum, voci Domini Dei no
stri ad quem mittimus te, obedie-
mus: vt bene sit nobis cùm audie-
rimus vocem Domini Dei no-
7 stri. † Cùm autem completi essent
B decem dies, factum est verbum
8 Domini ad Ieremiam † Vocauitq;
Iohanan filium Caree, & omnes
principes bellatorum, qui erant
cum eo, & vniuersum populum
9 à minimo vsque ad magnum. † Et
dixit ad eos, Hæc dicit Dominus
Deus Israel, ad quem misistis me,
vt prosternerem preces vestras in
10 conspectu eius. † Si quiescentes
manseritis in terra hac, ædifica-
bo vos, & non destruam: plan-
tabo, & non euellam: iam enim
placatus sum super malo quod
11 feci vobis. † Nolite timere a fa-
cie regis Babylonis, quem vos
pauidi formidatis: nolite metue-
re eum, dicit Dominus: quia vo-
biscum sum ego, vt saluos vos fa-
12 ciam, & eruam de manu eius, † &
dabo vobis misericordias, & mi-
serebor vestri, & habitare vos fa-
13 ciam in terra vestra. † Si autem
C dixeritis vos, Non habitabim⁹ in
terra ista, nec audiemus vocem
14 Domini Dei nostri, † dicentes,
Nequaquam, sed ad terram Æ-
gypti pergemus: vbi non videbi-
mus bellum, & clangorem tubæ
non audiemus, & famem non su-
stinebimus: & ibi habitabimus,
15 † propter hoc nunc audite ver-
bum Domini reliquiæ Iuda, Hæc
dicit Dominus exercituum, Deus
Israel: Si posueritis faciem ve-
stram, vt ingrediamini Ægyptū,
& intraueritis vt ibi habitetis.
16 † gladius quem vos formidatis,
ibi comprehendet vos in terra
Ægypti: & fames pro qua estis
solliciti, adhærebit vobis in Æ-
17 gypto, & ibi moriemini. † Omnes-
que viri qui posuerint faciem su-
am vt ingrediantur Ægyptum,
vt habitent ibi, morientur gla-
dio, & fame & peste, nullus de eis
remanebit, nec effugiet à facie
mali quod ego afferam super e-
18 os. † Quia hæc dicit Dominus e-
D xercituum, Deus Israel. Sicut cō-
flatus est furor meus, & indigna-

tio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Ægyptum: & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium. & nequaquã vltrà videbitis locum
19 istum. † Verbum Domini super vos reliquiæ Iuda: nolite intrare Ægyptum, Scientes scietis quia
20 obtestatus sum vos hodie, † quia decepistis animas vestras. vos enim misistis me ad Dominũ De-
vestrũ 5. um nostrum dicentes, Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia quæcunq; dixerit tibi Dãs Deus noster, sic
21 nobis annũtia, & faciemus. † Et annũtiaui vobis hodie, & nõ audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis pro quibus misit
22 me ad vos. † Nunc ergo scientes scietis quia gladio & fame & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

CAP. XLIII.

1 A FActum est autẽ, cùm complesset Ieremias loquens ad populum vniuersos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum
2 ad illos, omnia verba hæc: † dixit
Osaiæ 4. Azarias filius Iosiæ, & Iohanan
Oziæ 6. filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam, Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus Deus noster, dicens: Ne
3 ingrediamini Ægyptum, vt habitetis illic. † Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum vt interficiat nos, & traduci
4 faciat in Babylonem. † Et non au-
B diuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus, vocem Domini
5 vt manerent in terra Iuda. † Sed tollens Iohanan filius Caree, & vniuersi principes bellatorum vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis Gentibus ad quas fuerant antè dispersi,
6 vt habitarent in terra Iuda: † viros & mulieres, & paruulos, & filias regis: & omnem animam quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam filij Saphan, & Ieremiam propheram, & Baruch filium Neriæ.
7 † Et ingressi sunt terram - Ægy-
C pti, quia non obedierunt voci Domini, & venerunt vsque ad
8 Taphnis. † Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in Taphnis,
9 dicens, † Sume lapides grandes in manu tua, & abscondes eos in crypta, quæ est sub muro lateritio in porta domus Pharaonis in Taph
10 nis: cernentibus viris Iudæis. † Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos quos abscondi, & statuet solium suum super
11 eos. † Veniẽsq; percutiet terram-
D Ægypti: quos in mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatẽ, & quos in gladium,
12 in gladium. † Et succendet ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos, & amicietur terra - Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo, &
13 egredietur inde in pace. † Et conteret statuas domus Solis quæ sunt in terra - Ægypti: & delubra deorum Ægypti comburet igni.

CAP. XLIIII.

1 A VErbum quod factum est ad Ieremiã, ad omnes Iudæos qui habitabant in terra - Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra
2 Phatures, dicens, † Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalem,

&

& super omnes vrbes Iuda, & ecce desertæ sunt hodie, & 2 non est in eis habitator. † Propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent, & irent, & sacrificarent, & colerent deos alienos quos nesciebant & 4 illi & vos & patres vestri. † Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens, mittensque & dicens, Nolite facere verbum abominationis hu- 5 iuscemodi quam odiui. † Et non a.22. audierunt, nec inclinauerunt aurem suam vt conuerterentur à malis suis, & non sacrificarent di- 6 is alienis. † Et conflataest indignatio mea & furor meus, & succensa est in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem, & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secun- 7 dum diem hanc. † Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Quare vos facitis malum a.3. grande hoc contra animas vestras: vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam residuum. 8 † Prouocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando dijs alienis in terra Ægypti, in quam ingressi estis vt habitetis ibi: & dispereatis, & sitis in maledictionem & in opprobri- 9 um cūctis gentibus terræ? † Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala regum Iuda, & eorum 6. mala vxorum eius & mala vestra, & mala vxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & 10 in regionibus Ierusalem? Non sunt mundati vsq; ad diem hanc, & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus vestris. 11 † Ideo hæc dicit Dominus exer- C cituum Deus Israel, ‖ Ecce ego po- Am.9.2.4. nam faciem meam in vobis in Infr. 9.27. malum, & dispergam omnem Iu- 12 dam. † Et assumam reliquias Iudę, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur terrā Ægypti, & habitarent ibi: & consumentur omnes in terra Ægypti, cadent in gladio & in fame, & consumentur à minimo vsq; ad maximum, in gladio & in fame morientur, & erunt in iusiurandū & in miraculū, & in maledictionē, & in op 13 probrium. † Et visitabo habitato- super 4. res terræ Ægypti, sicut visitaui super Ierusalem, in gladio, & fa- 14 me, & peste. † Et non erit qui effugiat, & sit residuus de reliquijs Iudæorum qui vadunt vt peregrinentur in terra Ægypti, & reuertantur in terram Iuda ad quam ipsi eleuant animas suas, vt reuertantur & habitent ibi. non reuertentur nisi qui fugerint. † Respondentur autem Ie- 15 remiæ omnes viri scientes quòd D sacrificarent vxores eorum dijs alienis, & vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis: & omnis populus habitantium in terra Ægypti in Phatures, di- 16 centes, † Sermonem quem loquutus es ad nos in nomine Domini 17 non audiemus ex te. ‖ sed facien- Su.7.d.28. tes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, 18 malumq; non vidimus, † Ex eo autem tēpore quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigem omnib. & gladio 19 & fame cōsumpti sumus. † ‖ Quod Su.7.d.28. E si nos sacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina: nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colēdum eam, & liban- 20 dum ei libamina? † Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersum viros, & aduersum mulie

res, & aduersum vniuersam plebem, qui responderant ei verbũ,
21 dicens †Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem vos & patres vestri, reges vestri & principes vestri & populus terrę, horum recordatus est Dominus,
22 & ascendit super cor eius? † Et nõ poterat Dñs vltrà portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes quas fecistis, & facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem & in maledictum, eò quod non sit
23 habitator, sicut est dies hæc. †Propterea quòd sacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino: & non audieritis vocem Domini, & in lege & in præceptis & in testimonijs eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis
24 mala hæc, sicut est dies hæc. †Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad vniuersas mulieres: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in terra Ægypti.
25 † Hæc inquit Dominus exercituum Deus Israel, dicens, Vos & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes: Faciamus vota nostra quæ vouimus, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea.
26 † Ideò audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in terra Ægypti, Ecce, ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus, quia nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi dicentis, Viuit Dominus Deus, in omni terra Ægypti,
27 † Ecce, ego vigilabo super eos G in malum, & non in bonum: & Sup. c. 11. consumẽtur omnes viri Iuda qui sunt in terra Ægypti, gladio & fame, donec penitus consumantur.
28 † Et qui fugerint gladium, reuertetur de terra Ægypti in terram Iuda viri pauci, & scient omnes reliquię Iuda ingredientium terram Ægypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, an
29 illorum? † Et hoc vobis signũ, ait Dominus, quòd visitem ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè cõplebuntur sermones mei
30 contra vos in malum. †Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonẽ Ephree regem Ægypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

CAP. XLV.

1 VErbum quod loquutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cum scripsisset verba
A hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filiæ Iosiæ regis
2 Iuda, dicens: † Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch:
3 † Dixisti, Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo, laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni.
4 †Hæc dicit Dominus: Si dices ad eum, Ecce quos ædificaui, ego destruo, & quos plantaui, ego euel-
5 lo, & vniuersam terram hanc. †Et tu quæris tibi grãdia? noli quærere. quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

CAP. XLVI.

1 QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetã
2 contra Gentes † ad Ægyptum
A aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charcamis, quẽ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis

3 regis Iuda.† Præparate scutum &
clypeum, & procedite ad bellum.
4 † Iungite equos, & ascendite equi
tes:state in galeis, polite lanceas,
5 induite vos loricis. † Quid igitur?
vidi ipsos pauidos & terga verten
tes,fortes eorum cæsos fugerunt,
B conciti, nec respexerunt: terror
6 vndique,ait Dominus. † Non ^fu
^fugiet giat' velox, nec saluari se putet
fortis:ad Aquilonem iuxta flumē
Euphraten victi sunt, & ruerunt.
7 † Quis est iste,qui quasi flumen a-
scendit:& veluti fluuiorum,in tu-
8 mescunt gurgites eius? † Ægy-
ptus,fluminis instar ascendit, &
velut flumina mouebuntur flu-
ctus eius,& dicet,Ascendens ope-
riam terram:perdā ciuitatem, &
9 habitatores eius.† Ascēdite equos
& exultate in currib.& procedant
fortes,Æthiopia & Libyes tenen
tes scutum,& Lidij arripientes,&
10 iacientes sagittas.† Dies autem il-
le Domini Dei exercituum dies
vltionis, vt sumat vindictam de
C inimicis suis:deuorabit gladius &
F saturabitur, & inebriabitur san-
guine eorum:victima enim Dñi
Dei exercituum in terra Aquilo-
11 nis iuxta flumen Euphratē. † A-
scēde in Galaad,& tolle resinā vir
go filia Ægypti: frustrà multipli-
cas medicamina,sanitas non erit
12 tibi.† Audierūt Gētes ignominiā
tuā,& vlulatus tuus repleuit ter-
ram:quia fortis impegit in fortē,
^6 & ambo pariter conciderunt.
13 † Verbū quod locutus est Dñs ad
Ieremiā prophetā, super eo quòd
venturus esset Nabuchodonosor
rex Babylonis, & percussurus ter-
14 ram Ægypti:† Annuntiate Ægy-
D pto,& auditum facite in Magda-
lo, & resonet in Memphis, & in
Taphnis:dicite,Sta,& præpara te
15 circuitum tuum sunt. † Quare cō-
putruit fortis tuus?nō stetit:quo-
16 niam Dominꝰ subuertit eū. † Mul
tiplicauit ruētes, ceciditq; vir ad
proximum suū:& dicent, Surge,
& reuertamur ad populū nostrū,
& ad terram natiuitatis nostræ, à
17 facie gladij columbæ.† Vocate no
men Pharaonis regis Ægypti tu-
18 multum,adduxit tempus. † Viuo
E ego,(inquit rex,Dominus exerci
tuum nomen eius) quoniam si-
cut Thabor in montibus, & sicut
19 Carmelus in mari,veniet. † Vasa
transmigrationis fac tibi habita-
trix filia Ægypti: quia Memphis
in solitudinem erit, & deseretur,
20 & inhabitabilis erit. † Vitula ele-
gans atque formosa Ægyptus:sti-
mulator ab Aquilone veniet ei.
21 † Mercenarij quoque eius qui vet
sabantur in medio eius,quasi vitu
li saginati versi sunt, & fugerunt
simul, nec stare potuerunt, quia
dies interfectionis eorum venit
super eos,tempus visitationis eo-
22 rum.† Vox eius quasi æris sonābit,
quoniam cum exercitu proper a-
bunt,& cum securibus venient ei,
23 quasi cædentes ligna. † Succide-
runt saltum eius, ait Dominus,
qui supputari non potest: multi-
plicati sunt super locustas,& non
24 est eis numerus.† Confusa est filia
Ægypti, & tradita in ^manum' ^manus 8.
25 populi Aquilonis. † Dixit Do-
minus exercituum Deus Israel,
Ecce,ego visitabo super tumultū
Alexandriæ,& super Pharaonem,
& super Ægyptum,& super deos
eius, & super reges eius: & super
Pharaonem,& super eos qui con-
26 fidunt in eo.† Et dabo eos in ^ma-
num' quærentium animam eorū, ^manus 8.
& in ^manum' Nabuchodonosor
regis Babylonis, & ^in manum'
seruorum eius: & post hæc habita
bitur sicut diebus pristinis,ait Do
27 minus. †‖ Et tu ne timeas serue Isa.43.a.1.
meus Iacob, & ne paueas Israel: 44.a.2.
quia ecce ego saluum te faciā de Su.30.b.20
longinquo,& semen tuum de ter
ra captiuitatis suæ: & reuertetur
Iacob,& requiescet,& prosperabi
tur,& non erit qui exterreat eū.

28 † Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

Ana palæstinis impietas vr. bibis misat.

CAP. XLVII.

A 1 QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetã contra Palæsthinos, antequam
2 percuteret Pharao Gazam: † Hæc dicit Dominus, Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans: & operient terram & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius: clamabũt homines, & *vlulabũt oẽs habitatores terræ, † à strepitu pompę armorũ, & bellatorum eius, à commotione quadrigarũ eius, & multitudine rotarũ illius. Non respexerũt
B 4 patres filios manib. dissolutis, † p aduentu diei in quo vastabuntur omnes Philisthiim, & dissipabitur Tyrus & Sidon cũ omnib. reliquis auxilijs suis, depopulatus est
C enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ. † Venit
5 caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquiæ vallis earum,
6 vsq; quo concideris? † O mucro Do-
D mini? vsq; quo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam: refrige
7 rare, & sile. † Quomodo quiescet cùm Dominus præceperit ei aduersus Ascalonẽ, & aduersum maritimas eius regiones, ibiq; condixerit illi?

vlulabit omnis (3 habitator i.

Of Moabitarum peniteria vbi hista positas.

CAP. XLVIII.

A 1 AD Moab. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Væ super Nabo, quoniam vastata est
2 & confusa: capta est Cariathaim, cõfusa est fortis, & tremuit. † Non est vltrà exultatio in Moab cõtra Hesebon: cogitauerunt malũ, Venite, & disperdamus eam de gẽte. ergo silens conticesces, sequetur-
3 que te gladius. † Vox clamoris de Oronaim: vastitas, & contritio ma-
4 gna. † Contrita est Moab: annunciate clamorẽ paruulis eius. † Per
5 ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum
6 contritionis audierũt. † Fugite, saluate animas vestras: & ‖ eritis qua Su. 17. 2. 6.
7 si myricæ in deserto. † ‖ Pro eo. n. Su. 17. 2. 9.
quòd habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoq; capiẽris: & ibit Chamos in transmigrationẽ, sacerdotes eius,
8 & principes eius simul. † Et veni-
B et prædo ad omnẽ vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campestria,
9 quoniã dixit Dñs, † Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erunt & in-
10 habitabiles. † Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium su-
11 um à sanguine. † Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in trãsmigrationem nõ abijt: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius
12 nõ est immutat'. † Propterea ecce dies veniũt, dicit Dñs: & mittam ei ordinatores & stratores lagunc-
C larum: & sternent eum: & vasa eius exhaurient, & lagunculas eo
13 rum collident. † Et confundetur Moab à Chamos, ‖ sicut confusa 3. Re. 12. d.
est domus Israel à Beth-el, in qua 16. g. 29.
14 habebat fiduciam. † Quomodo dicitis, ‖ Fortes sumus, & viri robu- Isa. 16. b. 6.
15 sti ad præliandum? † Vastata est
C Moab, & ciuitates illius 'succẽdẽ 'ascenderunt'. & electi iuuenes eius descẽderunt in occisionem, ait rex, Do-
16 minus exercituũ nomẽ eius. † Prope est interitus Moab, vt veniat: & malum eius velociter accurret
17 nimis. † Consolamini eum oẽs qui estis in circuitu eius: & vniuersi qui scitis nomen eius: dicite, Quomodo confracta est virga fortis,

ba-

18 baculus gloriosus? † Descende
de gloria,& sede in siti habitatio
filiæ Dibon : quoniam vastator
*ascēdit 1. Moab *ascendet' ad te, dissipabit
19 munitiones tuas.†In via sta,&pro
spice habitatio Aroer? interroga
fugientem: & ei qui euasit, dic:
20 Quid accidit?†Cōfusus est Moab,
quoniam victus est:vlulate,& cla-
mate,annuntiate in Arnon quo-
21 niā vastata est Moab. †Et iudiciū
venit ad terram cāpestrem : super
Helon,& super Iasa,& super Me-
22 pháath.† & super Dibon, & super
Nabo,& super domum Deblathá
23 im,† & super Cariatháim,& super
Beth-gamul,&super Beth-maon,
24 † & super Carioth,& super Bosra,
D &super omnes ciuitates terrę Mo
25 ab,quæ longè & propè sunt.† Ab-
scissum est cornu Moab,& brachi
um eius contritum est,ait Domi-
26 nus.† Inebriate eum,quoniam cō
tra Dominum erectus : & allidet
manū Moab in vomitu suo,&erit
27 in derisum etiam ipse:† fuit enim
in derisum tibi Israel,quasi inter
fures reperisses eum,propter ver-
ba ergo tua quæ aduersum illum
28 locutus es,captiuus ducêris. † Re-
linquite ciuitates, & habitate in
petra habitatores Moab,& estote
quasi columba nidificans in sum-
29 mo ore foraminis. † Audiuimus
superbiam Moab superbus est val
de:sublimitatem eius & arrogan-
tiam,& superbiam, & altitudinē
30 cordis eius. † Ego scio, ait Domi-
E nus,iactantiam eius: & quòd non
sit iuxta eam virtus eius, nec iux-
ta quod poterat conata sit facere.
31 † Ideo super Moab eiulabo, & ad
Moab vniuersam clamabo ,ad vi-
32 ros muri fictilis lamentantes.†De
planctu Iazer plorabo tibi vinea
Sabama: propagines tuæ transie-
runt mare,vsq; ad mare Iazer per
uenerunt:super messem tuam, &
33 vindemiā tuā prædo irruit. † ‖ Ab
Is.16.c.10. lata est lætitia & exultatio de Car
melo & de terra Moab,&vinū de
torcularibus sustuli : nequaquam
calcator vuæ solitum celeusma cā
34 tabit. † De clamore Hesebon vsq;
Eleale & Iasa, dederunt vocem su
am : à Segor vsque ad Oronáim
vitulam *conternantem' : aquæ *consternantem.
quoque Nemrim pessimæ erunt.
35 † Et auferā de Moab,ait Dñs:offe-
F rentem in excelsis,& sacrificantē
36 dijs eius. † Propterea cor meum
ad Moab quasi tibia *resonabit: & *æris
cor meū ad viros muri fictilis da-
bit sonitum tibiarum : quia plus
fecit quā potuit,idcirco perierūt.
37 † ‖ Omne enim caput caluitium, Isa.15.a.2.
& omnis barba rasa erit: in cun- Eze.7.c.18.
ctis manibus colligatio & super
38 omne dorsum cilicium. † Super
omnia tecta Moab,& in platéis e-
ius omnis planctus:quoniā cōtri-
ui Moab sicut vas inutile, ait Do-
39 minus.† Quomodo victa est, & v-
lulauerunt?quomodo deiecit cer
uicem Moab,& confusus est?erit-
que Moab in derisum & in exem
plum omnibus in circuitu suo.
40 † Hæc dicit Dominus, Ecce quasi
aquila volabit , & extendet alas
41 suas ad Moab. † Capta est Cari-
G oth , & munitiones comprehen-
sæ sunt:& erit cor fortium Moab
in die illa,sicut cor mulieris partu
42 rientis.† Et cessabit Moab esse po
pulus: quoniam contra Dominū
43 gloriatus est.† Pauor & fouea & la
queus super te ô habitator Moab,
44 dicit Dominus. † ‖ Qui fugerit à Is.24.c.18
facie pauoris, cadet in foueam: &
qui conscenderit de fouea , ca-
pietur laqueo : adducam enim
super Moab annum visitationis
45 eorum, ait Dominus. † In vmbra
Hesebon steterunt de laqueo fu-
gientes:quia ignis egressus est de
Hesebon,& flamma de medio Si-
on:& deuorauit partem Moab, &
46 verticem filiorum tumultus. † Væ
tibi Moab , peristi popule Cha-
mos: quia comprehensi sunt filij
tui , & filiæ tuæ in captiuitatem.
47 † Et conuertam captiuitatē Moab
in

in nouissimis diebus, ait Dominus.

Hucusq; iudicia Moab.

CAP. XLIX.

1 A DFilios Ammon. Hæc dicit
A Dominus, Nunquid non filij
sunt Israel? aut hæres non est ei?
Cur igitur hæreditate possedit
Melchom, Gad: & populus eius in
2 vrbibus eius habitauit? † Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus:
& auditū faciam super Rabbath filiorum Ammō fremitum prælij,
*tumulū 2. & erit in *tumultū' dissipata, filiæque eius igne succendētur, & possidebit Israel possessores suos, ait
3 Dūs. † Vlula Hesebon, quoniā vastata est Hai. clamate filiæ Rabbath, accingite vos cilicijs: plangite & circuite per sepes: quoniam Melchō in transmigrationē ducetur, sacerdotes ei⁹, & principes e-
4 i⁹ simul. † Quid gloriaris in vallib. defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis,
5 & dicebas, Quis veniet ad me? Ec-
B ce ego inducam super te terrorē, ait Dūs Deus exercituum, ab omnib. qui sunt in circuitu tuo, & dispergemini singuli à cōspectu vestro, nec erit qui congreget fugiē-
6 tes. † Et post hæc reuerti faciā *ca
*fugientes ptiuos filiorum Ammon, ait Dūs.
& 7 † Ad Idumæam. Hæc dicit Dūs exercituum: Nunquid non vltrà est sapientia in Theman? Perijt con-
silium à filijs: inutilis facta est sapiē-
8 tia eorū. † Fugite & terga vertite: descendite in voraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem Esau adduxi super eū, temp⁹
9 visitationis eius. † Si vindemiatores venissent super te, nō reliquis-
sent racemū: si fures in nocte, ra-
10 puissent quod sufficeret sibi. † Ego
vero discooperui Esau, reuelaui
abscōdita eius, & celari non pote-
rit: vastatum est semē eius, & fratres eius, & vicini eius, & nō erit.
11 † Relinque pupillos tuos: ego faciā
E eos viuere & viduæ tuę in me spe
12 rabūt. † Quia hæc dicit Dominus,
C Ecce, quibus non erat iudiciū vt biberent calicem, bibentes bibēt: & tu quasi innocens relinquēris? non eris innocēs, sed bibēs bibes.
13 † Quia per memetipsum iurauī, dicit Dominus, quod in solitudinē & in opprobrium, & in desertum, & in maledictionem erit Bosra: & oēs ciuitates eius erunt in solitu-
14 dines sempiternas. † ‖ Auditum au- Abd.1. 2.1.
diui à Domino, & legatus ad gentes missus est, Cōgregamini, & venite contra eā, & consurgamus in
15 prœliū. † Ecce enim paruulū dedi te in Gentib. contemptibilem in
16 ter homines. † Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. ‖ cùm exaltaueris quasi a- Abd.1.2.4.
quila nidū tuū, inde detraham te,
17 dicit Dūs. † Et erit Idumæa deser-
D ta: omnis q trāsibit per eā, stupebit & sibilabit super oēs plagas e-
18 ius. † ‖ Sicut subuersa est Sodoma Gen. 19.c.
& Gomorrha, & vicinæ eius, ait 24.
Dominus: nō habitabit ibi vir, & Inf.50.f.40
19 nō incoler eā filius hominis. † Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinē robustam: quia subitò currere faciā eū ad illā: & qs erit electus quē præponā ei? qs enim similis mei? & qs
sustinebit me? ‖ & quis est ille pa- Iob.41.2.1.
20 stor, qui resistat vultui meo? † Pro Inf.
pterea audite consilium Domini 50.g.
quod inijt de Edō: & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Themā, Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauc-
21 rint cū eis habitaculū eorū. † A voce ruinæ eorum cōmota est terra: clamor in mari rubro auditus est
22 vocis eius. † Ecce quasi Aquila ascēdet & auolabit: & expandet alas suas super Bosrā: & erit cor fortiū Idumææ in die illa, quasi cor mu-
23 lieris parturientis. † Ad Damascū.
E Confusa est Emath & Arphad:
quia

quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari: præ solicitudine quiescere non potuit.
24 † Dissoluta est Damascus, versa est in fugã, tremor apprehẽdit eam, angustia & dolores tenuerunt eã
25 quasi parturientem. † Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem, vrbẽm lætitiæ? † Ideo cadent iuuenes eius in platéis eius: & omnes viri prælij conticescent
26 in die illa, ait Dominus exercitum. † Et succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia
28 Ben-adad. † Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ percussit Nabucho donosor rex Babylonis, hęc dicit Dominus, Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orien-
29 tis. † Tabernacula eorum, & gre-
F ges eorum capient: pelles eorum, & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi: & vocabunt super eos formidinem in circui-
30 tu*. † Fugite, abite vehementer, in
* eius. voraginibus sedete qui habitatis Asor, ait Dominus: inijt enim cõtra vos Nabuchodonosor rex Babylonis cõsilium, & cogitauit ad-
31 uersum vos cogitationes. † Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem cõfidenter, ait Dominus, nõ ostia, nec ve-
32 ctes eis: soli habitant. † Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam, & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comã, & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait Do-
33 minus. † Et erit Asor in habitaculum draconum, deserta vsque in æternum: nõ manebit ibi vir, nec
34 incolet eam filius hominis. † Quod
G factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam aduersus Aelam in principio regni Sedeciæ
35 regis Iuda, dicens: † Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego confringam arcum Aelam, & sumam
36 fortitudinem eorum. † Et inducam super Aelam quatuor ventos à quatuor plagis cęli: & ventilabo eos in omnes ventos istos: & non erit gens ad quam non peruenient profugi Aelam. † Et pauere
37 faciam Aelam corã inimicis suis, & in conspectu quærentium animam eorum: & adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus, & mittam post eos gladium, donec consumam eos.
38 † Et ponam solium meum in Aelam, & perdam inde reges & prin-
39 cipes, ait Dominus. † In nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Aelam, dicit Dominus.

CAP. L.

1 VErbum quod locutus est Do-
A minus de Babylone, & de terra Chaldæorum in manu Iere-
2 miæ prophetæ. † Annuntiate in Gentibus, & auditum facite, leuate signum: prædicate, & nolite celare, dicite, Capta est Babylon, cõfusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, super-
3 tata sunt idola eorum. † Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem: & non erit qui habitet in ea, ab homine vsq; ad pecus, & moti sunt, & abierunt.
4 † In diebus illis, & in tempore illo ait Dominus, venient filij Israel ipsi & filij Iuda simul ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent.
5 † In Sion interrogabũt viam, huc facies eorum: venient, & apponentur ad Dominũ fœdere sempiterno quod nulla obliuione de-
6 lebitur. † Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos: feceruntq; vagari in montibus: de monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis
7 sui. † Omnes qui inuenerunt, comederunt eos: & hostes eorum dixerunt, Non peccauimus: pro eo quod peccauerũt Domino de-
cori

eorī iuſtitiæ, & expectationi pa-
8 trum eorum Domino. † Recedite
B de medio Babylonis, & de terra-
Chaldæorū egredimini: & eſtote
9 quaſi hœdi ante gregē. † Quoniam
ecce ego ſuſcito, & adducā in Ba-
bylonem congregationē gētium
magnarum de terra Aquilonis: &
præparabuntur aduerſus eam, &
inde capietur: ſagitta eius quaſi
viri fortis interfectoris non re-
10 uertetur vacua. † Et erit Chaldæa
in prędam, omnes vaſtantes eam
11 replebuntur, ait Dominus. † Quo-
niā exultatis, & magna loquimi-
ni, diripientes hæreditatem me-
* vituli. am: quoniam effuſi eſtis ſicut * vi-
tulus ſuper herbam, & mugiſtis
12 ſicut tauri. † Confuſa eſt mater
veſtra nimis, & adæquata pulueri
quæ genuit vos: ecce nouiſſima
* &. erit in Gentibus, * deſerta, inuia,
13 & arens. † Ab ira Domini non ha-
C bitabitur, ſed redigetur tota in ſo
litudinem: omnis qui trāſibit per
Babylonem, ſtupebit, & ſibilabit
14 ſuper vniuerſis plagis eius. † præ-
paramini contra Babylonem per
circuitū omnes qui intenditis ar-
cum, debellate eam, non parcatis
iaculis: quia Domino peccauit.
15 † Clamate aduerſus eam, vbiq; de-
dit manum, ceciderunt fundamē-
ta eius: deſtructi ſunt muri eius,
quoniā vltio Domini eſt, vltionē
accipite de ea: ſicut fecit, facite ei.
16 † Diſperdite ſatorē de Babylone,
& tenentē falcem in tēpore meſ-
ſis: à facie gladij columbæ vnuſ-
quiſq; ad populū ſuum conuerte-
tur, & ſinguli ad terrā ſuā fugiēt.
17 † Grex diſperſus Iſrael, leones eie-
cerunt eum: primus comedit eum
rex Aſſur: iſte nouiſſimus exoſſa-
18 uit eum Nabuchodonoſor rex Ba
bylonis. † Propterea hæc dicit Do-
minus exercituum Deus Iſrael,
Ecce, ego viſitabo regē Babylonis
& terram eius: ſicut viſitaui regē
19 Aſſur. † & reducam Iſrael ad habi-
D taculum ſuum, & paſcetur * Car-
melus' & Baſan, & in monte E-
phraim & Galaad ſaturabitur ani
20 ma eius. † In diebus illis & in tē-
pore illo, ait Dominus, quæretur
iniquitas Iſrael, & nō erit: & pec-
catū Iuda, & nō inuenietur: quo-
niam propitius ero eis quos reli-
21 quero. † Super terrā dominātium
aſcende, & ſuper habitatores eius
viſita, diſſipa, & interfice eque poſt
eos ſunt, ait Dominus, & fac iux-
22 ta omnia quæ præcepi tibi. † Vox
belli in terra, & contritio magna.
23 † Quomodo confractus eſt, & con
tritus malleus vniuerſæ terræ?
quomodo verſa eſt in deſertum
24 Babylon in gentibus? † Illaqueaui
te, & capta es Babylon, & neſcie-
bas: inuenta es & apprehēſa: quo-
25 niam Dominū prouocaſti. † Aperuit Dominus theſaurum ſuum, &
protulit vaſa iræ ſuæ: quoniam o-
pus eſt Domino Deo exercituum
26 in terra Chaldæorum. † Venite
E ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui cōculcent eam:
tollite de via lapides, & redigite
in aceruos, & interficite eam: nec
27 ſit quicquā reliquum. † Diſſipate
vniuerſos fortes eius, deſcendant
in occiſionem: væ eis, quia venit
dies eorum, tempus viſitationis
28 eorum. † Vox fugientiū, & eorum
qui euaſerunt de terra Babylonis:
vt annuntient in Sion vltionem
Domini Dei noſtri, vltionē tem-
29 pli eius. † Annuntiate in Babylo-
nem plutimis omnibus qui ten-
dunt arcum: Conſiſtite aduerſus
eam per gyrum, & nullus euadat:
reddite ei ſecundū opus ſuum: iux
ta omnia quę fecit, facite illi: quia
contra Dominū erecta eſt, aduer-
30 ſum ſanctum Iſrael. † Idcirco ca-
dent iuuenes eius in platēis eius:
& omnes viri bellatores eius con-
ticeſcent in die illa, ait Dominus.
31 † Ecce ego ad te ſuperbe, dicit Do
minus Deus exercituū: quia venit
dies tuus, tempus viſitationis tuę.
32 † Et cadet ſuperbus, & corruet, &

* Carmelā 6.

non

nõn erit qui suscitet eũ:& succendam ignẽ in vrbib⁹ eius,& deuo-
33 rabit omnia in circuitu eius.† Hęc
F dicit Dominus exercituũ, Calumniã sustinent filij Israel & filij Iuda simul: omnes qui ceperũt eos,
34 tenẽt, nolunt dimittere eos.† Redemptor eorum fortis Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terrã,& commoueat habita-
35 tores Babylonis.† Gladi⁹ ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes,
36 & ad sapientes eius. † Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes Illius, qui timebũt.
37 † Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius: & erunt quasi mulieres: gladius ad thesauros e-
38 ius, qui diripientur. † Siccitas super aquas eius erit & arescent: quia terra sculptiliũ est,& in por-
39 tentis gloriantur. † propterea habitabũt dracones cum fatuis sicarijs:& habitabunt in ea struthiones, & nõ inhabitabitur vltrà vsque in sempiternum, nec extruetur vsq; ad generationẽ & gene-
40 rationem. † ‖ Sicut subuertit Do-
Ge.19.c.24 minus Sodomã & Gomorrham,&
Su.49.d.8. vicinas eius, ait Dominus: nõ habitabit ibi vir,& non incolet eam
41 filius hominus.† Ecce populus ve-
G nit ab Aquilone & gens magna, & reges multi consurgent à fini-
42 bus terræ. † Arcum & scutum apprehendent: crudeles sunt & immisericordes: vox eorũ quasi mare sonabit, & super equos ascendent: sicut vir paratus ad prelium
43 contra te filia Babylon. † Audiuit rex Babylonis famam eorum, & dissolutæ sunt manus eius: angustia apprehendit eum dolor quasi
44 parturientem. † Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinẽ robustã: quia subitò currere faciam eum ad illam,& quis erit electus quẽ præponã ei? quis est enim similis mei, & quis sustinebit me?& ‖ quis est iste pa-
45 stor qui resistat vultui meo? † Propterea audite consilium Domini quod mente concepit aduersum Babylonem: & cogitationes eius quas cogitauit super terrã-Chaldæorum, Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum.
46 † A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

Iob.41.a.1. Sup.49.d. 20.

CAP. LI.

1 HÆc dicit Dominus: Ecce ego
A suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt cõtra me, quasi
2 ventũ pestilentẽ.† Et mittã in Babylonem ventilatores,& ventilabunt eam,& demolientur terram eius, quoniã venerunt super eam vndique in die afflictionis eius.
3 † Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus. nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem malitiam eius.
4 † Et cadẽt interfecti in terra-Chaldæorum, & vulnerati in regioni-
5 bus eius. † Quoniam non fuit viduat⁹ Israel & Iuda à Deo suo Domino exercituum: terra autẽ eorũ repleta est delicto à sancto Is-
6 rael. † Fugite de medio Babylonis, *& saluet vnusquisque animam suam: nolite tacere super iniquitatẽ eius: quoniam tempus vltionis * est à Domino, vicissitu-
7 dinẽ ipse retribuet ei. † Calix aureus Babylõ in manu Domini inebrians omnẽ terrã: de vino eius biberunt Gẽtes, & ideo commo-
8 tæ sunt.† ‖ Subitò cecidit Babylõ, & contrita est: vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius,
9 si fortè sanetur. † Curauimus Babylonẽ,& non est sanata: derelinquamus eam: & eam⁹ vnusquisq; in terram suam: quoniam peruenit vsq; ad cælos iudicium eius.

*vt.

*eius.

Isai.21.c.9. Ap.14.b.8.

&

& eleuatum est vsque ad nubes.
10 ‡ Protulit Dominus iustitias no-
B stras: venite & narremus in Sion
11 opus Domini Dei nostri. ‡ Acuite
sagittas, implete pharetras: susci-
tauit Dominus spiritum regũ Me
dorum: & contra Babylonẽ mens
eius est vt perdat eam, quoniam
vltio Domini est, vltio templi sui.
12 ‡ Super muros Babylonis leuate
signum, augete custodiam: leuate
custodes, præparate insidias: quia
cogitauit Dominus, & fecit quæ-
cunq; locutus est contra habita-
13 tores Babylonis. ‡ Quæ habitas
super aquas multas, locuples in
thesauris: venit finis tuus peda-
14 lis præcisionis tuæ ‡ ‖ Iurauit Do-
Am. 6. c. 8. minus exercituum per animam
suam, Quoniam replebo te homi-
nib⁹ quasi brucho, & super te ce-
15 leusma cantabitur. ‡ Qui fecit ter-
ram in fortitudine sua, & præpa-
rauit orbem in sapientia sua, &
16 prudẽtia sua extẽdit cælos. ‡ Dan-
Gen. 1. a. 1. te eo vocem multiplicantur aquę
b. 9. in cælo: ‖ qui leuat nubes ab ex-
Su. 10. b. 12. tremo terræ, ‖ fulgura in pluuiam
Ps. 134. b. 7 fecit. & produxit ventum de the-
17 sauris suis. ‡ Stultus factus est om-
Su. 10. b. 13. nis homo à scientia: confusus est
omnis conflator in sculptili: quia
mendax est conflatio eius, nec est
18 spiritus in eis. ‡ Vana sunt opera,
& risu digna, in tempore visita-
19 tionis suæ peribunt. ‡ Non sicut
hæc, pars Iacob, quia qui fecit om
nia ipse est, & Israel sceptrum hę-
reditatis eius: Dominus exerci-
20 tuum nomen eius. ‡ Collidis tu
C mihi vasa belli, & ego collidam
in te Gentes & disperdam in te
21 regna. ‡ Et collidam in te equum,
& equitem eius: & collidam in
te currum, & ascensorem eius.
22 ‡ Et collidam in te virum & mu-
lierem, & collidam in te senem
& puerum, & collidam in te iu-
23 uenem & virginem. ‡ Et collidam
in te pastorem & gregem eius, &
collidam te agricolam & iugales
eius, & collidã in te duces & ma-
24 gistratus. ‡ Et reddam Babyloni,
& cunctis habitatoribus Chaldęę
omne malum suum quod fecerũt
in Sion, in oculis vestris, ait Do-
25 minus. ‡ Ecce ego ad te mons pe-
stifer, ait Dominus, qui corrum-
pis vniuersam terram: & exten-
dam manum meam super te, &
euoluam te de petris, & dabo te
26 in montem combustionis. ‡ Et nõ
tollent de te lapidẽ in angulum,
& lapidem in fundamenta. sed
perditus in æternum eris, ait Do-
27 minus. ‡ Leuate signum in terra:
clangite buccina in "Gentibus": "mõtibus.
sanctificate super eam Gentes:
annuntiate contra illam regibus
Ararat, Menni, & Ascenez: nume-
rate contra eam Taphsar, adduci-
te equum quasi bruchum aculea-
28 tum. ‡ Sanctificate contra eam
Gentes, reges Mediæ, duces eius,
& vniuersos magistratus eius, cun
29 ctamq; terram potestatis eius. ‡ Et
commouebitur terra, & contur-
babitur: quia euigilabit contra
Babylonem cogitatio Domini, vt
ponat terrã Babylonis desertam
30 & inhabitabilem. ‡ Cessauerunt
D fortes Babylonis à prælio, habita-
uerunt in præsidijs: deuoratum
est robur eorum, & facti sunt qua-
si mulieres: incensa sunt taber-
nacula eius, contriti sunt vectes
31 eius. ‡ Currens obuiam currenti
veniet: & nuntius obuius nun-
tianti: vt annuntiet regi Baby-
lonis quia capta est ciuitas eius à
32 summo vsq; ad summum: ‡ & va-
da præoccupata sunt, & paludes
incensæ sunt igni, & viri bellato-
33 res conturbati sunt. ‡ Quia hæc
dicit Dominus exercituum, Deus
Israel, Filia Babylonis quasi area,
tempus trituræ eius: adhuc mo-
dicum, & veniet tempus messio-
34 nis eius. ‡ Comédit me, deuora-
uit me Nabuchodonosor rex Ba-
bylonis: reddidit me quasi vas
inane: absorbuit me quasi draco,
re-

repleuit ventrem suum teneri-
35 tudine mea,& eiecit me.† Iniquitas aduersum me, & caro mea super Babylonē, dicit habitatio Sion,& sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem.
36 † Propterea hæc dicit Dñs, Ecce ego iudicabo causam tuā: & vlciscar vltionem tuam: & desertum faciam mare eius, & siccabo ve-
37 nam eius. † Et erit Babylon in tumulos,habitatio draconū: stupor & sibilus, eò quòd nō sit ha-
38 bitator. † Simul vt leones rugient,excutient comas veluti catu-
39 li leonū. † In calore eorū ponam potus eorum: & inebriabo eos,vt iocundentur, & dormiant somnum sempiternū, & nō cōsurgant, di-
40 cit Dñs. † Deducam eos quasi agnos ad victimam *quasi arietes
41 cum hœdis. † Quomodo capta est E Sesach,& comprehensa est inclyta vniuersæ terræ? quomodo facta est in stuporem Babylon inter
42 Gentes? † Ascendit super Babylonem mare:multitudine fluctuū
43 eius aperta est. † Factæ sunt ciuitates eius in stuporem:terra inhabitabilis & deserta, terra in qua
44 nullus habitet,nec transeat per eā filius hominis.† Et visitabo super Bel in Babylone, & eijciam quod absorbuerat de ore eius: & nō confluent ad eū vltrà Gentes, siquidē & murus Babylonis cor-
45 ruet. † Egredimini de medio eius populꝰ meus: vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris
46 Dñi. † Et ne forte molleſcat cor vestrum,& timeatis auditum qui audietur in terra:& veniet in anno auditio, & post hunc annum auditio: & iniquitas in terra, & dominator super dominatorem.
47 † Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis,& omnis terra eius cōfundetur,& vniuersi interfecti eius ca-
48 dent in medio eius.† Et laudabūt super Babylonē cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt: qui ab Aquilone veniēt ei prædones, ait
49 Dñs. † Et quomodo fecit Babylon F vt caderent occisi in Israel : sic de Babylone cadēt occisi in vniuer-
50 sa terra.† Qui fugistis gladiū, venite, nolite stare, recordamini procul Dñi, & Ierusalem ascēdat
51 super cor vestrū.† Confusi sumus, quoniā audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies nostras: quia venerūt alieni super sanctifi-
52 cationē domus Dñi.† Propterea ecce dies veniunt,ait Dñs:& visitabo super sculptilia eius, & in Babylo-
omni terra eius mugiet vulnera- nis.
53 tus.† Si ascenderit Babylon in cœlum, & firmauerit in excelso robur suum : à me venient vastato-
54 res eius, ait Dñs. † Vox clamoris de Babylone, & contritio magna
55 de terra Chaldæorum:† quoniam vastauit Dñs Babylonem, & perdidit ex ea vocē magnā : & sonabunt fluctus eorū quasi aquæ multæ:dedit sonitū vox eorū: † Quia
56 venit super eā, id est, super Babylonē prædo , & apprehensi sunt fortes eius,& emarcuit arcus eorū:quia fortis vltor Dñs reddens
57 retribuet. † Et inebriabo principes eius & sapientes eius, & duces eius, & magistratus eius, & fortes eius:& dormient somnum sempiternū , & nō expergiscentur,ait rex,Dñs exercituū nomen
58 eius. † Hęc dicit Dñs exercituum, G Murus Babylonis ille latissimus altissimus subfossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne cōburentur , & labores populorū ad nihilum, & gentiū in ignem erūt & disperiū. † Verbū quod præcepit Ieremias propheta,Saraiæ filio Nerię
59 filij Maasiæ , cùm pergeret cū Sedecia rege in Babylonē, in anno quarto regni eius: Saraias autem
60 erat princeps prophetiæ.† Et scripsit Ieremias omne malum quod venturū erat super Babylonē in libro vno: omnia verba hæc quæ

scripta sunt contra Babylonem.
61 † Et dixit Ieremias ad Saraiam, Cùm veneris in Babylonē, & videris, & legeris omnia verba hęc,
62 † dices, Dñe tu locutus es contra locū istū vt disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine vsq; ad pecus, & vt sit perpetua
63 solitudo. † Cumq; cōpleueris legere librum istum, ligabis ad eū lapidē, & proijcies illū in me-
64 dium Euphraten: † & dices, Sic submergetur Babylon, & nō consurget à facie afflictionis quam ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusq; verba Ieremiæ.

CAP. LII.

1 A Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in
4. Reg. 24. d. 18. Ieruſalem, & nomen matris eius
2. Paral. 36. b. 13. Amital, filia Ieremiæ de Lobna.
(2 † Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioa-
3 cim. † Quoniam furor Domini erat in Ieruſalem & in Iuda, vsquequo proijceret eos à facie suа: & receſſit Sedecias à rege Baby-
4 lonis. † Factum est autem in anno
Ier. 39. a. 1. nono regni eius, in mense deci-
4. Reg. 25. a. 1. mo, decima mensis venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus eius aduersus Ieruſalē, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eā muni-
5 tiones in circuitu. † Et fuit ciuitas obsessa, vsq; ad vndecimum an-
6 nū regis Sedeciæ. † Mense autem
C quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatē: & non erant alimen-
7 ta populo terræ. † Et dirupta est
B ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntq; de ciuitate nocte per viam portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortū regis (Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro) & abierunt per viam quæ ducit in erēmum.
8 † Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedeciam in deserto, quod est iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo.
9 † Cumq; cōprehendissent regē, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblátha, quæ est in terra Emath: & locutus est ad eum
10 iudicia. † Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occi-
11 dit in Reblátha. † Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eū compedibus, & adduxit eū rex Babylonis in Babylonē, & posuit eū in domo carceris vsq; ad diem mor-
12 tis eius. † In mense autē quinto, C decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor regis Babylonis: venit Nabuzardā princeps militiæ, qui stabat corā
13 rege Babylonis in Ieruſalem. † Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Ieruſalem, & omnem domum magnam igne combussit. † Et totum
14 murum Ieruſalem per circuitum destruxit cūctus exercitus Chaldæorum qui erat cum magistro
15 militiæ. † De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod remanserat in ciuitate, & de perfugis qui transfugerant ad regē Babylonis, & cæteros de multitudine, transtulit Nabuzardan
16 princeps militiæ. † De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ in vinitores &
17 agricolas. † Columnas quoq; æreas, quæ erāt in domo Domini, & D bases, & mare æneum quòd erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi: & tulerunt omne æs
18 eorū in Babylonem. † Et lebetes, & cæagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea quæ in ministerio fuerant
19 tulerunt. † Et hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues, & candelabra, & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, aurea: & quotquot argētea, argētea tulit magi-

20 magiſter militiæ. † Colũnas duas,
*& & mare vnũ, *vitulos duodecim
æreos, q̃ erãt ſub baſibus quas fe-
cerat rex Salomon in domo Dñi:
non erat pondus æris omnium
21 horum vaſorum. † De columnis
E autem, decem & octo cubiti alti-
tudinis erant in colũna vna:& fu
niculus duodecim cubitorũ cir-
cuibat eã: porrò groſſitudo eius,
quatuor digitorũ: & intrinſecus
22 caua erat. † Et capitella ſup vtram
que æream:altitudo capitelli vni⁹,
quinq; cubitorũ:& retiacula, &
malogranata ſuper cotonam: in
*Similiter circuitu, omnia ærea *Similiter
erat colũ- columnæ ſecundæ & malograna-
na ſe- (23 ta'. † Et fuerunt malogranata no-
cunda & naginta ſex dependentia: & om-
malogra- nia malogranata centũ retiaculis
nata. (24 circũdabantur. † Et tulit magiſter
Et erãt ſu- militiæ Saraiam ſacerdotem pri-
per capi- mũ, & Sophoniã ſacerdotem ſe-
tellum in cundũ:& tres cuſtodes veſtibuli.
circui- (25 † Et de ciuitate tulit eunuchum
tu omnia vnũ,qui erat præpoſitus ſuper vi
ærea,ſimi- ros bellatores:& ſeptem viros de
liter colũ- his qui videbant faciẽ regis, qui
næ alteri- inuenti ſunt in ciuitate: & ſcribã
us5. principẽ militum, qui probabat
tyrones:& ſexaginta viros de po-
pulo terræ, qui inuenti ſunt in
26 medio ciuitatis. † Tulit autẽ eos
F Nabuzardan magiſter militiæ:&
duxit eos ad regem Babylonis in
27 Reblátha. † Et percuſſit eos rex
Babylonis : & interfecit eos in
Reblátha in terra Emath:& tranſ
28 latus eſt Iuda de terra ſua. † Iſte
eſt populus quẽ tranſtulit Nabu-
chodonoſor:in anno ſeptimo,Iu
dæos tria millia & viginti tres.
29 † In anno octauodecimo Nabu-
chodonoſor de Ieruſalẽ animas
30 octingentas triginta duas. † In an
no viceſimotertio Nabuchodo-
noſor,trãſtulit Nabuzardã magi-
ſter militiæ animas Iudæorũ ſe-
ptingentas quadragintaquinq;.
G oẽs ergo animæ, quatuor millia
31 ſexcentæ. † Et factũ eſt in tricẽſi-
moſeptimo anno tranſmigratio-
nis Ioachin regis Iuda, duodeci-
mo mẽſe, Viceſimaquinta mẽſis,
eleuauit Euil-merodach rex Ba-
bylonis ipſo anno regni ſui, ca-
put Ioachin regis Iudæ: & eduxit
32 eũ de domo carceris. † Et locutus
eſt cũ eo bona : & poſuit thronũ
eius ſuper thronos regũ qui erãt
33 poſt ſe in Babylone. † Et mutauit
veſtimenta carceris eius,& come
debat panẽ coram eo ſemper cũ-
34 ctis diebus vitæ ſuæ. † Et cibaria
eius, cibaria perpetua dabantur
ei à rege Babylonis ſtatuta per
ſingulos dies, vſq; ad diem mor-
tis ſuæ cunctis diebus vitæ eius.

THRENI, ID EST, LAMENTATIONES IEREMIÆ, quæ Hebraicè Cinoth inſcribuntur.

Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & eiulans dixit:

Hæc verba apud lxx. leguntur, nõ autem apud Hebræos.

CAP. 1.

1 QVomodo ſedet ſola ciuitas Aleph.
A plena populo: facta eſt quaſi
vidua domina Gentium ? prin-
ceps prouinciarum facta eſt ſub
tributo.

2 † ‖ Plorans plorauit in nocte,& Beth.
lachrymæ eius in maxillis eius: Ie.13.2.17.
non eſt qui conſoletur eam ex
omnibus charis eius:omnes ami-
ci eius ſpreuerunt eam, & facti
ſunt ei inimici.

3 † Migrauit Iudas propter affli- Ghimel.
ctionẽ,& multitudinẽ ſeruitutis:
habitauit inter Gentes nec inue-

nit requiē: omnes pſecutores ei⁹ apprehēderūt eā inter anguſtias.

4 † Viæ Sion lugent, eò quòd nō
B ſint qui veniāt ad ſolennitatem:
Daleth. Omnes portæ eius deſtructæ: ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.

5 † Facti ſunt hoſtes eius in capi-
He. te, inimici eius locupletati ſunt: quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

6 † Et egreſſus eſt à filia Sion om-
Van. nis decor eius: facti ſunt princi-
C pes ei⁹ velut arietes nō inuenientes paſcua: & abierūt abſq; fortitudine ante faciē ſubſequentis.

7 † Recordata eſt Ieruſalem die-
Zain. rū afflictionis ſuæ, & præuaricationis, omniū deſyderabiliū ſuorum quæ habuerat à diebus antiquis cùm caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator: viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbatha eius.

8 † Peccatum peccauit Ieruſalem,
Heth. propterea inſtabilis facta eſt: omnes qui glorificabant eā, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipſa autem gemēs, & conuerſa eſt retrorſum.

9 † Sordes eius in pedibus eius,
D nec recordata eſt finis ſui: depoſi-
Teth. ta eſt vehementer, non habens conſolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus.

10 † Manum ſuam miſit hoſtis ad
Iod. omnia deſyderabilia eius: quia
G vidit Gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarent in eccleſiam tuam.

11 † Omnis populus eius gemens,
Caph. & quærens panem: dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam. vide Domine & conſydera, quoniam facta ſum vilis.

12 † O vos omnes qui tranſitis per Lamed.
viam, attēdite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniā vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.

13 † De excelſo miſit ignem in oſ- Mem.
E ſibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatā, tota die mœrore confectam.

14 † Vigilauit iugum iniquitatum Nun.
mearum: in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo: infirmata eſt virtus mea: dedit me Dominus in manum de qua non potero ſurgere.

15 † Abſtulit omnes magnificos Samech.
meos Dominus de medio mei: vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

16 † ‖ Ideirco ego plorans, & ocu- Ain.
F lis meus deducens aquas: quia lōge factus eſt à me conſolator conuertens animā meam: facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.

17 † Expandit Sion manus ſuas Phe.
nō eſt qui conſoletur eam: mandauit Dñs aduerſum Iacob, in circuitu eius hoſtes eius: facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos.

18 † Iuſtus eſt Dominus, quia os Sadi.
eius ad iracundiam prouocaui, audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

19 † Vocaui amicos meos, ipſi de- Coph.
G ceperunt me: ſacerdotes mei & ſenes mei in vrbe cōſumpti ſunt: quia quæſierunt cibum ſibi, vt refocillarent animam ſuam.

20 † Vide Domine quoniam tribu- Reſ.
lor, conturbatus eſt venter meus: ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum: foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt. interficit 9.

† Audie-

21 † Audierunt quia ingemiſco,
Sin. ego, & non eſt qui conſoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati ſunt, quoniam tu feciſti: adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei.

22 †Ingrediatur omne malum eo-
Thau. rum coram te, & vindemia eos ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

CAP. II.

1 QVomodo obtexit caligine in
A furore ſuo Dominus filiam
Aleph. Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui?

2 †Præcipitauit Dominus nec pe-
Beth. percit omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius.

3 † Confregit in ira furoris om-
Ghimel. ne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici: & ſuccendit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.

4 † Tetendit arcum ſuum quaſi
B inimicus, firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis: & occidit omne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuam.

5 † Factus eſt Dominus velut ini-
He. micus: præcipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius, diſſipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.

6 †Et diſſipauit quaſi ortum ten-
Vau. torium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuum, obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem & ſabbathũ: & in opprobrium & in indignationem furoris ſui regem & ſacerdotem.

7 † Repulit Dominus altare ſu-
Zain. C um, maledixit ſanctificationi ſuę: tradidit in manus inimici muros turrium eius, vocem dederunt in domo Domini, ſicut in die ſolenni.

8 † Cogitauit Dominus diſſipa-
Heth. re murum filiæ Sion: tetendit funiculum ſuum, & non auertit manum ſuam à perditione: luxitq; ante murale, & murus pariter diſſipatus eſt.

9 † Defixæ ſunt in terra portæ e-
Teth. ius, perdidit & contriuit vectes eius, regem eius & principes eius in Gentibus, non eſt lex, & prophetę eius non inuenerunt viſionem à Domino.

10 † Sederunt in terra, conticue-
Iod. runt ſenes filiæ Sion: conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt cilicijs, abiecerunt in terram capita ſua virgines Ieruſalem.

11 † Defecerunt præ lachrymis o-
Caph. D culi mei, conturbata ſunt viſcera mea, effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritionem filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus & lactens in platęis oppidi.

12 † Matribus ſuis dixerunt, Vbi
Lamed. eſt triticum & vinum? cùm deficerent quaſi vulnerati in platęis ciuitatis: cùm exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

13 †Cui compatabo te? vel cui aſſi-
Mem. milabo te filia Ieruſalem? cui exæquabo te, & conſolabor te virgo filia Sion? magna eſt enim velut mare contritio tua, quis medebitur tui?

14 † Prophetæ tui viderunt tibi
Nun. E falſa & ſtultra: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & eiectiones.

15 †Plauſerunt ſuper te manibus
Samech.

omnes transeuntes per viam: sibi lauerunt & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem, Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decóris, gaudium vniuersæ terræ?

16 †Aperuerunt super te os suum Phe. omnes inimici tui, sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus, en ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus.

17 †‖Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suum Ain. quem præceperat à diebus anti- Le.26.c.16. quis: destruxit, & non pepercit, & d.25. lætificauit super te inimicum, & De.28.b.15 exaltauit cornu hostium tuorum.

18 †‖Clamauit cor eorum ad Do- Sadi. minum super muros filiæ Sion. Ier.14.c.17 ‖Deduc quasi torrentem lachry- Sup.1.f.16. mas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

19 †Consurge, lauda in nocte in Coph. principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini, leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

20 †Vide Domine, & consydera G quem vindemiaueris ita. ergone Res. comedent mulieres fructum suum paruulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos & propheta?

21 †Iacuerunt in terra foris puer Sin. & senex: virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio, interfecisti in die furoris tui: percussisti nec miserrtus es.

22 †Vocasti quasi ad diem solen- Thau. nem: qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret & relinqueretur, quos educaui & enutrini, inimicus meus consumpsit eos.

Rursus ad Dominum misereri Cœpit. CAP. III.

1 EGo vir videns paupertatem A meam in virga indignationis ejus. Aleph.

2 †Me minauit, & adduxit in te- Aleph. nebras: & non in lucem.

3 †Tantùm in me vertit, & con- Aleph. uertit manum suam tota die.

4 †Vetustam fecit pellem meam, Beth. & carnem meam, contriuit ossa mea.

5 †Ædificauit in gyro meo, & cir Beth. cundedit me felle & labore.

6 †In tenebrosis collocauit me: Beth. quasi mortuos sempiternos.

7 †Circumædificauit aduersum Ghimel. me: vt non egrediar, aggrauauit compedem meum.

8 †Sed & cùm clamauero & ro- Ghimel. gauero, excluſit orationem meã.

9 †Concluſit vias meas lapidibus Ghimel. quadris, semitas meas subuertit.

10 †Vrsus insidians factus est mi- Daleth. B hi, leo in *absconditis'. *abscõdito

11 †Semitas meas subuertit, & Daleth. confregit me, posuit me desolatam.

12 †Tetendit arcum suũ, & posuit Daleth. me quasi signum ad sagittam.

13 †Misit in renibus meis filias He. pharetræ suæ.

14 †Factus sum in derisum omni He. populo meo, canticum eorum tota die.

15 †Repleuit me amaritudinibus, He. inebriauit me absynthio.

16 †Et fregit ad numerum dentes Vau. meos, cibauit me cinere.

17 †Et repulsa est *anima mea, ob Vau. litus sum bonorum. *à pace 6.

18 †Et dixi, Perijt finis meus, & Vau. C spes mea à Domino.

19 †Recordare paupertatis & trãs- Zain. gressionis meę, absynthij & fellis.

20 †Memoria memor ero, & tabe- Zain. scet in me anima mea.

21 †Hoc recolens in corde meo, Zain. *ideo sperabo. *in Deo

22 †Misericordiæ Domini quia nõ Heth. sumus consumpti, quia non defecc-

23 fecerunt miserationes eius.
*noui 5. *†Noui diluculo, multa est fides
Heth. tua.
24 †Pars mea Dominus, dixit ani-
Heth. ma mea, propterea expectabo e-
um.
25 †Bonus est Domin' sperantib.
Teth. in eum, animæ quærenti illum.
D. 26 †Bonum est præstolari cum si-
Teth. lentio salutare Dei.
27 †Bonum est viro cùm portaue-
Teth. rit iugum ab adolescentia sua.
Iod. (*se. 28 †Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit* super se.
29 †Ponet in puluere os suum, si
Iod. fortè sit spes.
30 †Dabit percutienti se maxillã,
Iod. saturabitur opprobrijs.
31 †Quia non repellet in sempi-
Caph. ternum Dominus.
32 †Quia si abiecit, & miserebitur
Caph. secundum multitudinem miseri-
cordiarum suarum.
33 †Non enim humiliauit ex cor-
Caph. de suo, & abiecit filios hominum.
34 †Vt contereret sub pedibus su-
Lamed. is omnes vinctos terræ.
35 †Vt declinaret iudicium viri in
Lamed. conspectu vultus Altissimi.
36 † Vt peruerteret hominẽm in
Lamed. iudicio suo, Dominus ignorauit.
Mem. (37 †‖ Quis est iste qui dixit vt fie-
Am. 3. b. 6. ret, Domino non iubente?
Mem. 38. †‖ Ex ore Altissimi non egredi-
Am. 3. b. 6. entur nec mala nec bona?
39 †Quid murmurauit homo vi-
Mem. uens, vir pro peccatis suis?
40 †Scrutemur vias nostras, & quę
Nun. ramus, & reuertamur ad Domi-
num.
41 †Leuemus corda nostra, cũ ma-
Nun. nibus ad Dominum in cælos.
42 †Nos iniquè egimus, & ad ira-
Nun. cundiam prouocauimus: idcirco
tu inexorabilis es.
Samech. 43 †Operuisti in furore, & percus-
sisti nos, occidisti, nec pepercisti.
$ mech. 44 †Opposuisti nubẽ tibi, ne tran-
F. seat oratio.
Lamech. 45 †Eradicationem & abiectionẽ
posuisti me in medio populorum.
46 †Aperuerunt super nos os su- Phe.
um omnes inimici.
47 †Formido & laqueus facta est Phe.
nobis vaticinatio & contritio.
48 †Diuisiones aquarum deduxit Phe.
oculus meus in contritione filiæ
populi mei.
49 †Oculus meus afflictus est, nec Ain.
tacuit, eo quòd non esset requi-
es.
50 †Donec respiceret & videret Ain.
Dominus de cælis.
51 †Oculus meus deprædatus est Ain.
animam meã in cunctis filiabus
vrbis meæ.
52 †Venatione ceperunt me quasi Sadi.
auem inimici mei gratis.
53 †Lapsa est in lacum vita mea, & Sadi.
posuerunt lapidem super me.
54 †Inundauerunt aquæ super ca- Sadi.
put meum, dixi: Perij.
55 † Inuocaui nomen tuum Do- Coph.
mine de lacu nouissimo.
56 †Vocem meam audisti, ne auer- Coph.
tas aurem tuam à singulto meo &
clamoribus.
57 †Appropinquasti in die quan- Coph.
do inuocaui te, dixisti, Ne timeas.
58 †Iudicasti Dñe causam animæ Res.
meæ, redemptor vitæ meæ.
59 † Vidisti Domine iniquitatem Res.
illorum aduersum me: iudica iu-
dicium meum.
60 †Vidisti omnem furorem, vni- Res.
uersas cogitationes eorum aduer
sum me.
61 † Audisti opprobrium eorum Sin.
Domine, omnes cogitationes eo-
rum aduersum me.
62 †Labia insurgentium mihi, & Sin.
meditationes eorum aduersum
me tota die.
63 † Sessionem eorum, & resurre- Sin.
ctionem eorum vide, ego sum
psalmus eorum.
64 † Reddes eis vicem Domine, Thau.
iuxta opera manuum suarum.
65 †Dabis eis scutum cordis labo- Thau.
rem tuum.
66 †Persequêris in furore, & con- Thau.
teres eos sub cælis Domine.

Diua fames fame. CAP. IIII. Omnia cum his in fame: angst.

1 QVomodo obscuratum est au-
A rum, mutatus est color opti-
Aleph. mus, dispersi sunt lapides san-
C ctuarij in capite omnium platea-
rum?

2 † Filj Sion inclyti, & amicti au-
Beth. ro primo: quomodo reputati sunt
in vasa testea, opus manuum fi-
guli?

3 † Sed & lamiæ nudauerunt
Ghimel. mammã, lactauerunt catulos suos, filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto.

4 † Adhæsit lingua lactentis ad
Daleth palatum eius in siti, paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

5 †Qui vescebantur voluptuosè,
He. interierunt in vijs, qui nutrieban
tur in croceis, amplexati sunt stercora.

6 † Et maior effecta est iniquitas
Vau. filiæ populi mei peccato Sodo-
Ge.19.c.24 morum, lquæ subuersa est in mo-
Ie.49.d.18 mento, & non ceperunt in ea
D manus.

7 † Candidiores Nazarei eius ni-
B ue, nitidiores lacte, rubicundio-
Zain. res ebore antiquo, sapphiro pulchriores.

8 †Denigrata est super carbones
Heth. facies eorum, & non sunt cogniti in platéis, adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum.

9 † Melius fuit occisis gladio,
Teth. quàm interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.

10 †Manus mulierum misericor-
Iod. dium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

11 † Compleuit Dominus furo-
Caph. rem suum, effudit iram indignationis suæ, & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

12 †Non crediderunt reges terræ, Lamed.
& vniuersi habitatores orbis: quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem.

†Propter peccata prophetarum Mem.
13 eius, & iniquitates sacerdotum eius qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.

† Errauerunt cæci in platéis, Nun.
14 polluti sunt sanguine, cumque non possent*, tenuerunt lacinias suas. *intrare.

† Recedite polluti, clamauerũt Samech.
15 eis, recedite, abite, nolite tangere, iurgati quippe sunt & commoti, dixerunt inter Gentes, Non addet vltrà vt habitet in eis.

† Facies Domini diuisit eos, Phe.
16 non addet vt respiciat eos, facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.

†Cùm adhuc subsisteremus, de- Ain.
17 fecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem quæ saluare *non poterat. *nos.

†Lubricauerunt vestigia nostra Sadi.
18 D in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

†Velociores fuerunt persecuto Sadi.
19 res nostri aquilis cæli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

† Spiritus oris nostri Christus Res.
20 Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus, In vmbra tua viuemus in Gentibus.

† Gaude & lætare filia Edom Sin.
21 quæ habitas in terra Hus, ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atq; nudaberis.

† Completa est iniquitas tua Thau.
22 filia Sion, non addet vltrà vt trãsmigret te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua.

ORA-

CAP. V.

Oratio Ieremiæ.

1 RECordare Domine quid acci-
A derit nobis: intuere & respi-
2 ce opprobrium nostrum. † Hæ-
reditas nostra versa est ad alienos:
3 domus nostræ ad extraneos. † Pu-
pilli facti sumus absq; patre: ma-
4 tres nostræ quasi viduæ. † Aquam
nostrã pecunia bibimus: ligna no
5 stra pretio comparauimus. † Cer-
13. uicibus nostris minabamur, las-
6 sis nõ dabatur requies. † Ægypto
dedimus manum, & Assyrijs: vt sa
7 turaremur pane. † Patres nostri
peccauerunt, & non sunt: & nos
iniquitates eorum portauimus.
8 † Serui dominati sunt nostri: non
fuit qui redimeret de manu eo-
9 rum. † In animabus nostris affere-
B bamus panem nobis, a facie gla-
10 dij in deserto. † Pellis nostra, quasi
clibanus, exusta est à facie tem-
11 pestatum famis. † Mulieres in Si-
on humiliauerunt, & virgines in
12 ciuitatibus Iuda. † Principes ma-
nu suspensi sunt: facies senum nõ
13 erubuerunt. † Adolescentibus im-
pudicè abusi sunt: & pueri in li-
14 gno corruerunt. † Senes defece-
runt de portis: iuuenes de choro
15 psallentium. † Defecit gaudium
C cordis nostri: versus est in luctum
16 chorus noster. † Cecidit corona ca-
pitis nostri: væ nobis, quia pecca-
17 uimus. † Propterea mœstum fa-
ctum est cor nostrum: ideo con-
18 nebrati sunt oculi nostri: † Pro-
pter mõtem Sion quia disperijt:
19 vulpes ambulauerunt in eo. † Tu
D autem Domine in æternum per-
manebis, solium tuum in genera-
20 tione & generationem. † Quare
in perpetuum obliuiscêris nostri?
derelinques nos in longitudine
21 dierum? † ‖ Conuerte nos Domi- Ier.31.b.
ne ad te, & conuertemur: innoua
dies nostros, sicut à principio.
22 † Sed proijciens repulisti nos,
iratus es contra nos ve-
hementer.

PROPHETIA BARVCH.

CAP. I.

1 HÆC verba libri
A quæ scripsit Baruch, fi
lius Neriæ, filij Maa-
siæ, filij Sedeciæ, filij
Sedei, filij Helciæ in
2 Babylonia, † in anno quinto, in se
ptimo die mensis, in tẽpore quo
ceperunt Chaldæi Ierusalem: &
3 succenderunt eam igni. † Et legit
Baruch verba libri huius ad aures
Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda,
& ad aures vniuersi populi veniẽ
4 tis ad librum: † & ad aures poten-
tium filiorum regum, & ad aures
presbyterorum, & ad aures popu-
li, à minimo vsq; ad maximũ eo-
rum omniũ habitantiũ in Baby-
5 lonia, ad flumen Sodi. † Qui audi
entes plorabant, & ieiunabant, &
6 orabant in cõspectu Domini. † Et
B collegerunt pecuniam, secundum
quod potuit vniuscuiusq; manus:
7 † & miserunt in Ierusalem ad Ioa
cim filiũ Helciæ filij Salon sacer-
dotem, & ad sacerdotes, & ad om-
nem populum q̃ inuenti sunt cũ
8 eo in Ierusalẽ. † cũ acciperet vа- acciperã
sa templa Dñi quæ ablata fuerant

de tẽplo, reuocare in terrã Iuda decima die mensis Siban, vasa argentea quæ fecit Sedecias filius Io
9 siæ rex Iuda, † postea quã cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniã, & principes, & vinctos, & potẽtes, & populũ terræ ab Ie-
4 vinctos. rusalẽ, & duxit eos in Babylonẽ.
10 † Et dixerũt, Ecce misimus ad vos pecunias, de quib. emite holocau tomata, & thus, & facite mãna, & offerte pro peccato ad aram Dñi
11 Dei nostri: † & orate ꝓ vita Nabu chodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint
12 dies eorũ sicut dies cæli super ter- ram: † & vt det Dñs virtutẽ nobis, C & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodono sor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus
13 gratiam in conspectu eorum. † Et pro nobis ipsis orate ad Dñm Deũ nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis vsque in hunc
14 diẽ. † Et legite librũ istum quẽ misimus ad vos recitari in tẽplo Domini, in die solenni, & in die op-
15 portuno: † & dicetis: ‖ Domino
Iust.2.b.6. Deo nostro iustitia: nobis autem confusio faciei nostræ, sicut est dies hæc, omni Iuda & habitantib.
16 in Ierusalẽ. † Regib. nostris, & prin cipib. nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patri-
17 bus nostris. † ‖ Peccauim⁹ ante Do
Dan.9.a.5. minum Deum nostrũ, & nõ credi
18 dimus, diffidẽtes in eũ: † & nõ fui- D mus subiectibiles illi, & nõ audiui mus vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in mandatis eius
19 quæ dedit nobis. † A die qua edu xit patres nostros de terra-Ægypti, vsq; ad diem hanc eramus incredibiles ad Dominum Deũ nostrum: & dissipati recessimus, ne
20 audiremus vocem ipsius. † Et ad-
Deu. 28.b. hæserunt nobis multa mala & ma
15. ledictiones, quæ constituit Domi nus Moysi seruo suo: q̃ eduxit patres nostros de terra-Ægypti, dare nobis terram fluentem lac &
21 mel, sicut hodierna die. † Et non audiuimus vocem Dñi Dei nostri secundum omnia verba propheta rũ quos misit ad nos, - & ad iudi-
22 ces nostros: † & abiuimus vnusquisq; in sensum cordis nostri ma ligni, operari dijs alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

Poena Dei, nemo cuspides extendere palmas.

CAP. II.

1 PROpter quod statuit Dominus
A Deus noster verbum suũ quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros qui iudicauerunt *Israel, *in & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnem Israel,
2 & Iuda: † vt adduceret Dominus super nos mala magna quæ non sunt facta sub cælo quemadmodum facta sunt in Ierusalem, ‖ se- Deu. 28.
cundum quæ scripta sunt in lege 53.
3 Moysi, † vt manducaret homo car
4 nes filij sui, & carnes filiæ suæ. † Et dedit eos sub manu regum omni um qui sunt in circuitu nostro in improperium & in desolationẽ, & in omnibus populis in quibus
5 nos dispersit Dominus. † Et facti sumus subtus & non suprà: quia peccauimus Domino Deo nostro,
6 nõ obaudiendo voci ipsius. † ‖ Do Sup.1.c.
B mino Deo nostro iustitia: nobis autẽ & patribus nostris confusio
7 faciei, sicut est dies hæc. † Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc quæ venerũt super
8 nos: † & non sumus deprecati faci em Domini Dei nostri, vt reuerte remur vnusquisq; nostrũm à vijs
9 nostris pessimis. † Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est Dominus in omnibus operib. suis quæ man
10 dauit nobis. † & non audiuimus vocem ipsius, vt iremus in præceptis Domini quæ dedit ante faciẽ Dan.9.
11 nostrã. † ‖ Et nunc Domine Deus 15.

Isra-

Israel, qui eduxisti populum tuũ de terra Ægypti in manu valida, & in signis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste. † peccauimus, impiè C egimus, iniquè gessimus Domine Deus noster, in omnibus iustitijs tuis. † Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes, vbi dispersisti nos. † Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt: † vt sciat omnis terra quia tu es Dominus Deus noster, D & quia nomen tuum inuocatũ est super Israel, & super genus ipsius. † Respice Domine de domo sancta tua in nos. & inclina aurem tuam, & exaudi nos. † ‖ Aperi oculos tuos & vide: quia ‖ non mortui q sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem & iustificationem Dño: † sed anima quæ tristis est super magnitudinem mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & iustitiam Dño. † Quia non secundum iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus' misericordiam ante conspectum tuum Domine Deus noster: † sed quia misisti iram tuam, & furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum, † dicẽs: Sic dicit Dominus, ‖ Inclinate humerum vestrum & ceruicẽ vestram, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. † Quòd si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ: defectionem vestram faciam de ciuitatib. Iuda, & à foris Ierusalem, † & auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij & vocem sponsi, & vocẽ sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantib. eam. † & non audierunt vocem tuam, vt operarẽtur regi Babylonis: & statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, vt transferrentur ossa regum nostrorum & ossa patrũ nostrorum de loco suo, † & ecce proiecta sunt in calore solis, & in gelu noctis: & mortui sunt in doloribus pessimis in fame, & in gladio, & in emissione. † Et posuisti templũ, in quo inuocatum est nomen tuum in ipso, sicut hæc dies, propter iniquitatem domus Israel, & domus Iuda. † Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundum omnem bonitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam: † sicut locut' es in manu pueri tui Moysi in die qua præcepisti ei scribere legẽ tuam corã filijs Israel, † dicens, ‖ Si non audieritis vocẽ meam, multitudo hæc magna cõuertetur in minimam inter gentes, quò ego eos dispergam: † quia scio quòd me nõ audiet populus. populus est enim dura ceruice: & conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ: † & scient quia ego sum Dominus Deus eorum: & dabo eis cor, & intelligent: & aures, & audient. † Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ, & memores erunt nominis mei. † Et auertent se à dorso suo duro, & à malignitatibus suis: quia reminiscentur viam patrum suorum qui peccauerunt in me. † Et reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorum Abraham, Isaac, & Iacob, & dominabuntur eius: & multiplicabo eos, & non minorabuntur. † Et statuam illis testamentum alterum sempiternũ, vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non mouebo amplius populum meum filios Israel à terra quam dedi illis.

Deu. 26. c. 15. Isa. 63. d. 15. 64. c. 9. Ps. 115. d. 17. Leu. 26. b. 14. Deu. 28. b. 15. Ier. 27. b. 8. b. 11. * fecerit nec

CAP.

CAP. III.

3 ET nunc Domine omnipotens,
A Deus Israel, anima in angu-
stijs,& spiritus anxius clamat ad
2 te: † audi Dñe, & miserere, quia
Deus es misericors, & miserere
nostri: quia peccauimus ante te.
3 † Quia tu sedes in sempiternum,
4 & nos peribimus in æuum? † Do-
mine omnipotēs Deus Israel, au-
di nūc orationē mortuorū Israel,
& filiorū ipsorū qui peccauerunt
ante te,& non audierunt vocēDo
mini Dei sui, & agglutinata sunt
5 nobis mala.† Noli meminisse ini-
quitatum patrum nostrorum,sed
memento manus tuæ & nominis
6 tui in tēpore isto:† quia tu es Dñs
Deus noster,& laudabimus te Do
7 mine, † quia propter hoc dedisti
timorem tuum in cordibus no-
stris, & vt inuocemus nomen tu-
um,& laudemus te in captiuitate
nostra, quia conuertimur ab ini-
quitate patrum nostrorū qui pec
8 cauerunt ante te. † Et ecce nos in
captiuitate nostra sumus hodie,
qua nos dispersisti in improperi-
um,& in maledictum,& in pecca
tū,secundū oēs iniquitates patrū
nostrorū qui recesserunt à te Dñe
9 Deus noster.† Audi Israel manda
B ta vitæ:auribus percipe, vt sciatis
10 prudentiam. † Quid est Israel q
11 in terra inimicorum es? † inuete-
rasti in terra aliena, coinquinat
es cū mortuis: deputatus es cum
12 descendentibus in infernum.† De
13 reliquisti fontem sapientiæ. † nā
si in via Dei ambulasses, habitas-
14 ses vtiq; in pace super terrā.† Disce vbi sit prudētia, vbi sit virtus,
vbi sit intellectus:vt scias simul v-
bi sit longiturnitas vitæ & victus,
ybi sit lumen oculorum & pax.
15 † Quis inuenit locum eius?& quis
16 intrauit in thesauros eius? † Vbi
sunt principes Gentium, & qui
dominantur super bestias quæ
17 sunt super terram? † qui in auibus
18 cæli ludunt, † qui argentum the-
saurizant, & aurum in quo con-
fidunt homines, & non est finis
acquisitionis eorum? qui argen-
tum fabricāt & soliciti sunt, nec
19 est inuentio operum illorū? † ex-
terminati sunt, & ad inferos de-
scenderūt,& alij loco eorum exur
20 rexerūt.† Iuuenes viderunt lumē
C & habitauerunt super terram: via-
am autē disciplinę ignorauerunt,
21 † neq; intellexerunt semitas eius,
neq; filij eorum susceperunt eā,
à facie ipsorum longē facta est:
22 † nō est audita in terra Chanáan,
23 neque visa est in Theman. † Filij
quoq; Agar qui exquirunt prudē
tiam quæ de terra est, negotiato-
res terræ,& Theman,& fabulato-
res, & exquisitores prudentiæ &
intelligentiæ:viam autem sapien
tiæ nescierunt: neq; cōmemorati
24 sunt semitas eius.† O Israel,quàm
magna est domus Dei, & ingens
25 locus possessionis eius:† Magnus
est,& non habet finem: excelsus
26 & immensus.† Ibi fuerunt gigan-
tes nominati illi qui ab initio fue
runt,statura magna, scientes bel-
27 lum.† Non hos elegit Dñs,neque
viā disciplinæ inuenerunt: pro- dedit il-
pterea perierūt. † Et quoniam nō lis 3.
habuerunt sapientiam, interie-
runt propter suam insipientiam.
29 † Qui ascendit in cælū, & accepit
30 eā,& deduxit eā de nubib. † Quis
D transfretauit mare, & inuenit il-
lam,& attulit illam super aurum
31 electum?† Non est qui possit scire
vias eius,neque qui exquirat se-
32 mitas eius:† sed qui scit vniuersa,
nouit eam,& adinuenit eam pru-
dētia sua: qui præparauit terrā in
æterno tēpore,&repleuit eam pe
33 cudib. & quadrupedib.† qui emi
tit lumen, & vadit : & vocauit
illud, & obedit illi in tremore.
34 † Stellæ autem dederunt lumen
in custodijs suis, & lætatæ sunt:
35 † vocatæ sunt, & dixerunt. Ad-
sumus, & luxerunt ei cum iucun-
ditate,

36 ditate, qui fecit illas. † Hic est
Deus noster, & non æstimabitur
37 alius aduersus eum. † Hic adinue-
nit omnem viam disciplinæ, &
tradidit illam Iacob puero suo, &
38 Israel dilecto suo. † Post hæc in
terris visus est, & cum hominibus
conuersatus est.

CAP. IIII.

1 A Hic liber mandatorum Dei, &
lex quæ est in æternum: om-
nes qui tenent eam, perueniẽt ad
vitam: qui autem dereliquerunt
2 eam, in mortem. † Conuertere Ia-
cob, & apprehende eam, ambula
per viam ad splendorem eius cõ-
3 tra lumen eius. † Ne tradas alteri
gloriam tuam, & dignitatẽ tuam
4 genti alienæ † Beati sumus Israel:
quia quæ Deo placent, manifesta
5 sunt nobis. † Animequior esto po-
pulus Dei, memorabilis Israel:
6 † vænundati estis Gentibus, non
in perditionẽ: sed propter quod
in ira Dei ad iracundiam prouo-
castis Dominum, traditi estis ad-
7 uersarijs. † Exacerbastis enim eum
B qui fecit vos, Deum æternum, im-
molantes dæmonijs, & non Deo.
8 † Obliti enim estis eum qui nu-
triuit vos, & contristastis nutri-
9 cem vestram Ierusalem. † Vidit e-
nim iracundiam à Deo veniẽtem
vobis, & dixit: Audite confines
Sion: adduxit enim mihi Deus lu-
10 ctum magnum: † vidi enim capti-
uitatem populi mei, filiorũ meo-
rum & filiarum, quam superdu-
11 xit illis æternus. † Nutriui enim
illos cum iucunditate: dimisi au-
12 tem illos cum fletu & luctu. † Ne-
mo gaudeat super me viduam &
desolatam: à multis derelicta sum
propter peccata filiorum meorũ,
quia declinauerunt à lege Dei.
13 † Iustitias autẽ ipsius nescierunt,
C nec ambulauerunt per vias man-
datorum Dei, neque per semitas
veritatis eius cum iustitia ingres-
14 si sunt. † Veniant confines Sion,
& memorentur captiuitatem fi-
liorum & filiarũ mearum, quam
15 superduxit illis æternus. † Adduxit enim super illos gentẽ de longinquo, gẽtẽ improbã, & alterius
linguæ: † qui non sunt reuerti se-
nem, neq; puerorũ miserti sunt,
& adduxerunt dilectos viduæ, &
16 à filijs vnicam desolauerunt. † Ego
17 autem quid possum adiuuare vos?
† Qui enim adduxit super vos ma-
la, ipse vos eripiet de manibus
18 inimicorum vestrorum. † Ambu-
late filij, ambulate: ego enim de-
19 relicta sum sola. † Exui me stola
D pacis, indui autem me sacco ob-
secrationis, & clamabo ad Altissi-
20 mum in diebus meis. † Animæ-
quiores estote filij, clamate ad Do
minum, & eripiet vos de manu
21 principum inimicorum. † Ego e-
nim speraui in æternum salutem
vestram: & venit mihi gaudium à
sancto super misericordia, quæ
veniet vobis ab æterno salutari
22 nostro. † Emisi enim vos cum lu-
ctu & ploratu: reducet autem vos
mihi Dominus cum gaudio & iu-
23 cunditate in sempiternum. † Sicut
E enim viderunt vicinę Sion captiuitatem vestram à Deo: sic vide-
bunt & in celeritate salutem ve-
strã à Deo, quæ superueniet vo-
bis cum honore magno, & splen-
25 dore æterno. † Filij patienter su-
F stinete iram, quæ superuenit vo-
bis: persecutus est enim te inimi-
cus tuus, sed citò videbitis perdi-
tionem ipsius: & super ceruices
26 ipsius ascẽdes. † Delicati mei am-
bulauerunt vias asperas: ducti
sunt enim vt grex direptus ab ini
27 micis. † Animæquiores estote filij,
& proclamate ad Dominum, erit
enim memoria vestra ab eo qui
28 duxit vox. † Sicut enim fuit sen-
F sus vester vt erraretis à Deo: de-
cies tantùm iterum conuertentes
29 requiretis eum. † Qui enim indu-
xit vobis mala, ipse rursum addu-
cet vobis sempiternam iucundi-
ta-

30 tatem cum salute vestra. † Animę-
quior esto Ierusalem: exhortatur
31 enim te qui te nominauit. † No-
centes peribunt, qui te vexaue-
runt: & qui gratulati sunt in tua
32 ruina, puniẽtur. † Ciuitates quib⁹
seruierũt filij tui, puniẽtur: & quę
33 accepit filios tuos. † Sicut enim
gauisa est in tua ruina, & lætata
est in casu tuo: sic contristabitur
34 in sua desolatione. † Et amputa-
bitur exultatio multitudinis eius,
& gaudimoniũ eius erit in luctũ.
35 † Ignis enim superueniet ei ab æ-
terno in longiturnis diebus, & ha
bitabitur à dæmonijs in multitu-
36 dine temporis. † Circumspice Ie-
Infr.5.b.5. rusalem ad Orientem, & vide iu-
cunditatem à Deo tibi venientẽ.
37 † Ecce enim veniunt filij tui quos
dimisisti dispersos: veniunt col-
lecti ab Oriente vsq; ad Occiden-
tem, in verbo sancti gaudentes in
honorem Dei.

CAP. V.

1 EXue te Ierusalẽ stola luctus &
A vexationis tuę: & indue te de-
cõre & honore eius quæ à Deo ti-
2 bi est sempiterna gloria. † Circun-
dato te diploide à Deo iustitiæ, &
impone mitram capiti tuo hono-
3 ris æterni. † Deus enim ostendet
splẽdorem suum in te, qui sub cæ-
4 lo est. † Nominabitur enim tibi
nomen tuum à Deo in sempiter-
num, Pax iustitiæ & honor pieta-
5 tis. † Exurge Ierusalem & sta in
B excelso: & circunspice ad Orien-
Su.4.g.36. tem, & vide collectos filios tuos
ab Oriente sole vsq; ad Occiden-
tem, in verbo sancti gaudentes
6 Dei memoria. † Exierunt enim abs
te pedibus ducti ab inimicis: ad-
ducet autem illos Dominus ad te
portatos in honorem sicut filios
7 regni. † Constituit enim Deus hu-
C niliare omnem montem excel-
sum, & rupes perennes, & cõual-
les replere in æqualitatem terræ:
vt ambulet Israel diligenter in
8 honorem Dei. † Obumbrauerunt
D autem & syluæ, & omne lignum
9 suauitatis Israel mãdato Dei. † Ad-
ducet enim Deus Israel cum iu-
cunditate in lumine maiestatis
suæ cum misericordia & iustitia
quæ est ex ipso.

CAP. VI.

EXEMPLAR epistolę quam
misit Ieremias ad * abducendos * abductos
captiuos in Babyloniam à Rege 14.
Babyloniorum, vt annuntiaret
illis secundum quod præceptum
est illi à Deo.

1 PROpter peccata quę peccastis Ier.25.b.9.
A ante Deum abducemini in Ba-
byloniam captiui à Nabuchodo-
2 nosor rege Babyloniorum. † Ingressi itaq; in Babylonẽ, eritis ibi
annis plurimis & temporibus lõ-
gis vsq; ad generationes septem:
post hoc autem educam vos inde
3 cum pace. † ‖ Nunc autem videbi- Isai.44.b.
tis in Babylonia deos aureos & ar 10.46.b.6.
genteos, & lapideos & ligneos in c.7.
humeris portari, ostentantes me-
4 tum Gentibus. † Videte ergo ne
& vos similes efficiamini factis a-
lienis, & metuatis, & metus vos
5 capiat in ipsis. † Visa itaque turba
de retro & ab ante adorantes, di-
cite in cordibus vestris: Te opor-
6 tet adorari Domine. † Angelus e-
nim meus vobiscum est: ipse autẽ
7 exquirã animas vestras. † Nã lin-
gua ipsorũ polita à fabro, ipsa etiã
inaurata & inargẽtata falsa sunt:
8 & nõ possunt loqui. † Et sicut vir-
gini amanti ornamenta: ita acce-
9 pto auro fabricati sunt. † Coronas
certè aureas habent super capita
sua dij illorum: vnde subtrahunt
sacerdotes ab eis aurum & argen-
tum, & erogãt illud in semetipsis.
10 † Dant autẽ & ex ipso prostitutis,
& meretrices ornant: & iterũ cùm
B receperint illud à meretricibus,
11 ornant deos suos. † Hi autem non
liberantur ab ærugine & tinea.
12 † Opertis aũt illis veste purpurea,
ex-

extergunt faciē ipsorum propter
puluerē domus, qui est plurimus
13 inter eos. † Sceptrū autem habet
vt homo, sicut iudex regionis, qui
14 in se peccantē nō interficit. † Ha-
bet etiam in manu gladium & se-
curim: se autē de bello & à latro-
nibus nō liberat. Vnde vobis no-
15 tum sit, quia nō sunt dij. † Nō ergo
*timueritis. 'veneremini' eos. Sicut enim vas
hominis confractū inutile effici-
16 tur: tales sunt & dij illorū. † Con-
stitutis illis in domo, oculi eorum
pleni sunt puluere à pedibus in-
17 troëuntium. † Et sicut alicui qui
regem offendit, circumseptę sunt
ianuæ, aut sicut ad sepulchrū ad-
ductum mortuum: ita tutātur sa-
cerdotes ostia clausuris & seris, ne
18 à latronibus expolientur. † Lucer-
nas accendunt illis, & quidē mul-
tas, ex quibus nullam videre pos-
sunt: sunt autē sicut trabes in do-
19 mo. † Corda verò eorum dicunt
elingere serpentes qui de terra
sunt, dum comedunt eos & vesti-
mentū ipsorum, & non sentiunt.
20 † Nigræ fiunt facies eorū à fumo,
21 qui in domo fit. † Supra corp⁹ eo-
C rum, & supra caput eorum volant
noctuæ & hirūdines, & aues etiā,
22 similiter & cattæ. † Vnde sciatis
quia non sunt dij. Ne ergo timue-
23 ritis eos. † Aurum etiam quod ha-
bent, ad speciem est. Nisi aliquis
exterserit ęruginem, non fulge-
bunt: neq; enim dum conflaren-
24 tur, sentiebant. †‖ Ex omni pretio
Isa.46.b.6. c.7. empta sunt, in quibus spiritus nō
25 inest ipsis. † Sine pedibus ‖ in hu-
Sup.6.a.3. meris portantur, ostentantes ig-
nobilitatē suam hominibus. Con
fundantur etiam qui colunt ea.
26 † Propterea si ceciderint in ter-
ram, à semetipsis nō consurgunt,
neq; si quis eum statuerit rectū,
per semetipsum stabit: sed sicut
*humeri. mortuis 'munera eorum' illis ap-
27 ponentur. † Hostias illorum ven-
dunt sacerdotes ipsorum, & ab-
utuntur: similiter & mulieres eo-
rum decerpentes, neq; infirmo,
neq; mendicanti aliquid imper-
28 tiunt, † de sacrificijs eorum fœtæ
& menstruatæ cōtingunt. Scien-
tes itaq; ex his quia non sunt dij,
29 ne timeatis eos. † Vnde enim vo-
cantur dij? Quia mulieres appo-
nunt dijs argēteis & aureis, & li-
30 gneis: † & in domibus eorum sa-
cerdotes sedent, habentes tuni-
cas scissas, & capita & barbam ra-
31 sam, quorū capita nuda sunt. † Ru-
giunt autem clamantes contra
deos suos, sicut in cœna mortui.
32 † Vestimenta eorum auferunt sa-
cerdotes, & vestiunt vxores suas
33 & filios suos. † Neq; si quid mali
D patiuntur ab aliquo, neq; si quid
boni, poterunt retribuere: neque
regem constituere possunt, neq;
34 auferre. † Similiter neq; dare di-
uitias possunt, neq; malum retri-
buere. Si quis illis votum vouerit,
& non reddiderit: neque hoc re-
35 quirunt. † Hominem à morte non
liberant, neq; infirmum à poten-
36 tiori eripiunt. † Hominē cæcum
ad visum non restituunt: de ne-
cessitate hominem non libera-
37 bunt. † Viduę non miserebuntur,
38 neq; orphanis benefacient. † La-
pidibus de monte similes sunt dij
illorum, lignei & lapidei, & aurei
& argentei. Qui autem colunt ea,
39 confundentur. † Quomodo ergo
æstimandū est, aut dicēdum illos
40 esse deos? † Adhuc enim ipsis Chal
dęis nō honorantibus ea: qui cùm
audierint mutum nō posse loqui,
offerunt illud ad Bel, postulantes
41 ab eo loqui: † quasi possint sentire
qui nō habent motū. & ipsi cū in-
tellexerint, relinquentea: sensum
enim nō habent ipsi dij illorum.
42 † Mulieres autē circundatæ suni-
bus, in vijs sedent, succendentes,
43 ossa oliuarū. † Cum autem aliqua
E ex ipsis attracta ab aliquo transi-
eunte dormierit cum eo, proxi-
mæ suæ exprobrat quòd ea nō sit
digna habita, sicut ipsa, neque su-
nis

nis eius diruptus sit. † Omnia autē quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicēdum est illos esse deos? † A fabris autem & ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes. † Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Nunquid ergo possunt ea quæ fabricata sunt ab ipsis, esse dij? † Reliquerunt autem falsa & opprobrium posteà futuris. † Nam cùm superuenerit illis prælium, & mala: cogitāt sacerdotes post se, vbi se abscondant cū illis. † Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberant, neq; de malis se eripiunt? † Nam cùm sint lignea, & inaurata, & inargentata, scietur posteà quia falsa sunt, ab vniuersis Gētibus & regibus quæ manifesta sunt quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis. † Vnde ergo notum est, quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipsis est? † Regem regioni non suscitant, neq; pluuiam hominibus dabunt. † Iudicium quoque non discernent, neq; regiones liberabunt ab iniuria. quia nihil possunt, sicut cornicula inter medium cæli & terræ. † Etenim cùm inciderit ignis in domum deorum ligneorum & argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur: ipsi vero sicut trabes in medio comburentur. † Regi autem & bello non resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiēdum quia dij sunt. † Non à furibus, neque a latronibus se liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui fortiores sunt. † Aurum & argentū, & vestimentum quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent. † Itaq; melius est esse regem ostentántem virtutem suam; aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostium in domo, quod custodit quę in pace sunt: quam falsi dij. † Sol quidē & luna, ac sydera cùm sint splendida & emissa ad vtilitates, obaudiunt. † Similiter & fulgur cùm apparuerit, perspicuum est: idipsum autem & spiritus in omni regione spirat. † Et nubes quibus cum imperatum fuerit a Deo perambulare in vniuersum orbē, perficiunt quod imperatū est eis. † Ignis etiam missus désuper vt consumat montes & syluas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem, neq; speciebus, neq; virtutibus vni eorū similia sunt. † Vnde neq; existimandum est, neq; dicendum illos esse deos, quando non possunt neq; iudicium iudicare, neq; quicquam facere hominibus. † Scientes itaq; quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos. † Neq; enim regibus maledicent, neq; benedicent. † Signa etiam in cælo Gentibus non ostēdunt, neq; vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna. † Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi. † Nullo itaq; modo nobis est manifestum quia sunt dij: propter quod ne timeatis eos. † Nā sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dij illorum lignei, & argentei, & inaurati. † Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris similes sunt dij illorum lignei, & inaurati, & inargentati. † A purpura quoque & marmore quæ supra illos teneant, scietis itaq; quia non sunt dij. Ipsi etiam postremò comeduntur, & erunt opprobrium in regione. † Melior est homo iustus qui non habet simulachra: nam erit longe ab opprobrijs.

PRO-

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAP. I.

1 A Inf. 3. f. 23. 9. d. 20. ET factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: cùm essem in medio captiuorũ ‖ iuxta fluuiũ Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visio-
2 nes Dei. ‡ In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigratio
3 nis regis Ioachin, ‡ factũ est verbũ Dñi ad Ezechielem filiũ Buzi sacerdotẽ in terra Chaldæorum, ‖ secus flumen Chobar: & facta Inf. 3. f. 23. 9. d. 20.
4 est super eũ ibi manus Dñi. ‡ Et
B vidi, & ecce ventus turbinis ve-



Addita quadrimgis animis rota, flamine currit.

niebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est,
5 de medio ignis. ‡ & ex medio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo
6 hominis in eis. ‡ Et quatuor faci-
7 es vni: & quatuor pennæ vni. ‡ Et pedes eorũ pedes recti, & planta pedis eorũ quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æ-
8 ris candentis. ‡ Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per
9 quatuor partes habebant. ‡ Iun-
C ctęq; erat pennę eorũ alterius ad alterũ. non reuertebantur cũ incederent: sed vnũquodq; ante fa-
10 ciem suã gradiebatur. ‡ Similitudo aũt vultus eorũ, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorũ quatuor: facies aũt bouis, à sinistris ipsorũ quatuor: & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor: ~.6.
11 ‡ Et facies eorum, & pennæ eorũ extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ te-
12 gebant corpora eorũ: ‡ & vnumquodq; eorũ coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritꝰ, illuc gradiebantur: nec reuerte-

bătur cũ ambularẽt. †Et similitudo animaliũ, & aspectus eorum
D quasi carbonum ignis ardentium,& quasi aspectus lampadarũ. Hæc erat visio discurrens in medio animaliũ splendore ignis, &
de igne fulgur egrediens.†Et animalia ibãt & reuertebantur in similitudinẽ fulguris coruscantis.
† Cumq; aspicerẽ animalia, apparuit rota vna super terrã iuxta animalia habens quatuor facies.
† & aspectus rotarũ, & opus earũ quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera, quasi sit rota in
medio rotæ.† Per quatuor partes earum euntes ibant:& non reuertebantur cùm ambularent. †Statura quoq; erat rotis,& altitudo,
Inf.9.c.12. & horribilis aspectus: ‖ & totum corpus oculis plenum in circuitu
ipsarum quatuor.† Cumq; ambularent animalia,ambulabant pa-
E riter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra,eleuabantur simul & rotæ.† Quocunq; ibat spiritus illuc eunte spiritu, & rotę pariter elenabãtur,sequẽtes eũ.Spiritus enim vitæ erat in
rotis.† Cũ euntibus ibant:& cum stantibus stabant : & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ,sequẽtes ea: quia spiritus vitę erat in rotis.† Et simili-
F tudo super capita animalium,firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & exeũti super capita
eorũ dẽsuper. † Sub firmamento aũt pennæ eorũ rectè alterius ad alterum vnumquodq; duabus alis velabat corpus suum, & alte-
tũ similiter velabatur.† Et audiebam sonum alarum,quasi sonum aquarũ multarum, quasi sonum sublimis Dei cùm ambularent, quasi sonus erat multitudinis vt
sonus castrorũ. cumq; starent demittebantur pennæ eorum. † Nã cùm fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorũ,
stabat,& submittebant alas suas.
† Et super firmamentum quod
G erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni,similitudo quasi
aspectus hominis dẽsuper.† Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitũ, à lumbis eius & dẽsuper: & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis
splendentis in circuitu. † Velut aspectum arcus cùm fuerit in nube in die pluuiæ,hic erat aspectus splendoris per gyrum.

CAP. II.

HÆc visio similitudinis gloriæ
A Domini. & vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me,Fili hominis sta super pedes tuos, & lo-
quar tecum. † Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos : & audiui loquentem ad
me, † & dicentem, Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad
B Gentes apostatrices, quæ recesserunt à me, * patres eorũ præuaricati sunt pactũ meum vsq; ad diẽ
hanc.† Et filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te:& dices ad eos, Hæc di-
cit Dñs Deus,† Si fortè vel ipsi audiant,& si fortè quiescant, quo-
C niã domus exasperãs est:& scient quia propheta fuerit in medio
eorũ.† Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neq; sermones eorum metuas:quoniã increduli & subuersores sunt tecum,& cum scorpionibus habitas. verba eorũ ne
timeas, & vultus eorũ ne formides:quia domus exasperãs est.
† Loquéris ergo verba mea ad
eos,si fortè audiant,& quiescant: quoniam irritatores sunt. † Tu
autem fili hominis audi quæcũq; loquor ad te: & noli esse exaspe-

rans

D rans ſicut dom⁹ exaſperatrix eſt:
aperi os tuum,& comede quæcũ-
9 que ego do tibi. † Et vidi,& ecce
manus miſſa ad me, in qua erat
10 inuolutus liber:† & expandit illũ
Apo.5.a.1. coram me,‖ qui erat ſcriptus in-
tus & foris:& ſcriptæ erant in eo
lamẽtationes,& carmen, & væ.

CAP. III.

1 ET dixit ad me, Fili hominis
A quodcunq; inueneris come-
de:comede volumen iſtud, & va-
2 dens loquere ad filios Iſrael. † Et
aperui os meum, & cibauit me
volumine illo,& dixit ad me,Fili
3 hominis venter tuus comedet,& ſ
viſcera tua complebuntur volu-
Apo.10.d. 9.d.10. mine iſto, quod ego do tibi. ‖ Et
comedi illud:& factum eſt in ore
4 meo ſicut mel dulce.† Et dixit ad
me, Fili hominis vade ad domũ
Iſrael, & loquêris verba mea ad
5 eos:† Non enim ad populum pro
fundi ſermonis,& ignotæ linguę
6 tu mitteris,ad domũ Iſrael,†neq;
ad populos multos profundi ſer-
monis & ignotæ linguæ quorum
non poſſis audire ſermones: & ſi
ad illos mitteris,ipſi audirent te.
7 † Domus autem Iſrael nolunt
audire te:quia nolunt audire me.
omnis quippe domus Iſrael attri
8 ta fronte eſt,& duro corde.† Ecce
B dedi faciẽ tuam valentiorẽ facie-
bus eorũ,& frontem tuã duriorẽ
9 frontibus eorum.† Vt adamãtem
& vt ſilicẽ dedi faciẽ tuam: ne ti-
meas eos,neq; metuas à facie eo-
10 rũ:quia domus exaſperãs eſt. † Et
dixit ad me,Fili hominis, omnes
ſermones meos quos loquor ad
te, aſſume in corde tuo, & auri-
11 bus tuis audi.† & vade,ingredere
ad tranſmigrationẽ ad filios po-
C puli tui,& loquêris ad eos, & di-
ces eis,Hæc dicit Dominus Deus:
12 ſi fortè audiant & quieſcant. † Et
aſſumpſit me ſpiritus, & audiui
poſt me vocem commotionis ma
gnæ. Benedicto gloria Domini
13 de loco ſuo.† & vocem alarũ ani-
maliũ percutientium alterã ad al
terã,& vocẽ rotarũ ſequentiũ a-
nimalia, & vocem commotionis
14 magnæ. † Spiritus quoq; leuauit
me,& aſſumpſit me: & abij amа-
rus in indignatione ſpiritus mei:
D manus enim Domini erat mecũ,
15 confortans me. † Et veni ad trãſ-
migratiouem ad Aceruum no-
uarum frugum, ad eos qui habita
bant iuxta flumen Chobar: & ſe-
di vbi illi ſedebant: & manſi ibi
ſeptẽ diebus mœrens in medio
16 eorum. † Cùm aũt pertranſiſſent
ſeptẽ dies,factum eſt verbum Do
17 mini ad me,dicens: † ‖ Fili homi- Inf. 33.b.7
nis, ſpeculatorem dedi te domui
Iſrael:& audies de ore meo ver-
18 bũ,& annuntiabis eis ex me. † Si
dicente me ad impium, Morte
E morieris:nõ annuntiaueris ei,ne
que locutus fueris vt auertatur à
via ſua impia,& viuat: ipſe impi-
us in iniquitate ſua morietur,ſan
guinẽ autem eius de manu tua re
19 quirã.† Si autẽ tu annuntiaueris
impio,& ille nõ fuerit cõuerſus
ab impietate ſua, & à via ſua im-
pia: ipſe quidẽ in iniquitate ſua
morietur,tu autẽ animam tuam
20 liberaſti.† Sed & ſi conuerſus iu-
ſtus à iuſtitia ſua fuerit,& fecerit
iniquitatẽ: ponã offendiculũ co-
rã eo, ipſe morietur:quia nõ an-
nuntiaſti ei, in peccato ſuo mo-
rietur,& nõ erunt in memoria iu
ſtitiæ eius quas fecit: ſanguinem
21 verò ei⁹ de manu tua requirã.† Si
F aũt tu annũtiaueris iuſto vt non
peccet iuſtus, & ille nõ peccaue-
rit:viuẽs viuet, quia annuntiaſti
22 ei,& tu animã tuã liberaſti.† Et fa
ctа eſt ſup me manus Dñi, & di-
xit ad me,Surgẽs egredere in cã-
23 pũ,& ibi loquar tecũ. † Et ſurgẽs
egreſſus ſum in campum: & ecce
ibi gloria Dñi ſtabat, quaſi gloria
‖ quam vidi iuxta fluuiũ Chobar: Sup.1.a.3.
24 & cecidi in faciem meam. † Et c.4.
ingreſſus eſt in me ſpiritus, &

statuit me super pedes meos: &
locutus est mihi, & dixit ad me,
Ingredere, & includere in medio
25 domus tuæ. † Et tu fili hominis,
G ecce data sunt super te vincula, &
ligabunt te in eis: & non egredie
26 ris in medio eorum. † Et linguam
tuam adhærere faciam palato
tuo, & eris mutus, nec quasi vir
obiurgans: quia domus exaspe-
27 rans est. † Cùm autē locutus fue-
ro tibi, aperiam os tuum, & dices
ad eos, Hæc dicit Dominus Deus.
Qui audit, audiat: & qui quiescit,
quiescat: quia domus exasperans
est.

CAP. IIII.

1 ET tu fili hominis, sume tibi
A laterem, & pones eum coram
te: & describes in eo ciuitatem
2 Ierusalem. † Et ordinabis aduer-
sus eam obsidionem, & ædifica-
bis munitiones, & comportabis
aggerem, & dabis contra eam ca-
3 stra, & pones arietes in gyro. † Et
tu sume tibi sartaginem ferreā, &
*in pones eam * murum ferreum in-
ter te & inter ciuitatem: & obfir-
mabis faciem tuam ad eā, & erit
in obsidionem, & circundabis eā:
4 signum est domui Israel: † Et tu
dormies super latus tuum sini-
strum, & pones iniquitates do-
mus Israel super eo numero die-
rū quibus dormies super illud, &
5 assuems *iniquitatem* eorū. † Ego
autem dedi tibi annos iniquita-
tis eorum, numero dierum trecē-
tos & nonaginta dies: & portabis
6 iniquitatem domus Israel. † Et
B cùm compleueris hæc, dormies
super latus tuum dextrum secun-
Nu.14.f.34 dò: & assumes ‖ iniquitatem do-
mus Iuda quadraginta diebus. di-
em pro anno, diem, inquam, pro
7 anno dedi tibi. † Et ad obsidionē
Ierusalem conuertes faciem tu-
am, & brachium tuum erit *ex-
exertū 8. tentum: & prophetabis aduersus
8 eam. † Ecce, circundedi te vincu-
lis, & non te conuertes à latere
tuo in latus aliud, donec comple
9 as dies obsidionis tuæ. † Et tu su-
me tibi frumentum, & hordeum,
& fabam, & lentem, & milium, &
viciam: & mittes ea in vas vnum,
& facies tibi panes numero die
rum quibus dormies super latus
tuum: trecentis & nonaginta die
10 bus comedes illud. † Cibus autem
C tuus quo vescéris, erit in ponde-
re viginti stateres in die: à tem-
pore vsque ad tempus comedes
11 illud. † Et aquam in mensura bi-
bes sextam partem hin: à tempo-
12 re vsq; ad tempus bibes illud. † Et
quasi subcineritium hordeaceum
comedes illud: & stercore quod
egreditur de homine, operies il-
13 lud in oculis eorū. † Et dixit Dñs,
Sic comedent filij Israel ‖ panem Ose.9.a.
suū pollutū inter gentes ad quas
14 eijciam eos. † Et dixi, Ah, ah, ah,
Domine Deus, ecce anima mea
non est polluta, & morticinum,
& laceratum à bestijs non come-
di ab infantia mea vsq; nunc, &
non est ingressa in os meū omnis
15 caro immunda. † Et dixit ad me,
D Ecce dedi tibi fimum boum pro
stercoribus humanis: & facies pa-
16 nem tuū in eo. Et dixit ad me, Fi-
li hominis, ‖ ecce ego conteram Inf.5.d.16.
baculum panis in Ierusalem: & & 14.d.13.
comedent panem in pondere, &
in solicitudine: & aquam in men
17 sura, & in angustia bibent. † Vt
deficientibus pane & aqua, cor-
ruat vnusquisq; ad fratrē suum,
& contabescant in iniquitatibus
suis.

CAP. V.

1 ET tu fili hominis sume tibi
A gladium acutum, radentē pi-
los: & assumes eum, & duces per
caput tuū, & per barbam tuam: &
assumes tibi stateram pōderis, &
2 diuides eos. † Tertiam partem
igni cōbures in medio ciuitatis,
iuxta completionē dierū obsidio
nis:

nis: & assumes tertiam partem, &
concides gladio in circuitu eius,
tertiã vero aliam disperges in ven
tum, & gladium nudabo post eos.
3 †Et sumes inde paruũ numerum,
& ligabis eos in summitate pallij
4 tui. †Et ex eis rursum tolles & pro
ijcies eos in medio ignis, & cõbu-
res eos igni, & ex eo egredietur
ignis in omnem domum Israel.
5 † Hæc dicit Dominus Deus, Ista
est Ierusalem, in medio Gentium
posui eam, & in circuitu eius ter-
6 ras. †Et cõtempsit iudicia mea, vt
B plus esset impia quàm Gentes: &
præcepta mea vltrà quàm terræ
quæ in circuitu eius sunt. iudicia
enim mea proiecerunt, & in præ-
ceptis meis non ambulauerunt.
7 † Idcirco hæc dicit Dominus De-
us, Quia superastis gentes quæ in
circuitu vestro sunt, & in præce-
ptis meis non ambulastis, & iudi-
cia mea non feciſtis, & iuxta iudi-
8.9. cia gentiũ quæ in circuitu vestro
sunt, non estis operati. †Ideò hęc
8 dicit Dominus Deus, Ecce ego ad
te, & ipse ego faciã in medio tui
9 iudicia in oculis Gentium, †& fa-
ciam in te quod non feci, & qui-
bus similia vltrà non faciam pro-
pter omnes abominationes tuas.
10 † Ideò patres comedent filios in
medio tui, & filij comedent pa-
tres suos, & faciam in te iudicia,
& ventilabo vniuersas reliquias
11 tuas in omnem ventum. †Idcirco
C viuo ego, dicit Dominus Deus,
Nisi pro eo quòd sanctum meum
violasti in omnib. offensionibus
tuis, & in cunctis abominationi-
bus tuis, ego quoq; confringam,
& nõ parcet oculus meus, & non
12 miserebor. † Tertia pars tui peste
morietur, & fame consumetur in
medio tui, & tertia pars tui in
gladio cadet in circuitu tuo, ter-
tiam verò partem tuam in om-
nem ventum dispergam, & gla-
13 dium euaginabo post eos. † Et cõ-
plebo furorem meum, & requie-
scere faciã indignationem meam
in eis, & cõsolabor. & scient quia
ego Dñs locut⁹ sum in zelo meo,
cùm impleuero indignationẽ me
14 am in eis. † Et dabo te in desertũ
D & in opprobrium gentibus quæ
in circuitu tuo sunt, in conspectu
15 omnis prætereũtis. †Et eris oppro
brium & blasphemia, exemplũ &
stupor in gentib. quæ in circuitu
tuo sunt, cũ fecero in te iudicia in
furore & in indignatione, & in
increpationibus iræ, Ego Dñs lo-
16 cutus sum. †Quando misero sagit-
tas famis pessimas in eos quę erũt
mortiferæ, & quas mittã vt disper
dam vos: & famem congregabo
super vos, ‖& conteram in vobis Su.4.d.16.
17 baculum panis. † Et immittam in In.14.d.13
vos famem & bestias pessimas vs-
que ad internecionem, & pesti-
lentia & sanguis transibũt per te,
& gladium inducam super te. ego
Dominus locutus sum.

CAP. VI.

1 ET factus est sermo Domini ad
me, dicens: †Fili hominis pone
2 faciem tuam ad montes Israel, &
A 3 prophetabis ad eos, †& dices: ‖Mõ In.16.2.1.
tes Israel audite verbum Dñi Dei.
Hæc dicit Dominus Deus mon-
tibus & collibus, rupibus, & valli-
bus, Ecce ego inducam super vos
gladium, & dispердam excelsa ve
4 stra, †& demoliar aras vestras, &
confringentur simulachra vestra,
& deijciam interfectos vestros an
5 te idola vestra. † Et dabo cadaue-
ra filiorum Israel ante faciem si-
mulachrorum vestrorum, & di-
spergam ossa vestra circũ aras ve-
6 stras † in omnibus habitationibus
vestris. Vrbes desertæ erunt, & ex
celsa demolientur & dissipabun-
tur: & interibunt aræ vestræ, &
confringentur, & cessabunt idó-
B la vestra, & conterentur delubra
vestra, & delebũtur opera vestra.
7 † Et cadet interfectus in medio
vestri, & scietis quia ego sum Do-

8 minus.† Et relinquam in vobis e-
os, qui fugerint gladium in Gen-
tibus, cùm dispersero vos in ter-
9 ris.† Et recordabuntur mei libera
ti vestri in Gentib. ad quas capti-
ui ducti sunt: quia contriui cor eo
rum fornicans & recedens à me,
& oculos eorum fornicantes post
idôla sua: & displicebunt sibimet
super malis quæ fecerant in vni-
10 uersis abominationibus suis.† Et
C scient quia ego Dominus nõ fru-
stra locutus sum vt facerem eis
11 malum hoc.† Hæc dicit Dominus
manu tua Deus, Percute manũ tuam', & al-
6. lide pedem tuum, & dic: Heu, ad
omnes abominationes malorum
*qui 15. domus Israel: *quia' gladio, fame,
12. & peste ruituri sunt.† Qui longè
est, peste morietur: qui aũt propè,
gladio corruet, & qui relictus fue
rit & obsessus, fame morietur: &
complebo indignationem meam
13 in eis.† Et scietis quia ego Domi-
nus, cùm fuerint interfecti vestri
in medio idolôrum vestrorum in
D circuitu ararum vestrarum, in om
ni colle excelso, & in cunctis sum
mitatibus montiũ, & subtus om-
ne lignum nemorosum, & sub-
tus vniuersam quercum frondo-
sam, locum vbi accenderunt thu-
ra redolentia vniuersis idolis su-
14 is.† Et extendam manum meam
super eos, & faciam terram de-
solatam & destitutam à deserto
Deblatha in omnibus habitatio-
nibus eorum, & scient quia ego
Dominus.

CAP. VII.

1 ET factus est sermo Domini ad
2 me, dicens,† Et tu fili hominis,
A hæc dicit Domin' Deus terræ Is-
rael, Finis venit, venit finis su-
3 per quatuor plagas terræ.† Nunc
finis super te, & immittam fu-
rorem meum in te: & iudicabo
te iuxta vias tuas: & ponam con-
tra te omnes abominationes tu-
4 as.† Et non parcet oculus meus
super te, & non miserebor, sed
vias tuas ponam super te, & abo-
minationes tuæ in medio tui e-
rũt: & scietis quia ego Dominus.
5 † Hæc dicit Dominus Deus, Af-
flictio vna, afflictio ecce venit.
6 † finis venit, venit finis, euigi-
B lauit aduersum te: ecce venit.
7 † Venit *contritio' super te, qui *confra-
habitas in terra: venit tẽpus, pro- ctio 5.
pè est dies occisionis, & nõ gloria
8 montiũ.† Nunc de propinquo ef-
fundã iram meã super te, & com-
plebo furorẽ meũ in te: & iudica-
bo te iuxta vias tuas, & imponam
9 tibi omnia scelera tua.† Et nõ pat-
cet oculus meus, nec miserebor:
sed vias tuas imponã tibi, & abo-
minatiões tuę in medio tui erũt,
& scietis quia ego sum Dñs per-
10 cutiens.† Ecce dies, ecce venit, e-
C gressa est* cõtritio', floruit virga, *confra-
11 germinauit superbia.† Iniquitas ctio 4.
surrexit in virga impietatis: non
ex eis, & non ex populo, neq; ex
sonitu eorũ: & nõ erit requies in
12 eis.† Venit tempus, appropinqua-
uit dies: qui emit, non lætetur: &
qui vẽdit, non lugeat: quia ira su-
13 per omne populũ eius.† Quia qui
vendit, ad id quod vendidit non
reuertetur: & adhuc in viuentib.
D vita eorum: visio enim ad omnem
multitudinẽ eius nõ regredietur:
& vir in iniquitate vitæ suæ non
14 confortabitur.† Canite tuba, præ-
parentur omnes, & non est qui
vadat ad prælium: ira enim mea
super* vniuersum populum' eius. *omnem
15 † Gladius foris: & pestis & fames multitu-
intrinsecus: qui in agro est, gla- dinem 5.
dio morietur, & qui in ciuitate,
pestilentia & fame deuorabun-
16 tur.† Et saluabuntur qui fugerint
ex eis, & erunt in montibus quasi
columbæ conuallium omnes tre-
pidi, vnusquisque in iniquitate
17 sua.† Omnes manus dissoluentur,
18 & omnia genua fluent aquis.† Et In. 15. a. 2.
E accingent se cilicijs, & operiet Ier. 48. f. 37
eos formido, & in omni facie cõ- Pro. 11. a. 4.
fusio,

fusio,& in vniuersis capitibus eo-
19 rum caluitium. † ‖ Argentum eo-
Sop.1.d.18 rum foras proijcietur, & aurum
Eccl.5.b.10 eorum in sterquilinium erit. Ar-
c.13. gentum eorum, & aurum eorum
non valebit liberare eos in die
furoris Domini, animam suam
non saturabunt, & vēntres eorum
non implebuntur: quia scanda-
lum iniquitatis eorum factū est.
20 †Et ornamentum monilium suo-
rum in superbiam posuerunt, &
imagines abominationum sua-
rum & simulachrorum fecerunt
ex eo, propter hoc dedi eis illud
21 in immunditiam, † & dabo illud
in manus alienorum ad diripi-
F endum, & impijs terræ in prædā,
22 & contaminabunt illud. †Et auer-
tam faciem meam ab eis, & vio-
labunt arcanum meum: & introi-
bunt in illud emissarij, & conta-
23 minabunt illud. † Fac conclusio-
nem quoniam terra plena est iu-
dicio sanguinum, & ciuitas ple-
24 na iniquitate. †Et adducam pessi-
mos de gentibus, & possidebunt
domos eorum, & quiescere faci-
am superbiam potentium, & pos-
sidebunt sanctuaria eorum. † An-
25 gustia superueniēte requirent pa
26 ce, & nō erit. †Conturbatio super
conturbationem veniet, & audi-
tus super auditū: & quærent visio
nem de propheta, & lex peribit à
G sacerdote, & consilium à senio-
27 ribus. †Rex lugebit, & princeps in-
duetur mœrore, & manus popu-
li terræ conturbabuntur. Secun-
dū viam eorum faciam eis, & se-
cundum iudicia eorum iudicabo
eos: & scient quia ego Dominus.

CAP. VIII.

1 ET factum est in anno sexto, in
A sexto mense, in quinta men-
sis, ego sedebam in domo mea, &
senes Iuda sedebant coram me, &
cecidit ibi super me manus Do-
2 mini Dei. †Et vidi, & ecce simili-
tudo quasi aspectus ignis ab aspe-
ctu lumborum eius & deorsum,
ignis & à lumbis eius, & sursum,
quasi aspectus splendoris, vt visio
3 electri. †‖Et emissa similitudo ma Da.14.f.35
nus apprehendit me in cincinno
capitis mei, & eleuauit me Spiri-
tus inter terram & cælum, & ad-
B duxit me in Ierusalem in visione
Dei, iuxta ostiū interius quod re-
spiciebat ad Aquilonē, vbi erat
statutū idōlū zeli ad prouocandā
4 æmulationem. †Et ecce ibi gloria
Dei Israel secundū visionē quam
5 videram in cāpo. †Et dixit ad me,
Fili hominis, leua oculos tuos ad
viam Aquilonis. Et leuaui oculos
C meos ad viam Aquilonis, & ecce
ab Aquilone portæ altaris idōlū
6 zeli in ipso introitu. † Et dixit ad
me: Fili hominis putásne vides tu
quid isti faciunt, abominationes
magnas, quas domus Israel fa-
cit hic, vt procul recedam à san-
ctuario meo? & adhuc conuersus
D videbis abominationes maiores.
7 † Et introduxit me ad ostium atri, & vidi, & ecce foramen vnum
8 in pariete. † Et dixit ad me: Fili
hominis fode parietem. Et cùm
fodissem parietem, apparuit osti-
9 um vnum. †Et dixit ad me: Ingre-
dere, & vide abominationes pes-
10 simas quas isti faciunt hic. †Et in-
gressus vidi, & ecce omnis simili-
tudo reptiliū & animalium, abo-
minatio, & vniuersa idóla domus
Israel depicta erant in pariete in
11 circuitu per totum. † Et septua-
ginta viri de senioribus domus
Israel, & Iezonias filius Saphan
stabat in medio eorum, stantium
E ante picturas: & vnusquisq; ha-
bebat thuribulum in manu sua,
& vapor nebulæ de thure consur-
12 gebat. †Et dixit ad me: Certè vi-
des fili hominis quæ seniores do-
mus Israel faciunt in tenebris,
vnusquisq; in abscondito cubilis
sui, dicunt enim: Non videt Do-
minus nos, dereliquit Dominus
13 terrā. †Et dixit ad me: Adhuc con-

uersus videbis abominationes
14 maiores quas isti faciunt.† Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonē:& ecce ibi mulieres sedebant plangentes Ado-
15 nidem.† Et dixit ad me.Certè vi-F disti fili hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maio
16 res his.†Et introduxit me in atrium domus Dñi interius : & ecce in ostio templi Dñi inter vestibulū & altare,quasi viginti quinque viri dorsa habētes contra tēplum Dñi,& facies ad Orientem:
17 & adorabant ad ortū solis.† Et di-G xit ad me,Certè vidisti fili hominis:nunquid leue est hoc domui Iuda,vt facerent abominationes istas quas fecerunt hic:quia replētes terrā iniquitate,conuersi sunt ad irritandum me? & ecce appli-
18 cant ramū ad nares suas. † Ergo & ego faciā in furore:non parcet oculus meus, nec miserebor: & cùm clamauerint ad aures meas voce magna,non exaudiam eos.

Scriba prius signum reliquis sex /pecha mul: cidat.

CAP. IX.

1 ET clamauit in auribus meis A voce magna, dicens: Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisq; vas interfectionis
2 habet in manu sua. † Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonē: & vniuscuiusq; vas interitus in manu eius:vir quoq; vnus in medio eorum vestitus erat lineis,& atramentarium scriptoris ad renes eius:& ingressi sunt, & stete-
3 rūt iuxta altare æreum. † Et gloria Domini Israel assumpta est de B cherub,quę erat super eum ad limen domus : & vocauit virū qui indutus erat lineis,& atramentarium scriptoris habebat in lum-
4 bis suis.†Et dixit Dominus ad eū: Transi per mediam ciuitatem in
Ex.12.b.7. medio Ieruſalēm : ‖ & signa thau
Apo.7.a.3. super frontes virorū gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ sunt in medio
5 eius.† Et illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequētes eum,& percutite: non parcat oculus vester, neq; misereamini.
6 † Senē,adolescentulū & virginē, ‘paruulos’& mulieres interficite ‘paruulū. C vsq; ad internecionē : omnē aūt super quem videritis thau,ne occidatis,& à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus,qui erant ante faciem do-
7 mus.† Et dixit ad eos : Contaminate domum,& implete atria interfectis : egredimini. Et egressi sunt,&percutiebant eos qui erāt
8 in ciuitate.† Et cæde completa remansi ego:ruiq; super faciē meam,& clamans aio:Heu,heu ,heu Domine Deus, ergone dispersdes omnes reliquias Israel, effundēs
9 furorē tuum super Ieruſalem?† Et dixit ad me:Iniquitas domus Is-D rael & Iuda magna est nimis valde,& repleta est terra sanguinibus,& ciuitas repleta est auersione:dixerūt enim,Dereliquit Dominus terram, & Dñs non videt.
10 † Igitur & meus non parcet oculus,neq; miserebor: viam eorum
11 super caput eorū reddam. † Et ecce,vir qui erat indutus lineis,qui habebat atramentarium in dorso suo,respondit verbum,dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

CAP. X.

prima pars Scribæ: rota
1 ET vidi,& ecce in firmamento A quod erat super caput cherubim,quasi lapis sapphirus, quasi
2 species similitudinis solij, appa-cherub. ruit super ea. † Et dixit ad virum qui indutus erat lineis,& ait: Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus cherubim , & imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter cherubim , & effunde super ciuitatem. Ingressusq; est
3 in conspectu meo:†cherubim aūt stabant à dextris domus cùm ingrede-

gredereturvir,& nubes impleuit
4 atrium interius. † Et eleuata est
gloria Dñi desuper cherub ad li-
men domus: & repleta est domus
nube,& atrium repletum est splē
5 dore gloriæ Domini. † Et sonitus
alarum cherubim audiebatur vs-
que ad atrium exterius,quasi Vox
6 Dei omnipotētis loquentis.† Cū-
B que præcepisset viro qui indutus
erat lineis,dicens : Sume ignem
de medio rotarum quę sunt inter
cherubim:ingressus ille stetit iux
7 ta rotam.† Et extendit cherub ma
num de medio cherubim,ad ignē
q erat inter cherubim:& sumpsit,
& dedit in manus eius qui indu-
tus erat lineis:qui accipiēs egres-
8 sus est. † Et apparuit in cherubim
similitudo manus hominis sub-
9 tus pennas eorum,† & vidi, & ec-
ce quatuor rotæ iuxta cherubim:
rota vna iuxta cherub vnum, &
rota alia iuxta cherub vnum:spe-
cies aūt rotarū erat quasi visio la-
10 pidis chrysoliti.† & aspectus earū
similitudo vna quatuor : quasi sit
11 rota in medio rotæ. † Cumq; am-
bularēt,in quatuor partes gradie
12. bantur;- &' non reuertebantur
ambulantes:sed ad locum ad quē
ite declinabat quæ prima erat,se-
quebantur & cæteræ, nec conuer
12 tebantur.† Et omne corpus earū
Sup.l.c.18. & colla,& manus,& pennæ,& cir
C culi plena erant oculis, in circui-
13 tu quatuor rotarū. † Et rotas istas
vocauit volubiles, audiente me.
14† Quatuor autem facies habebat
vnum:facies vna,facies cherub:&
facies secunda,facies hominis: &
in tertio facies leonis: & in quar-
15 to facies aquilæ. † Et eleuata sunt
cherubim:ipsum est animal quod
16 videram iuxta fluuiū Chobar. † Cū-
que ambularent cherubim,ibant
pariter & rotæ iuxta ea:& cū ele-
uarent cherubim alas suas,vt exal
tarentur de terra,non residebant
17 rotæ,sed & ipsæ iuxta erant.† Stā-
tibus illis,stabant:&cum eleuatis
eleuabantur. spiritus enim vitæ
18 erat in eis. † Et egressa est gloria
Domini à limine tēpli,& stetit su
19 per cherubim.† Et eleuantia che-
rubim alas suas,exaltata sunt ater
ra corā me:& illis egredientibus,
D rotæ quoq; subsecutæ sunt: & ste-
tit in introitu portæ domus Do-
mini orientalis,& gloria Dei Is-
20 rael erat super ea.† Ipsum est ani-
mal ‖ quod vidi subter Deum Is- Sup. 1.2. 1.
rael iuxta fluuium Chobar,& in- a.3.
21 tellexi q̄a cherubim essent.† Qua
tuor vultus vni,& quatuor alæ v- per quā-
ni:& similitudo manus hominis tuor.
22 sub alis eorū.† Et similitudo vultu
um eorū,ipsi vultus quos viderā
iuxta fluuiū Chobar, & intuitus
eorum, & impetus singulorū an-
te faciem suam ingredi.

CAP. XI.

1 ET eleuauit me spiritus, & in-
A troduxit me ad portā domus
Domini orientalem, quæ respi-
cit ad solis ortū:& ecce,in introi-
tu portæ vigintiquinq; viri:& vi-
di in medio eorum Iezoniam fili
um Azur,& Pheltiam filium Bana
2 niæ,principes populi.† Dixitq; ad
me,Fili hominis,hi sunt viri qui
cogitant iniquitatem, & tractant
consilium pessimum in vrbe ista:
3 † dicentes,Nonne dudum ædifi-
catæ sunt domus ? hæc est lebes,
4 nos aūt carnes.† Idcirco vaticina-
re de eis,vaticinare fili hominis.
5 † Et irruit in me spiritus Dñi,& di
xit ad me:Loquere,Hęc dicit Dñs
sic locuti estis dom' Israel,& cogi
tationes cordis vestri ego noui.
6 † plurimos occidistis in vrbe hac,
& implestis vias eius interfectis.
7 † Propterea hæc dicit Dñs Deus:
B Interfecti vestri, quos posuistis
in medio eius,hi sunt carnes, &
hæc est lebes : & educam vos de
8 medio eius.† Gladium metuistis,
& gladium inducā super vos, ait
9 Dominus Deus.† Et ejiciā vos de
medio eius, daboq; vos in manū

hostium, & faciam in vobis iudi-
10 cia.† Gladio cadetis:in finibus Is-
rael iudicabo vos, & scietis qa e-
11 go Dñs. † Hæc nõ erit vobis in le-
bete,& vos non eritis in medio
eius in carnes: in finibus Israel iu
12 dicabo vos. † Et scietis qa ego Do
minus:quia in præceptis meis nõ
ambulastis,& iudicia mea nõ feci
stis,sed iuxta iudicia gentiũ, quæ
in circuitu vestro sunt,estis opera
13 ti.† Et factũ est, cum prophetarẽ,
C Pheltias filius Banaiæ mortuꝰ est:
& cecidi in faciem meam clamãs
voce magna,& dixi:Heu,heu,heu
Domine Deus: consummationẽ
14 tu facis reliquiarum Israel? † Et fa
ctum est verbum Domini ad me
15 dicens: † Fili hominis fratres tui
viri propinqui tui, & omnis do-
mus Israel, vniuersi quibus dixe-
runt habitatores Ierusalem:Longe
recedite à Domino, nobis da-
16 ta est terra in possessionem.† Pro-
pterea hæc dicit Dñs Deus: Quia
longẽ feci eos in Gentibus, &
quia dispersi eos in terris: ero eis
in sanctificationẽ modicã in ter-
17 ris ad quas venerũt.† Propterea lo
quere, Hæc dicit Dominus De-
us: Congregabo vos de populis,
& adunabo de terris in quib. di-
sperſi estis: daboq; vobis humum
18 Israel. † Et ingredientur illuc, &
auferent omnes offensiones,cun
ctasque abominationes eius de il
19 la.† ‖ Et dabo eis cor vnum, & spi
Ier.31.f.33. ritum nouum tribuam in visceri-
Inf.18.g.32 bus eorum:& auferam cor lapide
36.c.26 (D um de carne eorum, & dabo eis
20 cor carneum: † Vt in præceptis
meis ambulent,& iudicia mea cu
Inf.24.a. 7 stodiant,faciantq; ea: ‖ & sint mi
Heb.8.c.10 hi in populũ,& ego sim eis in De
21 um.† Quorum *cor post offendi- 10
*autem cula & abominatiões suas ambu-
lat,horum viam in capite suo po-
22 nam,dicit Dñs Deus. † Et eleuaue
runt cherubim alas suas, & rotæ
cum eis: & gloria Dei Israel erat
23 super ea. † Et ascendit gloria Dñi
de medio ciuitatis, stetitq; super
montem qui est ad Orientem vr-
24 bis.† Et spiritus leuauit me,adduxitq; *in Chaldæam ad transmi- *me 4.
grationem, in visione in spiritu
Dei:& sublata est à me visio quam
25 videram.† Et locutus sum ad trãs-
migrationem omnia verba Do-
mini quæ ostenderat mihi.

CAP. XII.

1 ET factus est sermo Domini ad
2 me dicens: † Fili hominis in
A medio domus exasperantis tu ha
bitas:qui oculos habent ad viden
dum,& non vident:& aures ad au
diendum,& non audiunt: qa do-
3 mus exasperans est. † Tu ergo fili
hominis, fac tibi vasa trãsmigrationis,& transmigrabis per diem
coram eis: transmigrabis autẽ de
loco tuo ad locum alterum in cõ-
spectu eorũ, si fortè aspiciant qa
4 domus exasperans est.† Et efferes
B foras vasa tua quasi vasa *trãsmi- * transmi-
grãtis' p diẽ in conspectu eorum: gratiõis fo
tu aũt egredieris vespere coram
5 eis,sicut egreditur migrans.† Ante oculos eorum perfode tibi pa-
6 rietem:& egredieris per eum.† In
conspectu eorum in humeris por
taberis,in caligine effereris: faci-
em tuã velabis,& non videbis ter
ram:quia portentum dedi te do-
7 mui Israel.† Feci ergo sicut præce
perat mihi*:vasa mea protuli qua *Dominus
si vasa *transmigrantis' per diem: * transmi-
& vespere perfodi mihi parietem gratiõis fo
C manu: & in caligine egressus sum
& in humeris portatus in conspe
8 ctu eorum. † Et factus est sermo
9 Domini manè ad me,dicens:† Fi-
li hominis nunquid non dixe-
runt ad te domus Israel domus ex
asperans, Quid tu facis? † Dic ad
eos,Hæc dicit Dominus Deus: Su
per ducem onus istud, qui est in
Ierusalem,& super omnem domũ
Israel, quæ est in medio eorum.
11 † Dic, Ego portentum vestrum:
quomodo feci, sic fiet illis in
transſ-

transmigrationem,& in captiui-
12 tatem ibũt.† Et dux qui est in me-
D dio eorum, in humeris portabi-
tur,in caligine egredietur: parie-
tem perfodient,vt educant eũ: fa
cies eius operietur, vt non videat
13 oculo terram.† Et extendã re-
Inf.17.f.20 & 32.a.3. te meum super eum, & capietur
in sagena mea: & adducam eum
-6. in Babylonem in terram Chaldæ
orum:& ipsam non videbit, ibiq;
14 morietur.† Et omnes qui circa e-
um sunt præsidium eius & agmi
na eius dispergam in omnem vẽ
tum: & gladium euaginabo post
15 eos.† Et scient quia ego Dominus
quando dispersero illos in Genti
bus,& disseminauero eos in ter-
16 ris.† Et relinquã ex eis viros pau-
E cos à gladio,& fame,& pestilẽtia:
vt enarrẽt omnia scelera eorũ in
Gentib.ad quas ingrediẽtur:& sci
17 ent quia ego Dñs.† Et factus est
18 sermo Domini ad me,dicens:† Fi
li hominis, panem tuum in con-
turbatione comede:sed & aquam
tuam in festinatione & mœrore
19 bibe.† Et dices ad populum terrę:
Hæc dicit Dominus Deus ad eos
qui habitant in Ierusalem in ter-
ra Israel, Panem suum in solicitu
dine comedent, & aquã suam in
desolatiõe bibẽt: vt desoletur ter
ra à multitudine sua, propter ini-
quitatem omniũ qui habitant in
20 ea.† Et ciuitates quæ nunc habitã
tur,desolatæ erunt,terraq; deser-
21 ta:& scietis qa ego Dominus.† Et
factus est sermo Domini ad me di
22 cens:† Fili hominis,quod est pro-
uerbium istud vobis in terra Isra
el?d:centium:In longum differẽ-
F tur dies, & peribit omnis visio.
23 † Ideo dic ad eos: Hæc dicit Domi
nus Deus: Quiescere faciam pro-
uerbiũ istud, neq; vulgò dicetur
vltrà in Israel: & loquere ad eos
quod appropinquauerint dies, &
24 sermo omnis visionis.† Nõ enim
erit vltrà omnis visio cassa, neq;
diuinatio ambigua in medio filio
25 rũ Israel.† Quia ego Dñs loquar:
& quodcunq; locutus fuero ver-
G bum,& fiet,nõ prolongabitur am
plius:sed in diebus vestris domus
exasperans loquar verbum, & fa-
ciam illud,dicit Dominus Deus.
26† Et factus est sermo Domini ad
27 me, dicens: † Fili hominis, ecce
domus Israel dicẽtium: Visio quã
hic videt,in dies multos:& in tẽ-
28 pora longa iste prophetat. † Pro-
pterea dic ad eos,Hæc dicit Domi
nus Deus:Non prolongabitur vl-
trà omnis sermo meus: verbum
quod locutus fuero, complebi-
tur,dicit Dominus Deus.

CAP. XIII.

1 ET factus est sermo Domini ad
2 me,dicens:† Fili hominis, va-
A ticinare ad prophetas Israel qui
prophetãt, & dices prophetanti-
bus de corde suo, Audite verbum
3 Domini,† Hæc dicit Dominus De
us:‖ Væ prophetis insipientibus: Ier.23.a.1.
qui sequuntur spiritũ suum,& ni Inf.14.c.4.
4 hil vident.† Quasi vulpes in deser 34.a.2.
5 tis,prophetę tui Israel erant.† Nõ
ascendistis ex aduerso, neque op-
posuistis murum pro domo Isra-
el:vt staretis in prælio in die Do-
6 mini.† Vident vana, & diuinant
mendacium, dicentes: Ait Dñs:
cum Dominus non miserit eos:& c
perseuerauerunt confirmare ser-
7 monem. † Nunquid non visionẽ
cassam vidistis, & diuinationem
mendacem locuti estis? & dicitis,
ait Dominus:cum ego non sim lo
8 cutus.† Propterea hæc dicit Domi
nus Deus: Quia locuti estis vana,
& vidistis mendacium: ideo ecce
ego ad vos, dicit Dominus Deus.
9† Et erit manus mea super prophe
B tas qui vident vana, & diuinant
mendacium: in concilio populi
mei non erunt, & in scriptura do
mus Israel non scribentur,nec in
terram Israel ingredientur:& scie
10 tis quia ego Dominus Deus. † Eo
quod deceperint populũ meum,
dicen-

dicentes: Pax: & non pax: & ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque pale-
11 is. † Dic ad eos qui liniunt absque temperatura, quòd casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes désuper irruentes, & ventum procellæ dissi-
12 pantem. † Siquidem ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vo-
13 bis, Vbi est litura quā linistis? † Propterea hęc dicit Dās Deus, Et erū pere faciam spiritum tempestatū in indignatione mea, & imber in undans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem. † Et destruam parietem
14 quem linistis absq; tēperamento: & adæquabo eum terræ, & revelabitur fundamētum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum Dominus.
15 † Et complebo indignationē meā in pariete, & in his qui liniunt eū absque temperamento, dicamq; vobis: Non est paries, & non sunt
16 qui liniunt eum. † Prophetæ Israel qui prophetant ad Ierusalē, & vident ei visionem pacis: & nō
17 est pax, ait Dominus Deus. † Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vati-
18 cinare super eas, † & dic, Hæc dicit
quæ 1. Dominus Deus: Væ qui consuūt pulvillos sub omni cubito manꝰ: & faciunt cervicalia sub capite vniversæ ætatis ad capiendas animas: & cùm caperent animas populi mei, vivificabant animas eo-
19 rum. † Et violabant me ad populum meum, propter pugillū hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quę non moriuntur, & vivificarent animas quæ non
20 viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. † Propter hoc
D hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego ad pulvillos vestros quibꝰ vos capitis animas volantes: & dirumpam eos de brachijs vestris: & dimittam animas quas vos capitis,
21 animas ad volandum. † Et dirumpam cervicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt vltrà in manibus vestris ad prædandum: & scietis qa
22 ego Dominus. † Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viue-
23 ret. † propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra: & scietis quia ego Dominus.

CAP. XIIII.

1 ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram
2 me. † Et factus est sermo Domini
3 ad me, dicens, † Fili hominis, viri
A isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam: nūquid interrogatus
4 respondebo eis? † Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus: Homo, homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respō
B debo ei in multitudiue immundi
5 tiarum suarum: † Vt capiatur domus Israel in corde suo quo recesserunt à me in cunctis idólis suis.
6 † Propterea dic ad domum Israel, Hæc dicit Dominus Deus: Conuertimini & recedite ab idólis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies
7 vestras. † Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicunque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit idóla sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit

ad

ad prophetam vt interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me. † Et ponam faciem
C meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis
Sup.13.a.3. 9 quia ego Dominus. ‖ Et propheta cùm errauerit & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum, & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei
10 Israel. † Et portabunt iniquitatem suam iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas pro-
11 phetæ erit: † Vt non erret vltrà
D domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis prævaricationibus suis, sed sint mihi in populũ, & ego sim eis in Deum, ait Domi-
12 nus exercituum. † Et factus est ser-
13 mo Domini ad me, dicens: † Fili hominis, terra cùm peccauerit mihi, vt prævaricetur prævaricans, extendam manum meam
Su.4.d.16. 5.d.16. super eam, ‖ & conteram virgam panis eius: & immittam in eam famem, & interficiam de ea ho-
14 minem & iumentum. † Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait
15 Dominus exercituum. † Quòd si
E & bestias pessimas induxero super terram, vt vastem eam: & fuerit inuia, eò quòd nõ sit pertran-
16 siens propter bestias: † Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem deso-
17 labitur. † Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio, Transi per terram, & interfecero de ea hominem & iu-
18 mentum. † Et tres viri isti fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios neq; filias: sed ipsi soli libe-
19 rabuntur. † Si autem & pestilen-
F tiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominẽ & iumen-
20 tum: † Et Noë, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas
21 suas. † Quoniam hæc dicit Dominus Deus: Quòd & si quatuor iudicia mea pessima, gladium & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalem, vt interficiam de ea hominem & pe-
22 cus: † Tamẽ relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias:
G ecce ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorum & adinuentiones eorũ: & consolabimini super malo quod induxi in Ierusalem in omnibus quæ impor-
23 taui super eam. † Et consolabuntur vos, cùm videritis viam eorũ & adinuentiones eorum: & cognoscetis quòd nõ fruſtrà fecerim omnia quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

CAP. XV.

1 ET factus est sermo Domini ad
2 me, dicẽs: † Fili hominis, quid
A fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum? † Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut
3 fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas?
4 † Ecce, igni datum est in escam, vtramq; partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: nunquid vtile erit ad
5 opus? † Etiam cùm esset integrũ, non erat aptum ad opus: quanto magis cùm illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet
6 operis? † Propterea hæc dicit Do-
B minus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna syluarum quod dedi igni ad deuorandum, sic tradidi 6.
7 dam habitatores Ierusalem. † Et

po-

ponam faciem meã in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos, & scietis quia ego Dominus, Cùm posuero faciem meam in
8 eos, † & dedero terram in uiam & desolatam: eò quòd præuaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

lapsa minas an vii nionatage fa dra, ſponſa.

CAP. XVI.

1 ET factus est sermo Dñi ad me,
2 dicens: † Fili hominis, notas
A fac Ierusalẽ abominationes suas,
3 † & dices, Hæc dicit Domin⁹ Deus Ierusalem, Radix tua & generatio tua de terra Chanáan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Ce
4 thæa. † Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuolu-
5 ta pannis. † Nõ pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnũ de his, misertus tui, sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animę
6 tuæ, in die qua nata es. † Transiẽs autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo: & dixi tibi cùm esses in sanguine tuo, Viue. dixi
7 inquam tibi, In sanguine tuo viue. † Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & perueniſti ad mũdum muliebrẽ: C
hubera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, &
8 confusione plena. † Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum tempus amantium, & expandi amictum meum super te, & operui ignominiã tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mi-
9 hi. † Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te, & vnxi te
10 oleo. † Et vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho: & cinxi
11 te byssо, & indui te subtilibus. † Et
B ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & tor-
12 quem circa collũ tuum. † Et dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam de-
13 cõris in capite tuo. † Et ornata es auro & argento, & vestita es byssо, & polymito, & multis coloribus: similam & mel, & oleum comedisti, & decõra facta es vehementer nimis: & profeciſti in re-
14 gnum. † Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decõre meo, quem posuerã super te, dicit
15 Dominus Deus. † Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicationẽ tuam omni trãs-
16 eunti, vt eius fieres. † Et sumẽs de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta, & fornicata es super eis, sicut non est factum,
17 neq; futurum est. † Et tulisti vasa decõris tui, de auro meo atq; argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, &
18 fornicata es in eis. † Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleũ meum, & * vestita es
thymiama meũ posuisti corã eis. eis 22.
19 † Et panẽ meum quẽ dedi tibi, similam, & oleum, & mel quibus enutriui te, posuisti in conspectu
corũ in odorẽ suauitatis, & factũ
20 est, ait Dñs Deus. † Et tulisti filios tuos & filias tuas quas generasti mihi, & immolasti eis ad deuorãdum. Nunquid parua est fornica-
21 tio tua? † Immolasti filios meos,
22 & dedisti, illos consecrans, eis. † Et post omnes abominationes tuas & fornicationes, non es recordata dierum adolescẽtiæ tuæ, quando eras nuda & confusione plena
23 conculcata in sanguine tuo. † Et accidit post omnẽ malitiam tuam
24 (væ væ tibi, ait Dominus Deus) † & ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis pla-
25 teis. † Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorẽ tuum: & diuisisti pedes tuos omni

transi-

transeunti,& multiplicasti forni-
26 cationes tuas. † Et fornicata es eũ
filijs Ægypti vicinis tuis magna-
rum carnium: & multiplicasti for
27 nicationẽ tuam ad irritandũ me.
† Ecce, ego extẽdã manum meam
ius tuum super te, & auferam iustificatio-
10. nem tuam': & dabo te in animas
odientiũ te filiarũ Palęsthinarũ,
quæ erubescũt in via tua scelera-
28 ta. † Et fornicata es in filijs Assy-
riorũ,eò quòd necdum fueris ex-
pleta,& postquã fornicata es,nec
29 sic es satiata. † Et multiplicasti for
nicationẽ tuam in terra-Chanáã
cum Chaldæis: & nec sic satiata
30 es. † In quo mũdabo cor tuum,ait
Dominus Deus:cum facias omnia
hæc opera mulieris meretricis &
31 procacis. † Quia fabricasti lupanar
tuum in capite omnis viæ, & ex-
celsum tuũ fecisti in omni platea:
D nec facta es quasi meretrix fasti-
32 dio augens pretiũ, † sed quasi mu-
lier adultera quæ super virũ suum
33 inducit alienos. † Omnibus mere-
tricibus dantur mercedes, tu au-
tẽ dedisti mercedes cunctis ama-
toribus tuis, & dona donabas eis
34 vt intrarent ad te vndiq; ad for-
nicandum tecum. † Factumq; est
in te contra consuetudinem mu-
lierum in fornicationibus tuis,&
post te nõ erit fornicatio: in eo e-
nim ꝙ dedisti mercedes, & mer-
35 cedes non accepisti,factum est in
te cõtrariũ. † Propterea meretrix
36 audi verbum Domini. † Hæc dicit
Dominus Deus, Quia effusum est
æs tuũ, & reuelata est ignominia
tua in fornicationibus tuis super
amatores tuos, & super idòla ab-
ominationũ tuarum in sanguine
filiorum tuorum quos dedisti eis:
37 † Ecce, ego congregabo omnes a-
matores tuos quibus cõmista es,
& omnes quos dilexisti cum vni-
uersis quos oderas:& congregabo
eos super te vndique, & nudabo
ignominiã tuam corã eis,& vide-
bunt omnem turpitudinẽ tuam.
38 † ‖ Et iudicabo te iudicijs adulte Infr. 23. b.
rarum & effundẽtium sanguinẽ. 10.g.45.
& dabo te in sanguinem furoris
39 & zeli. † Et dabo te in manus eo-
E rum,& destruẽt lupanar tuum, &
demolientur prostibulũ tuum, &
denudabunt te vestimẽtis tuis,&
auferent vasa decóris tui.& dere-
linquent te nudã plenamq; igno-
40 minia. † Et adducent super te mul
titudinẽ, & lapidabunt te lapidi-
bus,& trucidabunt te gladijs suis.
41 † ‖ Et cõburent domos tuas ign⁹, 4. Reg. 25.
& facient in te iudicia in oculis b.9.
mulierũ plurimarũ:& desines for
nicari, & mercedes vltrà non da-
bis. † Et requiescet indignatio
mea in te,& auferetur zelus meus
à te,& quiescam, nec irascar am-
plius. † Eo quòd non fueris recor-
data dierum adolescentiæ tuæ, &
prouocasti me in omnibus his:
quapropter & ego vias tuas in ca-
pite tuo dedi,ait Dominus Deus,
& nõ feci iuxta scelera tua in om-
nibus abominationibus tuis. † Ec-
ce, omnis qui dicit vulgò prouer-
bium,in te assumet illud, dicens,
45 Sicut mater ita & filia eius. † Fi-
lia matris tuæ es tu, quæ proiecit
virum suum,& filios suos,& sorot
sororum tuarũ es tu,quæ proiece-
runt viros suos & filios suos, ma-
ter vestra Chetæa, & pater vester
46 Amorrhæus. † Et soror tua maior,
Samaria,ipsa & filiæ eius quæ ha-
bitant ad sinistrã tuam:soror autẽ
tua minor te, quæ habitat à dex-
tris tuis, Sodoma, & filiæ eius.
47 † Sed nec in vijs earum ambulasti,
F neq; secundum scelera earum fe-
cisti pauxillum minu: pene sce-
leratiora fecisti illis in omnibus
48 vijs tuis. † Viuo ego, dicit Domi-
nus Deus,quia non fecit Sodoma
soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut
49 fecisti tu & filiæ tuæ. † Ecce ‖ hæc Gen. 18. f.
fuit iniquitas Sodomæ sororis 19.
tuæ, superbia, saturitas panis &
abundantia, & otium ipsius & fi-
liarum eius, & manum egeno

&

50 & pauperi non porrigebant. † Et eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me: & abstuli eas
51 sicut 'vidisti'. † Et Samaria dimi- 'vidi
2. dium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis,
52 quas operata es. † Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis: iustificatæ sunt enim a te. ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ
53 iustificasti sorores tuas. † Et conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius: & conuertam reuersio-
54 nem tuam in medio earum, † vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ fecisti,
55 consolans eas. † Et soror tua So- G doma, & filij eius reuertentur ad
12. antiquitatem suam: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam' & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem ve-
56 stram. † Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die
57 superbiæ tuæ, † antequam reuelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæsthinarum quæ am-
58 biunt te per gyrum. † Scelus ruum & ignominiam tuam tu portasti,
59 ait Dominus Deus. † Quia hæc dicit Dominus Deus, Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt
60 irritum faceres pactum: † & recordabor ego pacti mei tecũ in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo
61 tibi pactum sempiternum. † Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis: cum receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias,
62 sed non ex pacto tuo. † Et suscitabo ego pactum meum tecum: &
63 scies quia ego Dominus. † vt recorderis & confundaris, & non sit tibi vltrà aperire os præ confusione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus quę feci, ait Dominus Deus.

CAP. XVII.

1 ET factum est verbum Domini
2 ad me, dicens: † Fili hominis
A propone ænigma, & narra para-
3 bolam ad domum Israel, † & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Aquila grandis magnarumalarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.
4 † Summitatem frondium eius auulsit: & trãsportauit eam in terram-Chanáan, in vrbe negotia-
5 torum posuit illam. † Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine: vt firmaret radicem super aquas multas, in su-
6 perficie posuit illud. † Cumq; ger-
B minasset, creuit in vineam latiorem humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: & radices eius sub illa erant. facta est ergo vinea, & fructificauit in palmi-
7 tes, & emisit propagines. † Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisq; plumis: & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de
8 areolis germinis sui. † In terra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frondes, & portet
C fructum, vt sit in vineam grandẽ.
9 † Dic, Hæc dicit Dominus Deus, Ergóne prosperabitur? nónne radices eius euellet, & 'fructus' eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet: & nõ in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret
10 eam radicitus? † Ecce plantata est: ergone prosperabitur? nonne cũ tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in areis germinis sui arescet?
11 † Et factum est verbum Domini

'fructum

mini ad me, dicēs. † Dic ad domū exasperantem, Nescitis quid ista significent? Dic. Ecce, venit rex Babylonis in Ierusalem: & assumet regem & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonē. † Et tollet de semine regni, ferietq; cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurandū: sed & fortes terræ tollet: † Vt sit regnū humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. † Qui recedens ab eo, misit nuntios ad Ægyptum, vt daret sibi equos, & populū multū. Nunquid prosperabitur, vel consequetur salutē qui fecit hæc? & qui dissoluit pactū, nunquid effugiet? † Viuo ego, dicit Dñs Deus, quoniam in loco regis qui constituit eum regē, cuius fecit irritum iuramētum, & soluit pactū quod habebat cū eo, in medio Babylonis morietur. † Et non in exercitu grandi, neq; in populo multo faciet contra eū Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione vallorum, vt interficiat animas multas. † Spreuerat enim iuramētum, vt solueret fœdus, & ecce dedit manū suam, & cum omnia hæc fecerit, non effugiet. † Propterea hæc dicit Dominus Deus, Viuo ego quoniā iuramentū quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. † ‖ Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione qua despexit me. † Et omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergentur: & scietis quia ego Dominus locutus sum. † Hæc dicit Dominus Deus, Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum distringā, & plantabo super montem excelsum & eminentem. † In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt sub ea oēs volucres & vniuersum volatile, sub vmbra frondium eius nidificabit. † Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus loquutus sum, & feci.

Su.12.d.15. Inf.32.a.3.

CAP. XVIII.

† ET factus est sermo Domini ad me, dicens: † Quid est quod in ter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel: dicentes, ‖ patres comederūt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. † Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vltrà vobis parabola hæc in prouerbium in Israel. † Ecce omnes animæ, meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij, mea est: anima quæ peccauerit, ipsa morietur. † Et vir, si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, † in montibus non comederit, & oculos suos nō leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam nō accesserit, † Et hominē non contristauerit: pignus debitori reddiderit, p vim nihil rapuerit, ‖ panē suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, † Ad vsurā non cōmodauerit, & amplius nō acceperit: ab iniquitate auerterit manum suā, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: † * in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatē: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus. † Quòd si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis: † & hæc quidē omnia non facientem,

Ier.31.c.29. Isa.58.b.7. Mat.25.c.20. * &

cientē, sed in montibus comeden
tē, & vxorē ꝓximi sui polluentē:
12 † Egenum & pauperem contristā-
C tem, rapientem rapinas, pignus
nō reddentē, & ad idôla leuantē
oculos suos, abominationē faci-
13 entem: † Ad vsurā dantem, & am-
plius accipientem: nūquid viuet?
nō viuet. cùm vniuersa hæc dete-
standa fecerit, morte morietur,
14 sanguis eius in ipso erit. † Quòd
si genuerit filium, qui videns om
nia peccata patris sui quæ fecit
timuerit, & nō fecerit simile eis:
15 † super mōtes nō comederit, & o-
culos suos non leuauerit ad idôla
domus Israel, & vxorem proximi
16 sui nō violauerit: † Et virum non
D contristauerit, pignus non reti-
nuerit, & rapinā nō rapuerit, pa-
nē suū esurienti dederit, & nudū
17 operuerit vestimento: † A paupe-
ris iniuria auerterit manū suam,
vsuram & superabundantiā non
& acceperit, iudicia mea fecerit, in
præceptis meis ambulauerit: hic
nō morietur in iniquitate patris
18 sui, sed vita viuet. † Pater eius
quia calumniatus est, & vim fecit
fratri, & malū operatus est in me
dio populi sui: ecce, mortuus est
19 in iniquitate sua. † Et dicitis, qua-
re non portabit filius iniquitatē
patris? Videlicet, quia filius iudi-
cium & iustitiā operatus est, om-
nia præcepta mea custodiuit, &
20 fecit illa, viuet vita. † ‖ Anima
De.24.c.16 quæ peccauerit, ipsa morietur: fi-
4.Reg.14. lius nō portabit iniquitatem pa-
b.6. tris, & pater nō portabit iniquita
2.Par. 25. tē filij: iustitia iusti sup eū erit, &
a.4. (21 impietas impij erit super eū. † Si
E autē impius egerit pœnitentiam
ab omnibus peccatis suis quæ o-
peratus est, & custodierit omnia
præcepta mea, & fecerit iudi-
cium & iustitiā: vita viuet, & non
22 morietur. † Omniū iniquitatum
eius quas operatus est, nō recor-
Psa.29.a.4. dabor: in iustitia sua quam opera-
23 tus est, viuet. † ‖ Nunquid volun-
tatis meæ est mors impij, dicit In.33.c.11.
Dñs Deus, & nō vt conuertatur à 2.Pe.3.b.9
24 vijs suis, & viuat? † Si aūt auerte-
rit se iustus à iustitia sua, & fece-
rit iniquitatē secundum oēs abo-
F minationes quas operari solet
impius, nunquid viuet? omnes iu
stitiæ eius quas fecerat, nō recor-
dabuntur: in præuaricatione qua
præuaricat' est, & in peccato suo
quod peccauit, in ipsis morietur.
25 † ‖ Et dixistis, Non est æqua via In.33.d.20.
Dñi. Audite ergo domus Israel,
Nunquid via mea non est æqua,
& non magis viæ vestræ prauæ
26 sunt? † Cùm enim auerterit se iu-
stus à iustitia sua, & fecerit iniqui
tatē, morietur in eis: in iniustitia
27 quam operatus est, morietur. † Et
cùm auerterit se impius ab im-
pietate sua quam operatus est, &
fecerit iudicium & iustitiā: ipse
28 animā suam viuificabit. † Consy-
derans enim, & auertens se ab
omnibus iniquitatibus suis quas
operatus est, vita viuet, & nō mo
29 rietur. † Et dicunt filij Israël, Non
G est æqua via Dñi. Nunquid viæ
meæ non sunt æquæ, domus Isra-
el, & nō magis viæ vestræ prauæ?
30 † Idcirco vnumquenq; iuxta vias
suas iudicabo domus Israel, ait
Dominus Deus. ‖ Conuertimini, Mat.3.a.2.
& agite pœnitentiā ab omnibus
iniquitatibus vestris: & non erit
31 vobis in ruinā iniquitas. † Proij-
cite à vobis omnes* præuaricatio- *iniquita-
nes' vestras in quibus præuaricati tes.
estis, & facite vobis cor nouū, &
spiritum nouum: & quare mo-
32 riemini domus Israel? † ‖ Quia Su.e.23.
nolo mortem morientis, dicit In.33.c.11.
Dominus Deus, reuertimini, &
viuite.

CAP. XIX.

1 ET tu *assume planctum super *fili homi-
2 principes Israel, † & dices, nis.
A Quare mater tua leæna inter leo-
nes cubauit, in medio leunculo-
3 rum enutriuit catulos suos? † Et
eduxit

more Leonis agens
Capitur rex more Leonis.

eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere.
4 † Et audierunt de eo Gentes, & non absq; vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti.
5 † Quæ cùm vidisset quoniã infirmata est, & perijt expectatio eius: tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum.
6 † Qui incedebat inter leones, & factus est
B leo. & didicit prædam capere, &
7 homines deuorare: † Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius.
8 † Et conuenerunt aduersus eũ Gentes vndiq; de prouincijs, & expanderunt super eũ rete suũ, in vulneribus earum captus est.
9 † Et miserunt eũ in cauea
C am, in catenis adduxerunt eum ad regẽ Babylonis: miseruntq; eũ in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel.
10 † Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis.
11 † Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantiũ, & exaltata est statura eius inter frondes: & vidit altitudinẽ suam in multitudine palmi
12 tũ suorũ. † Et euulsa est in ira, in
D terramq; proiecta: ‖ & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius: ignis comẽdit eam.
Of.13.d.15.
13 † Et nũc transplantata est in de-
14 sertum, in terra inuia & sitienti. † Et egressus est ignis de virga rãmorum eius, qui fructum eius comẽdit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrũ dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

CAP. XX.

1 A ET factum est in anno septimo, in quinto, in decima mẽsis: venerunt viri de senioribus Israel vt interrogarent Dominum, & sederunt coram me.
2 † Et factus est sermo Domini ad me,
3 dicens. † Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid ad interrogandum me vos venistis? viuo ego quia nõ respondebo vobis, ait Dominus Deus.
4 † Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? abominationes patrũ eorũ ostende eis. † Et dices ad eos,
5 Hæc dicit Dñs Deus, in die qua elegi Israel, & leuaui manũ meam pro stirpe domus Iacob: & apparui eis in terra Ægypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens,
6 Ego Dominus Deus vester: † in die illa leuaui manũ meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes
7 terras. † Et dixi ad eos, Vnusquis-
B que offensiones oculorum suorũ abijciat, & in idolis Ægypti nolite polluj: ego Dominus Deus
8 vester. † Et irritauerunt me, noluerunt q; me audire: vnusquisque abominationes oculorũ suorum non proiecit, nec idolo Ægypti reliquerunt. & dixi vt effunderẽ indignationem meã super eos, & implerem iram meam in eis, in
9 medio terræ Ægypti. † Et feci propter nomen meũ, vt non violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerẽ eos de ter-
10 ra Ægypti. † Eieci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi eos in deser-
11 tum. † ‖ Et dedi eis præcepta mea, Le.18.a.5.
& iudicia mea ostendi eis, quæ Ro.10.a.5.
12 faciens homo, viuet in eis. † Insu- Ex.20.b.8.
per & ‖ sabbatha mea dedi eis, vt 31.c.13.
esset signum inter me & eos: & De.5.b.12.
scirent quia ego Dñs sanctificans
13 eos. † Et irritauerunt me domus Israel in deserto, in præceptis meis nõ ambulauerũt, & iudicia mea proiecerunt, ‖ quæ faciens Ga.3.b.12.

Ga.7.b.12. homo viuet in eis : ‖ & sabbatha
Ex.16.f.28 mea violauerunt vehementer. dixi ergo vt effunderem furorē
meum super eos in deserto,& cō-
14 sumerem eos. † Et feci propter
nomen meum, ne violaretur co-
ram Gentibus de quibus eieci
15 eos, in conspectu earum. † Ego
C igitur leuaui manum meam su-
per eos in deserto,ne inducerem
eos in terram quam dedi eis flu-
entem lacte & melle,præcipuam
16 terrarum omnium:† Quia iudicia
mea proiecerunt,& in præceptis
meis nō ambulauerunt,& sabba-
tha mea violauerunt : post idōla
17 enim cor eorum gradiebatur.† Et
pepercit oculus meus super eos,
vt non interficerē eos : nec con-
18 sumpsi eos in deserto. † Dixi autē
ad filios eorum in solitudine : In
præceptis patrum vestrorum no-
lite incedere, nec iudicia eorum
custodiatis, nec in idōlis eorum
19 polluamini. † Ego Dñs Deus ve-
ster,in præceptis meis ambulate,
& iudicia mea custodite, & facite
20 ea.† Et sabbatha mea sanctificate,
vt sint signum inter me & vos: &
*sciatis 3. *sciatur quia ego sum Dñs Deus
21 vester.† Et exacerbauerunt me fi-
& lij, in præceptis meis non ambu
lauerunt:& iudicia mea non cu-
stodierunt,vt facerent ea:quæ cū
fecerit homo, viuet in eis:& sab-
batha mea violauerunt: & cōmi-
22 natus sum vt effunderem furo-
rem meum super eos, & implerē
iram meam in eis in deserto.† A-
D uerti autem manum meam,& fe-
ci propter nomen meum,vt non
violaretur coram Gentibus, de
quibus eieci eos in oculis earum.
23 † Iterum leuaui manum meam
in eos in solitudine, vt dispergerē
illos in nationes, & ventilarē
24 in terras : † eò quòd iudicia mea
non fecissent,& præcepta mea re
probassent, & sabbatha mea vio-
lassent, & post idōla patrū suorū
25 fuissent oculi eorū. † Ergo & ego
dedi eis præcepta non bona, &
26 iudicia in quibus non viuent:† Et
pollui eos in muneribus suis cū
offerrent omne quod aperit vul-
uam,propter delicta sua:& scient
27 quia ego Dominus. † Quamobrē
loquere ad domum Israel fili ho-
minis,& dices ad eos, Hæc dicit
Dñs Deus, Adhuc & in hoc bla-
sphemauerunt me patres vestri,
cùm spreuissent me contemnen-
28 tes †& induxissem eos in terram
super quam leuaui manum me-
am vt darem eis: viderunt omnē *illam†
collem excelsum, & omne lignū
nemorosum , & immolauerunt
ibi victimas suas: & dederunt ibi
irritationem oblationis suæ, &
posuerunt ibi odorem suauitatis
suæ,& libauerunt libationes su-
29 as. † Et dixi ad eos, Quid est ex-
E celsum ad quod vos ingredimi-
ni? Et vocatum est nomen eius
Excelsum vsque ad hanc diem.
30 † Propterea dic ad domum Israel,
Hæc dicit Dominus Deus, Certè
in via patrum vestrorum vos pol-
luimini, & post offendicula eo-
31 rum vos fornicamini. † Et in ob-
latione donorum vestrorum,cū
traducitis filios vestros per ignē,
vos polluimini in omnibus idō-
lis vestris vsq; hodie: & ego re-
spondebo vobis domus Israel?
Viuo ego, dicit Dominus Deus,
32 quia nō respondebovobis.† Neq;
cogitatio mentis vestræ fiet, di-
centium,Erimus sicut Gentes,&
sicut cognationes terræ, vt cola-
33 mus ligna & lapides. † Viuo ego
dicit Dñs Deus, quoniā in manu
forti,& in brachio extento, & in
furore effuso regnabo super vos.
34 † Et educā vos de populis: & con-
gregabo vos de terris, in quibus
dispersi estis, in manu valida &
in brachio extento, & in furore
35 effuso regnabo super vos. † Et ad-
ducam vos in desertum popula-
rū,& iudicabor vobiscū ibi facie
36 ad faciē.† Sicut iudicio contendi
aduer-

F aduersum patres vestros in deser
to terræ Ægypti: ibi iudicabo vos,
37 dicit Dominus*. † Et subijciam
*Deus 6. vos sceptro meo, & inducam vos
38 in vinculis fœderis. † Et eligam de
vobis transgressores & impios,
& de terra incolatus eorum edu-
cam eos, & in terram Israel non
39 ingredientur. & scietis quia ego
Dominus. † Et vos domus Isra-
el. Hæc dicit Dominus Deus, Sin-
guli post idola vestra ambulate,
& seruite eis. Quòd si & in hoc
non audieritis me, & nomen meum
sanctum polluetis vltrà in
muneribus vestris, & in idolis ve-
40 stris, † in monte sancto meo, in
monte excelso Israel, ait Domi-
nus Deus, ibi seruiet mihi omnis
domus Israel: omnes, inquam, in
terra in qua placebit mihi, & ibi
quæram primitias vestras, & ini-
tium decimarum vestrarum in
omnibus sanctificationibus ve-
41 stris † In odorem suauitatis susci-
piam vos, cùm eduxero vos de po
pulis, & congregauero vos de ter-
ris, in quas dispersi estis & sancti-
ficabor in vobis in oculis natio-
42 num. † Et scietis quia ego Domi-
G nus, cùm induxero vos ad terram
Israel, in terram pro qua leuaui
manum meam, vt darem eam pa-
43 tribus vestris. † Et recordabimini
ibi viarum vestrarum, & omni-
um scelerum vestrorum, quibus
polluti estis in eis, & displicebitis
vobis in conspectu vestro in om-
nibus malitijs vestris quas feci-
44 stis. † Et scietis quia ego Dñs, cùm
benefecero vobis propter no-
men meum, & nõ secundum vias
vestras malas, neq; secundũ sce-
lera vestra pessima domus Israel,
45 ait Dominus Deus: † Et factus est
46 sermo Domini ad me dicens. † Fi-
li hominis, pone faciem tuam
contra viam Austri, & stilla ad A-
phricum, & propheta ad saltum
47 agri meridiani. † Et dices saltui
meridiano, audi verbũ Domini.
Hæc dicit Dominus Deus, Ecce,
ego succendam in te ignem, &
comburam in te omne lignum vi
tide, & omne lignum aridum, nõ
extinguetur flamma succensionis:
& comburetur in ea omnis faci-
es ab Austro vsq; ad Aquilonem.
47 † Et videbit vniuersa caro quia e-
go Dominus succendi eam, nec
48 extinguetur. † Et dixi: Ah, Ah, Ah,
Domine Deus, ipsi dicunt de me:
Nunquid non per parabolas lo-
quitur iste?

CAP. XXI.

1 ET factus est sermo Domini ad
2 me, dicens: † Fili hominis, po-
A ne faciem tuam ad Ierusalem, &
stilla ad sanctuaria, & propheta
3 contra humum Israel. † Et dices
terræ Israel, Hæc dicit Dominus
Deus, Ecce ego ad te, & eijciã gla-
dium meum de vagina sua, & oc-
cidam in te iustum & impium.
4 † Pro eo autem quòd occidi in te
iustũ & impium, idcireo egredie-
tur gladius meus de vagina sua
ad omnem carnem ab Austro vs-
5 que ad Aquilonem. † Vt sciat om-
nis caro quia ego Dominus edu-
xi gladium meum de vagina sua
6 irreuocabilem. † Et tu fili homi-
nis ingemisce in contritione lum
borum, & in amaritudinibus in-
7 gemisce coram eis. † Cumq; dixe-
B rint ad te, Quare tu gemis? dices,
Pro auditu, quia venit, & tabescet
omne cor, & dissoluentur vniuer-
sæ manus, & infirmabitur omnis
spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ, ecce venit, & fiet, ait
8 Dominus Deus. † Et factus est ser-
9 mo Domini ad me, dicens, † Fili
hominis, propheta, & dices: Hæc
dicit Dominus Deus, Loquere, Gladius gladius exacutus est
10 & limatus. † Vt cædat victimas exa
cutus est, vt splẽdeat limatus est:
qui moues sceptrum filij mei, sue
11 cidisti omne lignum. † Et dedi eũ
ad leuigandum, vt teneatur ma-

G nu:iste exactus est gladius,& iste limatus est,vt sit in manu interfi-
12 cientis.†Clama, & vlula fili homi-
nis, quia hic factus est in populo
me>,hic in cunctis ducibus Isra-
el qui fugerant, gladio traditi
sunt cũ populo meo, idcirco plau-
13 de super femur. † quia probatus
est,& hoc cùm sceptrum subuer-
terit,& non erit, dicit Dominus
14 Deus.† Tu ergo fili hominis pro-
pheta,& percute manu ad manũ,
& duplicetur gladius, ac triplice-
tur gladius interfectorum, hic est
gladius occisionis magnæ,qui ob-
15 stupescere eos facit † & corde ta-
bescere:, & multiplicat ruinas. In
omnibus portis eorum dedi con-
turbationem gladij acuti & lima-
ti ad fulgendum, amicti ad cæ-
16 dem.† Exacuere, vade ad dexte-
D ram siue ad siniſtram, quocunq;
17 facies tuæ est appetitus.† Quin &
ego plaudam manu ad manũ, &
implebo indignationem meam,
18 ego Dominus locutus sum.† Et fa
ctus est sermo Domini ad me,di-
19 cens:† Et tu fili hominis pone ti-
bi duas vias, vt veniat gladius re-
gis Babylonis,de terra vna egre-
ambæ 1. dientur ambo: & manu capiet
conjecturam, in capite viæ ciui-
20 tatis conijciet.† Viam pones,vt ve
E niat gladius ad Rabbath filio-
rum Ammon,& ad Iudam in Ie-
21 rusalem munitissimam.† Stetit e-
nim rex Babylonis in biuio, in ca
pite duarum viarũ diuinationem
quærens, commiscens sagittas.in
terrogauit idola, exta consuluit.
22 † Ad dexteram eius facta est diui-
natio super Ierusalem, vt ponat
& 15. arietes,vt aperiat os in cæde. vt
eleuet vocem in vlulatu,vt ponat
arietes cõtra portas, vt cõportet
aggerem,vt ædificet munitiones.
23 †Eritq; quasi consulens frustra o-
raculum in oculis eorum, & sab-
bathorum otium imitans: ipse
autem recordabitur iniquitatis
24 ad capiendum.† Idcirco hæc dicit

F Dominus Deus, Pro eo quòd re-
cordati estis iniquitatis vestræ, &
reuelastis præuaricatiões vestras,
& apparuerunt peccata vestra in
omnibus cogitationibus vestris:
pro eo,inquam, quòd recordati
25 estis,manu capiemini.† Tu autem
prophane impie dux Israel, cu-
ius venit dies in tempore ini-
26 quitatis præfinita.† Hæc dicit Do-
minus Deus, Auser cidarim, tolle
coronam: nonne hæc est quæ hu-
milem subleuauit, & sublimem
27 humiliauit:† Iniquitatem,iniqui-
tatem, iniquitatem ponam eam:
& hoc non factum est, donec ve-
niret cuius est iudiciũ, & tradam
28 ei.† Et tu fili hominis, propheta,
& dic, Hæc dicit Dominus Deus
ad filios Ammon,& ad opprobri-
um eorum, & dices: Mucro mu-
cro euagina te ad occidendum:li-
mate vt interficias, & fulgeas.
29 †Cùm tibi viderentur vana, & di-
G uinarentur mendacia, vt dareris
super colla vulneratorum impio-
rum, quorum venit dies in tem-
30 pore iniquitatis præfinita. † Re-
uertere ad vaginã tuam: in loco in loco
in quo creatus es,in terra natiui-
31 tatis tuæ iudicabo te,& effundam
super te indignationem meam,
in igne furoris mei sufflabo in
te, daboque te in manus homi-
num insipientium & fabrican-
32 tium interitum.† Igni eris cibus,
sanguis tuus erit in medio terræ,
obliuioni tradêris,quia ego Do-
minus locutus sum.

CAP. XXII.

1 ET factum est verbum Domini
2 ad me,dicens,† Et tu fili homi-
A nis, nonne iudicas, nonne iudi-
cas ciuitatem sanguinum? & o-
stendes ei omnes abominatio-
3 nes suas,† & dices, Hæc dicit Do-
minus Deus, Ciuitas effundens
sanguinem in medio sui, vt veni-
at tempus eius, & quæ fecit idola
contra semetipsam, vt polluere-
tur.

Complodent manus suas, peccatum suum.

4 tur. †In sanguine tuo qui à te effu
sus est, deliquisti, & in idólis tuis
quæ fecisti, polluta es: & appro-
pinquare fecisti dies tuos, & ad-
duxisti tẽpus annorũ tuorũ: prop-
terea dedi te opprobriũ gentib.
5 & irrisionẽ vniuersis terris. †Quæ
iuxta sunt & quæ procùl à te, tri-
umphabunt de te: sordida, nobi-
6 lis, grandis interitu. †Ecce princi-
pes Israel singuli in brachio suo
fuerũt in te, ad effundendũ san-
7 guinẽ. †Patrem & matrẽ cõtume-
B lijs affecerunt in te, aduenam ca-
lumniati sunt in medio tui, pu-
pillũ & viduam contristauerunt
8 apud te. † Sanctuaria mea spreui-
stis, & sabbatha mea polluistis.
9 †Viri detractores fuerunt in te ad
effundendum sanguinem, & su-
per montes comederunt in te,
scelus operati sunt in medio tui.
10 ††Verecundiora patris discoope-
Le. 18. a. 7. ruerunt in te, immunditiã men-
11 struatæ humiliauerũt in te. ††Et
Ier. 5. b. 8. vnusquisq; in vxorẽ proximi sui
operatus est abominationem, &
socer nurum suam polluit nefa-
rie, frater sororem suã filiam pa-
12 tris sui oppressit in te. † Munera
C acceperunt apud te ad effunden-
dũ sanguinẽ: vsuram & superabũ-
dantiam accepisti, & auare proxi-
mos tuos calũniabaris: meiq; ob-
13 lita es, ait Dñs Deus. †Ecce, cõplo-
si manus meas super auaritiã tuã
quam fecisti, & super sanguinem
14 qui effusus est in medio tui. † Nun
quid sustinebit cor tuum, aut præ
ualebunt manus tuæ in diebus
quos ego faciam tibi? ego Domi-
15 nus locutus sum, & faciam. †Et di-
spergam te in nationes, & venti-
labo te in terras, & deficere faci-
16 am immunditiam tuam à te. †Et
possidebo te in conspectu Genti-
um: & scies quia ego Dominus.
17 † Et factum est verbum Domini
18 ad me, dicens, † Fili hominis, ver-
D sa est mihi domus Israel in scori-
am, omnes isti æs, & stannum,
& ferrum, & plumbum in medio
fornacis, scoria argenti facti sunt.
19 † Propterea hæc dicit Dominus
Deus, Eò quòd versi estis omnes
in scoriam, propterea ecce ego
congregabo vos in medio Ieru-
20 salem † congregatione argenti, &
æris, & stanni, & ferri, & plumbi
in medio fornacis: vt succendam
in ea ignem ad conflandum, sic
congregabo in furore meo & in
ira mea, & requiescam, & confla-
21 bo vos. †Et congregabo vos, & suc
E cendam vos in igne furoris mei,
& conflabimini in medio eius.
22 †Vt conflatur argentum in medio
fornacis, sic eritis in medio ei-
us, & scietis quia ego Dominus,
cùm effuderim indignationem
23 meam super vos. † Et factum est
24 verbũ Domini ad me dicens, †Fili
hominis, dic ei, Tu es terra immũ
da, & non compluta in die furo-
25 ris. † Coniuratio prophetarum in
medio eius, sicut leo rugiens ra-
piensq; prædam, animas deuora-
uerunt, opes & pretium acceper-
unt, viduas eius multiplicauerũt
26 in medio illius. † Sacerdotes eius
F contempserunt legem meam, &
polluerunt sanctuaria mea: inter
sanctum & prophanũ nõ habue-
runt distantiã: & inter pollutum
& mundum nõ intellexerunt, &
à sabbathis meis auerterũt oculos
suos, & coinquinabar in medio
27 eorum. †Principes eius in medio Mic. 3. d. 11.
illius quasi lupi rapientes prædã, Sop. 3. a. 3.
ad effundendum sanguinem, &
ad perdendas animas, & auare se-
28 ctanda lucra. † Prophetæ autem e-
ius liniebant eos absq; tempera-
G mento, videntes vana, & diuinan
tes *eis mendacium, dicẽtes, Hæc *ei.
dicit Dominus Deus, cùm Domi-
29 nus non sit locutus. † *Populi ter- *populum
ræ calumniabantur calumniam, & terræ ca-
& rapiebant violenter: egenum lumnia-
& pauperem affligebant, & adue- bantur ca-
nam opprimebant calumnia absq; lumnia 4.
30 iudicio. † Et quæsiui de eis
virum

virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non
31 inueni. † Et effudi super eos indi-
* & gnationem meam, * in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum
in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

Cum Samaria sorore Gabis, sibi pari.

CAP. XXIII.

1 ET factus est sermo Dñi ad me,
2 dicens: † Fili hominis, duæ mu-
A lieres filiæ matris vnius fuerunt.
3 † Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt hubera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis
4 earum. † Nomina autem earum Oolla maior: & Ooliba soror e-
-7. ius - minor': & habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò earum nomina Samaria Oolla &
5 Ierusalem Ooliba. † Fornicata est igitur super me Oolla, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios
6 propinquantes, † vestitos hyacinthio, principes & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos, equi-
7 tes, ascensores equorum. † Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum vniuersos, & in omnibus in quos insaniuit, in immunditijs eorum pollu-
8 ta est. † Insuper & fornicationes suas
B quas habuerat in Ægypto, nō reliquit, nā & illi dormierunt cum ea in adolescētia eius, & illi cōfregerunt hubera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam su-
9 per eam † Propterea tradidi eam in manus amatorū suorum, in manus filiorū Assur, super quorum
10 insaniuit libidinē. † ‖ Ipsi discoo-
Su.16.d.38. peruerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerūt, & ipsam occiderūt gladio, & factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpe-
11 trauerūt in ea. † Quod cùm vidisset soror eius Ooliba, plus quàm illa insanauit libidine: & fornicationem suam super fornicationē
12 sororis suæ † ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus & magistratib. ad se venientibus in dutis veste varia, equitibus qui ve
ctabantur equis, & adolescentib.
13 forma cunctis egregia. † Et vidi quòd polluta esset via vna amba-
14 rum. † Et auxit fornicationes suas:
C cumq; vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum
15 expressas coloribus, † & accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis terræq; Chaldæorū in
16 qua orti sunt. † Insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuntios ad eos in
17 Chaldæam † Cumq; venissent ad eam filij Babylonis ad cubile mămarum, polluerūt eam stupris suis, & polluta est ab eis, & faturata
18 est anima eius ab illis. † Denudauit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suā: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore e-
19 ius. † Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ quib. fornicata est
20 in terra Ægypti. † Et insaniuit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt vt carnes asinorum, & sicut fluxus equorum
21 fluxus eorum. † Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto hubera tua, & confractæ sunt mammæ
22 pubertatis tuæ. † Propterea Oo-
D liba, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua, & congregabo eos aduersum te in circui-
23 tu, † Filios Babylonis & vniuersos Chaldæos, nobiles, tyrannosque & principes omnes filios Assyriorum, iuuenes forma egregia, duces & magistratus vniuersos principes principum, & nominatos ascensores equorum.

† Et

24 †Et venient super te instructi cur-
* & r. ru & rota * multitudo popu-
lorum: lorica & clypeo & galea ar-
mabuntur contra te vndique: &
dabo coram eis iudicium, & iudi
25 cabunt te iudicijs suis.† Et ponam
zelum meum in te, quem exercēt
tecum in furore: nasum tuum &
aures tuas præcident: & quæ remā
serint, gladio concident: ipsi filios
tuos & filias tuas capient, & no-
uissimum tuum deuorabitur igni.
26 † Et denudabunt te vestimentis
tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ.
27 † Et requiescere faciam scelus tu-
um de te, & fornicationem tuam
de terra Ægypti: nec leuabis ocu
los tuos ad eos, & Ægypti non re-
28 cordaberis amplius.† Quia hæc di
E cit Dominus Deus, Ecce ego tra-
dam te in manus eorum quos odi
sti, in manus de quibus satiata est
29 anima tua. † Et agent tecum in
odio: & tollent omnes labores
tuos, & dimittent te nudam & ig
nominia plenam, & reuelabitur
ignominia fornicationum tuarū,
scelus tuum & fornicationes tuæ.
30 † Fecerūt hæc tibi qa fornicata es
post gentes, inter quas polluta es
31 in idolis earū.† In via sororis tuæ
ambulasti, & dabo calicem eius
32 in manu tua. † Hæc dicit Domin⁹
Deus, Calicem sororis tuæ bibes
profundum & latum: eris in deri-
sum & in subsannationē quæ est
33 capacissima.† Ebrietate & dolore
repleberis 'calice' mœroris & tri-
stitiæ, 'calice' sororis tuæ Sama-
34 riæ.† Et bibes illū, & epotabis vsq;
ad fæces, & fragmenta eius deuo-
rabis, hubera tua lacerabis: quia
35 ego locutus sum, ait Dominus De
us. † Propterea hæc dicit Dñs De-
us, Quia oblita es mei & proiecī-
sti me post corpus tuum, tu quoq;
36 porta scelus tuum, & fornicatio-
nes tuas.† Et ait Dominus ad me,
dicens, Fili hominis, nunquid
F iudicas Oolam & Oolibam, & an
37 nuntias eis scelera earum? † Quia
adulteratæ sunt, & sanguis in ma-
nibus earum: & cum idolis suis
fornicatæ sunt: insuper & filios
suos, quos genuerunt mihi, obtu-
38 lerunt eis ad deuorandum. † Sed
& hoc fecerunt mihi, Polluerunt
sanctuarium meum in die illa, &
sabbatha mea prophanauerunt.
39 † Cumq; immolarent filios suos
idolis suis, & ingrederentur san-
ctuarium meum in die illa vt pol
luerent illud: etiam hæc fecerunt
40 in medio domus meæ. † Miserunt
ad viros venientes de longe, ad
quos nuntium miserant, itaq; ec-
ce venerunt: quibus te lauisti, &
circunliniſti stibio oculos tuos, &
41 ornata es mundo muliebri. † Sed
isti in lecto pulcherrimo, & mēsa
ornata est ante te: thymiama meū,
& vnguentum meum posui-
42 sti super eam.† Et vox multitudi-
nis exultantis erat in ea: & in vi-
ris qui de multitudine hominum
adducebantur, & veniebāt de de-
serto, posuerunt armillas in mani
bus eorum, & coronas speciosas
43 in capitibus eorum. † Et dixi ei
quæ attrita est in adulterijs, Nūc
fornicabitur in fornicatione sua
44 etiam hæc.† Et ingressi sunt ad eā
quasi ad mulierem meretricem:
sic ingrediebantur ad Oolam &
ad Oolibam mulieres nefarias.
45 † Viri ergo iusti sunt: ‖ hi iudica- Su. 16. d. 35
G bunt eas iudicio adulterarum, &
iudicio effundētium sanguinem:
quia adulteræ sunt, & sanguis in
46 manibus earum⁹. † Hæc enim di- * & cū idō
cit Dominus Deus, Adduc ad eas lis suis for
multitudinem, & trade eas in tu- nicatæ
47 multum & in rapinam: † Et lapi- sunt.
dentur lapidibus populorum, &
cōfodiantur gladijs eorum: filios
& filias earum interficient, & do-
48 mos earum igne succendent. † Et
auferam scelus de terra, & discent
omnes mulieres ne faciant secun
49 dum scelus earum.† Et dabunt sce
lus vestrum super vos, & peccata
idolorum vestrorum portabitis:

& scietis quia ego Dominus Deus.

CAP. XXIIII.

1 ET factum est verbum Domini
A ad me in anno nono, in men-
15. se decimo, decima die mensis di
2 cens, † Fili hominis, scribe tibi no
men diei huius, in qua confirma-
3 tus est rex Babylonis aduersum Ie
rusalem hodie. † Et dices per
prouerbium ad domum irritatri-
cem parabolam, & loqueris ad e-
os, Hæc dicit Dominus Deus, po-
ne ollam: pone, inquam, & mitte
4 in eam aquam. † Congere frusta
eius in eā, omnem partem bonā,
femur & armum, electa & ossibus
5 plena. † Pinguissimum pecus assu
B me, compone quoq; strues ossiū
sub ea: effervbuit coctio eius, & dis
coctа sunt ossa illius in medio e-
6 ius. † Propterea hæc dicit Domi-
nus Deus, Vę ciuitati sanguinum,
ollæ cuius rubigo in ea est, & ru-
bigo eius non exiuit de ea: per par
tes & per partes suas eijce eam,
7 nō cecidit super eā sors. † Sanguis
enim eius in medio eius est, super
limpidissimam petram effudit il-
lum: non effudit illum super ter-
ram, vt possit operiri puluere. † Vt
superinducerem indignationem
meam, & vindicta vlciscerer: de-
di sanguinem eius super petram
limpidissimam ne operiretur.
9 † Propterea hęc dicit Dominus De
C us, Væ ciuitati sanguinum, cuius
10 ego grandē faciam pyram. † Con-
Nah.3.a.2. gere ossa quæ igne succendam: cō
Hab.2.c.12 sumentur carnes, & coquetur vni
uersa compositio, & ossa tabescēt.
11 † Pone quoque eam super prunas
vacuam, vt incalescat & liquefi-
at æs eius, & confletur in medio
eius inquinamentum eius, & con
12 sumatur rubigo eius. † Multo la-
bore sudatum est, & nō exiuit de
ea nimia rubigo eius, neque per
13 ignem. † Immunditia tua execra-
D bilis: quia mundare te volui, &
non es mundata à sordib. tuis: sed
nec mūdaberis prius, donec quie
scere faciam indignationem me-
14 am in te. † Ego Dominus locutus
sum, Veniet, & faciam: nō transeā,
nec parcam, nec placabor: iuxta vi
as tuas, & iuxta adinuentiones tu
as iudicabo te, dicit Dominus.
15 † Et factum est verbum Domini
16 ad me, dicens: † Fili hominis, ecce
ego tollo à te desyderabile oculo-
rum tuorum in plaga: & non plan
ges, neq; plorabis, neq; fluent la-
17 chrymæ tuæ. † Ingemiscere ta-
E cens, mortuorum luctum non fa-
cies: corona tua circunligata sit ti
bi, & calceamenta tua erunt in pe
dib. tuis, nec amictu ora velabis,
nec cibos lugentium comedes.
18 † Locutus sum ergo ad populū ma
nè, & mortua est vxor mea vespe-
re: feciqué manè sicut præceperat
19 mihi. † Et dixit ad me populus,
Quare non indicas nobis quid
20 ista significent quæ tu facis? † Et
dixi ad eos, Sermo Domini fa-
21 ctus est ad me, dicens: †. Loquere
F domui Israel. Hæc dicit Dominus
Deus: Ecce ego polluam sanctua-
rium meum, superbiam imperij
vestri, & desyderabile oculorum
vestrorum, & super quo pauet a-
nima vestra, & filij vestri, & filiæ
vestræ quas reliquistis, gladio ca-
22 dent. † Et facietis sicut feci, Ora
amictu non velabitis, & cibos lu-
23 gentium non comedetis. † Coro-
nas habebitis in capitib. vestris,
& calceamenta in pedibus: non
plangetis neq; flebitis, sed tabe-
scetis in iniquitatib. vestris, & v-
nusquisq; gemet ad fratrē suum.
24 † Eritq; Ezechiel vobis in porten
G tū: iuxta omnia quæ fecit, facietis
cū venerit istud: & scietis qa ego
25 Dominus Deus. † Et tu fili homi-
nis, ecce in die qua tollam ab eis
fortitudinem eorum, & gaudium
dignitatis, & desyderium oculorū
eorum super quo requiescunt ani
mæ eorum, filios & filias eorum,

† In

29 ‡ In die illa cùm venerit fugiens
27 ad te, vt annuntiet tibi: ‡ In die in
quã illa aperietur os tuũ cum eo
q̃ fugit, & loquêris, & non silebis
vltrà: erisq; eis in portentum, &
scietis quia ego Dominus.

CAP. XXV.

1 ET factus est sermo Domini ad
2 me, dicens: ‡ Fili hominis, po
A ne faciem tuam contra filios Am
3 mon: & prophetabis de eis. ‡ Et
dices filijs Ammon, Audite ver-
bum Domini Dei: Hæc dicit Do-
minus Deus: Pro eo quòd dixisti
euge euge super sanctuarium me-
um, quia pollutum est: & super
terram Israel, quoniam desolata
est: & super domum Iuda, quoni-
am ducti sunt in captiuitatem.
4 ‡ Idcirco ego tradam te filijs ori-
entalibus in hæreditatem, & col-
locabunt caulas suas in te, & po-
nent in te tentoria sua: ipsi come
dent fruges tuas: & ipsi bibẽt lac
5 tuum. ‡ Daboq; Rabbath in habi-
taculum camelorum, & filios Am
mon in cubile pecorum: & scietis
6 quia ego Dominus. ‡ Quia hæc di-
B cit Dominus Deus: Pro eo quòd
plausisti manu, & percussisti pe-
de, & gauisa es ex toto affectu su-
7 per terram Israel: ‡ Idcircò ecce
ego extendam manum meam su-
per te, & tradam te in direptio-
nem Gentium, & interficiam te
de populis, & perdam de terris, &
*scies 6. conteram: & *scietis quia ego Do
8 minus. ‡ Hæc dicit Dominus De',
Pro eo quòd dixerunt Moab &
Seir: Ecce, sicut omnes Gentes,
9 domus Iuda: ‡ idcirco ecce ego a-
periam humerum Moab de ciuita
tibus, de ciuitatibus inquã eius,
& de finibus eius inclytas terræ
Bethiesimoth, & Beel-meon, &
10 Cariatháim. ‡ * Filius' Orientis
C cum filijs Ammon, & dabo eam
*filios 4. in hæreditatem: vt non sit vltrà
memoria filiorum Ammon in gẽ
11 tibus. ‡ Et in Moab faciam iudicia:
12 & scient quia ego Dñs. ‡ Hæc di-
cit Dominus Deus: Pro eo quòd
fecit Idumæa vltionem vt se vin-
dicaret de filijs Iuda, peccauitque
delinquens, & vindictam expeti-
13 uit de eis: ‡ Idcirco hæc dicit Do-
minus Deus: Extendam manum
meam super Idumæam, & auferã
de ea hominem & iumentum, &
faciam eam desertam ab Austro:
& qui sunt in Dedan, gladio ca-
14 dent. ‡ Et dabo vltionem meã su-
per Idumæam per manum popu-
li mei Israel: & facient in Edõ iux
ta irã meam & furorẽ meũ: & sci-
ent vindictam meam, dicit Domi
15 nus Deus. ‡ Hæc dicit Dominus
D Deus: Pro eo quòd fecerunt Pa-
læsthini vindictam, & vlti se sunt
toto animo, interficientes & im-
16 plentes inimicitias veteres: ‡ pro-
pterea hæc dicit Dominus Deus,
Ecce, ego extendam manum me-
am super Palæsthinos, & interfici
am interfectores, & perdam reli-
17 quias maritimæ regionis: ‡ faciam
que in eis vltiones magnas argu-
ens in furore: & sciẽt quia ego Do
minus: cùm dedero vindictam me
am super eos.

CAP. XXVI.

1 ET factum est in vndecimo an-
A no, prima mensis, factus est ser
2 mo Domini ad me, dicens: ‡ Fili
hominis pro eo quòd dixit Tyrus
de Ierusalem: Euge, confractæ
sunt portæ populorum, conuersa
est ad me: implebor, deserta est.
3 ‡ Propterea hæc dicit Dominus
Deus. Ecce ego super te Tyre, &
ascendere faciam ad te gẽtes mul
tas, sicut ascendit mare fluctuans.
4 ‡ Et dissipabunt muros Tyri, & de
struent turres eius: & radam pul-
uerem eius de ea, & dabo eam in
5 limpidissimam petram. ‡ Siccatio
sagenarum erit in medio maris,
quia ego locutus sum, ait Domi-
nus Deus, & erit in direptionem
6 Gentibus. ‡ Filiæ quoq; eius quæ
sunt

sunt in agro, gladio interficiẽtur:
7 & sciẽt quia ego Dominus. † Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducam ad Tyrum Nabucho donosor regẽ Babylonis ab Aquilone regẽ regum, cũ equis, & curribus & equitibus, & cœtu, populo-
8 que magno. † Filias tuas quæ sunt
B in agro gladio interficiet: & circundabit te munitionibus, & cõportabit aggerem in gyro: & ele-
9 uabit cõtra te clypeũ. † Et vineas & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in at-
10 matura sua. † Inundatione equorum eius operiet te puluis eorũ: à sonitu equitũ & rotarum & curruum mouebuntur muri tui, cùm egressus fuerit portas tuas quasi
11 per introitũ vrbis dissipatæ. † Vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ
12 nobiles in terram corruent. † Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & destruent muros tuos, & domos tuas pręclaras subuertent: & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuũ in medio a-
13 quarum ponent. † ‖ Et quiescere
Ier. 7. g. 34. faciã multitudinem canticorum
C tuorũ, & sonitus cithararũ tuarũ
14 nõ audietur amplius. † Et dabo te in limpidissimã petrã, siccatio sagenarũ eris, neq; ędificaberis vltrà: quia ego locutus sum, ait Dñs De
15 us. † Hæc dicit Dominus Deus Tyro, Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum tuorum cùm occisi fuerint, in medio
16 tui commouebuntur insulæ? † Et descendẽt de sedibus suis omnes principes maris: & auferent exuuias suas, & vestimenta sua varia ab ijcient, & induentur stupore, in terra sedebunt, & attoniti super
17 repentino casu tuo admirabũtur? † Et assumentes super te lamentum, dicent tibi, Quomodo peristi quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cũ habitatoribus tuis, quos formida-
18 bant vniuersi? † Nunc stupebunt
D naues in die pauoris tui, & turbabuntur insulæ in mari, cò quòd nullus egrediatur ex te. Quia hęc
19 dicit Dominus Deus. † Cùm dedero te vrbem desolatam sicut ciuitates quæ nõ habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ. † Et detraxero te cum his qui descendunt in
20 lacum ad populũ sempiternum, & collocauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum, vt non habitẽris: porrò cùm dedero
21 gloriam in terra viuentium: † In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris vltrà in sempiternum, dicit Dominus Deus.

CAP. XXVII.

1 ET factum est verbum Domini
2 ad me, dicens, † Tu ergo fili hominis, assume super Tyrum la-
3 mentum: † & dices Tyro, quæ ha-
A bitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas, Hæc dicit Dominus Deus, O Tyre tu dixisti: Perfecti decoris
4 ego sum, † & in corde maris sita. Finitimi tui qui te ædificauerunt, impleuerunt decórem tu-
5 um: † abietibus de Sanir extruxerunt te, cum omnib. tabulatis maris: cedrum de Libano tulerunt,
6 vt facerẽt tibi malũ. † Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de insu-
7 lis Italię. † Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa facta sunt operi-
8 mentum tuum. † Habitatores Sidónis & Aradij fuerunt remiges
B tui: sapientes tui, Tyre, facti sunt
9 gubernatores tui. † Senes Giblij & prudẽtes eius habuerũt nautas ad ministeriũ varię supellectilis tuę:

omnes

omnes naues maris & nautæ earũ fuerunt in populo negotiationis tuæ. † Persæ, & Lydij, & Libyes
10 erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeũ & galeã suspenderunt in te pro ornatu tuo. † Filij
11 Aradij cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu: sed & Pigmæi qui erãt in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam.
12 † Carthaginẽses negotiatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumbo; repleuerunt nundinas tuas.
13 † Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi
C institores tui: mancipia, & vasa
14 ærea adduxerunt populo tuo. † De domo Thogormę, equos, & equites, & mulos adduxerunt ad fo-
15 rum tuum. † Filij Dedan negotiatores tui: insulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebenninos cõmutauerunt in
16 pretio tuo. † Syrus negotiator tuus propter multitudinẽ operum tuorum, gemmam & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt
17 in mercatu tuo. † Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo: balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in
18 nundinis tuis. † Damascenus ne-
D gotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui,
19 in lanis coloris optimi. † Dan, & Græcia, & Mosel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactũ: stacte, & calamus in negotiatio-
20 ne tua. † Dedan institores tui in
21 tapetibus ad sedendum. † Arabia & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cum agnis & arietibus, & hœdis vene-
22 runt ad te negotiatores tui. † Venditores Saba & Reema ipsi negotiatores tui: cum vniuersis primis
E aromatibus, & lapide pretioso & auro, quod proposuerunt in mer-
23 catu tuo. † Haran, & Chenne, & Eden negotiatores tu Saba: Assur
24 & Chelmad venditores tui. † Ipsi negotiatores tui multiphariam in uolucris hyacinthi, & polymitorum, gazarumq; pretiosarum, quę obuolutę & attrictę erant funibus: cedros quoq; habebant in
25 negotiationibus tuis. † Naues maris, principes tui in negotiatione tua, & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. † In aquis mul
26 tis adduxerunt te remiges tui. Ventus auster contriuit te in cor-
27 de maris. † Diuitiæ tuæ & thesauF ri tui, & multiplex instrumetum tuum, nautæ tui & gubernatores tui qui tenebant supellectilem tuam, & populo tuo præerant: viri quoq; bellatores tui qui erant in te, cum vniuersa multitudine tua quæ est in medio tui: cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.
28 † A sonitu clamoris gubernatorũ tuorum conturbabuntur classes.
29 † Et descendent de nauibus suis omnes qui tenebãt remum: nautæ & vniuersi gubernatores ma-
30 ris in terra stabunt. † Et eiulabũt super te voce magna, & clamabũt amarè: & superiacient puluerẽ capitibus suis, & cinere conspergen-
31 tur. † Et radent super te caluitiũ, & accingentur cilicijs: & plorabũt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo. † Et assument su-
32 G per te carmẽ lugubre, & plangent te, Quæ est vt Tyrus, quæ obmu-
33 tuit in medio maris? † Quæ in exitu negotiationũ tuarũ de mari implesti populos multos: in multitudine diuitiarũ tuarum, & populorũ tuorum ditasti reges ter-
34 ræ: † Nunc contrita es à mari, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in
35 medio tui, ceciderunt. † Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te: & reges earum omnes tempestate percussi mutauerunt

runt vultus. † Negotiatores populorum sibilauerũt super te ad nihilum deducta es, & non eris vsq; in perpetuum.

CAP. XXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens, † Fili hominis dic principi Tyri: Hęc dicit Dominus Deus, Eò quòd eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cùm sis homo, & non Deus: & dedisti cor tuũ quasi cor Dei. † Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretũ non est absconditum à te. † In sapientia, & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: & acquisisti aurum & argentũ in thesauris tuis. † In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatũ est cor tuum in robore tuo. † Propterea hæc dicit Dñs Deus, Eò quòd eleuatũ est cor tuũ quasi cor Dei. † Idcirco ecce ego adducã super te alienos robustissimos Gẽtium: & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluẽt decorẽ tuum. † Interficient & detrahent te, & moriẽris in interitu occisorũ in corde maris. † Nunquid dicẽs loquẽris, Deus ego sum, coram interficientibus te: cùm sis homo, & nõ Deus, in manu occidentium te? † Morte incircuncisorum morièris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait Dñs Deus. † Et factus est sermo Domini ad me, dicens: † Fili hominis leua plãctum super regem Tyri, & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus, Tu signaculũ similitudinis plenus sapientia, & perfectus decõre. † In delicijs paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentũ tuum: sardius, topazius & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus: aurum opus decõris tui: & foramina tua, in die qua cõditus es præparata sunt. † Tu cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidũ ignitorum ambulasti. † Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ: donec inuẽta est iniquitas in te. † In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti. & eieci te de mõte Dei, & perdidi te ó cherub protegens, de medio lapidũ ignitorum. † Et eleuatũ est cor tuũ in decõre tuo: perdidisti sapiẽtiam tuam in decõre tuo, in terram proieci te: ante faciẽ regũ dedi te, vt cernerent te. † In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuę polluisti sanctificationem tuam: producã ergo ignẽ de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerẽ super terram in conspectu omnium videntiũ te. † Omnes qui viderint te in Gentibus, obstupescent super te: nihili factus es, & non eris in perpetuum. † Et factus est sermo Domini ad me, dicens, † Fili hominis, pone faciẽ tuam cõtra Sidonẽ, & prophetabis de ea, † & dices, Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Sidõ, & glorificabor in medio tui: & scient quia ego Dominus cùm fecero in ea iudicia: & sanctificatus fuero in ea. † Et immittã ei pestilentiam & sanguinẽ in platẽis eius: & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum: & scient quia ego Dominus. † Et nõ erit vltrà domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens vndiq; per circuitum eorum qui aduersantur eis: & scient quia ego Dominus Deus. † Hęc dicit Dominus Deus, Quando congregauero domũ Israel de populis in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis corã Gẽtibus, & habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob. † Et habitabunt in ea securi: & ædificabunt do-

domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cùm fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum: & scient quia ego Dominus Deus eorum.

Nihil ei nisi cum possum prona Draconis. CAP. XXIX.

vna 10. (A duodecima 1. (2

1 IN anno decimo, decimo mẽse, vndecimâ die mensis, factũ est verbũ Dñi ad me, dicens, † Fili hominis, pone faciẽ tuã contra Pharaonẽ regẽ Ægypti: & prophetabis de eo, & de Ægypto vniuersa.

3 † Loquere, & dices, Hæc dicit Dominꝰ Deus, Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti draco magne, qui cubas in medio fluminũ tuorũ, & dicis, Meus est fluuiꝰ, & ego feci memetipsum. † Et ponã frenũ in maxillis tuis, & agglutinabo pisces

B fluminũ tuorum squamis tuis: & extrahã te de medio fluminũ tuorũ, & vniuersi pisces tui squamis

5 tuis adhærebunt. † Et proijciã te in desertũ, & omnes pisces fluminis tui, super faciẽ terræ cades, nõ colligêris, neq; cõgregaberis: bestijs terræ, & volatilibus cæli dedi

6 te ad deuorãdũ. † Et scient omnes habitatores Ægypti quia ego Dominus: pro eo quod fuisti baculus

7 arundineus domui Israel. † Quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum: & innitẽtibus eis super te, cõminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum. † Propterea hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego adducam super te gladium: &

8 interficiã de te hominẽ & iumentum. † Et erit terra Ægypti in desertum & in solitudinẽ: & scient

dixerit 3. quia ego Dominus: pro eo quòd dixeris, Fluuius meus est, & ego

10 feci eum. † Idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua: daboq; terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam, à turre Syenes, vsque ad

11 terminos Æthiopiæ. † Non pertransibit eam pes hominis, neq;

C pes iumenti gradietur in ea, & nõ habitabitur quadraginta annis.

12 † Daboq; terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum, & ciuitates eius in medio vrbium subuersarum, & erunt desolatæ quadraginta annis: & dispergam Ægyptios in nationes, & vẽtilabo eos in terras. † Quia hæc

13 dicit Dominus Deus: Post finem quadraginta annorum congregabo Ægyptũ de populis in quibus

14 dispersi fuerant. † Et reducam captiuitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phatures, in terra natiuitatis suæ: & erunt ibi in re-

15 gnum humile: † inter cætera regna erit humillima, & non eleuabitur vltrà super nationes, & iminuam eos ne imperent Gentibus. † Neq; erunt vltrà domui Is-

16 D rael in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant & sequantur eos, & scient quia ego Dominus

17 Deus. † Et factum est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis: factum est verbũ Domini

18 ad me, dicens: † Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neq; exercitui

19 eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. † Propterea hæc dicit Dominus Deus; Ecce, Ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Ægypti: & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius, & erit

20 merces exercitui illius. † Et operi quo seruiuit aduersus eam, dedi ei terram Ægypti: pro eo quod laborauerunt mihi, ait Dominus

21 Deus. † In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum, & scient quia ego Dominus.

CAP.

Sentiat Ægyptus Dominum mittere in eam. Iacob.

CAP. XXX.

1 ET factum est verbum Domini
2 ad me, dicens: † Fili hominis,
A propheta & dic: Hæc dicit Domi-
3 nus Deꝰ, Vlulate, væ vę diei: † quia
iuxtà est dies, & appropinquat
dies Domini, dies nubis, tempus
4 Gentium erit. † Et veniet gladius
in Ægyptum, & erit pauor in Æ-
thiopia, cùm ceciderint vulnera-
ti in Ægypto, & ablata fuerit mul
titudo illius, & destructa funda-
5 menta eius. † Æthiopia, & Lybia,
& Lydi, & omne reliquũ vulgus,
& Chub, & filij terræ fœderis
6 cum eis gladio cadent. † Hæc di-
B cit Dominus Deus, Et corruent
fulcientes Ægyptum, & destruē-
tur superbia imperij eius: à turre
Syenes gladio cadẽt in ea, ait Do-
7 minus Deus exercituum. † & dis-
sipabũtur in medio terrarum de-
solatarum, & vrbes eius in medio
8 ciuitatũ 'desertarum' erunt. † Et
'desolata- scient quia ego Dominus, cùm
rum 6. dedero ignem in Ægypto, & at-
triti fuerint omnes auxiliatores
9 eius. † In die illa egrediẽtur nun-
C tij à facie mea in trieribus ad con
terendam Æthiopiæ confiden-
tiam, & erit pauor in eis in die
Ægypti: quia absq; dubio veniet.
10 † Hæc dicit Dominus Deus, Et
cessare faciam multitudinem Æ-
gypti in manu Nabuchodonosor
11 regis Babylonis. † Ipse & populus
eius cum eo fortissimi Gentium
adducentur ad disperdẽdam ter-
ram, & euaginabunt gladios suos
super Ægyptũ, & implebunt ter-
12 ram interfectis. † Et faciam alueos
fluminum aridos, & tradam ter-
ram in manus pessimorum, & dis-
sipabo terrã & plenitudinẽ eius
in manus alienorum: ego Domi-
13 nus locutus sum. † ‖ Hæc dicit Do-
D minus Deus, Et disperdam simu-
Zac. 13. a. 2. lachra, & cessare faciam idola de
Memphis, & dux de terra Ægy-
pti non erit amplius: & dabo ter-
14 rorem in terra Ægypti. † Et dis-
perdam terram Phatures, & dabo
ignem in Taphnis, & faciam iu-
15 dicia in Alexandria. † Et effun-
dam indignationem meam super
Pelusium robur Ægypti, & inter-
ficiam multitudinẽ Alexandriæ,
16 † & dabo ignem in Ægypto, qua-
si parturiens dolebit Pelusium, &
Alexandria erit dissipata, & in
Memphis angustiæ quotidianæ.
17 † Iuuenes Heliopoleos, & Puba-
E sti gladio cadent, & ipsæ captiuæ
18 ducentur. † Et in Taphnis nigre-
scet dies, cùm contriuero ibi sce-
ptra Ægypti, & defecerit in ea su-
perbia potentiæ eius: ipsam nu-
bes operiet, filiæ autem eius in ca
19 ptiuitatem ducentur. † Et iudicia
faciam in Ægypto: & scient quia
20 ego Dominus. † Et factum est in
vndecimo anno, in primo men-
se, in septima mensis, factum est
verbum Domini ad me, dicens:
21 † Fili hominis, brachium Pharao-
nis regis Ægypti confregi: & ecce
nõ est obuolutum, vt restitue-
F retur ei sanitas, vt ligaretur pan-
nis & fasciretur linteolis, & recep-
to robore posset tenere gladium.
22 † Propterea hæc dicit Dominus
Deus, Ecce ego ad Pharaonem re-
gem Ægypti, & comminuam bra
chium eius fortè, sed confractum:
& deijciam gladiũ de manu eius,
23 † & dispergã Ægyptum in Genti-
24 bus, & ventilabo eos in terris. † Et
confortabo brachia regis Babylo-
nis, daboq; gladium meum in ma
nu eius: & confringam brachia
Pharaonis, & gement gemitibus
25 interfecti coram facie eius. † Et
confortabo brachia regis Baby-
lonis, & brachia Pharaonis conci-
G dent: & scient quia ego Dominꝰ,
cùm dedero gladiũ meum in ma-
num regis Babylonis, & extende-
26 rit eum super terram Ægypti. † Et
dispergã Ægyptum in nationes,
& vẽtilabo eos in terras, & scient
quia ego Dominus.

CAP.

CAP. XXXI.

1 ET factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, A
2 factum est verbū Domini ad me, dicens, † Fili hominis, dic Pharaoni regi Ægypti, & populo eius, Cui similis factus es in magnitu-
3 dine tua? † Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosis, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen
4 eius. † Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illū: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. † Propterea
5 B eleuata est altitudo eius sup omnia ligna regionis: & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis.
6 † Cumq; extēdisset vmbrā suā, in ramis eius fecerūt nidos omnia volatilia cęli, & sub frōdibus eius genuerūt omnes bestiæ saltuū, & sub vmbraculo illius habitabat
7 cœtus gentium plurimarū. † Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorū suorū: erat enim radix illius iux-
8 ta aquas multas. † Cedri non fuerūt altiores illo in paradiso Dei, C abietes nō adæquauerunt summitatē eius, & platani non fuerunt æquę frōdibus illius omne lignū
9 paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius: † Quoniā speciosum feci eū, & multis cōdensisq; frōdibus: & æmulata
10 sunt eū omnia ligna voluptatis, quæ erāt in paradiso Dei. † Propterea hæc dicit Dñs Deus, Pro D eo quōd sublimatus est in altitudine, & dedit summitatē suam virentē atq; condensam, & eleuatū est cor eius in altitudine sua:
11 † Tradidi eum in manus fortissimi gentiū, faciens faciet ei: iuxta
12 impietatē eius eieci eum. † Et succident eum alieni & crudelissimi nationum, & proijcient eum super montes, & in cūctis conuallibus corruent rami eius & cōfringentur arbusta eius in vniuersis rupibus terræ: & recedēt de vmbraculo eius omnes populi terrę:
13 & relinquent eū. † In ruina eius E habitauerunt omnia volatilia cęli, & in ramis eius fuerūt vniuersæ bestiæ regionis. † Quam ob rē
14 non eleuabūtur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponēt sublimitatē suam inter nemorosa atq; frondosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigātur aquis: quia oēs traditi sunt in mortē ad terrā vltimam in medio filiorum hominū ad eos qui
15 descendunt in lacum. † Hæc dicit Dominus Deus, In die quando descendit ad inferos, induxi luF ctū, operui eum abyssō: & prohibui flumina eius, & coērcui aquas multas: cōtristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri con
16 cussa sunt. † A sonitu ruinæ eius cōmoui Gentes, cùm deducerem eum ad infernū cum his qui descendebāt in lacum: & consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atq; præclara in Libano, vniuersa quæ irrigabātur aquis. † Nam & ipsi cum eo
17 G descēdent ad infernū ad interfectos gladio: & brachium vniuscuiusq; sedebit sub vmbraculo eius
18 in medio nationū. † Cui assimilatus es ô inclyte atq; sublimis inter ligna voluptatis? Ecce, deductus es cū lignis voluptatis ad terrā vltimam: in medio incircuncisorū dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio. ipse est Pharao, & omnis multitudo eius: dicit Dominus Deus.

CAP. XXXII.

1 ET factum est, duodecimo anno, in mense duodecimo, in A
2 vna mensis, factum est verbum Domini ad me dicēs. † Fili homi-

nis,assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum,Leoni Gentium assimilatus es,& draconi qui est in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis,& conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumi-
3 na earum. † Propterea hæc dicit
Su.12.d.13. Dñs Deus, ‖ Expandam super te
17.f.20. rete meum in multitudine popu-
lorum multorum,& extraham te
4 in sagena mea. † Et proijciam te
in terram, super faciem agri abijciam te: & habitare faciã super te omnia volatilia cæli,& saturabo de te bestias vniuersæ terræ.
5 † Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie
6 tua. † Et irrigabo terram fœtore
B sangu nis tui super montes, &
7 valles implebuntur ex te. † ‖ Et
Isa.13.b.10 operiam cùm extinctus fueris,
Ioe.2.b.10. cælos:& nigrescere faciam stellas
3.c.15. eius:solẽ nube tegam, & luna nõ
Ma.14. (8 dabit lumen suũ. † Omnia lumi-
.29. naria cæli mœrere faciam super
te:& dabo tenebras super terram
9 tuam,dicit Dñs Deus. † * Et irrita-
*quum ce- bo cor populorum multorum,
ciderint cùm induxero contritionẽ tuam
vulnerati in Gentibus super terras quas ne
tui in (10 scis. † Et stupescere faciam super
medio ter te populos multos, & reges eorũ
tæ,ait Do- horrore nimio formidabunt sup
minus De- te,* cùm violare cœperit gladius
us. meus super facies eorum: & ob-
C stupescent repentè singuli pro a-
10 nima sua in die ruinæ suæ,† Quia
*propter hæc dicit Dñs Deus, Gladius re-
vni- (12 gis Babylonis veniet tibi,† in gla
uersas ini- dijs fortium deijciam multitudi-
quitates nem tuã, inexpugnabiles omnes
quas ope- Gentes hæ:& vastabunt superbi-
ratus es. am Ægypti,& dissipabitur multi-
13 tudo eius. † Et perdam omnia iu-
*tuæ 1. menta eius quæ erant sup aquas
plurimas: & nõ conturbabit eas
pes hominis vltrà, neq; vngula
14 iumentorũ turbabit eas. † Tunc
purissimas reddã aquas eorum,& flumina eorũ quasi oleum adducã, ait Dñs Deus. † Cùm dedero
15 terram Ægypti desolatam:desereturque autem terra à plenitudine sua,quando percussero omnes habitatores eius: & scient quia ego
16 Dominus. † Planctus est, & plangent eum:filiæ Gentiũ plangent eũ,super Ægyptum,& super multitudinẽ eius plangent eum, ait
17 Dominus Deus. † Et factum est in
D duodecimo anno,in quintadecima mensis, factum est verbũ Do-
18 mini ad me, dicens: † Fili hominis,cane lugubre super multitudinẽ Ægypti: & detrahe eam ipsam, & filias gentium robustarũ ad terram vltimã cum his qui de-
19 scendunt in lacũ. † Quo pulchrior es?descende, & dormi cum incir-
20 cuncisis. † In medio interfectorũ gladio cadent : gladius datus est, attraxerunt eam, & oẽs populos
21 eius,† Loquentur ei potentissimi robustorũ de medio inferni, qui cũ auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt incircunci-
22 si, interfecti gladio. † Ibi Assur & omnis multitudo eius:in circuitu illius sepulchra eius: omnes interfecti,& qui ceciderunt gladio.
23 † Quorum data sunt sepulchra in nouissimis lacis:& facta est multi-
E tudo eius per gyrum sepulchri eius:vniuersi interfecti, cadẽtesq; gladio,qui dederant quondã formidinem in terra viuentiũ. † Ibi
24 Aelam,& omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui, omnes hi interfecti, ruentesq; gladio, qui descenderunt incircuncisi ad terrã vltimam:qui posuerunt terrorẽ suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descenderunt in la-
25 cum. † In medio interfectorũ posuerũt cubile eius in vniuersis populis eius: in circuitu eius sepulchrũ illius.omnes hi incircuncisi, interfectiq; gladio. dederunt enim terrorẽ suũ in terra viuentium, & portauerunt ignominiã suam

suam cum his qui descendunt in lacum, in medio interfectorum
26 positi sunt. † Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in
F circuitu eius sepulchra illius, omnes hi incircuncisi, interfectiq; & cadentes gladio, quia dederũt formidinẽ suam in terra viuentium.
27 † Et nõ dormient cũ fortib⁹, cadentibusq; & incircũcisis qui descenderũt ad infernum cũ armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortium facti
28 sunt in terra viuentium. † Et tu ergo in medio incircuncisorũ cõtereris, & dormies cũ interfectis
29 gladio. † Ibi Idumæa & reges eius, & oẽs duces eius, q dati sunt cũ
G exercitu suo cum interfectis gladio: & qui cũ incircũcisis dormierũt, & cũ his qui 'descenderũt' in
30 lacum. † Ibi principes Aquilonis oẽs & vniuersi venatores: qui deducti sunt cũ interfectis, pauẽtes, & in sua fortitudine confusi: qui dormierunt incircũcisi cũ interfectis gladio, & portauerũt confusionẽ suã cũ his qui descendũt in
31 lacũ. † Vidit eos Pharao, & cõsolatus est sup vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio, Pharao & omnis exercitus eius, ait
32 Dñs Deus: † quia 'dedit' terrorem: 'suum' in terra viuentium, & dormiuit in medio incircuncisorum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius: ait Dominus Deus.

'descendũt 1.
'dedi 6.
'meum 4.

CAP. XXXIII.

1 ET factũ est verbum Domini
2 ad me dicens, † Fili hominis,
A loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cum induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & constituerit eum
3 super se speculatorem. † Et ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, &
4 annuntiauerit populo: † Audiens autem quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non se obseruauerit, veneritq; gladius, & tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius
5 erit. † Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodie-
6 rit, animã suam 'saluabit'. † Quòd 'saluauitt.
B si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina: & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculato-
7 ris requiram. † ‖ Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Su.3.d.17.
Israel: audiens ergo ex ore meo sermonẽ, annuntiabis eis ex me.
8 † Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris: non fueris locutus vt se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem
9 eius de manu tua requiram. † Si autem annuntiante te ad impiũ vt à vijs suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua: ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu
10 animam tuam liberasti. † Tu er-
C go fili hominis dic ad domũ Israel: Sic locuti estis, dicentes, iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere
11 poterimus? † ‖ Dic ad eos, Viuo Su.18.f.24.
ego, dicit Dñs Deus: nolo mortẽ g.32.
impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini conuerti-
'à vijs vestris pessimis: & quare mini 1.
12 moriemini domus Israel? † Tu itaq; fili hominis dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberabit eũ in quacunq; die peccauerit: & impietas impij nõ nocebit ei, in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit viuere in iustitia sua, in
13 quacunque die peccauerit. † Etiã

si di-

Prec. d. Gi impius: Spiritus audita mi debit.

si dixero iusto quòd vita viuat,& confisus in iustitia sua fecerit ini
quitatē: omnes iustitiæ eius obliuioni tradētur, & in iniquitate
sua quam operatus est,in ipsa mo
14 rietur. † Si autem dixero impio,
D Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritq;
15 iudiciū & iustitiam,‡ & pignus re
stituerit ille impius, rapinamque reddiderit,in mandatis vitę ambulauerit, nec fecerit quicquam
iniustū:vita viuet, & non morie-
16 tur.† Omnia peccata eius quę pec
cauit,non imputabuntur ei: iudi
ciū & iustitiam fecit, vita viuet.
17 † Et dixerunt filij populi tui, Nō
est æqui ponderis via Dñi, & ip-
18 sorum via iniusta est.† Cùm enim
recesserit iustus à iustitia sua, fe-
ceritq; iniquitates, morietur in
19 eis.† Et cùm recesserit impius ab
impietate sua,feceritq; iudicium
20 & iustitiā:viuet in eis. †‖ Et dici-
Su.18.f.25. tis,Nō est recta via Dñi. Vnumquenq; iuxta vias suas iudicabo
21 de vobis domus Israël. † Et factū
E est in duodecimo anno, in decimo mense,in quinta mensis trāsmigrationis nostræ, venit ad me
qui fugerat de Ierusalem,dicens,
22 Vastata est ciuitas.† Manus autem
Dñi facta fuerat ad me vespere,
antequam veniret qui fugerat:aperuitq; os meum donec veniret
ad me manè, & aperto ore meo
23 nō silui amplius. † Et factum est
24 verbū Dñi ad me dicens:† Fili ho
minis, quia habitant in ruinosis
his,super humum Israel,loquentes aiunt:Vnus erat Abraham, &
hæreditate possedit terrā:nos autē multi sumus,nobis data est ter
25 ra in possessionē. † Idcirco dices
F ad eos: Hæc dicit Dñs Deus: Quī
in sanguine comeditis, & oculos
vestros leuatis ad immunditias
vestras, & sanguinē funditis:nun
quid terrā hæreditate possidebi-
26 tis ?† Stetistis in gladijs vestris,
feciſtis abominationes, & vnus-
quisq; vxorē proximi sui polluit:
& terram hæreditate possidebi-
27 tis. † Hæc dices ad eos: Sic dicit
Dñs Deus: Viuo ego, quia qui in
ruinosis habitant,gladio cadent:
& qui in agro est, bestijs tradetur
ad deuorandum:qui autē in præsidijs & speluncis sunt,peste mo-
28 rientur.† Et dabo terram in solitudinem & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius,& desolabuntur mōtes Israel,eò quòd
29 nullus sit qui per eos transeat.† Et
scient quia ego Dñs, cùm dedero
terram eorum desolatam & desertā propter vniuersas abomina
30 tiones suas quas operati sunt.† Et
tu fili hominis:filij populi tui qui
G loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorum, & dicūt vnus
ad alterum, vir ad proximum suum,loquentes: Venite, & audiamus quis sit sermo egrediens à
31 Dño. † Et veniunt ad te, quasi si
ingrediatur populus, & sedent
corā te populus meus:& audiunt
sermones tuos & non faciūt eos:
quia in canticum oris sui vertunt
illos, & auaritiam suam sequitur
32 cor eorum.† Et es eis quasi carmē
musicum, quod suaui dulciq; sono canitur: & audiunt verba tua,
33 & non faciunt ea. † Et cùm venerit quod prædictū est (ecce enim
venit)tunc scient quòd prophetes fuerit inter eos.

CAP. XXXIIII.

1 ET factum est verbum Domini
2 ad me, dicens, † Fili hominis
A propheta de pastoribus Israel:
propheta, & dices pastoribus,
Hæc dicit Dominus Deus: ‖ Væ Ier.23.2.f.
pastoribus Israel: qui pascebant Sup.13.2.f.
semetipsos:nónne greges à pasto
3 ribus pascuntur?† Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & q̄
crassum erat,occidebatis:gregem
autem meum non pascebatis.
4 † Quod infirmū fuit nō consolida
stis,&quod ęgrotum,nō sanastis:
quod

Pastorum pastor bonus
arguit ora malorū.

quod confractum est non alligastis,& quod abiectum est non reduxistis,& quod perierat nō quæsistis:sed cum austeritate imperabatis eis,& cum potentia. † Et dispersę sunt oues meæ,eò quòd nō esset pastor:& factæ sunt in deuorationem omniū bestiarū agri,& dispersæ sunt.† Errauerunt greges mei in cunctis mōtibus,& in vniuerso colle excelso : & super omnem faciē terræ dispersi sunt greges mei,& non erat qui requireret,nō erat,inquā,qui requireret. † Propterea pastores audite verbum Domini.† Viuo ego,dicit Dominus Deus,quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam,& oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quòd nō esset pastor (neq; enim quæsierunt pastores mei gregem meum: sed pascebāt pastores semetipsos, & greges meos non pascebant) † propterea pastores audite verbum Dñi, † Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum , & cessare faciā eos *meum. vt vltrà nō pascant gregem* , nec pascant amplius pastores semetipsos:& liberabo gregē meum de ore eorū, & nō erit vltrà eis in escam. † Quia hæc dicit Dñs Deus, Infr. f. 23. ‖Ecce,ego ipse requiram oues meas,& visitabo eas.† Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum : sic visitabo oues meas,& liberabo eos de omnibus locis, in quibus dispersi fuerant in die nubis & caliginis. † Et educam eas de populis , & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam,& pascam eos in montibus Israel,in riuis,& in cūctis sedibus terræ. † In pascuis huberrimis pascam eas,& in montibus excelsis Israel erunt pascua earum : ibi requiescent in herbis virentibus , & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. † Ego pascam oues meas :& ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. † Quod perierat, requiram:& quod abiectum erat,reducam:& quod confractum fuerat, alligabo : & quod infirmum fuerat consolidabo : & quod pingue & forte , custodiam : & pascam illas in iudicio. † Vos autem greges mei,hæc dicit Dñs Deus , Ecce ego iudico inter pecus & pecus , arietum & hircorum. † Nonne satis vobis erit pascua bona depasci† insuper & reliquias pascuarū vestrarum conculcastis pedibus vestris:& cùm purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabātis. † Et oues meæ his quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur, & quæ pedes vestri turbauerant , hæc bibebāt. † propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos:Ecce , ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum. † Pro eo quod lateribus , & humeris impingebatis , & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora,donec dispergerentur foras : † saluabo gregē meum, & non erit vltrà in rapinam , & iudicabo inter pecus & pecus. † ‖ET SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM VNVM, qui pascat eas,‖seruum meum Dauid:ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. † Ego autem Dñs ero eis in Deum , & seruus meus Dauid princeps in medio eorū : ego Dñs locutus sum. † Et faciam cum eis pactum pacis,& cessare faciam bestias pessimas de terra : & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. † Et ponam eos in circuitu cordis mei benedictionē: & deducam imbrem in tempore suo,*pluuię benedictionis erunt. * & † Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua absque timore, & scient quia ego Dominus,

Ioh. 1. g. 45 10. b. 11. Isa. 40. c. 11. Dan. 9. g. 24. & 25. Ose. 3. b. 5.

cùm contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi. † Et non erunt vltrà in rapinam in Gentibus, neq; bestiæ terræ deuorabunt eos, sed habitabunt confidenter absque vllo terrore. † Et suscitabo eis germen nominatum: & non erunt vltrà imminuti fame in terra, neque portabunt vltrà opprobrium Gentium. † Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel ait Dominus Deus. † ‖ Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis: & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

Ioh. 10. b. 11. c. 14.

CAP. XXXV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: † Fili hominis pone faciem tuam aduersum montem Seir, & prophetabis de eo, † & dices illi, Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te mons-Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum atque desertum. † Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris, & scies quia ego Dominus. † Eo quòd fueris inimicus sempiternus, & conclusseris filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorum in tẽpore iniquitatis extremæ. † Propterea viuo ego, dicit Dñs Deus, quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur, & cùm sanguinem oderis, sanguis persequetur te. † Et dabo montem-Seir desolatum atq; desertum: & auferam de eo euntem & redeuntem. † Et implebo montes eius occisorum suorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrenti bus interfecti gladio cadent. † In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & scietis quia ego Dominus Deus. † Eò quod dixeris, Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hæreditate possidebo eas: cũ Dominus esset ibi: † Propterea viuo ego, dicit Dñs Deus, quia faciam iuxta iram tuam, & secundũ zelũ tuum quẽ fecisti odio habẽs eos: & notus efficiar per eos cùm te iudicauero. † Et scies quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua quæ locutus es de montibus Israel, dicens: Deserti, nobis ad deuorãdum dati sunt. † Et insurrexisti super me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra: ego audiui. † Hæc dicit Dominus Deus, Lætante vniuersa terra in solitudinem te redigam. † Sicuti gauisus es super hæreditatem domus Israel, eò quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis, & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXVI.

TV autem fili hominis, prophetasuper montes Israel, & dices, ‖ Montes Israel audite verbũ Domini: † Hęc dicit Dominus Deus, Eò quòd dixerit inimicus de vobis, Euge altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis: † propterea vaticinare, & dic, Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod desolati estis, & conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis Gẽtibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi: † propterea montes Israel audite verbum Dñi Dei. Hæc dicit Dominus Deus, montibus, & collibus, torrentibus, vallibus q; deserti, & parietinis, & vrbibus derelictis quæ depopulatæ sunt & subsanatæ à reliquis gentibus per circuitum. † Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quoniam in igne zeli mei loquutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa vniuersa, quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatẽ cum gaudio, & toto corde, & ex animo: & eiecerunt eam vt vastarent:

Sup. 6. b.

6 rent:¶Idcirco vaticinare super hu
mum Israel, & dices mõtib.& col
libus, iugis & vallibus. Hæc dicit
Dñs Deus: Ecce ego in zelo meo,
& in furore meo locutus sum, eò
quod confusionẽ Gentium susti-
7 nueritis.¶Idcirco hæc dicit Domi
nus Deus. Ego leuaui manum me
am vt Gentes quæ in circuitu ve-
stro sunt, ipsę confusionem suam
8 portent. ¶ Vos autem montes Is-
rael ramos vestros germinetis, &
fructum vestrum afferatis popu-
lo meo Israel: prope enim est
9 vt veniat. ¶ Quia ecce ego ad vos,
C & conuertar ad vos,& arabimini,
10 & accipietis sementem. ¶ Et mul-
tiplicabo in vobis homines, om-
nemq; domum Israel, & habita-
buntur ciuitates, & ruinosa in-
11 staurabuntur.¶Et replebo vos ho-
minibus,& iumentis,& multipli
cabuntur,& crescent, & habitare
vos faciam sicut à principio, bo-
nisq; donabo maioribus, quàm
12 habuistis ab initio, & scietis quia
ego Dñs.¶ Et adducam super vos
homines populum meum Israel.
& hæreditate possidebunt te: &
13 eris eis in hæreditatem, & nõ ad-
des vltrà vt absq; eis sis.¶ Hæc di-
cit Dominus Deus: pro eò quòd
dicunt de vobis, Deuoratrix ho-
minum es, & suffocans gentem
14 tuã.¶Propterea homines non co-
15 medes amplius,& gentẽ tuã non
D necabis vltrà, ait Dñs Deus:¶ nec
auditam faciam in te amplius cõ-
fusionem Gentiũ,& opprobrium
populorum nequaquã portabis,
16 & gentem tuam non amittes am-
plius,ait Dominus Deus.¶Et factũ
17 est verbum Domini ad me, di-
cens,¶Fili hominis, domus Israel
habitauerunt in humo sua, & pol
luerunt eam in vijs suis, & in stu-
dijs suis: iuxta immunditiam mẽ-
18 struatæ facta est via eorum coram
me.¶Et effudi indignationem me
am super eos pro sanguine quem
fuderunt super terram, & in idò-
19 lis suis polluerunt eam.¶ & di-
sperси eos in Gentes, & ventilati
sunt in terras: iuxta vias eorum,
& adinuentiones eorum iudica-
20 ui eos.¶ Et ingressi sunt ad Gẽtes Ps. 52. b. 5.
ad quas introierũt, & polluerunt Ro. 2. d. 24.
nomen sanctũ meum,cùm dicere
tur de eis: Populus Domini iste
est, & de terra eius egressi sunt.
21 ¶ Et peperci nomini sancto meo,
quod polluerat domus Israel in
Gentibus ad quas ingressi sunt.
22 ¶ Idcirco dices domui Israel,
E Hæc dicit Dominus Deus, Non
propter vos ego faciam domus
Israel, sed propter nomen san-
ctum meum quod polluistis in
23 Gentibus ad quas intrastis. ¶ Et In. 39. g. 28
sanctificabo nomen meum ma-
gnum, quod pollutum est inter
Gentes,quod polluistis in medio
earum,vt sciant Gentes quia ego
Dominus,ait Dominus exercitu-
um,cùm sanctificatus fuero in vo
24 bis coram eis. ¶ Tollam quippe
vos de Gentibus, & congregabo
vos de vniuersis terris, & addu-
25 cam vos in terram vestram.¶ Et
effundam super vos aquam mun-
dã,& mundabimini ab omnib.in
quinamentis vestris, & ab vniuer
26 sis idolis vestris mũdabo vos.¶Et Su. 11. c. 19.
F dabo vobis cor nouum,¶ & spiri- In. 39. g. 29
tum nouum ponam in medio ve-
stri,& auferã cor lapideum de car
ne vestra,& dabo vobis cor carne
27 um.¶Et spiritum meũ ponã in me
dio vestri: & faciam vt in præce-
ptis meis ambuletis, & iudicia
28 mea custodiatis & operemini.¶Et
habitabitis in terra quam dedi pa
tribus vestris,& eritis mihi in po-
pulũ, & ego ero vobis in Deum.
29 ¶Et saluabo vos ex vniuersis inqui
namentis vestris: & vocabo fru-
mentum,& multiplicabo illud,&
30 non imponam vobis famem.¶ Et
multiplicabo fructũ ligni, & ge-
nimina agri, vt nõ portetis vltrà
opprobrium famis in Gentibus.
31 ¶Et recordabimini viarum vestra

rum peſſimarum, ſtudiorumq; nō bonorum: & diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ & ſcelera ve-
32 ſtra. † Non propter vos ego faciã, ait Dñs Deus, notum ſit vobis: cõfundimini & erubeſcite ſuper vi-
33 is veſtris, domus Iſrael. † Hæc di-G cit Dominus Deus, In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus veſtris, & inhabitari fecero vrbes, & inſtauratiuero rui-
34 noſa, † & terra deſerta fuerit exculta, quæ quondam erat deſola-
35 ta in oculis omnis viatoris, † dicent, Terra illa inculta facta eſt vt hortus voluptatis: & ciuitates deſertæ, & deſtitutæ atque
36 ſuffoſſæ, munitæ ſederunt. † Et ſcient gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu veſtro, quia ego Dominus ædificaui diſſipata, plantauiq; inculta, ego Dominus locutus ſim & fecerim.
37 † Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc in hoc inuenient me domus Iſrael vt faciam eis: Multiplicabo eos ſicut gregem hominũ, vt gregem
38 ſanctum, † vt gregem Ieruſalem in ſolennitatibus eius: Sic erunt ciuitates deſertæ plenæ gregibus hominum: & ſcient quia ego Dominus.

CAP. XXXVII.

1 FActa eſt ſuper me manus Do-A mini, & eduxit me in ſpiritu Domini: & dimiſit me in medio
2 campi qui erat plenus oſſibus. † Et circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde ſuper faciem campi, ſiccáq; vehemen-
3 ter. † Et dixit ad me, Fili hominis putáſne viuent oſſa iſta? Et dixi,
4 Domine Deus tu noſti. † Et dixit ad me, Vaticinare de oſſib. iſtis: & dices eis: Oſſa arida audite ver-
5 bum Domini. † Hæc dicit Dominus Deus oſſibus his, Ecce ego



Oſſa rami: miſſionis, vbi hiera ſigna Sa- luis.

intromittam in vos ſpiritum, & 6 viuetis. † Et dabo ſuper vos ner-B uos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem, & dabo vobis ſpiritum, & viuetis: & ſcie- 7 tis quia ego Dominus. † Et prophetaui ſicut præceperat mihi: factus eſt autem ſonitus prophetante me, & ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnum- 8 quodq; ad iuncturam ſuam. † Et vidi,

vidi,& ecce super ea nerui,& carnes ascenderunt:& extenta est in eis cutis désuper, & spiritum non
9 habebant.† Et dixit ad me,Vatici C nare ad spiritum, vaticinare fili hominis,& dices ad spiritũ, Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus: & insuffla super interfectos istos, & reuiscã.† Et prophetaui,sicut præceperat mihi:& ingressus est in ea spiritus, & vixerũt: steterũtq; super pedes suos exercit' grandis nimis
11 valdè. † Et dixit ad me, Fili homi nis, ossa hæc vniuersa domus Israel est:ipsi dicunt, Aruerũt ossa nostra,& perijt spes nostra,& abscisi-
12 si sumus.†Propterea vaticinare & D dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego aperiam tumulos vestros,& educã vos de sepulchris vestris populus meus:& inducam
13 vos in terram Israel. † Et scietis quia ego Dominus, cũ aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populo meus:
14 † Et dedero spiritum meum in vobis,& vixeritis,&requieſcere vos faciã super humũ vestram:& scietis quia ego Dominus locut' sum
15 & feci,ait Dominus Deus.† Et factus est sermo Domini ad me, di-
16 cens:† Et tu fili hominis,sume tibi lignum vnum: & scribe super illud Iudæ & filiorum Israel socium eius,& tolle lignũ alterum, & scribe super illud Ioseph lignũ
17 Ephraim,& cunctæ domus Israel, sociorumque eius.† Et adiunge il E la vnum ad alterum tibi in lignũ
18 vnum:&erunt in vnionem in manu tua. † Cum autem dixerint
19 ad te filij populi tui loquentes: Nónne indicas nobis quid in his tibi velis? † loquèris ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego assumam lignum Ioseph,quod est A in manu Ephraim, & tribus Israel quæ sunt ei adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum:& erũt
20 vnum in manu eius. † Erunt autem ligna super quæ scripseris in
21 manu tua,in oculis eorum.† Et dices ad eos,Hęc dicit Dominus Deus:Ecce,ego assumam filios Israel de medio nationum ad quas abierunt,&congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam.
22 † ‖ Et faciam eos in gentem vnam Ioa.10.b.16
in terra in montibus Israel,& rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidẽtur amplius in duo regna.
23 † Neq; polluentur vltrà in idolis suis & abominationibus suis, & cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus in quib. peccauerunt, & emũdabo eos:& erunt mihi populus,
24 & ego ero eis Deus. † ‖ Et seruus Su.34.f.23.
meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum.in Ioa.1.g.45
iudicijs meis ambulabunt,& man 10.b.11.
data mea custodient,&facient ea. Is.40.c.11.
25 † Et habitabunt super terram quã Ier.23.a.5.
dedi seruo meo Iacob, in qua ha- Dan.9.f.
bitauerunt patres vestri:& habita 24.g.25.
bunt super eam ipsi, & filij eorũ, & filij filiorum eorum, vsque in sempiternum : & Dauid seruus meus princeps eorum in perpetu
26 um.† Et percutiam illis fœdus pacis, ‖ pactum sempiternum erit Ioan. 12. e.
eis:& fundabo eos,& multiplica- 34.
bo,& dabo sanctificationem me- Ps.109.2.4
am in medio eorum in perpetuũ. & 106.2.2.
27 † Et erit tabernaculum meum in
eis:& ero eis Deus,& ipsi erũt mi
28 hi populus. † Et scient gentes qa ego Dominus sanctificator Israel cũ fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

CAP. XXXVIII.

1 ET factus est sermo Domini ad
2 me dicens,† Fili hominis, po- Inf.39.a.1.
ne faciem tuam contra ‖ Gog-&' b.6.
terram Magog, principem capi- Apo.20.c.
tis Mosoch & Thubal:& vaticina 8.
3 re de eo,† & dices-ad eum', Hęc di -.4.
cit Dominus Deus,Ecce,egoad te -.2.

L s Gog

Gog qui Sabroch pour Gaud
fuit mis de ce pradam.

Gog principem capitis Mosoch
4 & Thubal, † & circumagam te, &
ponam frænum in maxillis tuis,
& educam te & omnem exercitum tuum, equos & equites vestitos loricis vniuersos, multitudinē
magnam hastam & clypeum arri-
5 pientium & gladium. † Persæ, Æthiopes, & Libyes cum eis, om-
6 nes scutati & galeati. † Gomer,
B & vniuersa agmina eius, domus Thogorma latera Aquilonis, &
totum robur eius, populiq; multi
7 tecum. † Præpara & instrue te, &
omnem multitudinem tuam quæ
coaceruata est ad te: & esto eis in
8 præceptum. † Post dies multos visitaberis: in nouissimo annorum
venies ad terram quæ reuersa est
à gladio, & congregata est de populis multis ad montes Israel, qui
fuerunt deserti iugiter: hæc de po
pulis educta est, & habitabunt in
9 ea confidenter vniuersi. † Ascen-
C dens aūt quasi tempestas venies
& quasi nubes, vt operias terram
tu & omnia agmina tua, & popu-
10 li multi tecū. † Hæc dicit Dominꝰ
Deꝰ, In die illa ascēdēt sermones
super cor tuum, & cogitabis cogi
11 tationem pessimam: † & dices, Ascendam ad terram absque muro:
veniam ad quiescentes habitantesque secure: hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ
12 non sunt eis. † Vt diripias spolia,
& inuadas prædam, vt inferas manum tuam super eos qui deserti
fuerant, & postea restituti, & super populum qui est congregatus
ex Gentibus, qui possidere cœpit
& esse habitator vmbilici terræ.
13 † Saba, & Dedan, & negotiatores
D Tharsis, & omnes leones eius dicent tibi, Nūquid ad sumēda spolia tu venis? ecce ad diripiendam
prædam congregasti multitudinē
tuam, vt tollas argentum & aurū,
& auferas supellectilem atque
substantiam, & diripias manubi-
14 as infinitas. † Propterea vaticina-
re fili hominis, & dices ad Gog,
Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid non in die illo, cùm habitauerit populus meus Israel confi-
15 denter, scies? † Et venies de loco
E tuo à lateribus Aquilonis tu & populi multi tecum, ascēsores equorum vniuersi, cœtus magnus, &
16 exercitus vehemens. † Et ascēdes
super populum meum Israel quasi nubes, vt operias terrā. In nouissimis diebus eris, & adducam
te super terram meam: vt sciant
Gentes me, cùm sanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog.
17 † Hæc dicit Dominus Deus, Tu ergo ille es de quo locutus sum in
diebus antiquis in manu seruorū
meorum prophetarum Israel, qui
prophetauerunt in diebus illorū
temporum, vt adducerem te su-
18 per eos. † Et erit in die illa: in die
F aduentus Gog super terram Israel, ait Dominus Deus, ascendetin
19 dignatio mea in furore meo. † Et
in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum. Quia in die illa erit cō
motio magna super terram Isra-
20 el: † ‖ & commouebuntur à facie Mat. 24. c.
mea pisces maris, & volucres cæli, 25.
& bestiæ agri, & omne reptile Luc. 21. c.
quod mouetur super humū, cunctiq; homines qui sunt super faci 26.
em terræ, & subuertentur mōtes,
& cadent sepes, & omnis murus
21 corruet in terram. † Et conuocabo
G aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deꝰ:
gladius vniuscuiusq; in fratrem
22 suum dirigetur. † Et iudicabo eū
peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis: ignem, & sulphur pluam super eū,
& super exercitum eius, & super
populos multos qui sunt cum eo.
23 † Et magnificabor, & sanctificabor: & notus ero in oculis multarum gentium: & scient
quia ego Dominus.

CAP.

CAP. XXXIX.

1 A Tv autem filihomiuis, vaticina
re aduersum Gog, & dices,
Sup.38.a.1 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce e-
go super te ‖ Gog principem capi
2 tis Mosoch & Thubal: † & circum-
Apo.20.c. agam te, ‖ & ᵇseducam' te, & ascē
8. dere te faciam de lateribus Aqui-
ᵇreducā 8. lonis: & adducam te super mon-
3 tes Israel. † Et percutiam arcum
tuum in manu sinistra tua, & sa-
gittas tuas de manu dextera tua
4 deijciam. † Super montes Israel
cades tu, & omnia agmina tua &
populi tui qui sunt tecum: feris,
auibus omniq; volatili, & be-
stijs terræ dedi te ad deuorādum.
5 † Super faciem agri cades: quia e-
go locutus sum, ait Dominus De-
6 us. † Et immittam ignem in Ma-
B gog, & in his qui habitant in insu
lis confidenter: & scient quia ego
7 Dñs. † Et nomen sanctum meum
notum faciam in medio populi
mei Israel, & non polluam nomē
sanctum meum amplius: & scient
Gentes quia ego Dominus san-
8 ctus Israel. † Ecce venit, & factum
est, ait Dominus Deus, hæc est di-
9 es de qua locutus sum. † Et egre-
dientur habitatores de ciuitati-
bus Israel, & succendent & com-
burent arma, clypeum & hastas,
arcum & sagittas, & baculos, ma-
10 nus, & contos: & succendent ea ig
ni septem annis. † Et non porta-
C bunt ligna de regionib. neq; suc-
cident de saltibus: quoniam arma
succendent igne, & deprædabun-
tur eos quib. prædæ fuerant, & di
11 ripient vastatores suos, ait Domi-
nus Deus. † Et erit in die illa: da-
bo Gog locum nominatum sepul
chrum in Israel: vallem viatorum
ad orientē maris, quæ obstupesce
re faciet prætereuntes: & sepeliēt
ibi Gog & omnem multitudinē
eius, & vocabitur Vallis multitu-
12 dinis Gog. † Et sepelient eos do-
mus Israel, vt mundent terram se
13 ptem mensibus. † Sepeliet autem
D eum omnis populus terræ, & erit
eis nominata dies in qua glorifi-
14 catus sum, ait Dominus Deus. † Et
viros iugiter constituent lustran-
tes terrā qui sepeliant & requirāt
eos qui remanserant super faciem
terræ, vt emundent eam: post mē-
ses aūt septem quærere incipiēt.
15 † Et circuibunt peragrantes terrā:
cumq; viderint os hominis, statuent
iuxta illud titulum donec sepeliant illud pollinctores in Val-
16 le multitudinis Gog. † Nomen au
tem ciuitatis Amona, & munda-
17 bunt terrā. † Tu ergo fili hominis
hæc dicit Dominus Deus, Dic om
ni volucri, & vniuersis auib. cun-
E ctisq; bestijs agri, Conuenite, pro
perate, concurrite vndiq; ad victi
mam meam quā ego immolo vo-
bis, victimam grandem super mō
tes Israel: vt comedatis carnem,
18 & bibatis sanguinē. † Carnes for-
tium comederis, & sanguinem
principum terræ bibetis: arietū,
agnorum, & hircorum taurorum-
que, & altilium, & pinguium om
19 nium. † Et comederis adipem in
saturitatem, & bibetis sanguinē
in ebrietatem, de victima quam
20 ego immolabo vobis: † Et saturabi
mini super mensam meā de equo:
& equite forti, & de vniuersis vi-
ris bellatoribus, ait Dominus De-
21 us. † Et ponam gloriam meam in
F Gentib. & videbunt omnes gen-
tes iudicium meū quod fecerim,
& manū meam quā posuerim su-
22 per eos. † Et scient domus Israel
quia ego Dominus Deus eorum à
23 die illa & deinceps. † Et scient gē-
tes quoniam in iniquitate sua ca
pta sit domus Israel: eò quòd dere
liquerint me, & absconderim fa-
ciem meam ab eis, & tradiderim
eos in manus hostiū, & ceciderint
24 in gladio vniuersi. † Iuxta immun
ditiam eorum & scelus feci eis, &
abscondi faciem meam ab illis.
25 † Propterea hæc dicit Dominus
Deus,

Deus, Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel: & assumam zelum
26 pro nomine sancto meo. † Et portabunt confusionem suam, & om
G nem præuaricationem qua præuaricati sunt in me cùm habitauerint in terra sua confidenter ne-
27 minem formidantes. † Et reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum suorũ, & sanctificatus fuero in eis in o-
28 culis gentium plurimarum. † ‖ Et
Su. 36.c.23 scient quia ego Dominus Deus eorum, eò quòd transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quenquam ex eis ibi.
29 † Et non abscondam vltrà faci-
Su.36.c. 26 em meam ab eis, ‖ eò quòd effuderim spiritum meum super omnem domũ Israel, ait Dñs Deus.

Verbs nona mon. finalis, loca per Ch. mensa, propheta.

CAP. XL.

1 IN vicesimo quinto anno transA migrationis nostræ, in exordio anni decima mensis, quarto decimo anno, postquam percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus Dñi, & adduxit me
2 illuc. † In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quẽ erat quasi ædificium ci-
3 uitatis vergentis ad Austrum. † Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mẽsuræ in manu ei-
4 us, stabat autem in porta. † Et locutus est ad me idem vir, Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi adducta es huc: annũtia omnia quæ tu vides
5 domui Israel. † Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo: & mensus est latitudinẽ ædificij ca-
6 lamo vno, altitudinem quoq; calamo vno. † Et venit ad portã quę respiciebat viam orientalẽ, & ascẽdit per gradus eius: & mensus est limen portæ calamo vno latitudinem, id est, limẽ vnũ calamo vno
7 in latitudine: † Et thalamum vno
B calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos, quin-
8 que cubitos: † & limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus,
9 calamo vno. † Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontẽ eius duobus cubitis: vestibulum autem portæ erat intrinse-
10 cus. † Porrò thalami portæ ad viã orientalem, tres hinc & tres inde: mensura vna trium & mẽsura v-
11 na frontium ex vtraq; parte. † Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum: & longitudinem portæ tredecim cubito-
12 rũ. † Et marginem ante thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinque. thalami autem, sex cu-
13 bitorum erant hinc & inde. † Et mensus est portam à tecto thalami, vsque ad tectum eius, latitudinem vigintiquinq; cubitorũ: osti-
14 um contra ostium. † Et fecit frontes per sexaginta cubitos: & ad frõtem atrium portæ vndiq; per cir-
15 cuitum. † Et ante faciem portæ quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris, quin-
16 quaginta cubitos. † Et fenestras
C obliquas in thalamis & in frontibus eorũ quæ erant intra portam vndiq; per circuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus, & an-
17 te frontes pictura palmarum*. † Et * calata
eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentũ stratum lapide in atrio per circuitum: triginta gazophylacia in cir-
18 cuitu pauimenti. † Et pauimentum in fronte portarum secundum lõgitudinem portarum erat
19 inferius. † Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsq;

ad

ad frõtem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orien-
20 tem & ad Aquilonem. † Portam
quoq; quæ respiciebat viam A-
quilonis atrij exterioris, mensus
est tam in longitudine quàm in
21 latitudine. † Et thalamos eius tres
hinc & tres inde, & frontem eius
& vestibulum eius secundũ men-
suram portę prioris: quinquagin-
ta cubitorum longitudinem eius
& latitudinem vigintiquinq; cu-
22 bitorum. † Fenestræ autem eius,
& vestibulum, & sculpturæ secun
dum mensuram portę quæ respi-
ciebat ad Orientem: & septẽ gra-
23 duum erat ascensus eius, & vesti-
bulum ante eam. † Et porta atrij
D interioris contra portam Aquilo-
nis, & Orientalem: & mensus est
24 à porta vsque ad portam centum
cubitos. † Et eduxit me ad viam
australem, & ecce porta quæ re-
spiciebat ad Austrum: & mensus
25 est frontem eius, & vestibulum e-
ius iuxta mẽsuras superiores. † Et
fenestras eius & vestibula in cir-
cuitu, sicut fenestras exteras: quin
quaginta cubitorum lõgitudine,
26 & latitudine vigintiquinque cu-
bitorum. † Et in gradibus septem
ascendebatur ad eam: & vestibu-
lum ante fores eius: & cælatæ pal-
27 mæ erant, vna hinc, & altera inde
in fronte eius. † Et porta atrij in-
terioris in via australi: & mensus
28 est à porta vsq; ad portam in via
australi, centum cubitos. † Et in-
troduxit me in atrium interius,
ad portam australem: & mensus
29 est portam iuxta mensuras supe-
riores. † Thalamum eius, & fron-
tem eius, & vestibulum eius eius-
dem mensuris: & fenestras eius,
& vestibulũ eius in circuitu quin-
quaginta cubitos longitudinis,
30 & latitudinis vigintiquinque cu-
bitos. † Et vestibulum per gyrum
E longitudine vigintiquinque cu-
bitorum, & latitudine quinq; cu-
31 bitorum. † Et vestibulum eius ad

atrium exterius, & palmas eius in
fronte: & octo gradus erant qui-
32 bus ascendebatur per eam. † Et
introduxit me in atrium interius
per viam orientalem: & mensus
est portam secundum mensuras
33 superiores. † Thalamum eius, &
frontem eius, & vestibulum eius,
sicut supra: & fenestras eius, & ve-
stibula eius in circuitu, longitu-
dine quinquaginta cubitorum, &
latitudine vigintiquinq; cubito-
34 rum. † Et vestibulum eius, id est,
atrij exterioris: & palmæ cælatæ
in fronte eius hinc & inde: & in
35 octo gradibus ascensus eius. † Et
introduxit me ad portam quę re-
spiciebat ad Aquilonem: & men-
sus est secundum mensuras supe-
36 riores. † Thalamum eius, & fron-
tem eius, & vestibulum eius, &
fenestras eius per circuitum, lon-
gitudine quinquaginta cubitorũ,
F & latitudine vigintiquinque cu-
37 bitorum. † Et vestibulum eius re-
spiciebat ad atrium exterius: & 16.
cælatura palmarum in fronte eius
hinc & inde: & in octo gradibus
38 ascensus eius. † Et per singula ga-
zophylacia ostium in frontibus
portarum: ibi lauabant holocau-
39 stum. † Et in vestibulo portæ duæ
mensæ hinc, & duæ mensę inde:
vt immoletur super eas holocau-
stum, & pro peccato, & pro deli-
40 cto. † Et ad latus exterius quod a-
scendit ad ostium portæ quæ per-
git ad Aquilonem, duæ mensæ: &
ad latus alterum ante vestibulum
portæ, duæ mẽsæ. † Quatuor men-
sæ hinc, & quatuor mensæ inde:
per latera portæ octo mensuræ e-
42 rant sup quas immolabant. † Qua-
tuor autem mẽsæ ad holocaustũ,
de lapidib⁹ quadris extructæ: lon-
gitudine cubiti vnius & dimidij:
& latitudine cubiti vnius & di-
midij, & altitudine cubiti vnius:
super quas ponent vasa in quibus
immolatur holocaustum & victi-
43 ma. † Et labia earum palmi vnius,

re-

reflexa intrinsecus per circuitum: super mẽsas autẽ, carnes oblatio-
44 nis. † Et extra portã interiorẽ gazophylacia cantorũ in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem: & facies eorum cõtra viam australem, vna ex latere portæ oriẽtalis quæ respiciebat ad viam Aquilonis.
45 † Et dixit ad me, Hoc est gazophy
G lacium quod respicit viam meridianam, sacerdotum erit qui ex-
46 cubant in custodijs templi. † Porrò gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris. isti sunt filij Sadoc, qui accedunt de filijs Leui ad Domi-
47 num vt ministrent ei. † Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum per quadrum: &
48 altare ante faciem templi. † Et introduxit me in vestibulũ templi, & mẽsus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium
49 cubitorum inde. † Longitudinem autem vestibuli, viginti cubitorum: & latitudinem vndecim cubitorum, & octo gradibus ascen-
eum 2. debatur ad 'eam'. Et columnæ erant in frontibus: vna hinc & altera inde.

CAP. XLI.

1 A ET introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinẽ
2 tabernaculi. † Et latitudo portæ, decem cubitorum erat: & latera portę quinq; cubitis hinc, & quinque cubitis inde, & mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. † Et introgressus
3 intrinsecus mensus est in fronte portæ, duos cubitos: & portam, sex cubitorum: & latitudinem
4 portæ, septẽ cubitorum. † Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi: & dixit ad me, Hoc est sanctũ san-
5 ctorum. † Et mensus est parietem domus sex cubitorum: & latitudinẽ lateris, quatuor cubitorum
6 vndiq; per circuitum domus. † Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminẽtia quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per circuitum vt continerent, & non attinge-
7 rent parietem templi. † Et platea
B erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora,
8 in medium. † Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex
9 cubitorum spatio: † & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus do-
10 mus. † Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in
11 circuitu domus vndiq;, † & ostium lateris ad orationẽ, ostium vnum ad viam Aquilonis, & ostium vnum ad viam Australem: & latitudinem loci ad orationem quin-
12 que cubitorum in circuitu. † Et
C ædificium quod erat separatum, versumq; ad viam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum. paries autem ędificij, quinq; cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo eius, no-
13 naginta cubitorum. † Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum: & quod separatum erat ædificium, & parietes eius, lon-
14 gitudinis centũ cubitorum. † Latitudo autem ante faciem domus: & eius quod erat separatum contra orientem, cẽtum cubitorum.
15 † Et mensus est lõgitudinem ædificij contra faciem eius quod erat se-

separatum ad dorsum: ethecas ex vtraque parte centum cubitorum: & templum interius, & ve-
16 stibula atrij. † Limina & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vniuscuiusque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu: terra autem vsque ad fenestras, & fene-
17 stræ clausæ † super ostia. Et vsque ad domum interiorem, & forin-
1 & 2. secus: per omnem parietem in circuitu intrinsecus, & forinse-
18 cus ad mensuram. † Et fabrefacta
D cherubim & palmæ: & palma inter cherub & cherub, duasque fa-
19 cies habebat cherub. † Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: expressam per om-
20 nem domum in circuitu. † De terra vsque ad superiora portæ, cherubim & palmæ cælatæ erant in
21 pariete templi. † Limen, quadrangulum, & facies sanctuarij, aspe-
22 ctus contra aspectum. † Altaris lignei trium cubitorum altitudo: & longitudo eius, duorum cubitorum, & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus est ad me, Hæc est men-
23 sa coram Domino. † Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario.
24 † Et in duobus ostijs ex vtraque parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur: bina enim ostia erant ex vtraque parte
25 ostiorum. † Et cælata erant in ipsis ostijs templi cherubim, & sculptura palmarum, sicut in parietibus quoq; expressa erant: quamobrem & grossiora erant ligna in
26 vestibuli fronte forinsecus. † Super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc atq; inde in humerulis vestibuli: secundum latera domus, latitudinemque parietum.

CAP. XLII.

1 ET eduxit me in atriũ exterius
A per viam ducentem ad Aquilonem, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra separatũ ædificium & contra ædem
2 vergentem ad Aquilonem. † In facie longitudinis, centum cubitos ostij Aquilonis: & latitudinis
3 quinquaginta cubitos: † cõtra viginti cubitos atrij interioris, & cõtra pauimentũ stratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus
4 iuncta porticui triplici. † Et ante gazophylacia deambulatio decẽ cubitorum latitudinis, ad interio
ra respiciens viæ cubiti vnius. Et
5 ostia eorum ad Aquilonem. † Vbi erant gazophylacia in superioribus humiliora: quia supportabãt porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædi-
6 ficij. † Tristega enim erant, & non
B habebant columnas, sicut erant columnæ atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de medijs à terra cubitis quinqua-
7 ginta. † Et peribolus exterior secundum gazophylacia, quæ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia: lõgitudo eius, quinqua-
8 ginta cubitorum. † Quia lõgitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi,
9 centum cubitorum. † Et erat subter gazophylacia hęc introitus ab Oriente ingredientium in ea do
10 atrio exteriori. † In latitudine peribolj atrij, quod erat cõtra viam orientalem, in faciem ædificij
* separati, & erant ante ædificium
11 gazophylacia. † Et via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis: secundũ longitudinem eorum, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum.

† se-

12 † secundum ostia gazophylacio-
C rum quæ erant in via respiciente
ad Notum: ostium in capite viæ,
quæ via erat ante vestibulum se-
paratum per viam orientalem in-
13 grediẽtibus. † Et dixit ad me, Ga-
zophylacia Aquilonis, & gazophy
lacia Austri, quæ sunt ante ædifi-
cium separatum: hæc sunt gazo-
phylacia sancta, in quibus vescun
tur sacerdotes qui appropinquãt
ad Dominum in sancta sanctorũ.
ibi ponent sancta sanctorum, &
oblationem pro peccato, & pro
delicto: locus enim sanctus est.
14 † Cùm autem ingressi fuerint sa-
cerdotes, non egredientur de san
ctis in atrium exterius: & ibi re-
ponent vestimenta sua in quibus
ministrant, quia sancta sunt: ve-
stientur q; vestimentis alijs, & sic
15 procedent ad populum. † Cumq;
D complesset mensuras domus in-
terioris, eduxit me per viam por-
tæ quę respiciebat ad viam orien-
talem: & mensus est eam vndiq;
16 per circuitum. † Mensus est autem
contra ventum orientalem cala-
mo mensuræ: quingẽtos calamos
in calamo mẽsuræ per circuitum.
17 † Et mensus est contra ventum a-
quilonis quingentos calamos, in
18 calamo mensuræ per gyrum. † Et
ad ventum australem mensus est
quingentos calamos, in calamo
19 mensuræ † per circuitum. Et ad
ventum occidentalem mẽsus est
quingentos calamos, in calamo
20 mensuræ. † Per quatuor ventos
mensus est murum eius vndique
per circuitum, longitudinẽ quin-
gentorum cubitorum, & latitu-
dinem quingẽtorum cubitorum,
diuidentem inter sanctuarium &
vulgi locum.

CAP. XLIII.

1 ET duxit me ad portam quę re-
A spiciebat ad viam orientalem.
2 † Et ecce, gloria Dei Israel ingre-
diebatur per viam orientalem: &
vox erat ei quasi vox aquarũ mul-
tarum, & terra splendebat à ma-
3 iestate eius. † ‖ Et vidi visionẽ se- Su. 9. b. 11.
cundum speciem quam videram,
quando venit vt disperderet ci-
uitatem, & species secundũ aspe-
ctum ‖ quem videram iuxta flu- Sup. 1. a. 1.
uium Chobar: & cecidi super fa- a. 5.
4 ciem meam. † Et maiestas Domi-
ni ingressa est templum per viam
portæ quæ respiciebat ad Orien-
5 tem. † Et eleuauit me spiritus, &
B introduxit me in atriũ interi⁹: &
ecce repleta erat gloria Domini
6 domus. † Et audiui loquentem ad
me de domo, & vir stabat iuxta
7 me. † Et dixit ad me, Fili hominis,
locus solij mei, & locus vestigio-
rum pedum meorum, vbi habito
in medio filiorum Israel in æter-
num: & non polluent vltrà do-
mus Israel nomen sanctũ meum,
ipsi, & reges eorũ in fornicationi-
bus suis, & in ruinis regũ suorum,
8 & in excelsis. † Qui fabricati sunt
limen suum iuxta limen meum,
& postes suos iuxta postes meos:
& murus erat inter me & eos: &
polluerunt nomen sanctũ meum
in abominationibus quas fece-
runt: propter quod cõsumpsi eos
9 in ira mea. † Nunc ergo repellant
C procul fornicationẽ suam, & rui-
nas regum suorum à me: & habi-
10 tabo in medio eorum semper. † Tu
autem fili hominis, ostende do-
mui Israel templum, & cõfundan
tur ab iniquitatibus suis: & me-
11 tiantur fabricam, † & erubescant
ex omnibus quæ fecerunt. Figu-
ram domus, & fabricæ eius exitus
& introitus, & omnẽ descriptio-
nem eius, & vniuersa præcepta
eius, cunctumq; ordinem eius, &
omnes leges eius ostende eis, &
scribes in oculis eorum: vt custo-
diant omnes descriptiones eius,
& præcepta illius, & faciant ea.
12 † Ista est lex domus in summitate
D montis. 'Omnis finis' eius in cir- 'Omnes fines.
cuitu sanctum sanctorum est. hæc
est

13 est ergo lex domus. † Istæ autem mensuræ altaris in cubito veriſſimo, qui habebat cubitum & palmum: in ſinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine: & definitio eius vſq; ad labium eius, in circuitu, palmus vnus, hæc quoq;
14 erat foſſa altaris. † Et de ſinu terræ vſque ad crepidinem nouiſſimam duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: & à crepidine minore vſq; ad crepidinẽ maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vni
15 us. † Ipſe aũt ariel quatuor cubito
E rũ: & ab ariel vſq; ad ſurſum, cor-
16 nua quatuor. † Et ariel duodecim cubitorũ in longitudine per duo decim cubitos latitudinis: qua-
17 drangulatum æquis lateribus. † Et crepido quatuordecim cubitorũ longitudinis p quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & ſinus eius vnius cubiti per circuitũ: gradus
18 aũt eius verſi ad orientẽ. † Et dixit ad me, FFi hominis, hæc dicit Dñs Deus, Hi ſunt ritus altaris, in quacunq; die fuerit fabricatum:
19 vt offeratur ſuper illud holocauſtum, & effundatur ſanguis. † Et
F dabis ſacerdotibus & Leuitis, qui ſunt de ſemine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dñs Deus, vt offerant mihi vitulũ de armento pro
20 peccato. † Et aſſumens de ſanguine eius, pones ſuper quatuor cornua eius, & ſuper quatuor angulos crepidinis, & ſuper coronam
21 in circuitu: & mundabis illud & expiabis. † Et tolles vitulum qui
22 oblatus fuerit pro peccato: & cõburet eum in ſeparato loco domus extra ſanctuarium. † Et in
23 die ſecunda offeres hircum capra rum immaculatum pro peccato: & expiabunt altare, ſicut expia-
G uerunt in vitulo. † Cumq; compleueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege imma-
24 culatum. † Et offeres eos in conſpectu Domini: & mittent ſacerdotes ſuper eos ſal, & offerent
25 eos holocauſtum Dño. † Septem diebus facies hircum pro peccato quotidiè: & vitulum de armento, & arietem de pecoribus im-
26 maculatos offerent. † Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum
27 eius. † Expletis aũt diebus, in die octauo & vltrà, facient ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

CAP. XLIIII.

1 ET conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ
A reſpiciebat ad Orientem: & erat
2 clauſa. † Et dixit Dñs ad me, Porta hæc, clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſiet per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clau-
3 ſa † principi. Princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem corã Dño: per viam portæ veſtibuli ingredietur, & per viam eius egre-
4 dietur. † Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conſpectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria Dñi domum Domini: & ceci-
5 di in faciem meam. † Et dixit ad
B me Dñs, Fili hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de vniuerſis ceremonijs domus Dñi, & de cunctis legibus eius: & pones cor tuũ in vijs templi, per omnes exitus ſanctua-
6 rij. † Et dices ad exaſperantem me domum Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiant vobis omnia
7 ſcelera veſtra domus Iſrael: † eò quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde & incircunciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem

& ſanguinem:& diſſoluitis pactũ
meum in omnibus ſceleribus ve-
8 ſtris. † Et non ſeruaſtis præcepta
C ſanctuarij mei: & poſuiſtis cuſto-
des obſeruationum meatum in
ſanctuario meo vobiſmetipſis.
9 † Hæc dicit Dominus Deus, Om-
nis alienigena incircunciſus cor-
de & incircunciſus carne, non in
gredietur ſanctuarium meum,
omnis filius alienus qui eſt in me
10 dio filiorum Iſrael. † Sed & Leui-
tæ qui longè receſſerunt à me in
errore filiorũ Iſrael, & errauerũt
à me poſt idôla ſua, & portauerũt
11 iniquitatem ſuam: † Erunt in ſan-
ctuario meo æditui, & ianitores
portarum domus, & miniſtri do-
mus: ipſi mactabunt holocauſta,
& victimas populi: & ipſi ſtabũt
in conſpectu eorum, vt miniſtrẽt
12 eis. † Pro eo quòd miniſtrauerũt
D illis in conſpectu idolorũ ſuorũ,
& facti ſunt domui Iſrael in of-
fendiculũ iniquitatis: idcirco le-
uaui manum meam ſuper eos, ait
*portabũt Dominus Deus, & *portauerunt
13 iniquitatem ſuam: † & nõ appro-
pinquabunt ad me, vt ſacerdotio
fungantur mihi, neque accedent
ad omne ſanctuarium meũ iuxta
ſancta ſanctorum: ſed portabunt
confuſionem ſuam, & ſcelera ſua
14 quæ fecerunt: † Et dabo eos iani-
tores domus, in omni miniſterio
eius, & in vniuerſis quæ fient in
15 ea. † Sacerdotes aũt *Leuitæ filij
E Sadoc, qui cuſtodierunt ceremo-
*& nias ſanctuarij mei, cùm errarent
filij Iſrael à me: ipſi accedent ad
me, vt miniſtrent mihi: & ſtabũt
in conſpectu meo vt offerant mi-
hi adipem & ſanguinem, ait Do-
16 minus Deus. † Ipſi ingredientur
ſanctuarium meum, & ipſi acce-
dent ad menſam meam, vt mini-
ſtrent mihi, & cuſtodiant ceremo
17 nias meas. † Cumq; ingredientur
portas atrij interioris, veſtibus li-
neis induentur: nec aſcendet ſu-
per eos quicquam laneum, quan-
do miniſtrant in portis atrij in-
18 terioris & intrinſecus. † Vittæ li-
neæ erunt in capitibus eorum, &
feminalia linea erunt in lumbis
eorum, & non accingentur in ſu-
19 dore. † Cumq; egredientur atriũ
F exterius ad populum, exuent ſe
veſtimentis ſuis in quibus mini-
ſtrauerant, & reponent ea in ga-
zophylacio ſanctuarij, & veſtient
ſe veſtimentis alijs, & nõ ſanctifi-
cabunt populum in veſtibus ſuis.
20 † Caput autem ſuum non radent,
neque comam nutrient: ſed ton-
21 dentes attondent capita ſua. † Et
vinum non bibet omnis ſacer-
dos, quando ingreſſurus eſt atriũ
22 interius. † Et viduam, & repudia- Le.21.c.14
tam non accipient vxores, ſed
virgines de ſemine domus Iſrael:
ſed & viduam, quæ fuerit vidua à
23 ſacerdote, accipient. † Et popu-
lum meum docebunt quid ſit in-
ter ſanctum & pollutum: & inter
mundum & immundum oſten-
24 dent eis. † Et cùm fuerit contro-
uerſia, ſtabunt in iudicijs meis, &
iudicabunt: leges meas, & præce-
pta mea in omnibus ſolennitati-
bus meis cuſtodient, & ſabbatha
25 mea ſanctificabunt. † Et ad mor-
G tuum hominẽ non ingredientur,
ne polluantur: niſi ad patrem &
matrem, & filium & filiam, & fra
trem & ſororem, quæ alterum vi-
rum nõ habuerit: in quibus con-
26 taminabuntur. † Et poſtquam
fuerit emundatus, ſeptem dies
27 numerabuntur ei. † Et in die in-
troitus ſui in ſanctuarium ad atri
um interius vt miniſtret mihi in
ſanctuario, offeret pro peccato
28 ſuo, ait Dñs Deus. – Non' † ‖ erit –.4.
autem eis hæreditas, ego hæredi- De.18.c.1.
tas eorum: & poſſeſſionem non Nu.18.c.20
dabitis eis in Iſrael, ego enim poſ
29 ſeſſio eorum. † Victimam & pro
peccato & pro delicto ipſi come-
dent: & omne votum in Iſrael, ip
30 ſorum erit. † ‖ Et primitiua omniũ Exo.22.d.
primogenitorum, & omnia liba- 29.
menta

menta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt: & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionē
31 domui 'suæ' ‡ ‖ Omne morticinū, & captum à bestia de auibus & de pecoribus non comedent sacerdotes.

'tuæ 1. Lo.22.b.8.

CAP. XLV.

1 A CVmq; cœperitis terrā diuide re sortito, separate primitias Domino sanctificatum de terra longitudine vigintiquinque millia, & latitudine decem millia sanctificatum erit in omni termi
2 no eius per circuitum. ‡ Et erit ex omni parte sanctificatū quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum: & quinquaginta cubitis in suburbana
3 eius per gyrum. ‡ Et à mensura ista mēsura his longitudinē viginti quinq; milliū, & latitudinem decem millium, & in ipso erit tēplum, sanctumque sanctorum.
4 ‡ Sanctificatum de terra erit sa-
B cerdotibus ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministeriū Domini: & erit eis locus in domos,
5 & in sanctuarium sanctitatis. ‡ Vigintiquinq; autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt Leuitis, qui ministrant domui: ipsi possidebunt viginti
6 gazophylacia. ‡ Et possessionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis vigintiquinq; millia, secundum separationem sanctuarij omni domui
7 Israel. ‡ Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij, & in possessionem ciuitatis, cōtra faciem separationis sanctuarij, &
C contra faciem possessionis vrbis: à latere Maris vsq; ad Mare, & à latere Orientis vsq; ad Orientē. Longitudinem autem iuxta vnamquanque partem à termino occidentali vsque ad terminum
8 orientalem. ‡ De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabuntur vltrà principes populum meum: sed terram dabunt domui Israel, secundum tribus eorum.
9 ‡ Hæc dicit Dominus Deus, Suffi-
D ciat vobis principes Israel: iniquitatē & rapinas intermittite: & iudicium & iustitiam facite, separate cōfinia vestra à populo meo,
10 ait Dominus Deus. ‡ Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus
11 erit vobis. ‡ Ephi & batus æqualia, & vnius mensuræ erunt: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partē cori ephi: iuxta mensuram cori erit ęqua li-
12 bratio eorum. ‡ ‖ Siclus autem, viginti obolos habet: Porrò viginti sicli, & vigintiquinq; sicli, &
13 quindecim sicli, mnam faciūt. ‡ Et hæ sunt primitiæ quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de
14 coro hordei. ‡ Mensura quoque
E olei, batus olei, decima pars cori est: & decem bati, corum faciunt: quia decem bati implent corum.
15 ‡ Et arietem vnum de grege ducentorum de his quæ nutriunt Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandū
16 pro eis, ait Dominus Deus. ‡ Omnis populus terræ tenebitur pri-
17 mitijs his principi in Israël. ‡ Et super principem erunt holocausta, & sacrificiū, & libamina in solennitatibus, & in Calendis, & in sabbathis, in vniuersis solennitatibus domus Israel. ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pacifica: ad expian-
18 dum pro domo Israel. ‡ Hæc dicit Dominus Deus, In primo mense, vna mensis sumes vitulum de armento immaculatum: & expia-
19 bis sanctuarium. ‡ Et tollet sacerdos de sanguine quod erit ꝓ peccato & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrij
20 interioris. ‡ Et sic facies in septi-

Ex.30.b.13 Le.27.c.25 Nu.3.g.47

ma mẽsis pro vnoquoq; qui igno
*expiabis rauit, & errore deceptus est, &*ex
21 piabitis pro domo. ✝In primo mẽ-
se, quartadecima die mensis erit
vobis Paschæ solennitas: septem
22 diebus azyma comedentur. ✝ Et
G faciet princeps in die illa pro se
& pro vniuerso populo terræ, vi-
23 tulum pro peccato. ✝Et in septem
dierum solennitate faciet holo-
caustum Domino septem vitulos,
& septem arietes immaculatos
quotidiè septem diebus: & pro
24 peccato hircum caprarum. ✝Et sa-
crificium ephi per vitulũ, & ephi
per arietem faciet, & olei hin per
25 singula ephi. ✝ Septimo mense
quintadecima die mensis in so-
lennitate faciet sicut supra dicta
sunt per septem dies: tàm pro pec
cato, quàm pro holocausto, & in
sacrificio, & in oleo.

CAP. XLVI.

1 A ✝Hæc dicit Dominus Deus, Por
ta atrij interioris, quæ respi-
cit ad Orientem, erit clausa sex
diebus in quibus opus fit: die aũt
sabbathi aperietur, sed & in die
2 Calendarum aperietur. ✝Et intra
bit princeps per viã vestibuli por
tæ déforis, & stabit in limine por
tæ: & facient sacerdotes holocau-
stum eius, & pacifica eius: & adora
bit super limen portæ, & egredie-
tur: porta aũt non claudetur vsq;
3 ad vesperã ✝ Et adorabit populus
terræ ad ostiũ portæ illius in sab-
bathis & in Calendis corã Domi-
4 no. ✝ Holocaustum aũt hoc offeret
B princeps Dño: in die sabbathi sex
agnos immaculatos, & arietẽ im-
5 maculatum. ✝Et sacrificium ephi
per arietem: in agnis autem sacri-
ficiũ quod dederit manus eius: &
6 olei hin per singula ephi. ✝ In die
autẽ Calendarũ vitulũ de armen
to immaculatũ: & sex agni, & arie
7 tes immaculati erunt. ✝Et ephi
per vitulum, ephi quoque per
arietem faciet sacrificium: de
agnis aũt, sicut inuenerit manus
eius: & olei hin, per singula ephi.
8 ✝ Cũq; ingressurus est princeps,
C per viã vestibuli portæ ingredia-
9 tur, & per eandẽ viam exeat. ✝Et
cũ intrabit populus terræ in con-
spectu Domini in solennitatibus;
qui ingreditur per portam Aqui-
lonis, vt adoret, egrediatur per
viam portæ meridianæ: porrò qui
ingreditur per viam portæ meri-
dianæ, egrediatur per viam portæ
Aquilonis: nõ reuertetur per viã
portæ per quã ingressus est, sed è
10 regione illius egredietur. ✝ Prin-
ceps autem in medio eorum cum
ingredientibus ingredietur, &
cum egredientibus egredietur.
11 ✝Et in nundinis, & in solennita-
D tibus erit sacrificium ephi per vi-
tulũ, & ephi per arietem: de agnis
aũt erit sacrificium sicut inuene-
rit manus eius: & olei hin, per sin
12 gula ephi. ✝Cùm autẽ fecerit prin
ceps spontaneum holocaustum,
aut pacifica voluntaria Domino:
aperietur ei porta quæ respicit ad
Orientem, & faciet holocaustum
suũ, & pacifica sua, sicut fieri solet
in die sabbathi & egredietur, clau
deturq; porta postquam exierit.
13 ✝Et agnum eiusdem anni imma-
E culatum, faciet holocaustum quo
tidie Domino: semper manè faci
14 et illud. ✝Et facietsacrificiũ super
eo cata manè manè sextã partem
ephi: & de oleo tertiã partẽ hin,
vt misceatur similæ: sacrificiũ Do
mino legitimum, iugeatq; per
15 petuum. ✝ Faciet agnum & sa-
crificium, & oleum cata manè ma
nè: holocaustum sempiternum.
16 ✝Hæc dicit Dominus Deus. Si de- *domum
derit princeps *donum' alicui de
filijs suis: hæreditas eius, filiorum
suorũ erit, possidebunt eã hæredi
17 tariè. ✝ Si autem dederit legatum
F de hæreditate sua vni seruorum
suorum: erit illius vsque ad an-
num remissionis, & reuertetur ad
principem: hæreditas autem eius
filijs

18 filijs eius erit. † Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum, sed de possessione sua hæreditatē dabit filijs suis: vt nō dispergatur populus meus vnusquisque a possessione sua. † Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere portæ in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes, quæ respiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus vbi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto, vbi coquent sacrificium, vt non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus. † Et eduxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrij, & ecce, atriolum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij. † In quatuor angulis atrij atriola disposita quadraginta cubitorum per longum & triginta per latum, mensuræ vnius quatuor erant. † Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola, & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum. † Et dixit ad me, Hæc est domus culinarum in qua coquent ministri domus Domini victimas populi.

*offerant
in atrio exteriori.

CAP. XLVII.

ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem, facies enim domus respiciebat ad Orientem, aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris. † Et eduxit me per viam portæ Aquilonis, & cōuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad Orientem, & ecce aquæ redundantes à latere dextro. † Cùm egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mēsus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsque ad talos. † Rursumq; mensus est mille, & traduxit me per aquam vsq; ad genua, † & mensus est mille, & traduxit me per aquā vsq; ad renes. Et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire: quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis qui non poterat transuadari. † Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. † Cumq; me conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq; parte. † Et ait ad me: Aquę istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ. † Et omnis anima viuens quæ serpit, quocunq; venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur, & viuent omnia ad quæ venerit torrens. † Et stabunt super illa piscatores, ab Engaddi vsq; ad En-gallim siccatio sagenarum erit, plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ: † in littoribus autem eius, & in paluſtribus nō sanabūtur, quia in salinas dabuntur. † Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtraq; parte omne lignū pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos mēses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. † Hæc dicit Dominus Deus, Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel. ‖ quia Ioseph duplicē funiculum habet. † Possidebitis autem eam singuli æquè vt frater suus, ‖ super quam leuaui manum meam vt darem patribus vestris, & cadet terra hæc vobis in possessionem. † Hic est autem terminus terræ: ad

*fructiferum 4.

Gen. 48. b. 22.
Gen. 12. b. 7. 22. c. 16.

plagam septentrionalem, à mari magno via Hethalon, venientib.
16 Sedáda, † Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter terminum Damasci & confinium Emath, domus Tichon quæ est iuxta termi-
17 num Auran. † Et erit terminus à mari vsq; ad atrium Enō termin⁹
D Damasci, & ab Aquilone ad Aqui
*& 2. lonem, * terminus Emath: plaga
18 septentrionalis. † Porrò plaga orientalis de medio Auran, & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis disterminans ad mare orientale, metiemini etiam plagam orien-
19 talem. † Plaga autem Australis meridiana à Thamar vsq; ad aquas contradictionis Cades, & torrens vsq; ad mare magnum: & hæc est
20 plaga ad Meridiem australis. † Et plaga Maris, mare magnum à cōfinio per directum, donec venias
21 Emath: hæc est plaga Maris. † Et diuidetis terram istam vobis, per
22 tribus Israel: † & mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrûm, & erunt vobis sicut indigenæ inter filios Israel, vobiscum diuident possessionem in medio tribuum
23 Israel. † In tribu autem quacunq; fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

1 ET hæc nomina tribuum à fini-
A bus Aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath atriū Enan terminus Damasci ad Aquilonem iuxta viam Emath. Et erit ei plaga orientalis Mare, Dan v-
2 na. † Et ad terminum Dan, à plaga orientali vsque ad plagam Maris,
3 Aser vna: † & super terminū Aser, à plaga orientali vsq; ad plagam
4 Maris, Nephthali vna. † Et super terminum Nephthali, à plaga orientali vsque ad plagam Maris,
5 Manasse vna. † Et super terminum Manasse, à plaga orientali vsq; ad
6 plagam Maris, Ephraim vna. † Et super terminum Ephraim, à plaga orientali vsq; ad plagam Ma-
7 ris, Ruben vna. † Et super terminum Ruben, à plaga orientali vsque ad plagam Maris, Iuda vna.
8 † Et super terminum Iuda, à plaga orientali vsq; ad plagam Maris, erunt primitiæ quas separabitis viginti quinq; millibus latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orientali vsque ad plagam Maris: & erit sanctuarium in
9 medio eius. † Primitiæ quas separabitis Domino longitudo vigin-
ti quinq; millibus, & latitudo de-
10 cem millibus. † Hæ autem erunt
B primitiæ sanctuarij sacerdotum: ad Aquilonem longitudinis viginti quinq; millia, & ad Mare latitudinis decem millia, sed & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad meridiem longitudinis viginti quinq; millia: & erit sanctuarium Domini in medio eius.
11 † Sacerdotibus sanctuarium eius de filijs Sadoc, qui custodierunt ceremonias meas, & non erraverunt cùm errarent filij Israel, sicut errauerunt & Leuitæ. † Et erūt
12 eis primitiæ de primitiis terræ sanctum sanctorum, iuxta termi-
13 num Leuitarum. † Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum viginti quinq; millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis lōgitudo, viginti, & quinque millium, & latitudo decem
14 millium. † Et non venundabunt ex eo, neque mutabunt, neque trāsferentur primitiæ terræ, quia
15 sanctificatæ sunt Domino. † Quinque millia autem quæ supersunt in latitudine per viginti quinque millia, prophana erunt vrbis in habitaculum, & in suburbana: &
16 erit ciuitas in medio eius. † Et hæ mensuræ eius. Ad plagam septentrionalem, quingenta & quatuor millia, & ad plagam meridianam

quin-

quingenta & quatuor millia: & ad plagam orientalem, quingenta & quatuor millia, & ad plagam occidentalem, quingenta & qua-
17 tuor millia. ‡Erunt autem subur-
C bana ciuitatis, ad Aquilonem ducenta quinquaginta, & ad Meridiem ducēta quinquaginta, & ad orientem ducenta quinquaginta millia, & ad Mare ducenta quin-
18 quaginta. ‡Quod aūt reliquū fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarij, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt sicut primitiæ sanctuarij, & erunt fruges eius in panes his qui seruiunt ciuitati.
19 ‡Seruientes autem ciuitati, operabuntur ex omnibus tribubus Is-
20 rael. ‡ Omnes primitiæ, viginti quinq; millium, per vigintiquinque millia in quadrum, separabuntur in primitias sanctuarij, &
21 in possessionem ciuitatis. ‡ Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarij, & possessionis ciuitatis è regione viginti quinque millium primitiarum vsque ad terminum orientalem, sed & ad Mare è regione viginti quinque millium vsque ad terminum Maris, similiter in partibus principis erit: & erunt primitiæ sanctuarij, & sanctuarium templi in medio e-
22 ius. ‡ De possessione autem Leuitarum, & de possessione ciuitatis in medio partium principis erit: *inter 8. *in terminum Iuda, & *in terminum Ben-iamin, & ad principem
23 pertinebit. ‡ Et reliquis tribubus, à plaga orientali vsq; ad plagam occidentalem, Ben-iamin vna.
24 ‡Et cōtra terminum Ben-iamin,
D à plaga Orientali vsque ad plagam occidentalem, Siméon vna.
25 ‡ Et super terminum Simeonis, à plaga orientali vsque ad plagam
26 occidentalem, Issachar vna. ‡ Et super terminum Issachar, à plaga orientali vsque ad plagam occi-
27 dentalem, Zabulon vna. ‡Et super terminum Zabulon, à plaga orientali vsq; ad plagam Maris, Gad
28 vna. ‡Et super terminum Gad, ad plagam austri in Meridiem, & erit finis de Thamar, vsque ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum.
29 ‡ Hæc est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel, & hæ partitiones earum, ait Dominus De-
30 us. ‡Et hi egressus ciuitatis, A plaga septentrionali quingentos &
31 quatuor millia mensurabis. ‡ Et portę ciuitatis* omnib⁹ tribubus' Israel, portæ tres à Septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna,
32 porta Leui vna. ‡ Et ad plagam orientalem, quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Ben-iamin vna,
33 porta Dan vna. ‡Et ad plagam meridianam, quingentos & quatuor millia metiéris: * porta Simeonis vna, porta Issachar vna, porta Za-
34 bulon vna. ‡ Et ad plagam occidentalem, quingentos & quatuor millia: & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aser vna, porta
35 Nephthali vna. ‡ Per circuitum decem & octo millia, & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

*in nominibus tribuum 6.

*& portæ tres 4.

DANIELIS PROPHETIA.

CAP. I.

Potus agnū Daniel, forma pracellit et arte.

1 A ANNO tertio regni
Ioacim regis Iuda, ve-
nit Nabuchodonosor
rex Babylonis in Ieru-
salem, & obsedit eam.
2 † & tradidit Dominus in manu e-
ius Ioacim regem Iudæ, & partē
vasorum domus Dei, & asporta-
uit ea in terrā Sennaar, in domū
Dei sui, & vasa intulit in domum
3 thesauri Dei sui. † Et ait rex Asphe
nez præposito eunuchorum, vt
introduceret de filijs Israel, & de
4 semine regio & tyrannorū. † Pue-
ros in quibus nulla esset macula,
decoros forma, & eruditos omni
sapientia, cautos scientia, & do-
ctos disciplina, & qui possent sta-
re in palatio regis, vt doceret e-
os literas, & linguam Chaldæo-
5 rum. † Et constituit eis rex anno-
nam per singulos dies de cibis su-
is, & de vino vnde bibebat ipse,
vt enutriti trib. annis, postea sta-
6 rent in conspectu regis. † Fuerunt
B ergo inter eos de filijs Iudæ, Da-
niel, Ananias, Misael, & Azarias.
7 † Et imposuit eis præpositus eu-
nuchorum, nomina: Danieli Bal-
tassar, Ananiæ, Sidrach, Misaëli,
Misach, & Azariæ, Abdenago.
8 † Proposuit autem Daniel in cor-
de suo, ne pollueretur de mensa
regis, neq; de vino potus eius, &
rogauit eunuchorum prępositum
9 ne contaminaretur. † Dedit au-
tem Deus Danieli gratiam & mi-
sericordiam in conspectu princi-
10 pis eunuchorum. † Et ait princeps
eunuchorum ad Danielem: Ti-
meo ego Dominum meū regem
qui constituit vobis cibum & po-
tum, qui si viderit vultus vestros
macilentiores præ cæteris ado-
lescentibus coæuis vestris, con-
11 demnabitis caput meum regi. † Et
C dixit Daniel ad Malasar, quem
constituerat princeps eunucho-
rum super Danielem, Ananiam,
12 Misaëlem, & Azariam, † Tēta nos
obsecro seruos tuos dieb. decem,
& dentur nobis legumina ad ve-
scendum, & aqua ad bibendum.
13 † & contemplare vultus nostros,
& vultus puerorum qui vescun-
tur cibo regio: & sicut videris, fa-
14 cies cum seruis tuis. † Qui audito
sermone huiuscemodi, tentauit
15 eos diebus decem. † Post dies
autem decem apparuerunt vul-
tus eorum meliores & corpulen-
tiores præ omnibus pueris qui
16 vescebantur cibo regio. † Porrò
Malasar tollebat cibaria, & vinū
potus eorum, dabatque eis legu-
17 mina. † Pueris autem his dedit De
D us scientiam & disciplinam in
omni libro & sapientia: Danieli
autem intelligentiam omnium
18 visionum & somniorum. † Com-
pletis itaq; diebus, post quos di-
xerat rex vt introducerentur: in-
troduxit eos præpositus eunucho
rum in conspectu Nabuchodono
19 sor. † Cūq; eis locutus fuisset rex,
non sunt inuenti tales de vniuer-
sis, vt Daniel, Ananias, Misael, &
Azarias: & steterunt in conspectu
20 regis. † Et omne verbum sapien-
tiæ & intellectus quod sciscitatus
est ab eis rex, inuenit in eis decu-
plum super cunctos ariolos & ma
gos qui erant in vniuerso regno
21 eius. † ‖ Fuit autem Daniel vsq; In. 6. g. 28.
ad annum primum Cyri
Regis.

CAP.

CAP. II.

1 A IN anno secundo regni Nabu-
chodonosor vidit Nabuchodo-
nosor somnium,&conterritus est
spiritus eius,& somnium eius fu-
2 git ab eo, † Præcepit ᵃ autem' rex,
ᵃ ergo 15. vt conuocarẽtur arioli,& magi,&
malefici & Chaldæi : vt indicarẽt
regi somnia sua:q cum venissent,
3 steterũt cotã rege.†Et dixit ad eos
rex,Vidi somniũ:& mente cõfus⁹
4 ignoro qd viderim.†Respõderũt-



secundò,atq; dixerunt,Rex som-
niũ dicat seruis suis,& interpreta
8 tionẽ illius indicabimus.†Respõ-
B dit Rex,&ait,Certè noui quòd tẽ
pus redimitis,sciẽtes quòd reces-
9 serit à me sermo. † Si ergo somni-
um nõ indicaueritis mihi,vna est
de vobis sentẽtia,quòd interpre-
tationẽ quoq; fallacẽ & deceptio
ne plenam composueritis, vt lo-
quamini mihi donec tempus per
trãseat.Somnium itaq; dicite mi
hi,vt sciam quòd interpretationẽ
10 qnoq; eius verã loquamini. † Re-
spondentes ergo Chaldæi coram
rege,dixerunt, Non est homo su-
per terrã,qui sermonem tuũ,rex,
que Chaldæi regi Syriacè, Rex in
sempiternum viue:dic somniũ ser
uis tuis, & interpretationẽ ei⁹ in
5 dicabimus. † Et respõdens rex ait
Chaldęis,Sermo recessit à me:nisi
indicaueritis mihi somniũ &con
iecturam eius,peribitis vos, & do
6 mus vestræ publicabũtur. † Si aũt
somnium & coniecturã eius nar-
raueritis:præmia, & dona, & ho-
norẽ multum accipietis à me:som
nium igitur,& interpretationem
7 eius indicate mihi.† Responderũt

Somnia Chal-
deis sapien-
tibus abdita
nouit.

possit implere: sed neque regum
quisquã magnus & potens,verbũ
huiuscemodi sciscitatur ab omni
11 ariolo,& mago,& Chaldæo. † Ser
mo enim quẽ tu quæris,Rex,gra-
uis est:nec reperietur quisquã qui
indicet illum in conspectu regis:
exceptis dijs, quorũ non est cum
12 hominib.conuersatio. † Quo audi
to, rex in furore & in ira magna
præcepit vt perirent oẽs sapien-
13 tes Babylonis.† Et egressa senten
tia,sapientes interficiebãtur:quæ
rebanturq; Daniel,&socij eius,vt
14 perirent.† Tũc Daniel requisiuit
C de lege atq; sententia ab Arioch
principe militiæ Regis, q egress⁹

fuerat ad interficiēdos ſapientes
15 Babylonis. † Et interrogauit eum
qui à rege poteſtatem acceperat,
quam ob cauſam tam crudelis ſen
tētia à facie regis eſſet egreſſa,Cū
ergo rē indicaſſet Arioch Danie-
16 li.† Daniel ingreſſus rogauit regē
vt tempus daret ſibi ad ſolutionē
17 indicandā regi. † Et ingreſſus eſt
domum ſuam:Ananiæq; & Miſaē
li,& Azariæ ſocijs ſuis, indicauit
18 negotium:† vt quærerent miſeri-
cordiam à facie Dei cæli ſuper ſa
cramento iſto,& nō perirent Da
niel & ſocij eius,cum cæteris ſapi
19 entibus Babylonis.† Tunc Danie-
li myſterium per viſionem noctę
reuelatum eſt:& benedixit Dani-
20 el Deū cæli,† & loquutus ait: ‖ Sit
Pſ. 112.a.2. nomen Domini benedictum à ſę-
culo & vſq; in ſeculum:quia ſapi-
21 entia & fortitudo eius ſunt : † Et
ipſe mutat tempora & ætates:trāſ
fert regna atque conſtituit: dat ſa
pientiam ſapientib. & ſcientiam
22 intelligētibus diſciplinā:† Ipſe re
D uelat profunda & abſcondita : &
nouit in tenebris cōſtituta: & lux
23 cum eo eſt.† Tibi Deus patrū meo
noſtrorū rum' confiteor,teq; laudo:quia ſa
pientiam & fortitudinem dediſti
mihi:& nunc oſtendiſti mihi quę
rogauimus te, quia ſermonem re
24 gis aperuiſti nobis.† Poſt hæc Da
niel ingreſſus ad Arioch quem cō
ſtituerat rex,vt perderet ſapiētes
Babylonis,ſic ei loquutus eſt: Sa
pientes Babylonis ne perdas, in-
troduc me in conſpectu regis, &
25 ſolutionem regi narrabo.† Tunc
Arioch feſtinus introduxit Danie
F lem ad regē,& dixit ei:Inueni ho
minem de filijs tranſmigrationis
Iudæ,qui ſolutionē regi annunti-
26 et.† Reſpondit rex,&dixit Danie
li cuius nomen erat Baltaſſar,Pu-
tāſne verē potes mihi indicare
ſomnium quod vidi, & interpre-
27 tationem eius? † Et reſpondēs Da
niel corā rege,ait, Myſteriū quod
rex interrogat,ſapientes,magi,&
arioli,&aruſpices nequeunt indi
28 care regi.† Sed eſt Deus in cælo re
uelans myſteria,qui indicauit tī
bi rex Nabuchodonoſor,quæ ven
tura ſunt in nouiſſimis tempori-
bus. Somnium tuum & viſiones
capitis tui in cubili tuo, huiuſce-
29 modi ſunt:† Tu rex cogitare cœpi
E ſti in ſtratu tuo quid eſſet futurū
poſt hæc:& qui reuelat myſteria,
oſtendit tibi quæ ventura ſunt.
30 † Mihi quoque non in ſapientia
quæ eſt in me plus quā in cunctis
viuentib.ſacramentum hoc reue
latum eſt:ſed vt interpretatio re-
gi manifeſta fieret, & cogitatio-
31 nes mentis tuæ ſcires.† Tu rex vi
debas,& ecce quaſi ſtatua vna grā
dis : ſtatua illa magna & ſtatura
ſublimis ſtabat cōtra te,& intuit'
32 eius erat terribilis. † Huius ſtatuæ
caput ex auro optimo erat,pectus
autem & brachia de argento, por
33 rō venter & femora ex ære:† tibię
autem ferreæ,pedum quædā pars
erat ferrea.quædam autē fictilis.
34 † Videbas ita, donec abſciſſus eſt
lapis de monte ſine manibus:& .4.
percuſſit ſtatuam in pedibus eius
ferreis & fictilibus,& comminuit
35 eos. † Tunc contrita ſunt pariter
ferrum,teſta,æs, argentum & au-
rum,& redacta quaſi in fauillam
æſtiuæ areæ,quæ rapta ſunt vēto:
nullusq; locus inuentus eſt eis:la
pis autem qui percuſſerat ſtatuā,
factus eſt mons magnus,& imple
36 uit vniuerſam terrā.† hoc eſt ſom
nium. Interpretationem quoque
37 eius dicemus coram te rex. † Tu
rex regum es:& Deus cæli regnū
& fortitudinem & imperium &
38 gloriam dedit tibi: † & omnia in
quibus habitant filij hominum &
beſtiæ agri:volucres quoq; cælide
dit in manu tua,& ſub ditiōe tua
vniuerſa conſtituit:tu es ergo ca-
39 put aureum.† Et poſt te conſurget
regnū aliud min' te : & regnū ter
tiū aliud æreum, quod imperabit
40 vniuerſæ terræ.† Et regnū quartū
eris

erit velut ferrum: quomodo ferrum comminuit & domat omnia:
41 sic comminuet & conteret omnia
testæ 13. hæc. † Porrò quia vidisti pedũ & digitorum partem 'testeam' figuli, & partem ferream: regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod
42 vidisti ferrum mistum testæ ex luto. † & digitos pedũ ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte
43 contritum: † Quod autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ. †
44 In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum quod in æternum non dissipabitur, & regnũ eius alteri po-
G pulo non tradetur: cõminuet aũt, & consumet vniuersa regna hæc:
45 & ipsum stabit in æternum. † Secũdum quod vidisti, quod de mõte abscissus est lapis sine manib', & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurũ, Deus magnus ostendit regi quæ vẽtura sunt postea, & verum est somniũ,
46 & fidelis interpretatio eius. † Tũc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suã & Danielẽ adorauit. & hostias, & incensum præcepit vt
47 sacrificarent ei. † Loquens ergo rex, ait Danieli, Verè Deus vester, Deus deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacra-
48 mentum. † Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis: & præfectum magistratuum super cunctos sapi-
49 entes Babylonis. † Daniel autem postulauit à rege: & constituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: ipse autem Daniel erat in foribus regis.

CAP. III.

1 NAbuchodonosor rex fecit sta
A tuã aureã altitudine cubitorũ sexaginta, latitudine cubitorũ sex, & statuit eã in cãpo Dura pro
2 uincię Babylonis: † Itaq; Nabuchodonosor rex misit ad cõgregãdos satrapas, magistratꝰ, & iudices, duces & tyrãnos, & præfectos, oẽsq; principes regionũ, vt cõuenirent ad dedicationẽ statuæ, quã erexerat Nabuchodonosor rex. † Tunc
3 cõgregati sunt satrapæ, magistratus & iudices, duces & tyranni, & optimates qui erãt in potestatib. cõstituti, & vniuersi principes regionum vt cõuenirent ad dedicationẽ statuæ quã erexerat Nabuchodonosor rex: stabant aũt in cõ
4 spectu statuæ quã posuerat Nabuchodonosor rex: † & præco clamabat valenter: Vobis dicitur popu-
5 lis, tribub. & linguis, † In hora qua audieritis sonitum tubæ & fistulę & citharæ, sambucæ & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum: cadentes adorate statuam auream quam cõstituit Na-
6 buchodonosor rex. † Si quis autẽ non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis
7 ardentis. † Post hæc igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ & psalterij, symphoniæ, & omnis generis musicorum: cadentes oẽs populi, tribus & linguæ adorauerunt statuam auream quam cõstituerat Nabuchodonosor rex.
8 † Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldęi accusauerunt
9 Iudæos, † dixeruntque Nabuchodonosor regi, Rex in æternum vi-
10 ue. † Tu rex posuisti decretum, vt omnis homo q audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam auream:
11 † si quis autem non procidens adora-

adorauerit,mittatur in fornacem
12 ignis ardentis.† Sunt ergo viri Iu
dęi,quos constituisti sup opera re
B giōis Babyloniæ,Sidrach,Misach,
& Abdenago:viri isti contempse-
runt,rex,decretum tuum:deos tu
os non colunt,& statuam auream
13 quam erexisti non adorant.† Tūc
Nabuchodonosor in furore & in
ira præcepit, vt adducerentur Si-
drach,Misach, & Abdenago: qui
confestim adducti sunt in conspe
14 ctu regis.† Pronuntiansque Nabu
chodonosor rex ait eis, Verēne Si
drach, Misach,& Abdenago Deos
meos non colitis, & statuam au-
ᵃerexi 5. ream quam ᵃconstitui' non ado-
15 ratis. † Nunc ergo si estis parati,
quacunq; hora audieritis sonitū
tubæ,fistulæ,citharæ, sambucæ &
psalterij & symphoniæ, omnisq;
generis musicorum, prosternite
vos,& adorate statuam quam fe-
ci:quòd si non adoraueritis, eadē
hora mittemini in fornacē ignis
ardentis:& quis est Deus qui eri-
16 piet vos de manu mea? † Respon-
dentes Sidrach,Misach, & Abde-
nago,dixerunt regi Nabuchodo-
nosor, Nō oportet nos de hac re
17 respōdere tibi. † Ecce enim Deus
noster quē colim', potest eripere
nos de camino ignis ardentis, &
de manibus tuis, ô rex, liberare.
18 † Quòd si noluerit, notum sit tibi
rex,quia deos tuos non colimus,
& statuam auream quam erexi-
19 sti non adoramus. † Tunc Nabu-
chodonosor repletus est furore:
& aspectus faciei illius immutat'
est super Sidrach, Misach, & Ab-
denago,& præcepit vt succende-



Tres uiri,
nes, Domi
no fres,
Seruantes
mi ignis.

1retur fornax septuplū quā succen
20 di consueuerat.† Et viris fortissi-
mis de exercitu suo iussit,vt liga-
tis pedibus Sidrach,Misach,& Ab
denago mitterent eos in fornacē
21 ignis ardentis.† Et confestim viri
C illi vincti cum bracchis suis, & tia-
ris, & calceamentis, & vestibus
missi sunt in medium fornacis ig-
22 nis ardentis.† nam iussio regis vr-
gebat:fornax autem succēsa erat
nimis. Porrò viros illos qui misc-
rant Sidrach,Misach, & Abdena-
23 go,interfecit flamma ignis.† Viri
autem hi tres,id est, Sidrach, Mi-
sach,& Abdenago, ceciderunt in
medio camino ignis ardentis, col
ligati.

Quæ

Quæ sequuntur, in Hebræis voluminibus non reperi.

24 † Et ambulabãt in medio flammæ laudantes Deum, & benedi-
25 centes Domino. † Stans autem Azarias orauit sic, aperiensq̃ os
26 suum in medio ignis, ait, † Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile & glorio-
27 sum nomen tuum in secula: † quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera,
& viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia
28 tua vera. † Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem: quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hęc propter pec-
29 cata nostra. † Peccauimus enim, &
30 iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus, † & præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis vt benè nobis esset.
31 † omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti no-
32 bis, vero iudicio fecisti: † & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorũ & pessimorum, præuaricatorumq̃que, & regi iniusto & pessimo vltra omnem
33 terram. † Et nunc non possumus D aperire os: confusio & opprobriũ
facti sumus seruis tuis, & his qui
34 colunt te. † Ne, quæsumus, tradas E nos in perpetuum propter nomẽ
tuum, & ne dissipes testamentum
35 tuum, † neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tu-
36 um: † quibus locutus es, pollicens quod multiplicares semẽ eorum
sicut stellas cæli, & sicut arenam
37 quæ est in littore maris: † quia Domine imminutisumus plus quàm
omnes gentes, sumusq̃; humiles
in vniuersa terra hodie propter
38 peccata nostra. † Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neq; holocaustum, neque sacrificium, neq; oblatio, neque incensum, neq; locus primi-
39 tiarum coram te: † vt possimus inuenire misericordiam tuam, sed in animo contrito, & spiritu humi-
40 litatis suscipiamur. † Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificiũ nostrum in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio
confidentibus in te. † Et nunc se-
41 quimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.
42 † Ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secũdum multitudinem
43 misericordiæ tuæ. † Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam
44 nomini tuo Domine: † & confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala, confundantur in
omni potentia, & robur eorum
45 conteratur: † & sciant quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus
46 super orbem terrarum. † Et non cessabant qui miserant eos ministri Regis succendere fornacem,
naphtha & stupa & pice & mal-
47 leolis: † & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadra-
48 ginta nouem: † & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem
49 de Chaldæis. † Angelus autẽ Domini descendit cum Azaria & so-
cijs eius in fornacem: & excussit
50 flammam ignis de fornace, † & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neq; contristauit, nec quicquam molestiæ intu-
51 lit. † Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebant Deum in fornace, di-
52 centes: † Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis, * & superexaltatus in se- * & glorio
cula: & benedictum nomen glo- sus.

ria

riæ tuæ sanctum & laudabile & superexaltatum in omnibus seculis.

53 † Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis & superglorioſus in secula.

54 † Benedict⁹ es in throno regni 'superglo- tui, & superlaudabilis & 'superrioſus 2. exaltatus' in secula.

55 † Benedictus es qui intueris a- F
Pſ. 79. a. 2. byſſos, ‖ & sedes super cherubim,
98. a. 1. & laudabilis & superexaltatus in
secula.

56 † Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & glorioſus in secula.

57 †‖ Benedicite omnia opera Do-
Pſ. 144. b. mini Domino, laudate & super-
10. exaltate eum in secula.

58 †‖ Benedicite angeli Domini
Pſal. 102. d. Domino, laudate & superexalta-
20. 148. a. 2 te eum in secula.

59 †‖ Benedicite cæli Domino, lau-
Pſ. 69. d. 35. date & superexaltate eum in se-
148. a. 4. cula.

60 † Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt, Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

61 † Benedicite omnes virtutes Do mini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

62 †‖ Benedicite sol & luna Do-
Pſ. 148. a. 3. mino, laudate & superexaltate eum in secula.

63 † Benedicite ſtellæ cæli Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

64 † Benedicite omnis imber & ros Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

65 † Benedicite omnis ſpirit⁹ Dei' .7. Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

66 † Benedicite ignis & æſtus Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

67 † Benedicite frigus & 'æſtas' Do
'æſtus 3. mino, laudate & superexaltate
cauma 4. eum in secula.

68 † Benedicite rores & pruina Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

69 † Benedicite gelu & frigus Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

70 † Benedicite glacies & niues Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

71 † Benedicite noctes & dies Do-
mino, laudate & superexaltate
eum in secula.

72 † Benedicite lux & tenebræ Do mino, laudate & superexaltate eum in secula.

73 † Benedicite fulgura & nubes Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

74 † Benedicat terra Dominum, laudet & superexaltet eum in secula.

75 † Benedicite montes & colles Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

76 † Benedicite vniuerſa germinatia in terra Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

77 † Benedicite fontes Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

78 † Benedicite maria & flumina Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

79 † Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

80 † Benedicite omnes volucres cæli Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

81 † Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

82 † Benedicite filij hominum Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

83 † Benedicat Iſrael Dominum, laudet & superexaltet eum in secula.

84 † Benedicite ſacerdotes Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

† Be-

85 † Benedicite serui Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula.
86 † Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino, laudate & superexaltate eum in secula.
87 † Benedicite sancti & humiles corde Domino, laudate & superexaltate eum in secula.
88 † Benedicite Anania, Azaria, Misaël Domino, laudate & superexaltate eum in secula: quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardētis flammæ, & de medio ignis eruit nos.
89 † Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
90 † Benedicite omnes religiosi Domino Deo deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.

Hucusq; in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

91 † Tunc Nabuchodonosor, rex, obstupuit, & surrexit properè, & G ait optimatibus suis, Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respōdentes re-
92 gi, dixerunt, Verè rex. † Respōdit*, rex. & ait, Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis fi-
93 lio Dei. † Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenágo serui Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, & Abde-
94 nágo de medio ignis. † Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, etiam saraballa eorum non fuissent immutata, & odor ignis nō tran-
95 sisset per eos. † Et erumpens Nabuchodonosor, ait, Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenágo, q̄ misit angelum suum, & eruit seruos suos qui crediderunt in eum: & verbū regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent & ne adorarent omnē Deū, excepto
96 Deo suo. † A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quęcunq; locuta fuerit blasphemiam cōtra Deum Sidrach, Misach & Abdenágo, dispereat, & domus eius vastetur: neq; enim est alius Deus qui pos-
97 sit ita saluare. † Tunc rex promouit Sidrach, Misach & Abdenágo
98 in prouincia Babylonis. † Nabuchodonosor, rex, omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in vniuersa terra, pax vo-
99 bis multiplicetur. † Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare
100 † signa eius quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius ~ regnum' sempiternum, ‖ & potestas eius in generatione & generationem. ~. 2. Inf. 4. g. 31. 7. d. 14.

CAP. IIII.

Arboris implora in sa prædictio regi.

1 A EGo Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens
2 in palatio meo. † somnium vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in stratu meo, & visiones capitis mei conturbaue-
3 runt me. † Et per me propositum est decretum, vt introducerentur in cōspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem som-
4 nij indicarent mihi. † Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum: & solutionem eius non indicauerunt mihi:
5 † donec collega ingressus est in con-

conspectu meo Daniel, cui nomē
Baltassar secundū nomē Dei mei,
qui habet spiritum deorū sancto-
rum in semetipso : & somnium
6 coram ipso locutus sum. ‡ Baltas-
sar princeps ariolorū. quoniam
ego scio quòd spiritum sanctorū
deorum habeas in te, & omne sa-
cramentum non est impossibile
tibi : visiones somniorum meorū
quas vidi. & solutionem earum
7 narra. ‡ Visio capitis mei in cubi-
B li meo, Videbam, & ecce arbor in
medio terræ, & altitudo eius ni-
8 mia. ‡ Magna arbor, & fortis : &
proceritas eius cōtingens cælum:
aspectus illius erat vsq; ad termi-
9 nos vniuersæ terræ. ‡ Folia eius
pulcherrima, & fructus eius ni-
mius: & esca vniuersorū in ea: sub-
ter eā habitabant animalia & be-
stiæ, & in ramis eius conuersaban
tur volucres cęli: & ex ea vesceba-
10 tur omnis caro. ‡ Videbam in vi-
sione capitis mei super stratū me-
um, & ecce vigil & sanctus de cæ-
11 lo descendit. ‡ Clamauit fortiter,
& sic ait: Succidite arborē, & præ-
cidite ramos eius: excutite folia
eius, & dispergite fructus eius: fu-
giant bestię quę subter eam sunt,
12 & volucres de ramis eius. ‡ Verun-
tamen germen radicum eius in
terra sinite, & alligetur vinculo
ferreo & æreo in herbis quæ foris
sunt, & rore cæli tingatur, & cum
13 feris pars eius in herba terrę. ‡ Cor
C eius ab humano commutetur, &
cor feræ detur ei : & septem tem-
14 pora mutētur super eum. ‡ In sen-
tentia vigilū decretum est, & ser-
mo sanctorum, & petitio donec
cognoscant viuētes quoniam do-
minatur Excelsus in regno homi-
num, & cuicunq; voluerit, dabit
illud, & humillimum hominem
15 constituet super eum. ‡ Hoc som-
nium vidi ego Nabuchodonosor
rex : tu ergo Baltassar interpreta-
tionem narra festinus : quia om-
nes sapientes regni mei non que-
unt solutionem edicere mihi : tu
autem potes, quia spirit⁹ deorum
16 sanctorum in te est. ‡ Tunc Da-
niel, cuius nomen Baltassar, cœ-
pit intra semetipsum tacitus co-
gitare quasi vna hora : & cogita-
tiones eius conturbabant eum.
Respondens autem rex ait, Bal-
tassar, somnium & interpretatio
D eius non conturbent te. Respon-
dit Baltassar, & dixit, Domine mi,
somnium his qui te oderunt : &
interpretatio eius hostibus tuis
17 sit. ‡ Arborem quam vidisti subli-
mem atq; robustam, cuius altitu-
do pertingit ad cælum, & aspect⁹
18 illius in omnem terram: ‡ & rami
eius pulcherrimi, & fructus eius
nimius, & esca omniū in ea, sub-
ter eam habitantes bestiæ agri, &
in ramis eius commorantes aues
19 cæli. ‡ Tu es rex, qui magnificatus
es, & inualuisti: & magnitudo tua
creuit & peruenit vsq; ad cælum,
& potestas tua in terminos vni-
20 uersæ terræ. ‡ Quòd autem vidit
rex vigilem, & sanctum descen-
dere de cælo, & dicere, Succidite
arborem & dissipate illam, atta-
men germen radicum eius in ter-
ra dimittite, & vinciantur ferro
& ære in herbis foris, & rore cæli
conspergatur, & cum feris sit pa-
bulum eius, donec septem tem-
21 pora mutentur super eum. ‡ Hæc
E est interpretatio sententiæ Altis-
simi, quæ peruenit super dominū
22 meum regem, ‡ Eijcient te ab ho-
minibus, & cum bestijs ferisque
erit habitatio tua, ‖ & fœnum vt Inf. 5. f. 11
bos comedes, & rore cæli infun-
dêris : septem quoque tempora
mutabuntur super te, donec scias
quòd dominetur Excelsus super
regnum hominum, & cuicunque
23 voluerit det illud. ‡ Quod autem
præcepit vt relinqueretur germē
radicum eius, id est, arboris, re-
gnum tuum tibi manebit post-
quam cognoueris potestatem es-
24 se cælestem. ‡ Quam ob rem rex
con-

Ec.3.d.23. consilium meum placeat tibi, ‖ & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis. † Omnia *venerunt su- 26 per Nabuchodonosor regē. † Post *hæc finem mensiū duodecim, in aula 27 Babylonis deambulabat. † Respōditq; rex, & ait, Nonne hæc est *ciuitas Babylon *magna quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria de- 28 coris mei? † Cumq; sermo adF huc esset in ore regis, vox de cælo ruit. Tibi dicitur Nabuchodono- 29 sor rex, Regnū *tranſibit à te, † & *tuum ab hominibus eijcient te, & cum *& bestijs *feris erit habitatio tua: fœnū quasi bos comedes, & septem tempora mutabūtur super te: donec scias quod dominetur Excelsus in regno hominū, & cuicunq; 30 voluerit det illud. † Eadem hora sermo cōpletus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnū vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectū est. donec capilli eius in similitudinē aquilarū crescerent, & 31 vngues eius quasi auium. † Igitur post finē dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælū leG uaui, & sensus meus redditus est mihi: & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternū laudaui, Ecc.3.g.100 & glorificaui: ‖ quia potestas eius Ia.7.d.14. potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generatio 32 ne: † Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cæli quàm in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manui eius, & 33 dicat ei, Quare fecisti? † In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorē regni mei, decoremq; peruenit: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. † Nunc igi- 34 tur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem cæli: quia omnia opera eius vera & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

CAP. V.

1 BAlthasar rex fecit grande conA uiuium optimatibus suis mille: & vnusquisque secundum su- 2 am bibebat ætatem. † Præcepit ergo iam temulentus vt afferentur vasa aurea & argentea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresq; eius 3 & concubinæ. † Tunc allata sunt vasa aurea *quæ asportauerat de *& argenttemplo quod fuerat in Ieruſalē: tea 14. & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ il- 4 lius. † Bibebant vinum, & laudabant deos suos aureos & argēteos, æreos, ferreos, ligneosq; & la- 5 pideos. † In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis cōtra candelabrū in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manus 6 scribentis. † Tunc facies regis cōB mutata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collide- 7 bantur. † Exclamauit itaq; rex fortiter vt introducerent magos, Chaldæos & aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis: Quicunq; legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in re- 8 gno meo erit. † Tunc ingressi oēs sapientes regis nō potuerunt nec scripturā legere, nec interpreta- 9 tionem indicare regi. † Vnde rex

Balthasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est: sed & optimates eius turbabantur.
10 † Regina autem pro re, quæ acciderat regi, & optimatibus eius, domum conuiuij ingressa est: & proloquens ait, Rex in æternum viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua im-
11 mutetur. † Est vir in regno tuo,



qui spiritum deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui, scientia & sapientia inuentæ sunt in eo: nam & rex Nabuchodonosor, pater tuus, principem magorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruspicum constituit
16 eum, pater inquam tuus ó rex:
12 † quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaque, interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est, in Daniele: cui rex posuit nomen Balthasar. nunc itaque Daniel
17 vocetur, & interpretationem nar
13 rabit. † Igitur introductus est
D Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait, Tu es Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, quem adduxit pater meus rex de Iudæa?
18
14 † Audiui de te, quoniam spiritum deorum habeas: & scientia intelligentiaque ac sapientia am-
15 pliores inuentæ sunt in te: † Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi: & nequiuerunt sensum huius sermonis edicere *. † Porrò
16 ego audiui de te, quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno
17 meo princeps eris. † Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege, Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem eius ostendam
18 tibi. † O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem, dedit Nabuchodonosor patri tuo: † Et propter magni-

* mihi 16

magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant, & metuebant eum, quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat.

20 †Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiã, depositus est

21 de solio regni sui, & gloria eius ablata est: † & à filijs hominum F eiectus est, sed & cor eius cum bestijs positum est, & cum onagris erat habitatio eius: fœnum

Dan.4.c.22. quoque vt bos comedebat, & rore cœli corpus eius infectum est: donec cognosceret, quod potestatem haberet Altissimus in regno hominum, & quemcunque voluerit, suscitabit super illud.

22 †Tu quoque filius eius Balsasar, non humiliasti cor tuum, cum

23 scires hæc omnia: † sed aduersum dominatorem cæli eleuatus es: & vasa domus eius allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibistis in eis: deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos, qui non vident neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu tua, & omnes vias

24 tuas, non glorificasti. † Idcirco G ab eo missus est articulus manus,

25 qui scripsit hoc quod exaratum est. † Hæc est autem scriptura quę

26 digesta est: MANE, THECEL, PHARES. † Et hęc est interpretatio sermonis: MA-

27 NE, numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. † THECEL, appensus es in statera, &

28 inuentus es minus habẽs. † PHARES: diuisum est regnum tuum,

29 & datum est Medis & Persis. † Tũc iubente rege indutus est Daniel purpura, & circundata est torques aurea collo eius: & prædicatum est de eo, quòd haberet potestatem tertius in regno. † Eo-

30 dem nocte interfectus est Balsasar rex Chaldæus. † Et Darius Medus successit in regnum, annos

31 natus sexagintaduos.

CAP. VI.

1 PLacuit Dario, & constituit A super regnum satrapas centũ viginti, vt essent in toto regno

2 suo. † Et super eos, principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret mo-

3 lestiam. † Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat constituere eum super omne regnum:

4 † vnde principes & satrapæ quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regni: nullamque causam, & suspicionem reperire potuerũt, eo quòd fidelis esset, & omnis culpa & suspicio non inueniretur in eo.

5 † Dixerunt ergo viri illi, Non inB ueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege

6 Dei sui. † Tunc principes & satrapæ surripuerunt regi, & sic locuti sunt ei: Dari rex, in æternum vi-

7 ue: † consilium inierunt omnes principes regni, magistratus, & satrapæ, senatores & iudices, vt decretũ imperatorij exeat, & edictũ, vt omnis qui petierit aliquã petitionẽ à quocunq; Deo & homine, vsq; ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leo-

8 nũ. † Nunc itaq; rex cõfirma sententiam, & scribe decretũ: vt nõ immutetur quod statutum est à Medis & Persis, nec præuaricari

9 cuiquam liceat. † Porrò rex Darius proposuit edictũ, & statuit.

10 † Quod cum Daniel comperisset, C id est, cõstitutam legẽ, ingressus est domũ suam: & fenestris aper-

tis in cœnaculo suo, contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram Deo suo sicut & antè facere consueuerat.
11 † Viri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obsecrantem Deum su-
12 um. † Et accedētes locuti sunt regi super edicto: Rex, nunquid nō constituisti vt omnis homo qui rogaret quenquam de dijs & hominibus vsque ad dies triginta, nisi te rex, mitteretur in lacū leonum? Ad quos respondens rex, ait, Verus est sermo iuxta decre-
D tum Medorum atque Persarum,
13 quod præuaricari non licet. † Tūc respondentes dixerunt corā rege: Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, non curauit de lege tua & de edicto quod constituisti, sed trib⁹ temporibus per diem orat obse-
14 cratione sua. † Quod verbum cū audisset rex, satis cōtristatus est, & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat vt erueret il-
15 lū. † Viri aūt illi intelligentes regē, dixerūt ei, Scito, rex, quia lex Medorū atq; Persarum est, vt omne decretū quod cōstituerit rex,
16 non liceat immutari. † Tunc rex
E præcepit, & adduxerunt Danielē, & miserūt eū in lacū leonum, Dixitq; rex Danieli, Deus tuus quē colis semper, ipse liberabit
17 te. † Allatusq; est lapis vnus, & positus est super os laci: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatū suorum, nequid fieret
18 contra Danielē. † Et abijt rex in domū suam, & dormiuit incœnatus, cibiq; nō sunt allati corā eo, insuper & somnus recessit ab eo.
19 † Tūc rex primo diluculo consurgēs, festinus ad lacū leonum per-
20 rexit: † appropinquansq; lacui, Danielē voce lachrymabili inclamauit, & affatus est eum, Daniel serue Dei viuētis, Deus tuus cui
F tu seruis semper putásne valuit
21 te liberare à leonibus? † Et Daniel regi respondens ait, Rex in æ-
22 ternum viue, † ‖ Deus meus misit angelum suum & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia corā eo iustitia inuenta est in me: sed & coram te, rex, deli-
23 ctū nō feci. † Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductusq; est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credi-
24 dit Deo suo. † Iubente aūt rege adducti sunt viri illi qui accusauerūt Danielē: & in lacum leonum missi sunt, ipsi & filij, & vxores eorū: & nō peruenerunt vsq; ad pauimentū laci, donec arriperēt eos leones, & omnia ossa eorum
25 cōminuerunt. † Tunc Darius rex
G scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis habitātibus in vniuersa terra, PAX vobis multipli-
26 cetur. † A me constitutū est decretū, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant, & paueant Deum Danielis. ipse est enim Deus viuens & æternus in secula: & regnū eius non dissipabitur, &
27 potestas eius vsq; in æternū. † Ipse liberator atq; saluator, faciens signa & mirabilia in cælo & in terra: qui liberauit Danielem de
28 ᵃ lacu' leonū. † ‖ Porrò Daniel perseuerauit vsq; ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ.

1. Mac. 2. f. 60.

ᵃ manu 1. Su. 1. d. 2.

CAP. VII.

1 A ANno primo Balsasar regis Babylonis, Daniel somnium vidit: visio autem capitis eius in cubili suo: & somnium scribens, breui sermone comprehendit: sum-
2 matimq; perstringens, ait, † Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant
3 in mari magno. † Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de ma-
4 ri diuersæ inter se. † Prima quasi leena, & alas habebat aquilę: aspiciebam

ciebã donec euulsæ sunt ales eius & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor homi



nis datum est ei. †Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, &

eius, & sic dicebãt ei, ignis accẽsus. †Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius: millia millium ministrabant ei, & decies millies cẽtena millia assistebant ei, iudiciũ sedit, & libri aperti sunt. †Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur, & vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendũ igni. †aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas, & tempora vitæ cõstituta essent eis vsque ad tempus & tempus. †Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. †Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient: potestas ei*, potestas ẽterna quę nõ auferetur, & regnum eius quod nõ corrumpetur. †Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, &

Apo. 5. c. 11

Luc. 1. c. 3. Mic. 4. b. Su. 3. g. 100. 4. g. 31.

visiones capitis mei conturbauerunt me. †Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatē quærebam ab eo de omibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me. †Hæ quatuor bestiæ magnæ: quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. † Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnum vsque in seculum & seculum seculorum †Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis, dētes & vngues eius ferrei: comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus suis cō culcabat. † & de cornibus decem quæ habebat in capite, & de alio quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cæteris. †Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & prævalebat eis. †donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsis, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. † Et sic ait: Bestia quarta, regnū quartū erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam. †Porrò cornua decem ipsius regni, decem reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. † Et sermones cōtra excelsum loquetur, & sanctos Altissimi cōteret: & putabit quòd possit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis † Et iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & dispereat vsq; in finē. †Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum altissimi, † cuius regnum

Isa. 9. a. 7.

regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei & obedient. †Hucusq; finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis cōturbabar, & facies mea mutata est in me, verbum autem in corde meo conseruaui.

Sup. d. 14.

CAP. VIII.

Anno tertio regni Balsasar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in principio, † vidi in visione mea, cùm essem in Susan castro, quod est in Ælam regione, vidi autem in visione esse me super portam Vlai. †Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero atq; succrescens. Post hæc †vidi arietem cornib. ventilantem cōtra Occidentem, & contra Aquilonem, & cōtra Meridiem: & omnes bestiæ nō poterant resistere ei, neque liberari de manu eius, fecitq; secundum voluntatem suam, & magnificatus est. † Et ego intelligebam: ecce aūt hircus caprarū veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terrā: porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. † Et venit vsque ad arietem illū cornutum, quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. † Cumq; appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries resistere ei, cumque eum misisset in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius. † Hircus autem caprarū magnus factus est nimis: cumq; creuisset, fractū est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cæli. † De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicū, & factum est grādo

Medus adeo aries. Graius hircus. Persia. Græcia. ciuitate.

contra

contra Orientem & ad.

Inf. 5.

contra Meridiem,& cõtra Orien-
10 tem,& cõtra fortitudinẽ.† Et ma-
gnificatum est vsque ad fortitudi-
nẽ cæli: & deiecit de fortitudine
11 & de stellis,& cõculcauit eas.† Et
vsq; ad principẽ fortitudinis ma-
gnificatũ est:& ab eo tulit iuge sa
crificium, & deiecit locũ sanctifi-
12 cationis eius.† Robur autem da-
*ci. tum est *contra iuge sacrificium
D propter peccata, & prosternetur
veritas in terra, & faciet, & pro-
13 sperabitur.† Et audiui vnum de
sanctis loquentem, & dixit vnus
sanct⁹ alteri nescio cui loquenti,
Vsq;quo visio, & iuge sacrificiũ,
& peccatum desolationis quæ fa-
14 cta est,& sanctuarium,& fortitu-
*dies. do conculcabitur?† Et dixit ei,Vs-
que ad vesperam & mane, *duo
15 millia trecenti , & mundabitur
sanctuarium.† Factum est autem,
cùm viderem ego Daniel visio-
nem, & quærerem intelligentiã,
Inf.9.f.21. 16 ecce stetit in cõspectu meo quasi
species viri,†Et audiui vocem viri
inter Vlai,& clamauit, & ait.‖Ga-
17 briel fac intelligere istum visio-
nẽ.† Et venit, & stetit iuxta vbi
E ego stabam:cũq; venisset, pãuens
corrui in faciem meam, & ait ad
me:Intellige fili hominis,quoni-
18 am in tempore finis complebitur
visio.†Cumq; loqueretur ad me,
collapsus sum pronus in terram,
19 & tetigit me,& statuit me in gra-
du meo,†dixitq; mihi:Ego osten-
dam tibi quæ futura sunt in no-
20 uissimo maledictionis: quoniam
habet tempus finem suum.† Ari-
es quem vidisti habere cornua,
21 rex Medorum est atq; Persarum,
F †porrò hircus caprarum, rex Grę-
corum est, & cornu grande quod
22 erat inter oculos eius,ipse est rex
primus.† Quod autem fracto illo
surrexerunt quatuor pro eo:qua-
tuor reges de gente eius consur-
23 gent , sed non in fortitudine
eius.† Et post regnum eorum
cùm creuerint iniquitates, con-
surget rex impudens facie, & in-
24 telligens propositiones.†& robo-
rabitur fortitudo eius,sed non in
viribus suis: & supra quàm credi
potest, vniuersa vastabit, & pro-
sperabitur,& faciet. Et interficiet
robustos, & populum sanctorum
25 †secundùm voluntatem suam,& &
dirigetur dolus in manu eius: &
cor suum magnificabit, & in co-
pia rerũ omniũ occidet plurimos:
& cõtra principem principũ con-
surget, & sine manu conteretur.
26 †Et visio vespere & mane,quæ di-
G cta est,vera est, tu ergo visionem
signa, quia post multos dies erit.
27 †Et ego Daniel langui, & ægrota-
ui per dies, cumq; surrexissem,
faciebam opera regis , & stupe-
bam ad visionem,& non erat qui
interpretaretur.

CAP. IX.

1 IN anno primo‖Darij filij Assue-
A ri de semine Medorum, qui im-
peranit super regnum Chaldæo-
2 rum:† Anno vno regni eius, ego
Daniel intellexi in libris‖ nume-
rum annorum, de quo factus est
sermo Domini ad Ieremiam pro-
phetam, vt complerentur deso-
lationis Ierusalem septuaginta
3 anni.† Et posui faciem meam ad
Dominum Deum meum rogare
& deprecari in ieiunijs, sacco &
4 cinere.† Et oraui Dominum De-
um meum,& confessus sum,& di-
xi:‖ Obsecro Domine Deus ma-
gne & terribilis, custodiens pa-
ctum & misericordiam diligen-
tibus te, & custodientibus man-
5 data tua.†‖Peccauimus,iniquita-
tem fecimus,impiè egimus,& re
cessimus:& declinauimus à man-
6 datis tuis ac iudicijs.† Non obe-
B diuimus seruis tuis prophetis,qui
locuti sunt in nomine tuo regi-
bus nostris, principibus nostris,
patribus nostris, omnique popu-
7 lo terræ.† Tibi Domine iustitia,
nobis autem confusio faciei,sicut

Sup.6.a.1. & 29.c.

Ier.25.c.12

2.Esr.1.b.c.

Bar.1.d.1.

est hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem & omni Israel, his qui prope sunt, & his qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in
8 quibus peccauerunt in te. † Domine, nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris qui peccaue-
9 runt. † Tibi autē Dño Deo nostro misericordia & propitiatio, quia
10 recessimus à te, † & nō audiuimus vocem Domini Dei nostri vt ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos prophe-
11 tas. † Et omnis Israel præuaricati
C sunt legem tuam, & declinauerūt ne audirent vocem tuam, & stillauit super nos maledictio & de-
De.27.d.14 testatio, ‖ quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus
12 ei. † Et statuit sermones suos quos locut⁹ est super nos & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt superinduceret in nos magnum malum quale nunquā fuit sub omni cælo, secundū quod fa-
13 ctum est in Ierusalem. † Sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc veniet super nos, & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitare-
14 mus veritatem tuam. † Et vigilauit
D Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit, non enim au-
15 diuimus vocem eius. † Et nunc Do-
Bar. 2.b.11 mine Deus noster ‖ qui eduxisti
Ex.15.b.14 populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus.
16 † Domine in omnem iustitiam tuam auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalē, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum no-
17 strum. † Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & pre-
E ces eius: & ostende faciem tuā super sanctuariū tuum quod deser-
18 tum est propter temetipsum. † Inclina Deus meus aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quā inuocatū est nomen tuum. neq; enim in iustificationib. nostris prosternimus preces ante faciem tuā, sed in miserationibus
19 tuis multis. † Exaudi Dñe, placare Domine, attende & fac, ne moreris propter temetipsum Deus meus, quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem & super po-
20 pulum tuum. † Cumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternerē preces meas in conspectu Dei mei, pro
21 mōte sancto Dei mei. † Adhuc me
F loquente in oratiōe, ecce vir ‖ Gabriel quē viderā in visione à principio, citò volans tetigit me in
22 tempore sacrificij vespertini. † Et docuit me, & locutus est mihi, dixitq; Daniel, nunc egressus sum
23 vt docerem te, & intelligeres. † Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir desyderiorum es: tu aūt animaduerte sermonem, & intellige visionem.
24 † ‖ Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populū tuū, & super vrbem sanctā tuam, vt cō summetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & *prophetia: ‖ & vngatur Sanctus san-
25 ctorum. † Scito ergo, & animad-
G uerte ab exitu sermonis vt iterū ædificetur Ierusalē, vsq; ad Christum ducē, hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platéa, & muri in angustia temporum.

Su.8.d.16
Mt.23.b.2
Io.1.g.4
*prophetes 6.
Ez.37.f.

26 porũ. † Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta de-
27 solatio. † Confirmauit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet
Mat. 24. b. 15. hostia & sacrificium: ‖ & erit in tẽplo abominatio desolationis: & vsq; ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.

CAP. X.

1 ANno tertio* Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli cognomento Baltassar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitque sermonem, intelligentia enim est opus in vi-
2 sione. † In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum
3 diebus, † panem desyderabilẽ nõ comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neque vnguẽto vnctus sum, donec complerentur trium hebdomadarũ
4 dies. † Die autem vicesima & quarta mensis primi eram iuxta fluui-
5 um magnum, qui est Tygris. † Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus lineis, & re-
6 nes eius accincti auro obrizo: † & corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species æris
7 candentis: & vox sermonum eius vt vox multitudinis. † Vidi au-
B tem ego Daniel solus visionem: porrò viri qui erant mecum non viderunt, sed terror nimius irruit
9 super eos, & fugerunt in absconditum. † Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quic-
9 quam virium. † Et audiui vocem sermonum eius: & audiens iacebam consternatus super faciẽ meam, & vultus meus hærebat terræ. † Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum.
11 † Et dixit ad me, Daniel vir desyderiorũ intellige verba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cũque dixisset mihi sermonem istũ,
12 steti tremens. † Et ait ad me, No
C li metuere Daniel: quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter ser-
13 mones tuos. † Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meũ, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum.
14 † Veni autem vt docerem te quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus, quoniam adhuc
15 visio in dies. † Cumque loqueretur mihi huiusce modi verbis, dejeci vultum meũ ad terram, & ta-
16 cui. † Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me, Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil
17 in me remansit virium. † Et quo-
D modo poterit seruus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil in me remansit virium, sed &
18 halitus meus intercluditur. † Rursum ergo tetigit me quasi visio
19 hominis & confortauit me. † & dixit, Noli timere vir desyderiorum, pax tibi: confortare, & esto robustus. Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere Domine mi, quia confortasti me.
20 † Et ait, Nunquid scis quare venerim ad te? & nunc reuertar, vt prę
lier aduersum principem Persa-

tum: cùm ergo egrederer, apparu
it princeps Græcorum veniens.
21 † Veruntamen annuntiabo tibi
quod expressum est in scriptura
veritatis: & nemo est adiutor me
us in omnibus his, nisi Michael
princeps vester.

Antiochus, nanos post reges, pollui aram.

CAP. XI.

1 EGo autem ab anno primo Da-
A rij Medi stabam vt confortare
2 tur & roboraretur. † Et nunc ve-
ritatem annuntiabo tibi. Ecce ad
huc tres reges stabunt in Perside,
& quartus ditabitur opibus ni-
mijs super omnes: & cùm inualue
rit diuitijs suis, cõcitabit omnes
3 aduersum regnum Græciæ. † Sur-
get verò rex fortis, & dominabi-
tur potestate multa: & faciet quod
4 placuerit ei. † Et cùm steterit, cõ-
teretur regnũ eius, & diuidetur in
quatuor vetos cæli, sed nõ in po-
steros eius, neq; secundum poten
tiam illius quadominatus est: lace
rabitur enim regnum eius etiam
5 in externos, exceptis his. † Et con-
fortabitur rex Austri, & de prin-
cipibus eius prævalebit super eum,
& dominabitur ditione: multa e-
6 nim dominatio eius. † Et post finẽ
annorum fœderabũtur: filiaq; re
gis Austri veniet ad regẽ Aquilo-
nis facere amicitiã, & nõ obtine-
bit fortitudinẽ brachij, nec stabit
semen eius: & tradetur ipsa, & qui
adduxerunt eum, adolescentes e-
ius, & q confortabãt eam in tẽpo
7 rib. † Et stabit de germine radicũ
B eius plantatio: & veniet cum exer
citu, & ingredietur prouinciã re-
gis Aquilonis: & abutetur eis, & D
8 obtinebit. † Insuper & deos eorũ
& sculptilia, vasa quoq; pretiosa
argenti & auri, captiua ducet in
Ægyptum: ipse prævalebit aduer
9 sus regem Aquilonis. † Et intra-
bit in regnum rex Austri, & reuer
10 tetur ad terram suam. † Filij autẽ
eius prouocabuntur, & congrega-
bunt multitudinẽ exercituũ plu-
morum: & veniet properans & in
undans: & reuertetur & concita-
bitur, & cõgredietur cũ robore e-
11 ius. † Et prouocat' rex Austri egre
dietur & pugnabit aduersus regẽ
Aquilonis, & præparabit multitu
dinem nimiam, & dabitur multi-
12 tudo in man' eius. † Et capiet mul
titudinem, & exaltabitur cor ei',
& deijciet multa millia: sed non
13 prævalebit. † Conuertetur enim
rex Aquilonis, & præparabit mul
titudinem multo maiorem quàm
priùs, & in fine temporum anno-
C rumq; veniet properans cum ex-
14 ercitu magno & opib. nimijs. † Et
in temporibus illis multi consur-
gent aduersus regem Austri: filij
quoque prævaricatorum populi
tui extollentur, vt impleant visio
15 nem, & corruent. † Et veniet rex
Aquilonis, & comportabit aggerẽ, & capiet vrbes munitissimas:
& brachia Austri non sustinebũt,
& consurgent electi eius ad resi-
stendum, & non erit fortitudo.
16 † Et faciet veniens super eum iux
ta placitum suum, & non erit qui
stet contra faciem eius: & stabit
in terra inclyta, & consumetur in
17 manu eius. † Et ponet faciem
suam, vt veniat ad tenendum v-
niuersum regnum eius, & recta
faciet cum eo: & filiam fœmina-
rum dabit ei, vt euertat illud, &
18 non stabit, nec illius erit. † Et con
uertet faciem suam ad insulas, &
capiet multas: & cessare faciet
principem opprobrij sui, & oppro
brium eius conuertetur in eum.
19 † Et conuertet faciem suam ad im
perium terræ suæ, & impinget, &
20 corruet, & non inuenietur. † Et sta
bit in loco eius vilissimus, & indi-
gnus decore regio: & in paucis die
bus conteretur, non in furore neq;
21 in prælio. † Et stabit in loco eius
despectus, & non tribuetur ei ho
nor regius: & veniet clàm, & obti
nebit regnum in fraudulentia.
22 † Et brachia pugnantis expugnã-
buntur

Is. 19. c. 16. 1. Mac. 1. b. 12.

buntur à facie eius, & conterentur: insuper & dux fœderis. † Et
23 post amicitias, cum eo faciet dolum: & ascendet, & superabit in
24 modico populo. † Et abundantes & huberes vrbes ingredietur: & faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: rapinas & prædam & diuitias eorum dissipabit, & contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc vsque ad
25 tempus. † Et concitabitur fortitudo eius & cor eius aduersum regem Austri in exercitu magno: & rex Austri prouocabitur ad bellum multis auxilijs & fortibus
26 nimis: & non stabunt, quia inibunt aduersus eum consilia. † Et
E comedentes panem cum eo, conterent illum, exercitusque eius
27 opprimetur: & cadent interfecti plurimi. † Duorum quoque regum cor erit vt malefaciant, & ad
28 mensam vnam mendacium loquentur, & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus. † Et reuertetur in terram suam cum opibus multis: & cor eius aduersum testamentum sanctum, & faciet, & reuertetur in terram su-
29 am. † Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Austrum: & non
30 erit priori simile nouissimum. † Et venient super eum trieres, & Romani, & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarij, & faciet: reuertetur q;, & cogitabit aduersum
31 eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarij. † Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferet iuge sacrificium: & dabũt abominationem
32 in desolationem. † Et impij in testamentum simulabũt fraudulen-
33 ter: populus autem sciens Deũ suum, obtinebit & faciet. † Et doctt
F in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio & in flamma & in
34 captiuitate & in rapina dierum. † Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio parnulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulen-
35 ter. † Et de eruditis ruent, vt conflentur: & eligantur & dealbentur vsque ad tempus præfinitum:
36 quia adhuc aliud tempus erit. † Et faciet iuxta voluntatem suam rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum: & aduersus Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia: perpe-
37 trata, quippe est definitio. † Et Deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentijs fœminarum, nec quenquam deorũ curabit: quia aduersum vniuersa
38 consurget. † Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & Deum quem ignorauerunt patres eius colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis.
39 † Et faciet vt muniat Maozim cũ
G deo alieno quem *cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito. † Et in tem-
40 pore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus & in equitibus, & in classe magna: & ingredietur terras, & cõteret & pertrã-
41 siet. † Et introibit in terram gloriosam, & multi corruẽt: hæ autẽ solæ saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principiũ filiorum Ammon. † Et mittet manum
42 suam in terras: & terra Ægypti
43 non effugiet. † Et dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti: per Libyam quoque, & Æthiopiam
44 transibit. † Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna, vt conterat & interficiat plu-
45 rimos. † Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius,

* non

eius,& nemo auxiliabitur ei.

CAP. XII.

1 IN tempore autem illo consur-
A get Michael princeps magnus,
qui stat pro filijs populi tui:& ve-
niet tempus quale non fuit ab eo
ex quo gentes esse cœperunt vs-
que ad tempus illud.Et in tempo
re illo saluabitur popul⁹ tuus, om
nis qui inuētus fuerit scriptus in
2 libro.† Et multi de his qui dormi
unt in terrę puluere,euigilabunt:
Matt.25.d. ‖ alij in vitam æternam, & alij in
46. opprobrium, vt videant semper.
3 † Qui autem docti fuerint,‖ fulge
Sup.3.b.7. bunt quasi splendor firmamenti:
Matt.13.f. & qui ad iustitiam erudiunt mul-
43. B tos,quasi stellæ in perpetuas æter
4 nitates.† Tu autem Daniel clau-A
de sermones, & signa librum vs-
que ad tempus statutum: plurimi
pertransibunt, & multiplex
5 erit scientia.† Et vidi ego Daniel,
& ecce quasi duo alij stabant: v-
nus hinc super ripam fluminis, &
alius inde ex altera ripa fluminis.
6 † ⁹Et dixi' viro qui erat indutus
⁹dixit 1. lineis, qui stabat super aquas flu-
minis, Vsquequo finis horum mi
7 rabilium? † Et audiui virum qui
indutus erat lineis, qui stabat su-
Apo.10.b.5 per aquas fluminis,‖ cùm eleuas-
set dexteram & sinistram suam in
D cælum, & iurasset per viuentem
in æternum , quia in tempus &
tempora, & dimidium temporis.
Et cùm completa fuerit dispersio
manus populi sancti, complebun
8 tur vniuersa hæc. † Et ego audi-
ui,& non intellexi. Et dixi, Do-
mine mi, quid erit post hæc?
9 † Et ait, Vade Daniel: quia clau-
si sunt,signatique sermones vsq;
10 ad præfinitum tempus. † Eligen-
tur & dealbabuntur, & quasi ig-
nis probabuntur multi: & impie
D agent impij , neque intelligent
omnes impij,porro docti intelli-
11 gent.† Et à tempore cùm ablatum
fuerit iuge sacrificium, & posita
fuerit abominatio in desolatio-
nem: dies mille,ducenti nonagin
12 ta. † Beatus qui expectat & per-
uenit vsque ad dies mille trecen-
tos triginta quinque. † Tu autem
vade ad præfinitum:& requiesces,
& stabis in sorte tua in finem die
rum.

Hucusq; Danielē in Hebræo volumine legimus.

Quæ sequuntur vsque ad finem libri,de Theodorionis editione translata sunt.

CAP. XIII.

1 ET erat vir habitans in Babylo
2 ne, & nomen eius Ioacim:† &
A accepit vxorem nomine Susan-
nam filiam Helciæ, pulchram ni-
3 mis,& timentem Deum . † Paren
tes enim illius cùm essent iusti,e-
rudierunt filiam suam secundum
4 legem Moysi. † Erat autē Ioacim
dives valde, & erat ei pomarium
vicinū domui suæ,&ad ipsum cō-
fluebant Iudæi, eò quòd esset ho-
5 norabilior omnium . † Et consti-
tuti sunt duo senes iudices in illo
anno:de quibus loquutus est Do-
minus, Quia egressa est iniquitas
de Babylone à senioribus iudici-
bus qui videbantur regere popu-
6 lum.† Isti frequentabant domum
Ioacim,& veniebant ad eos om-
7 nes qui habebant iudicia. † Cùm
autē populus reuertisset per me-
ridiē, ingrediebatur Susanna , &
deambulabat in pomario viri sui.
8 † Et videbant eam senes quotidiē
ingredientem & deambulantem:
& exarserunt in cōcupiscentiam
9 eius:† & euerterunt sensum suum,
& declinauerunt oculos suos vt
non viderent cælum , neque re-
cordarentur iudiciorum iustorū.
10 † Erant ergo ambo vulnerati a-
B more eius,nec indicauerunt sibi
1 vicissim dolorē suum: † erubescē-
bāt enim indicare sibi cōcupiscē-
tiam

tiam suam, volentes concumbere
12 cum ea. † & obseruabant quotidiè
sollicitiùs videre eam. Dixitque
13 alter ad alterum, † Eamus domũ,
quia hora prandij est. Et egressi
14 recesserunt à se. † Cumque reuer-
tissent, venerunt in vnum: & sci-
scitantes abinuicem causam, con-
fessi sunt concupiscentiam suam:
& tunc in communi statuerunt
tempus, quando eam possent in-
15 uenire solam. † Factum est autem,
cùm obseruarent diem aptum,
ingressa est aliquando sicut heri
& nudiustertius, cum duabus so-
lis puellis, voluitq; lauari in po-
16 mario. æstus quippe erat. † & non
erat ibi quisquam præter duos se-
nes absconditos & contemplan-
17 tes eam. † Dixit ergo puellis, Af-
ferte mihi oleum & smigmata, &
ostia pomarij claudite, vt lauer.
18 † Et fecerũt sicut præceperat: clau-
seruntq; ostia pomarij, & egressæ



Helciadam Saluãns, spir Cos mecat nl: hõ lapas.

sunt per posticum vt afferrẽt quæ
iusserat, nesciebantque senes in-
19 tus esse absconditos. † Cùm autem
C egressæ essent puellæ, surrexerũt
20 duo senes, & accurrerunt ad eam,
& dixerunt, † Ecce ostia pomarij
clausa sunt, & nemo nos videt, &
nos in concupiscentia tui sumus:
quam ob rem assentire nobis, &
21 commiscere nobiscum. † quòd si
nolueris, dicemus contra te testi-
monium, quod fuerit tecum iu-
22 uenis, & ob hanc causam emiseris
puellas à te. † Ingemuit Susanna,
& ait: Angustiæ sunt mihi vndi-
que, si enim hoc egero, mors mi-
hi est: si autem non egero, nõ ef-
23 fugiam manus vestras. † Sed me-
lius est mihi absq; opere incide-
re in manus vestras, quàm pecca-
24 re in conspectu Domini. † Et ex-
clamauit voce magna Susanna:
exclamauerunt autẽ & senes ad-
25 uersus eam. † Et cucurrit vnus ad
26 ostia pomarij, & aperuit. † Cum
ergo audissent clamorem famuli
domus in pomario, irruerunt per
posticum, vt viderent quidnam
27 esset. † Postquam autem senes lo-
cuti sunt, erubuerunt serui vehe-
menter: quia nunquã dictus fue-
rat sermo huiuscemodi de Susan-
28 na. Et facta est dies crastina. † Cũ
D que veniisset populus ad Ioacim
virum

virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eam. † Et dixerunt corã popopulo, Mittite ad Susannã filiam Helciæ vxorem Ioacim. Et statim miserunt. † Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis. † Porrò Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. † At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur (erat enim cooperta) vt vel sic satiarẽtur decore eius. † Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam. † Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius. † Quæ flens suspexit ad cælum, erat enim cor eius fiduciã habens in Domino. † Et dixerunt presbyteri, Cùm deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duab⁹ puellis, & clausit ostia pomarij: & dimisit à se puellas. † Venitq; ad eam adolescens qui erat absconditus, & concubuit cum ea. † Porrò nos cùm essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. † Et illum quidem non quiuimus E comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis ostijs exiliuit. † hanc autem cùm apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis. huius rei testes sumus. † Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. † Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit, Deus æterne, qui absconditorũ es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, † tu scis quoniã falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horũ fecerim, quę isti malitiosè composuerunt aduersum me. † Exaudiuit autem Dominus vocem eius. † Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel. † Et exclamauit voce magna, Mundus ego sum à sanguine huius. † Et conuersus omnis populus ad eum, dixit, Quis est iste sermo quem tu locutus es? † Qui cùm staret in medio eorum, ait, Sic fatui filij Israel, non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? † Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. † Reuersus est ergo populus cum festinatione, & dixerunt ei senes, Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. † Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicem procul, & dijudicabo eos. † Cùm ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius: † iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, † dicente Domino, Innocentem & iustum nõ interficies. † Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait, Sub schino. † Dixit autem Daniel, Rectè mẽtitus es in caput tuum: Ecce enim angel⁹ Dei accepta sententia ab eo, scindet te medium. † Et amoto eo iussit venire alium, & dixit ei, Semen Chanaan, & nõ Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. † Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis: sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. † Nunc ergo die mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. † Qui ait, Sub pino. † Dixit autem ei Daniel, Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus Domini gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos.

Exo. 23. 7

† Ex-

60 † Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum qui saluat sperantes in se.
61 † Et cõsurrexerunt aduersus duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) feceruntque eis sicut malè egerant aduersus
62 proximum, † vt facerent ‖ secun- Deut. 19. d. dum legem Moysi: & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis
63 innoxius in die illa. † Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus: quia non esset inuenta in
64 ea res turpis. † Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps. † Et rex.
65 Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Persæ regnum eius.

CAP. XIIII.

1 A ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes
2 amicos eius. † Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos, similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, vini-
3 que amphoræ sex. † Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum suum. Dixitque
4 ei rex, Quare nõ adoras Bel? † Qui respondens, ait ei, Quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum qui creauit cælum & terram, & habet potestatem omnis
5 carnis. † Et dixit rex ad eum, Non videtur tibi esse Bel viuens Deus? An non vides quanta comedat & bibat quotidie. † Et ait Daniel ar-
6 B ridens, Ne errες rex. iste est enim intrinsecus luteus & forinsecus æreus, neque comédit aliquan-
7 do. † Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis, Nisi dixeritis mihi, quis est qui comedat impensas has, moriemini. † Si au-
8 tem ostenderitis quoniam Bel comedat hęc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi; Fiat iuxta verbũ tuum.
9 † Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & paruulis & filijs. Et venit rex cum
10 Daniele in templum Belis. † Et dixerunt sacerdotes Belis, Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo
11 tuo: † & cùm ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta C à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est aduersum
12 nos. † 'Contemnebant' autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuora-
13 bant ea. † Factum est igitur postquã egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris suis, & attulerũt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium: & signãtes annulo regis,
14 abierunt. † Sacerdotes autem ingressi sunt nocte, iuxta consuetudinẽ suam, & vxores & filij eorũ: & comederunt omnia & biberũt.
15 † Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. † Et ait
16 rex, Saluáne sunt signacula Daniel? Qui respondit, Salua, rex.
17 † Statimq; cum aperuisset ostium, D intuitus rex mensam, exclamauit voce magna, Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam.
18 † Et risit Daniel, & tenuit regem, ne ingrederetur intro, & dixit: Ecce pauimentum, animaduer-
19 te cuius vestigia sint hæc. † Et dixit rex, Video vestigia virorum & mulierum, & infantium. Et ira-
20 tus est rex. † Tunc apprehendit sacerdotes, & vxores, & filios eorum: & ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebatur, & consumebant quæ erant super
21 mensam. † Occidit ergo illos rex, &

'Confidebant.

& tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum, & templum eius. † Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij. † Et dixit rex Danieli, Ecce nunc nō potes dicere quia iste non sit Deus viuens: adora ergo eum. † Dixitq; Daniel, Dominum Deum meum adoro: quia ipse est Deus viuens: † * Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absque gladio & fuste. Et ait rex, Do tibi. † Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitq; massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit*, Ecce quem colebatis. † Quod cùm audissent Babylonij, indignati sunt vehementer: & congregati aduersum regem, dixerunt, Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. † Et dixerūt cùm venissent ad regem, Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domū tuam. † Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehementer, & necessitate compulsus tradidit eis Danielem. † Qui miserunt eum in lacum leonū, & erat ibi diebus sex. † Porrò in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidiè, & duæ oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. † Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum, vt ferret messoribus. † Dixitq; angelus Domini ad Habacuc, Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. † Et dixit Habacuc, Domine, Babylonem non vidi, & lacū nescio. † Et apprehendit eum angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. † Et clamauit Habacuc, dicens, Daniel*, tolle prandium quod misit tibi Deus. † Et ait Daniel, Recordatus es enim mei Deus, & non dereliquisti 'diligentes' te. † Surgensque Daniel comēdit. Porrò angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo. † Venit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens*. † Et exclamauit voce magna rex, dicens, Magnus es Domine Deus Danielis, Et extraxit eum*. † Porro illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

Ezec. 8. 44

* ferne Dō

* quærentes 1.

* in medio leonum.

* de lacu leonum.

LIBER OSEE PROPHETÆ.

CAP. I.

1 A VERBVM Domini quod factum est ad Oseæ filium Beeri in diebus Oziæ, Ioathã, Achaz, Ezechiæ regũ Iuda,& in diebus Ieroboam filij 2 Ioas regis Israel. † Principium loquendi Domino in Osee:& dixit Dominus ad Osee,'Vade,sume tibi vxorẽ fornicationum, & fac filios fornicationum:quia fornicans fornicabitur terra à Domi- 3 no. † Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim:& concepit, & 4 peperit ei filium. † Et dixit Do- B minus ad eum, Voca nomen eius



Iezrahel: quoniam adhuc modicum,& visitabo sanguinem Iezrahel:super pomum Iehu,& quiescere faciam regnũ domus Israel. 5 † Et in illa die conteram arcum 6 Israel in valle Iezrahel. † Et concepit adhuc,& peperit filiam. Et dixit ei, Voca nomen eius Absq; misericordia: quia non addã vltrà misereri domui Israel,sed ob- 7 liuione obliuiscar eorũ. † Et do- C mui Iuda miserebor & saluabo eos in Dño Deo suo:& non saluabo eos in arcu & gladio & in bel- 8 lo & in equis & in equitibus.† Et ablactauit eã quæ erat Absq; mi- 9 sericordia. Et cõcepit,& peperit filiũ.† Et dixit, Voca nomẽ eius, Nõ populus meus, quia vos non populus meus, & ego nõ ero ve- 10 ster'. Et erit numerus filiorũ Israel,quasi arena maris: quæ sine mensura est, & nõ numerabitur. Et erit: in loco vbi dicetur eis, Nõ populus me' vos,dicetur eis, 11 Filij Dei viuentis. † Et congregabuntur filij Iuda,& filij Israel pariter : & ponent sibimet caput vnum,& ascendent de terra:quia magnus dies Iezrahel.

O CAP.

CAP. II.

1 A Dicite fratribus vestris, Populus meus: & sorori vestræ, Misericordiam consecuta. † Iudicate
2 matrem vestram, iudicate: quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria
3 sua de medio huberum suorum: † Ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem
4 natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eā velut terram inuiam, & interfi-
5 ciam eam siti. † Et filiorum illius non miserebor: quoniam filij for-
6 nicationum sunt, † quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos, quia dixit, Vadam post amatores meos qui dāt panes mihi & aquas meas, lanam
7 meam & linum meum, oleum
8 meum, & potum meum. † Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueni-
9 et. † Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicet, Vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat
10 tunc magis quàm nunc. † Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argētum multiplicaui ei, & aurū quæ
11 fecerunt Baal. † Idcirco cōuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. † Et
12 nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius: & vir non eruet eā de manu mea: † & cessare faciam omne gaudium eius, solēnitatē eius, neomeniam eius, sabbathum eius, & omnia festa tem-
13 pora eius. † Et corrumpam vineā C eius, & ficum eius: de quibus dixit, Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei, & ponā eam in saltum, & comedet eam bestia agri. † Et visitabo su-
14 per eam dies Baālim quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit Dñs. † Pro-
15 pter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor eius. † Et dabo ei vinitores eius ex eodē loco, & Vallē-Achor ad aperiendam spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis
16 suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. † Et erit in die
17 illa, ait: Dñs vocabit me Vir meus, & nō vocabit me vltrà Baālim. † Et
18 auferam nomina Baālim de ore eius, & nō recordabitur vltrà nominis eorū. † Et percutiam cum
D eis fœdus in die illa cum bestia agri, & cū volucre cæli, & cum reptili terræ, & arcū, & gladium, & bellum conterā de terra: & dor-
19 mire eos faciam fiduciāliter. † Et sponsabo te mihi in sempiternū: & sponsabo te mihi in iustitia &
20 iudicio, & in misericordia & in miserationibus. † Et sponsabo te
21 mihi in fide: & scies quia ego Dominus. † Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram.
22 † Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum: & hæc exaudi-
23 ent Iezrahel. † Et seminabo eam mihi in terram, & miserebor eius quæ fuit Absq; misericordia.
24 † ‖ Et dicam non populo meo, Populus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu.

CAP. III.

1 A Et dixit Dominus ad me, Adhuc vade, * dilige mulierem dilectam amico, & adulteram: sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos,
2 & diligunt vinacia vuarum. † Et fodi eam mihi quindecim argen-

teis,& coro hordei,& dimidio co
3 ro hordei. † Et dixi ad eam, Dies multos expectabis me: non fornicaberis,& non eris viro: sed &
4 ego expectabo te. † quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege,& sine principe, & sine sacrificio,& sine altari, & sine ephod,
5 & sine theraphim: † & post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, ‖ & Dauid regem suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius nouissimo dierum.

CAP. IIII.

1 A Vdite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & nō est scientia Dei in
2 terra. † Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt,& sanguis sanguinem tetigit. † Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri,& in volucre cæli: sed & pisces maris congregabuntur.
4 † Veruntamen vnusquisque non iudicet: & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui con-
5 tradicunt sacerdoti. † Et corrues
B hodie,& corruet etiam propheta tecum:nocte tacere feci matrem
6 tuam. † Conticuit populus meus, eò quòd non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi:& oblita es legis Dei tui,ob liuiscar filiorum tuorum & ego.
7 † Secundū multitudinem eorum sic peccauerunt mihi:gloriam eorum in ignominiam cōmutabo.
8 † Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorū sublevabunt animas eorum. † Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & co-
10 gitationes eius reddam ei. † ‖ Et comedent & non saturabuntur:
C fornicati sunt,& non cessauerūt: quoniam Dominum dereliqueMic.6.c.13. Agg.1.b.6.
11 runt in non custodiendo. † Fornicatio & vinum, & ebrietas auferunt cor. † Populus meus in ligno
12 suo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei;spiritus enim fornicationum decepit eos, & for-
13 nicati sunt à Deo suo. † Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymia ma:subtus quercum & populum & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideò fornicabuntur filiæ vestræ & sponsæ vestræ adul-
14 teræ erunt. † Non visitabo super filias vestras cùm fuerint forniD catæ, & super sponsas vestras cū adulteruerint: quoniam ipsi cū meretricibus conuersabantur, & cum effœminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapu-
15 labit. † Si fornicaris tu Israel,non delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala,& ne ascenderitis in Beth-auen,neq; iuraueri-
16 tis,Viuit Dominus. † Quoniā sicut vacca lasciuiens declinauit Israel:nunc pascet eos Dominus,
17 quasi agnum in latitudine. † Particeps idolorum Ephraim,dimit-
18 te eū. † Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt:dilexerunt afferre ignomi-
19 niam protectores eius. † Ligauit eū spiritus in alis suis,& confundentur à sacrificijs suis.

CAP. V.

1 A Vdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate: quia vobis
2 iudicium est, quoniā laqueus facti estis speculationi, & *rete expansum super Thabor. † Et victimas declinastis in profundum:& *sicut
3 ego eruditor omnium eorū. † Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus à me: quia nunc fornicatus est Ephraim,contaminatus
4 est Israel. † Non dabūt cogitatio-

nes suas vt reuertantur ad Deum
suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dñm
5 non cognouerunt. † Et respondebit arrogãtia Israel in facie eius:
& Israel & Ephráim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cũ
6 eis. † In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendum
Dominum, & non inuenient: ab-
7 latus est ab eis. † In Dominum
præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit
C eos mensis cum partibus suis.
8 † Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlulate in Beth-áuen,
post tergum tuum Ben-iamin.
9 † Ephráim in desolatione erit in
die correptionis: in tribubus Is-
10 rael ostendi fidem. † Facti sunt
principes Iuda quasi assumentes
terminũ super eos effundã quasi
11 aquam iram meam. † Calumniam
patiens est Ephráim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post sor-
12 des. † Et ego quasi tinea Ephráim:
13 & quasi putredo domui Iuda. † Et
vidit Ephráim languorem suum,
& Iudas vinculum suum: & abijt
Ephráim ad Assur, & misit ad
D regem vltorem: & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit
14 à vobis vinculum. † Quoniam ego
quasi leæna Ephráim, & quasi catulus leonis domui Iuda: ego ego
capiam & vadam: tollam: & non
15 est qui eruat. † Vadens reuertar
ad locum meum: donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

CAP. VI.

1 IN tribulatione sua manè con-
A surgent ad me, Venite, & reuer-
2 tamur ad Dominum: † quia ipse
cepit, & sanabit nos: percutiet, &
3 curabit nos: † Viuificabit nos post
B duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu
4 eius. † Sciemus, sequemurque, vt
1.Co. 15.a. cognoscamus Dñm: quasi diluculum præparatus est egressus eius,
3.2.4. & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.
4 † Quid faciã tibi Ephráim? quid
faciam tibi Iuda? misericordia
vestra quasi nubes matutina, &
5 quasi ros manè pertransiens. † Pro
C pter hoc dolaui in prophetis, *occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredientur.
6 † Quia misericordiã volui, & non
sacrificium: ‖ & scientiã Dei plus
7 quàm holocausta. † Ipsi aũt sicut
Adam transgressi sunt pactum,
8 ibi præuaricati sunt in me. † Galaad ciuitas operantium idôlum,
9 supplantata sanguine. † Et quasi
D fauces virorum latronum, particeps sacerdotum, in via interficientiũ pergentes de Sichẽ: quia
10 scelus operati sunt. † In domo Israel vidi horrendum: ibi fornicationes Ephráim: contaminatus
11 est Israel. † Sed & Iuda pone messem tibi, cùm conuertero captiuitatem populi mei.

CAP. VII.

1 CVm sanare vellem Israel, re-
A uelata est: iniquitas Ephráim
& malitia Samariæ quia operati
sunt mendacium: & fur ingressus
2 est spolians, latrunculus foris. † Et
ne fortè dicant in cordibus suis
omnem malitiam eorum me recordatum: nunc circundederunt
eos adinuentiones suæ, coram fa-
3 cie mea factæ sunt. † In malitia
sua lætificauerunt regem: & in
4 mendacijs suis principes. † Omnes adulterantes, quasi clibanus
B succẽsus à coquente: quieuit paululũ ciuitas à cõmissione fermenti, donec fermentaretur totum.
5 † Dies regis nostri, cœperũt prin-
cipes furere à vino: extẽdit manũ
6 suã cũ illusoribus. † Quia applicauerunt quasi clibanum cor suum,
cùm insidiaretur eis: tota nocte
dormiuit coquẽs eos, manè ipse
7 succẽsus quasi ignis flãmæ. † Omnes calefacti sunt quasi clibanus,

nus, & deuorauerunt iudices suos: omnes reges eorum ceciderũt:
8 nõ est qui clamet in eis ad me. † Ephraim in populis ipse commiscebatur: Ephraim factus est subcineritius panis, qui non reuersatur. † Comederunt alieni robur
9 C eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.
10 † Et humiliabitur superbia Israel in facie eius, nec reuersi sunt ad Dominum Deum suum, & nõ quæsierunt eum in omnibus his.
11 † Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor, Ægyptum inuocabant, ad Assy-
12 rios abierunt. † Et cùm profecti fuerint, expandam super eos rete meum: quasi volucrem cæli detraham eos, cædam eos secundum
13 auditionem cœtus eorum. † Vę eis quoniam recesserunt à me: vastabuntur, quia præuaricati sunt in
D me, & ego redemi eos, & ipsi lo-
14 cuti sunt contra me mẽdacia. † Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis, super triticum & vinum ru-
15 minabant, recesserunt à me. † Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum: & in me cogitaue-
16 runt malitiam. † Reuersi sunt, vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus, cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in terra Ægypti.

CAP. VIII.

1 IN gutture tuo sit tuba quasi a-
A quila super domum Domini, pro eo quod transgressi sunt fœdus meum & legem meam præua-
2 ricati sunt. † Me inuocabunt Deus meus, cognouimus te Israel. † Proiecit Israel bonum, inimicus per-
4 sequetur eum. † Ipsi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui, argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent. † profectus
B est vitulus tuus in Samaria, iratus est furor meus in eos, vsquequo non poterunt emundari?
6 † Quia ex Israel & ipse est: artifex fecit illum, & non est Deus: quoniam in aranearum telas erit vi-
7 tulus Samariæ. † Quia ventum seminabunt & turbinem metent, culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam: quod & si fecerit, alieni comedent eam.
8 † Deuoratus est Israel: nũc factus est in nationibus quasi vas immũ-
9 dum. † Quia ipsi ascenderunt ad
C Assur, onager solitarius sibi, Ephraim munera dederunt amato-
10 ribus. † Sed & cùm mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos, & quiescent pauliper ab onere regis & principum.
11 † Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: factæ sunt ei
12 aræ in delictum. † Scribam ei multiplices leges meas quæ velut alienæ computatę sunt. † Hostias
13 offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non susci-
D piet eas, nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum, ipsi in Ægyptum con-
14 uertentur. † Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

CAP. IX.

1 NOli lętari Israel, noli exaltare
A sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem
2 super omnes areas tritici. † Area & torcular non pascet eos, & vi-
3 num mentietur eis. † Non habitabunt in terra Domini, reuersus est Ephraim in Ægyptum, & in
4 Assyrijs pollutum comẽdit. † Non libabunt Dño vinum, & non placebunt ei: sacrificia eorum quasi panis iugentiũ, omnes qui comedent eum, cõtaminabuntur: quia

panis eorum animæ ipsorum, nō
5 intrabit in domum Dñi. † Quid
facietis in die solenni, in die festi
6 uitatis Dñi? † Ecce enim profecti
B sunt à vastitate. Ægyptus congre-
gabit eos, Memphis sepeliet eos,
desyderabile argentum eorum vr
tica hæreditabit, lappa in taber-
7 naculis eorū. † Venerunt dies visi-
tationis, venerunt dies retributio
nis: scitote Israel stultum prophe-
tā, insanū virum spiritualem pro-
pter multitudinē iniquitatis tuæ
8 & multitudo amentiæ. † Specula-
multitudinem. tor Ephraim cum Deo meo, pro-
pheta laqueus ruinæ factus est su-
per omnes vias eius, insania in do
9 mo Dei eius. † Profundè peccaue-
Iu.19.f.25. runt, sicut in diebus Gabaa: recor-
1.Reg.8. dabitur iniquitatis eorum, &
4.Reg.9. visitabit peccata eorum. † Quasi v-
10 uas in deserto inueni Israel: quasi
C prima poma ficulneæ in cacumi-
ne eius vidi patres eorū, ipsi autē
intrauerunt ad Beelphegor, & ab
alienati sunt in confusionē, & fa-
cti sunt abominabiles sicut ea
11 quæ dilexerūt. † Ephraim quasi a-
uis auolauit, gloria eorū à partu &
12 ab vtero, & à cōceptu. † Quòd & si
enutrierint filios suos, absq; libe-
ris eos faciam in hominib. sed &
13 væ eis, cùm recessero ab eis. † E-
D phraim (vt vidi) Tyrus erat funda
ta in pulchritudine, & Ephraim
educet ad interfectorem filios su-
14 os. † Dā eis Domine. Quid dabis e-
is? Da eis vuluam sine liberis, &
15 hubera arentia. † Omnes nequitię
eorum in Galgal, quia ibi exosos
habui eos, propter malitiam adin
uentionum eorum de domo mea
eijciam eos: non addam vt diligā
eos, omnes principes eorum rece-
16 dentes. † Percussus est Ephraim, ra
dix eorum exiccata est, fructum
nequaquā facient. Quòd & si ge-
nuerint, interficiam amantissima
17 vteri eorum. † Abijciet eos Deus
meus, quia non audierunt eum,
& erunt vagi in nationibus.

CAP. X.

1 VItis frondosa Israel, fructus ad
A æquatus est ei: secundum mul
titudinem fructus sui multiplica-
uit altaria, iuxta hubertatem ter-
ræ suæ exuberauit simulachris.
2 † Diuisum est cor eorū, nūc inter-
ibunt: ipse confringet simulachra
eorū, depopulabitur aras eorum.
3 † Quia nunc dicent, Non est rex
nobis, non enim timemus Domi-
4 num, & rex quid faciet nobis? † Lo
quimini verba visionis inutilis, &
ferietis fœdus: & germinabit qua
si amaritudo iudicium super sul-
5 cos agri. † Vaccas Beth-áuen colue
runt habitatores Samariæ, quia
luxit super eum populus eius, &
æditui eius super eum exultaue-
runt in gloria eius, quia migra-
6 uit ab eo. † Siquidem & ipse in As-
B sur delatus est, munus regi Vltori:
confusio Ephraim capiet, & con-
fundetur Israel in voluntate sua.
7 † Transite fecit Samaria regem su
um quasi spumam super faciem
8 aquæ. † Et disperdentur excelsa
idoli peccatum Israel, lappa &
tribulus ascendet super aras eo-
rum: & dicent montibus, Operi-
te nos, & collibus, Cadite super
9 nos. † Ex diebus Gabaa peccauit
C Israel, ibi steterunt, non compre-
hendet eos in Gabaa prælium fu-
per filios iniquitatis. † Iuxta desy-
derium meum corripiam eos, cō-
gregabūtur super eos populi, cùm
corripientur propter duas iniqui
11 tates suas. † Ephraim vitula docta
diligere trituram, & ego transiui
super pulchritudinem colli eius,
ascendam super Ephraim, arabit
Iudas, confringet sibi sulcos Ia-
12 cob. † ‖ Seminate vobis in iusti-
tia', & metite in ore misericor-
diæ, innouate vobis nouale, tem-
pus autem requirēdi Dominum,
cùm venerit qui docebit vos iu-
13 stitiam. † Arastis impietatem, ini-
quitatem messuistis, comedistis
frugem

Isa. 2. d. 19
Apo. 6. b.
16. 9. b. 6.
Lu. 35. d. 21
Iu. 10. b. 6.
19. f. 23.
Ier. 4. 2. 3
in veritate iustitiæ 14.

frugem mendacij: quia cõfisus es
*&c. in vijs tuis, *in multitudine forti-
14 um tuorum. † Cõsurget tumultus
in populo tuo, & omnes munitio-
nes tuæ vastabuntur: sicut vasta-
Iud.8.c.18. tus est Salmana à domo eius ‖ qui
*iudicauit. *vindicauit Baal in die prælij, ma-
15 tre super filios allisa. † Sic fecit vo-
bis Bethel, a facie malitiæ nequi-
tiarum vestrarum.

CAP. XI.

1 A SIcut mane transit, pertrãsit rex
Ma.2.c.15. Israel. Quia puer Israel, & dile-
xi eum, & ‖ ex Ægypto vocaui fi-
2 lium meum. † Vocauerunt eos, sic
abierunt à facie eorum, Baalim
immolabant & simulachris sacri-
3 ficabant. † Et ego quasi nutritius
Ephraim, portabam eos in bra-
chijs meis: & nescierunt quòd cu-
4 rarem eos. † In funiculis adam tra-
ham eos in vinculis charitatis, &
ero eis quasi exaltans iugum su-
per maxillas eorum, & declinaui
5 B ad eũ vt vesceretur. † Non reuer-
tetur in terram Ægypti, & Assur
6 ipse rex eius: quoniam noluerũt
conuerti. † Cœpit gladius in ciui-
tatibus eius, & consumet electos
7 eius, & comedet capita eorũ. † Et
populus meus pendebit ad redi-
tum meum, iugum autem impo-
8 netur eis simul, quod non auferet-
tur. † Quomodo dabo te Ephraim,
Ge.19.c.24 protegam te Israel? quomodo da-
bo te ‖ sicut Adama, ponam te vt
C Seboim? Cõuersum est in me cor
9 meum, pariter conturbata est pœ
nitudo mea. † Nõ faciam furorem
iræ meæ, non conuertar vt disper
dam Ephraim, quoniam Deus e-
go, & non homo, in medio tui
10 sanctus, & non ingrediar ciuita-
D tem. † Post Dñm ambulabunt, qua
si leo rugiet: quia ipse rugiet, &
11 formidabunt filij maris. † Et auo-
labunt quasi auis ex Ægypto, &
quasi columba de terra Assyrio-
rum, & collocabo eos in domibus
12 suis, dicit Dominus. † Circundedit
me in *negatione Ephraim, & in *negotia-
dolo domus Israel: Iudas autem tione.
testis descendit cum Deo & cum
sanctis *fidelis. *fidelibus.

CAP. XII.

EPhraim pascit ventum, & se-
quitur æstum: tota die menda-
cium & vastitatem multiplicat: &
fœdus cum Assyrijs inijt, & oleum
2 in Ægyptum ferebat. † Iudicium
ergo Dñi cum Iuda, & visitatio su-
per Iacob: iuxta vias eius, & iuxta
3 adinuentiones eius reddet ei. † ‖ In
vtero supplantauit fratrem suum: & in fortitudine sua directus Ge.32.f.23
4 est cum angelo. † Et inualuit ad
B angelum & cõfortatus est: fleuit,
& roganit eum, in Beth-el inue-
nit eum, & ibi locutus est nobis-
5 cum. † Et Dominus Deus exerci-
tuum, Dominus memoriale eius.
6 † Et tu ad *Deum tuum conuertê- *Dominũ.
ris misericordiam & iudicium cu
stodi, & spera in Deo tuo semper.
7 † Chanaan in manu eius statera
8 dolosa, calumniã dilexit. † Et dixit
C Ephraim, Veruntamen diues effe-
ctus sum, inueni idolum mihi: om
nes labores mei non inuenient
mihi iniquitatem quam peccaui.
9 † Et ego Dñs Deus tuus ex terra
Ægypti, adhuc sedere te faciam
in tabernaculis, sicut in diebus fe-
10 stiuitatis. † Et locutus super pro-
D phetas, & ego visionem multipli-
caui, & in manu prophetarum as-
11 similatus sum. † Si in Galaad idò-
lum, *tamen frustra erant in Gal- *ergo s.
gal bobus immolantes, nam & al-
taria eorum quasi acerui super sul
12 cos agri. † ‖ Fugit Iacob in regio- Ge.28.a.5.
nem Syriæ, & seruiuit Israel in vx-
orem, & in vxorem *seruiuit. *seruauit
13 † ‖ In propheta autem eduxit Dñs Ex.14.c.21
Israel de Ægypto: & in propheta 22.
14 seruatus est. † Ad iracundiam me
prouocauit Ephraim in amaritu-
dinibus suis, & sanguis eius super
eum veniet, & opprobrium eius
restituet ei Dominus suus.

CAP. XIII.

1 LOquente Ephráim, horror inuasit Israel, & deliquit in Ba-
2 al, & mortuus est. † Et nunc addi-
A derunt ad peccandum: feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum est. his
3 ipsi dicunt, Immolate homines
B vitulos adorantes. † Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus prætereiens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut
4 fumus de fumario. † ‖ Ego autem
Is.43.b.10. Dominus Deus tuus ex terra Ægypti, & Deum absque me nescies, & saluator non est præter me.
5 †Ego cognoui te in deserto, in ter-
6 ra solitudinis. † Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt, eleuauerunt cor suum, & obliti
7 sunt mei. † Et ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assy-
8 riorum. † Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & cõsumam eos ibi quasi leo, bestia agri scin-
9 det eos. †Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum.
10 † Vbi est rex tuus? maximè nunc
C saluet te in omnibus vrbibus tu-
1.Re.8.a.5. is: & iudices tui, ‖ de quibus dixisti, Da mihi reges & principes.
11 †Dabo tibi regem in furore meo,
& auferam in indignatione mea.
12 †Colligata est iniquitas Ephráim,
13 absconditum peccatum eius. †Dolores parturientis venient ei, ipse filius non sapiens, nunc enim nõ
14 stabit in cõtritione filiorum. †De manu mortis liberabo eos, de
1.Co.15.g. morte redimam eos. ‖ Ero mors
54. tua ô mors, morsus tuus ero in-
He.2.d.14. ferne, consolatio abscondita est
15 ab oculis meis. † Quia ipse inter fratres diuidet: ‖ & aducet ventem ventum Dominus de deserto ascendentem: & siccabit venas eus, & desolabit fontẽ eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desyderabilis. Ez.19.d.22

CAP. XIIII.

1 PEreat Samaria, quoniam ad a-
A maritudinem concitauit Deum suum: in gladio pereant, parui eorum elidantur, & fœtæ e-
2 ius discindantur. † ‖ Conuertere Ioël 2. c. 13
Israel ad Dominum Deum tuum: Zac. 1. b. 4
quoniam corruisti in iniquitate
3 tua. †Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorũ nostrorum.
4 †Assur non saluabit nos, super e-
quum non ascendemus: nec dicemus vltrà, Dij nostri opera manu-
B um nostrarum, quia eius qui in te
5 est, misereberis pupilli. † Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè: quia auersus est furor
6 meus ab eis. †Ero quasi ros Israel, germinabit sicut lilium, & erum-
C pet radix eius vt Libani. † Ibunt
7 rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani.
8 † Conuertentur sedentes in vm-
bra eius, viuent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale
9 eius sicut vinum Libani. † Ephraim quid mihi vltrà idola? ego exaudiam, & dirigam eum ego vt
D abietem virentem: ex me fructus
10 tuus inuentus est. † Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet hæc? quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis: prævaricatores verò corruent in eis.

& Israel germinabit 9.

PRO-

PROPHETIA IOEL.

CAP. I.

1 VERBVM Dñi quod
2 factum est ad Ioel fili
A um Phatuel. ‡ Audite
hoc senes, & auribus
percipite omnes ha-
bitatores terræ: si factum est istud
in diebus vestris, aut in diebus pa
3 trum vestrorum? ‡ Super hoc filijs
vestris narrate, & filij vestri filijs
suis, & filij eorum generationi al-
4 teræ. ‡ Residuum erucæ comedit
locusta, & residuum locustæ come
dit bruchus, & residuum bruchi
comedit rubigo. ‡ Expergiscimini
5 ebrij, & flete, & vlulate omnes qui
bibitis vinum in dulcedine: quo-
6 niam perijt ab ore vestro. ‡ Gens
enim ascendit super terram meã,
fortis & innumerabilis: dentes e-
ius vt dentes leonis: & molares



7 eius vt catuli leonis. ‡ Posuit vine
B am meam in desertum, & ficum
meam decorticauit: nudãs spolia-
uit eam & proiecit, albi facti sunt
8 rami eius. ‡ Plange quasi virgo ac-
cincta sacco super virum puberta
9 tis suæ. ‡ Perijt sacrificium & liba-
tio de domo Domini: luxerunt sa
10 cerdotes ministri Domini. ‡ Depo
pulata est regio, luxit humus: quo
niam deuastatum est triticum, cõ
fusum est vinum, elãguit oleum.
11 ‡ Cõfusi sunt agricolæ, vlu auerũt
vinitores super frumento, & hor-
12 deo, quia perijt messis agri. ‡ Vi-
nea confusa est, & ficus elanguit:
malogranatum, & palma, & malũ
& omnia ligna agri aruerunt: qa
C confusum est gaudiũ à filijs homi
13 num. ‡ Accingite vos, & plãgite sa
cerdotes, vlulate ministri altaris:
ingredimini, cubate in sacco mi-
nistri Dei mei: quoniam interijt
de domo Dei vestri sacrificium &

14 libatio.† ‖ Sanctificate ieiunium,‖
Inf.2.d.15. vocate cœtum,congregate senes,
D omnes habitatores terrę in domũ
* Domini 15 * Dei vestri:& clamate ad Domi-
num. † A,a,a, diei:quia prope est
dies Domini,& quasi vastitas à po
16 tente veniet. † Nunquid non co-
ram oculis vestris alimenta perie
runt de domo Dei nostri, lætitia
17 & exultatio? † Computruerunt iu
menta in stercore suo, demolita
sunt horrea, dissipatæ sunt apo-
thecæ:quoniam confusum est tri
18 ticum. † Quid ingemuit animal,
mugierunt greges armenti? Quia
nõ est pascua eis:sed & greges pe-
19 corũ disperierunt.† Ad te Domi-
ne clamabo: quia ignis comedit
speciosa deserti,& flama succẽdit
20 omnia ligna regionis.† Sed & be-
stiæ agri quasi area sitiens imbrẽ,
suspexerunt ad te:quoniam exic-
cati sunt fontes aquarum,&ignis
deuorabit speciosa deserti.

CAP. II.

1 CAnite tuba in Sion,vlulate in
A monte sancto meo, conturbẽ
tur oẽs habitatores terræ: Quia
2 venit dies Domini , quia prope
est † dies tenebrarum & caliginis,
dies nubis & turbinis:quasi mane
expansum super montes populus
multus & fortis:similis ei non fu-
it à principio,& post eum non e-
rit vsque in annos generationis
3 & generationis.† Ante faciem e-
ius ignis vorans,& post eum exu-
rens flãma:quasi hortus voluptã-
tis terra corã eo,& post eũ solitu-
do deserti,neq; est qui effugiat e-
4 um.† Quasi aspectus equorũ, aspe
ctus eorũ:& quasi equites sic cur-
5 rent.† Sicut sonitus quadrigarũ su
per capita montiũ exilient, sicut
sonitus flãmę ignis deuorantis sti
pulam,velut populus fortis præ-
6 paratus ad prælium.† A facie eius
B cruciabuntur populi: omnes vul
7 tus redigentur in ollã.† Sicut for-
tes currẽt:quasi viri bellatores a-
scendẽt murũ:viri in vijs suis gra-
dientur,&non declinabũt à semi
8 tis suis.† Vnusquisq; fratrem suũ
nõ coartabit, singuli in calle suo
ambulabunt:sed & per fenestras
9 cadẽt,& nõ demolientur. † Vrbẽ
ingrediẽtur:in muro current, do
mos conscendẽt,per fenestras in-
10 trabunt quasi fur.† A facie eius cõ
tremuit terra,moti sunt cæli ‖ sol Isa.13.b.10.
C & luna obtenebrati sunt,& stellę Eze.32.b.7
retraxerunt splendorem suum. Inf.3.c.15.
11 † Et Dñs dedit vocẽ suã ante faciẽ Mat.24.c.
exercitus sui: quia multa sunt ni- 29.
mis castra eius,quia fortia & faci- Mar.13.c.
entia verbũ eius. ‖ magnus enim 24.
dies Dñi,& terribilis valdè: & qs Luc.21.c.
12 sustinebit eum? † Nunc ergo dicit 25.
Dñs,Conuertimini ad me in toto Isa.13.a.&
corde vestro,in ieiunio,&in fletu b.9.
13 & in planctu. † Et scindite corda Ier.30.a.7.
vestra,& non vestimenta vestra, Amos 5.c.
& conuertimini ad Dñm Deũ ve 20.
strum.‖ quia benignus & miseri- Soph.2.d.
cors est,patiens & multæ miseri- 15.
cordiæ,& præstabilis super mali- Psal.85.a.
14 tia.† ‖ Quis scit si conuertatur,‖& 5.
ignoscat*,& relinquat post se be- Ioan.4.a.2
nedictionẽ,sacrificiũ & libamen Ioan.3.d.9
15 Dño Deo * nostro? † Canite tuba * Deus
in Sion,sanctificate ieiuniũ,voca * vestro 4
16 te cœtũ.† Congregate populum,
D ‖ sanctificate Ecclesiam,coaduna- Su.2.c.14
te senes:cõgregate paruulos,&su
gentes hubera:egrediatur sponsus
de cubili suo,& sponsa de thalamo
17 suo.† Inter vestibulũ & altare plo
rabunt sacerdotes ministri Dñi:
& dicent,Parce Dñe,parce popu-
lo tuo:& ne des hæreditatẽ tuam
in opprobrium,vt dominẽtur eis
nationes:quare dicũt in populis,
18 Vbi est Deus eorũ? † Zelatus est Do
minus terram suã,& pepercit po-
19 pulo suo.† Et respondit Dñs,& di
E xit populo suo,Ecce ego mittam
vobis frumentum,& vinum,& o- * eo tẽ.
leũ,& replebimini * eis:& nõ da-
bo vos vltrà opprobrium in Gen-
20 tib.† Et eum qui ab Aquilone est,
procul faciam à vobis: & expellã
eum

eum in terram inuiam,&desertã, faciem eius contra mare orientale,& extremũ eius ad mare nouissimum:& ascendet fœtor eius,& ascendet putredo eius, quia superbè egit. † Noli timere terra,exulta & lætare: quoniam magnificauit
22 Dñs vt faceret. † Nolite timere animalia regionis: quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus & vinea dederũt virtutem suam.
23 † Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro:quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrẽ matutinum & serotinũ sicut in principio. † Et implebũntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. † Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus,& rubigo,& eruca:fortitudo mea magna , quam misi in
26 vos. † Et comedetis vescentes, & saturabimini:& laudabitis nomẽ Domini Dei vestri qui fecit mirabilia vobiscum,& non confundetur populus meus in sempiternũ.
27 † Et scietis quia in medio Israel ego sum:& ego Dominus Deus vester , & non est amplius:& non
28 confundetur populus meus in æternum. † Et erit post hæc: ‖ effundam spiritum meum super omnẽ carnem:& prophetabunt filij vestri & filiæ vestrę:senes vestri somnia somniabunt,& iuuenes vestri
29 visiones videbunt. † Sed & super seruos meos & ancillas in diebus
30 illis effundam spiritum meum.
† Et dabo prodigia in cælo , & in terra,sanguinem,& ignem,& va-
31 porem fumi. † ‖ Sol conuertetur in tenebras,& luna in sanguinẽ, antequã veniat dies Domini magnus & horribilis. † Et erit ‖ omnis qui inuocauerit nomen Domini,saluus erit:quia in mõte Sion,
32 & in Ierusalem erit saluatio,sicut dixit Dominus,& in residuis quos Dominus vocauerit.

Sup.1.b.10 Inf.3.c.15. Mat.24.c.29. Lu.21.c.25. Apo.6.c.12.

CAP. III.

1 A QVia ecce in diebus illis & in tempore illo cùm conuertero captiuitatem Iuda & Ierusalẽ.
2 † Congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo,& hæreditate mea Israel,quos dispersérunt in nationibus,& terram meam diuiserunt.
3 † Et super populum meum miserunt sortem: & posuerunt puerũ in prostibulum, & puellam vendiderũt pro vino vt biberent. † Ve
4 rum qd mihi & vobis Tyrus & Sidon,& omnis terminus Palæsthinorum? nunquid vltionẽ vos redditis mihi? & si vlciscimini vos cõtra me,citò velociter reddam vicissitudinem vobis super caput ve-
5 strum. † Argentum enim meum&
B aurũ tulistis:& desyderabilia mea & pulcherrima intulistis in delu-
6 bra vestra. † Et filios Iuda,& filios Ierusalem vendidistis filijs Græcorum,vt longè faceretis eos de
7 finibus suis. † Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos: & conuertam retributionem
8 vestram in caput vestrum. † Et vendam filios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & vænundabunt eos Sabęis genti longinquæ,quia Dominus locu-
9 tus est. † Clamate hoc in Gentib. sanctificate bellum, suscitate robustos:accedant ascendãt omnes
10 viri bellatores. † Concidite aratra vestra in gladios,& ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat,
11 Quia fortis ego sum. † Erumpite,
C & venite omnes Gentes de circuitu, & congregamini: ibi occũbere faciet Dominus robustos tuos. † Consurgant, & ascendant gẽtes in vallem Iosaphat : quia ibi sedebo, vt iudicem omnes Gen-
12 tes in circuitu. † ‖ Mittite falces, Apo.14.d.
quoniam maturauit messis: ve- 15.
13 nite,& descendite,quia plenũ est

tor-

torcular, exhuberãt torcularia: qa multiplicata est malitia eorum.
14 †Populi populi in valle cõcisionis:
15 qa iuxta est dies Dñi in valle consionis. †‖ Sol & luna obtenebra-
Su.2.b.10. g.31. 16 ti sunt: & stellæ retraxerũt splen-
Ier.25.f.30. dorẽ suum. † ‖ Et Dñs de Sion ru-
Amos 1.a. 2. giet, & de Ierusalẽ dabit vocẽ suã: & mouebũtur cæli & terra, & Dñs
17 sp es populi sui & fortitudo filio-
D rũ Israel. † Et scietis quia ego Dñs
De' vester habitãs in Sion in mõ-
te sancto meo: & erit Ierusalẽ san-
Am.9.d.13 cta, & alieni non transibũt per eã
18. amplius. † ‖ Et erit in die illa: stillabũt mõtes dulcedinẽ, & colles fluent lacte: & p oẽs riuos Iuda ibũt
19 aquæ: & fons de domo Dñi egredietur, & irrigabit torrente spinarum. † Ægyptus in desolationem
20 erit, & Idumęa in desertum perditionis: ,p eo quòd iniquè egerint in filios Iuda, & effuderint sangui-
21 nem innocentem in terra sua. † Et Iudæa in ęternũ habitabitur, & Ierusalem in generationẽ & generationẽ. † Et mundabo sanguinẽ eorum, quem non mundaueram: &
Dominus commorabitur in Sion.

PROPHETIA AMOS.

CAP. I.



1 VERBA Amos, qui
A fuit in ' pastoralibus' Thecue: quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis
Zac.14.b.5 Israel, ‖ ante duos annos terræmo-
2 tus. † Et dixit, ‖ Dominus de Si-
Ier.25.f.30. Ioel 3.c.16 on rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: & luxerunt speciosa
3 pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. † Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam

uertam eum: eò quòd triturauerint in plaustris ferreis Galaad.
4 † Et mittam ignem in domum A-
B zaël, & deuorabit domos Bē-adad.
5 † Et conteram vectem Damasci, & disperdam habitatorē de campo idóli, & tenentē sceptrum de domo voluptatis: & trāsferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Do-
6 minus. † Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Gazæ, & su-
*eam 3. per quatuor non conuertā *eum': eò quòd transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent
7 eam in Idumæa. † Et mittā ignem in murum Gazæ, & deuorabit æ-
8 des eius. † Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorum,
9 dicit Dominus Deus. † Hæc dicit
C Dominus, Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non cōuer-
*eam 1. tam *eum', eò quòd concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœde-
10 ris fratrum. † Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes
11 eius. † Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem
D suam seruauerit vsque in finem.
12 † Mittam ignem in Theman, &
13 deuorabit ædes Bosræ. † Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum
14 suum. † Et succendam ignem in muro Rabba: & deuorabit ędes eius in vlulatu in die belli, & in tur
15 bine in die commotionis. † Et ibit Melchom in captiuitatem ipse, & principes eius simul, dixit Dominus.

CAP. II.

1 HÆc dicit Dominus, Super tri
A bus sceleribus Moab, & super quatuor nō conuertam eum: eò quòd incenderit ossa regis Idu
2 mææ vsq; ad cinerem. † Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in soni-
3 tu Moab, in clāgore tubæ: † & disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interfi-
4 ciam cum eo, dicit Domin⁹. † Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor nō conuertam eum: eò quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit. deceperunt enim eos idóla sua, post quę abie-
5 rant patres eorum. † Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit æ-
6 des Ierusalem. † Hæc dicit Domi-
B nus, Super trib⁹ sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro
7 calceamentis. † Qui conterunt super puluerem terrę capita pauperum, & viam humilium declināt: & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomē san-
8 ctum meum. † Et super vestimen-
C tis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui.
9 † ‖ Ego autem exterminaui Amor- Num. 21. c. 24.
rhæum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum, altitudo eius, & Deut. 2. c. 24. f. 31.
fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, & ra-
10 dices eius subter. † ‖ Ego sum qui Exod. 14. c. 22.
ascendere vos feci de terra Ægypti: ‖ & duxi vos in deserto qua- Deu. 8. a. 2.
draginta annis, vt possideretis ter
11 ram Amorrhæi. † Et suscitaui de filijs vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos. nunquid non ita est filij Israel, dicit
12 Dominus? † Et propinabatis Nazaræis vinum: & prophetis mandabatis, dicentes, Ne prophetetis.

13 tis. † Ecce ego ſtridebo ſubter
ſuper 16. vos, ſicut ſtridet plauſtrum onu-
14 ſtum fœno. † Et peribit fuga à ve-
loce, & fortis non obtinebit vir-
tutem ſuam, & robuſtus non ſal-
15 uabit animam ſuam: † & tenens
arcum nō ſtabit, & velox pedibus
ſuis non ſaluabitur, & aſcenſor e-
qui non ſaluabit animam ſuam:
16 † & robuſtus corde inter fortes
nudus fugiet in illa die, dicit Do-
minus.

CAP. III.

1 A Vdite verbū quod locutus eſt
A Domin⁹ ſuper vos, filij Iſrael:
ſuper omnem cognationē quam
eduxi de terra-Ægypti, dicens:
2 † Tantummodò vos cognoui ex
omnibus cognationibus terræ: id-
circo viſitabo ſuper vos omnes
3 iniquitates veſtras. † Nūquid am-
bulabunt duo pariter, niſi conue-
4 nerit eis? † Nunquid rugiet leo in
ſaltu, niſi habuerit prædam? nun-
quid dabit catulus leonis vocē de
cubili ſuo, niſi aliquid apprehen-
5 derit? † nunquid cadet auis in la-
queum terræ abſq; aucupe? nun-
quid auferetur laqueus de terra,
6 antequā quid ceperit? † Si clanget
B tuba in ciuitate, & populus non
expaueſcet? ſi erit malum in ciui-
tate, quod Dominus non fecerit?
7 † Quia non faciet Dñs Deus ver-
bum, niſi reuelauerit ſecretum
ſuum ad ſeruos ſuos prophetas.
8 † Leo rugiet, quis nō timebit? Do-
minus Deus locutus eſt, quis non
9 prophetabit? † Auditum facite in
ædibus Azoti, & in ædibus terræ
Ægypti, & dicite, Congregamini
ſuper montes-Samariæ, & videte
inſanias multas in medio eius, &
calumniam patientes in penetra-
10 libus eius. † Et neſcierunt facere
C rectum, dicit Dominus, theſauri-
zantes iniquitatem, & rapinas in
11 ædibus ſuis. † Propterea hæc dicit
Dominus Deus, Tribulabitur &
circuietur terra, & detrahetur ex
te fortitudo tua, & diripientur æ-
12 des tuæ. † Hæc dicit Domin⁹, Quo-
modo ſi eruat paſtor de ore leonis
duo crura, aut extremum auric u-
læ: ſic eruentur filij Iſrael qui ha-
bitant in Samaria, in plaga lectu-
13 li, & in Damaſci grabato. † Audi-
te & cōteſtamini in domo Iacob,
dicit Dominus Deus exercituum:
14 † quia in die cùm viſitare cœpero
D prævaricationes Iſrael, ſuper eum
viſitabo & ſuper altaria Beth-el:
& amputabuntur cornua altaris,
15 & cadent in terram. † Et percutiā
domum hyemalem cum domo æ-
ſtiua, & peribūt domus eburneæ,
& diſſipabuntur ædes multæ, di-
cit Dominus.

CAP. IIII.

1 A Vdite verbum hoc vaccæ pin-
A gues, quæ eſtis in monte-Sa-
mariæ: quæ calumniā facitis ege-
nis, & confringitis pauperes, quæ
dicitis dominis veſtris: Afferte, &
2 bibemus. † Iurauit Dominus Deꝰ
in ſancto ſuo, quia ecce dies venient
ſuper vos, & leuabunt vos in
contis, & reliquias veſtras in ollis
3 feruētibus. † Et per aperturas exi-
bitis altera cōtra alteram, & proi-
iciemini in Armon, dicit Domi-
4 nus. † Venite ad Beth-el, & impiè
agite: ad Galgalā, & multiplicate
prævaricationem, & offerte mane
victimas veſtras, tribus diebus de-
5 cimas veſtras. † Et ſacrificate de
B fermentato laudem, & vocate vo-
luntarias oblationes, & annun-
tiate: ſic enim voluiſtis filij Iſrael,
6 dicit Dominus Deus. † Vnde &
ego dedi vobis ſtuporē dentium
in cunctis vrbibus veſtris, & indi-
gentiam panum in omnibus lo-
7 cis veſtris, & non eſtis reuerſi ad
me, dicit Dominus. † Ego quoq;
prohibui à vobis imbrem, cùm
adhuc tres menſes ſupereſſent vſ-
que ad meſſem, & pluì ſuper vnā
ciuitatem, & ſuper alteram ciui-
tatem non plui, pars vna com-
pluta

pluta est, & pars super quam non
8 plui, aruit. † Et venerunt duæ &
C tres ciuitates ad vnam ciuitatē vt
biberent aquā, & nō sunt satiatæ:
& non rediſtis ad me, dicit Domi-
9 nus. † ‖ Percuſſi vos in vēto vrente
Ag.2.c.18. & in aurugine, multitudinē hor-
torū veſtrorū, & vinearū veſtra-
rum, oliueta veſtra & ficeta veſtra
comēdit eruca, & non rediſtis ad
10 me, dicit Dñs. † Miſi in vos mortē
D in via Ægypti, percuſſi in gladio
iuuenes veſtros, vſq; ad captiuita-
tem equorū veſtrorū, & aſcende-
re feci putredinē caſtrorū veſtro-
rum in nares veſtras, & non redi-
11 Ps.19.c.24 ſtis ad me, dicit Dominus. † Sub-
uerti vos, ‖ ſicut ſubuertit Deus
Sodomā & Gomorrhā, & facti e-
ſtis quaſi torris raptus ab incēdio
& non rediſtis ad me, dicit Domi-
12 nus. † Quapropter hæc faciam tibi
Iſrael: poſtquā autem hæc fecero
tibi, præparare in occurſum Dei
13 tui Iſrael. † Quia ecce formās mō-
tes, & creans ventū, & annuntiās
homini eloquium ſuum, faciens
matutinam nebulam, & gradiens
ſuper excelſa terrę, Domin' Deus
exercituum nomen eius.

CAP. V.

A Vdite verbum iſtud quod ego
leuo ſuper vos planctum: do-
mus Iſrael cecidit, & non adijciet
2 vt reſurgat. † Virgo Iſrael proie-
A cta eſt in terram ſuam, nō eſt qui
3 ſuſcitet eam. † Quia hæc dicit Do-
minus Deus, Vrbs de qua egredie-
bantur mille, relinquentur in ea
centū, & de qua egrediebātur cen
tum, relinquentur in ea decem in
4 domo Iſrael. † Quia hæc dicit Do-
min' domui Iſrael, Quærite me, &
5 viuetis. † Et nolite quærere Beth-
el, & in Galgalā nolite intrare, &
in Berſabee non tranſibitis, quia
Galgala captiua ducetur, & Beth-
6 el erit inutilis. † Quærite Domi-
B num, & viuite: ne forte comburа-
tur vt ignis domus Ioſeph, & de-
uorabit, & nō erit qui extinguat
7 Beth-el. † Qui cōuertitis in abſyn-
thium iudiciū, & iuſtitiā in terra
8 relinquitis. † Facientē Arcturum,
& Orionē, & conuertentē in ma-
ne tenebras, & diem in noctē mu
C tantem: ‖ qui vocat aquas maris, Infr.9.b.6
& effundit eas ſuper faciem ter-
9 ræ: Dominus nomē eſt eius. † Qui
ſubridet vaſtitatem ſuper robu-
ſtum, & depopulationē ſuper po-
10 tentem affert. † Odio habuerunt
corripientem in porta, & loquen
11 temperfectè abominati ſunt. † Id-
circo, pro eo quod diripiebatis
pauperem, & prædam electā tol-
lebatis ab eo: ‖ domos quadro la- Sop.1.b.13
pide ædificabitis, & nō habitabi-
tis in eis, vineas plantabitis amā-
tiſſimas, & non bibetis vinum ea-
12 rum. † Quia cognoui multa ſcele-
ra veſtra, & fortia peccata veſtra,
hoſtes iuſti accipientes munus, &
pauperes deprimentes in porta.
13 † Ideo prudens in tempore illo ta-
cebit, quia tempus malum eſt.
14 † Quærite bonum, & non malum,
D vt viuatis, & erit Dominus Deus
exercituum vobiſcum, ſicut dixi-
15 ſtis. † ‖ Odite malum, & diligite Ro.12.b.9.
bonum, & conſtituite in porta iu- Pſ.96.d.10.
dicium: ſi forte miſereatur Domi- 33.c.15.
nus Deus exercituum reliquiſs Io 36.c.27.
16 ſeph. † Propterea hæc dicit Domi-
nus Deus exercituum dominator,
in omnibus platēis planctus, &
in cunctis quæ foris ſunt, dice-
tur væ væ, & vocabunt agricō-
E lam ad luctum, & ad planctum
17 eos qui ſciunt plangere. † Et in
omnibus 'vineis' erit planctus, 'vlis 6.
quia pertranſibo in medio tui,
18 dicit Dominus. † ‖ Væ deſyde- Iſai.13.a.6.
rantibus diem Domini, ad quid b.9.
eam vobis? dies Domini iſta, te- Ier.30.b.7.
19 nebræ, & non lux. † Quomo- Ioël 2.c.11.
do ſi fugiat vir à facie leonis, & Sop.1.d.15.
occurrat ei vrſus: & ingrediatur
domum, & innitatur manu ſua
ſuper parietem, & mordeat eum
20 coluber. † Nunquid non tenebrę

dies

dies Domini, & nō lux: & caligo,
21 & non ſplendor in ea? † ‖ Odi, &
Iſai.1.c. (F proieci feſtiuitates veſtras, & nō
12.d.14. capiam odorem cœtuum veſtro-
22 rum. † Quōd ſi obtuleritis mihi
Ier.6.e.20. holocautomata, & munera veſtra
Mal.2.c.12 non ſuſcipiam: & vota pinguium
23 veſtrorum non reſpiciam. † Auferà me tumultum carminū tuo-
rum: & cantica lyræ tuæ non au-
24 diam. † Et reuelabitur quaſi aqua
iudicium, & iuſtitia quaſi torrens
25 fortis. † ‖ Nunquid hoſtias & ſa-
Act.7.c.42 crificium obtuliſtis mihi in deſer-
G to quadraginta annis, domus Iſ-
26 rael? † Et portaſtis tabernaculum
*Deo. Moloch * veſtro, & imaginē ido-
lorum veſtrorū, ſydus Dei veſtri,
27 quæ feciſtis vobis. † Et migrare
vos faciam trans Damaſcum, di-
cit Dominus, Deus exercituum
nomen eius.

Nō nimis per regna Sion. Cadit mo. mihi.

CAP. VI.

1 VÆ qui opulenti eſtis in Siō,
A & confiditis in monte Sama-
Lu.6.d.24. rię: optimates capita populorum,
ingredientes pompatice domum
2 Iſrael. † Tranſite in Chalanne, &
videte, & ite inde in Emath ma-
gnam: & deſcendite in Geth Pa-
leſthinorum, & ad optima quæq;
regna horum: ſi latior terminus
3 eorum termino veſtro eſt? † Qui
ſeparati eſtis in diem malum: &
appropinquatis ſolio iniquitatis.
4 † Qui dormitis in lectis eburneis,
B & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui
comeditis agnum de grege, & vi-
5 tulos de medio armenti. † Qui ca-
nitis ad vocem pſalterij: ſicut Da-
uid putauerūt ſe habere vaſa can-
6 tici. † Bibentes vinum in phialis,
& optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contri-
7 tione Ioſeph. † Quapropter nunc
migrabunt in capite tranſmigrā-
tium: & auferetur factio laſciuien
8 tium. † ‖ Iurauit Dominus Deus
Ier.51 b.14 in anima ſua, dicit Domin⁹ Deus
C exercituum, Deteſtor ego ſuper-
biam Iacob, & domos eius odi, &
tradam ciuitatem cum habitato-
9 ribus ſuis. † Quōd ſi reliqui fue-
rint decem viri in domo vna: &
10 ipſi morientur. † Et tollet eum
propinquus ſuus, & comburet
eum, vt efferat oſſa de domo, &
dicet ei qui in penetralibus do-
mus eſt, Nūquid adhuc eſt penes
11 te? † Et reſpondebit, Finis eſt. Et
dicet ei, Tace, & non recorderis
12 nominis Domini. † Quia ecce Do-
minus mandauit, & percutiet do-
mum maiorem ruinis, & domum
13 minorem ſciſſionibus. † Nunquid
D currere queunt in petris equi, aut
arari poteſt in bubalis, quoniam
conuertiſtis in amaritudinem iu-
dicium, & fructum iuſtitiæ in ab-
14 ſynthium? † Qui lætamini in nihi-
li: qui dicitis, Nunquid non in
fortitudine noſtra aſſumpſimus
15 nobis cornua? † Ecce enim ſuſci-
tabo ſuper vos domus Iſrael, di-
cit Dominus Deus exercituū, gen-
tem, & conterent vos ab introi-
tu Emath, vſq; ad torrentem de-
ſerti.

Officium Vatis res ſed hirſuta

CAP. VII.

1 HÆc oſtendit mihi Dominus
A Deus, & ecce fictor locuſtæ
in principio germinantium ſero-
tini imbris, & ecce ſerotinus poſt
2 *tonſorem gregis. † Et factum eſt: *tonſiones regis
cùm cōſummaſſet comedere her-
bam terræ, dixi, Domine Deus
propitius eſto obſecro: quia ſuſci-
tabit Iacob, quia paruulus eſt?
3 † Miſertus eſt Domin⁹ ſuper hoc:
4 Non erit, dicit Dominus. † Hæc
oſtendit mihi Dominus Deus, &
ecce vocabat iudicium ad ignem
Dominus Deus, & deuorauit a-
byſſum multam, & comedit ſimul
5 partem. † Et dixi, Domine Deus,
B quieſce obſecro, quis ſuſcitabit
6 Iacob, quia paruulus eſt? † Miſer-
tus eſt Dominus ſuper hoc: Sed
& iſtud non erit, dicit Dominus
7 Deus. † Hæc oſtendit mihi Do-
mi-

Deus minus: & ecce Dominus ſtans ſuper murum litum, & in manu 8 eius trulla cæmentarij. † Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Amos? Et dixi: Trullam cæmentarij. Et dixit Dominus. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Iſrael: non adijciam vltrà ſu- 9 perinducere eum. † Et demolien- C tur excelſa idôli, & ſanctificationes Iſrael deſolabuntur, & cõſurgam ſuper domum Ieroboam in 10 gladio. † Et miſit Amaſias ſacerdos Beth-el ad Ieroboam regem Iſrael, dicens, Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael: non poterit terra ſuſtinere vni- 11 uerſos ſermones eius. † Hæc enim dicit Amos, In gladio morietur Ieroboam, & Iſrael captiuus mi- 12 grabit de terra ſua. † Et dixit Amaſias ad Amos. Qui vides, gradere, fuge in terrã Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi. 13 † Et in Beth-el non adijcies vltrà vt prophetes: quia ſanctificatio 14 regis eſt, & domus regni eſt. † Re- D ſpoditq; Amos, & dixit ad Amaſiam, Non ſum propheta, & non ſum filius prophetæ: ſed armentarius ego ium vellicans ſycomo- 15 ros: † Et tulit me Dominus cum ſequerer gregem, & dixit Dñs ad me, Vade, propheta ad populum 16 meum Iſrael. † Et nunc audi verbum Domini, Tu dicis, Nõ prophetabis ſuper Iſrael, & non ſtil- 17 labis ſuper domũ idôli. † Propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.

CAP. VIII.

1 HÆc oſtendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus po- 2 morum. † Et dixit, Quid tu vi- A des Amos? Et dixi, Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me, Venit finis ſuper populũ meum Iſrael: non adiciam vltrà vt 3 pertranſeam eũ. † Et ſtridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi moriẽtur: in omni loco proijcietur ſilenti- 4 um. † Audite hoc qui cõteritis pau B peres, & deficere facitis egenos 5 terræ, † dicentes, Quando tranſibit *meſſis*, & vænũdabimus mer- *menſis s. ces & ſabbathum, & aperiemus frumentũ: vt imminuamus menſurã, & augeamus ſiclum, & ſup- 6 ponamus ſtatéras doloſas: † Vt poſſideamus in argento egenos & pauperes, pro calceamentis, & quiſquilias frumenti vendamus? 7 † Iurauit Dominus in *ſuperbia* *ſuperbiã. Iacob, Si oblitus fuero vſq; ad fi- 8 nem omnia opera eorum. † Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eijcietur, & deflu 9 et quaſi riuus Ægypti? † Et erit C in die illa, dicit Dominus*, occi- Ie. 15. b. 9. det ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis. *Deus t. To. 1. b. 6. 10 † & conuertam feſtiuitates ve- 1. Mac. 1. ſtras in luctum, & omnia cantica c. 41. veſtra in planctum: & inducã ſuper omne dorſum veſtrum ſaccũ, & ſuper omne caput caluitiũ: & ponã eam quaſi luctũ vnigeniti, & nouiſſima eius quaſi die amarum. † Ecce, dies veniunt, dicit 11 Dominus, & emittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi ver- 12 bũ Domini. † Et commouebũtur D à Mari vſq; ad mare, & ab Aquilone vſque ad Orientem: circuibunt quærentes verbum Dñi, & 13 non inuenient. † In die illa deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti. † Qui iurant in 14 delicto Samariæ, & dicunt, Viuit Deus tuus Dan: & viuit via Ber-ſabee, & cadent & non reſurgent vltrà.

CAP. IX.

1 VIdit Dominus ſtantem ſuper
A altare: & dixit, Percute cardinem, & commoueantur ſuperliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouiſſimum eorum in gladio interficiam: non erit
2 eis qui fu- fuga eis: fugient & non ſaluabi-
gient 3. (2 tur ex eis qui fugerit. † ‖ Si deſcẽ-
Pſ.138.b.8. derint vſq; ad infernũ, inde manus mea educet eos: & ſi aſcenderint vſq; in cælum, inde detrahã
3 eos. † Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos: & ſi celauerint ſe ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti & morde-
4 bit eos. † Et ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gladio, & occidet eos:
Ie.44.c.11. ‖ & ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonum.
5 † Et Dominus Deus exercituum
B qui tangit terrã, & tabeſcet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & aſcendet ſicut riuus omnis, & defluet ſicut fluuius Ægypti.
6 † Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum
Sup.5.c.8. ſuper terram fundauit: ‖ qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ, Dominus no-
7 men eius. † Nunquid non vt filij Æthiopum vos eſtis mihi, filij Iſrael, ait Dominus? nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra Ægypti: & Palæſthinos de Cappa-
8 docia, & Syros de Cyrene? † Ecce
C oculi Domini Dei ſuper regnum peccans, & conteram illud à facie terræ: veruntamen conterens nõ conteram domum Iacob, dicit
9 Dominus. † Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Iſrael, ſicut cõcutitur in cribro: & non cadet ſa-
10 pillus ſuper terram. † In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt, Non appropinquabit, & non veniet ſuper
Act.15.d.16 11 nos malum. † In die illa ‖ ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cécidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant inſtaurabo: & reædificabo
12 eum ſicut in diebus antiquis. † Vt poſſideant reliquias Idumeæ, & omnes nationes, eò quod inuocatum ſit nomen meum ſuper eos: dixit Dominus faciens hæc.
13 † Ecce dies veniunt, dicit Domi-
D nus: & comprehendet arator meſſorẽ & calcator vuæ mittentem ſemen: ‖ & ſtillabũt montes dul- Ioel.3.d.18.
cedinem, & omnes colles culti e-
14 runt. † Et conuertam captiuitatẽ populi mei Iſrael: & ædificabũt ciuitates deſertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos,
15 & comedent fructus eorum. † Et plantabo eos ſuper humum ſuam: & non euellam eos vltrà de terra ſua quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

PRO-

PROPHETIA
ABDIÆ.

1 A Ie.49.c.14 VISIO Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom, ‖ Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad Gentes misit, Surgite, & consurgamus ad
2 uersus eum in prælium. † Ecce paruulum dedi te in Gentibus:
3 contemptibilis tu es valde. † Superbia cordis tui extulit te, habitantē in scissuris petrarū, exaltantē solium tuū: qui *dicis in corde tuo, Quis detrahet me in terrā?
4 † ‖ Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuū: inde detraham te, dicit Do-

*dicit in corde suo 14.

Ie.49.c.16



Terret Edomitas, reditum promittit Hebræis.

5 minus. † Si fures introissent ad te,
B si latrones per noctem: quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemum reliquissent tibi?
6 † Quomodo scrutati sunt Esau: inuestigauerunt abscondita eius?
7 † Vsq; ad terminum emiserūt te
C oēs viri fœderis tui: illuserunt tibi: inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: non est
8 prudentia in eo. † ‖ Nunquid non in die illa, dicit Dominus, perdā sapientes de Idumæa, & pruden-
9 tiam de monte Esau? † Et timebunt fortes tui à Meridie, vt in-
10 tereat vir de monte Esau. † Pro-
D pter interfectionem, & ‖ propter iniquitatem in fratrem tuū Iacob, operiet te cōfusio, & peribis
11 in æternū. † In die cū stares aduersus eū, quādo capiebāt alieni exercitū ei⁹, & extranei ingrediebātur portas eius, & sup Ierusalē mittebant sortē: tu quoque eras
12 quasi vnus ex eis. † Et non despi-
E cies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lætaberis super filios Iuda, in die pditionis eorū: & nō magnificabis os tuum
13 in die angustię. † Neq; ingredieris portam populi mei in die rui-

Gen.27.p.42.

Ie.4.

næ eorum: neq; deſpicies & tu in
malis eius in die vaſtitatis illius:
& nō emitteris aduerſus exerci-
14 tū eius in die vaſtitatis illi⁹. † Ne-
que ſtabis in exitibus, vt interfi-
cias eos q̄ fugerint: & non cōclu-
des reliquos ei⁹ in die tribulatio-
15 nis. † Quoniā iuxta eſt dies Dñi
F ſup oēs gentes: ſicut feciſti, fiet ti
bi: retributionē tuā conuertet in
16 caput tuū. † Quomodo enim *bibi
*bibiſti ſtis⁹ ſuper montē ſanctum meū,
bibent oēs Gentes iugiter: & bi-
bent & abſorbebūt, & erūt quaſi
17 non ſint: † Et in monte Sion erit
ſaluatio, & erit ſanctus: & poſſi-
debit domus Iacob eos q̄ ſe poſ-
18 ſederant. † Et erit domus Iacob
G ignis, & domus Ioſeph flāma, &
domus Eſau ſtipula, & ſuccenden
tur in eis, & deuorabūt eos & nō
erunt reliquiæ domus Eſau, quia
19 Dñs locutus eſt. † Et hæreditabūt
hi q̄ ad Auſtrū ſunt, montē Eſau,
& qui in cāpeſtribus Philiſthijm:
& poſſidebunt regionē Ephraim
& regionē Samariæ: & Ben-iamin
20 poſſidebit Galaad. † Et tranſmi-
gratio exercitus huius filiorū Iſ-
rael, omnia *Chananæorū vſq; ad *loca
Sarēptam: & tranſmigratio Ieru-
ſalem, quæ in Boſphoro eſt, poſſi-
21 debit ciuitates Auſtri. † Et aſcen-
dent ſaluatores in montem Sion
iudicare montem Eſau: & erit
Domino regnum.

IONAE PRO-PHETIA.

CAP. I.



Iñſta Dñi ſñ
Ionæ
a' priq
ñonatñ.

1 A † ET factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens,
2 † Surge, & vade in Niniuen ciuitatem gran
dem, & prædica in ea: quia aſcen-
3 dit malitia eius coram me. † Et
ſurrexit Ionas, vt fugeret in Thar-
ſis à facie Domini, & deſcendit in
Ioppen, & inuenit nauem eun-
tem.

tem in Tharsis: & dedit naulum
eius, & descendit in eā, vt iret cū
4 eis in Tharsis a facie Dñi. † Dominus aūt misit ventum magnum
in mare: & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitaba-
5 tur coteri. † Et timuerunt nautæ, A
& clamauerūt viri ad Deū suum:
& miserunt vasa quæ erāt in naui
B in mare, vt alleuiaretur ab eis: &
Ionas descēdit ad interiora nauis,
6 & dormiebat sopore graui. † Et
accessit ad eum gubernator & dixit ei. Quid tu sopore deprimeris? surge inuoca Deū tuum, si forte recogitet Deus de nobis, & nō
7 pereamus. † Et dixit vir ad collegam suum, Venite, & mittamus
sortes, & sciamus quare hoc malū
sit nobis. Et miserunt sortes, &
8 cecidit sors super Ionam. † Et dixerunt ad eum: Indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis:
quod est opus tuū? quæ terra tua?
& quo vadis? vel ex quo populo
9 es tu? † Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli
ego timeo, qui fecit mare & a-
10 ridam. † Et timuerunt viri timore
C magno, & dixerunt ad eum, Quid
hoc fecisti? Cognouerunt enim
viri quod a facie Domini fugeret: quia indicauerat eis. † Et dixe-
11 runt ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare a nobis? quia
12 mare ibat, & intumescebat*. † Et
*super eos dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis
13 *super vos. † Et remigabant viri,
*est. vt reuerterentur ad aridam, & nō
valebant: quia mare ibat, & intu-
14 mescebat super eos. † Et clamaue-
D runt ad Dominum, & dixerunt,
Quæsumus Domine, ne pereamus
in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem:
quia tu Dñe, sicut voluisti fecisti.
15 † Et tulerunt Ionam, & miserūt in A
mare, & stetit mare a feruore suo.
16 † Et timuerunt viri timore magno
Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

CAP. II.

1 ET præparauit Dominus piscē grādem vt deglutiret Ionam, & erat Ionas in ventre piscis tri-
2 bus diebus & tribus noctibus. † Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis. † Et
3 dixit:

Mat. 12. c. 40. 16.2.4. Lu.11.d.29 1.Co. 15.2. 4.

Clamaui de tribulatione mea ad Dominum & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.

Ps.3.2.5.17 a.7.117.2.5. 119.2.1.

4 † Et proiecisti me in profundū
B in corde maris, & flume circundedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.
5 † Et ego dixi, Abiectus sum à
C conspectu oculorum tuorum: veruntamē rursus videbo templum sanctum tuum.
6 † ¶ Circundederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum.
7 † Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserūt me in ęternum, & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.
8 † Cūm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.
9 † Qui custodiunt vanitates fruD stra, misericordiam suam derelinquunt.
10 † Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunq; vouī reddam pro salute Domino.
11 † Et dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

Ps. 68.2.1.

CAP. III.

1 ET factum est verbum Domini
2 ad Ionam secūdò, dicens: † Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea

P 3 prædi-

prædicatioē quā ego loquor ad te.
3 †Et surrexit Ionas, & abijt in Nini
uē iuxta verbū Dñi:& Niniue erat
ciuitas magna itinere triū dierū.
4 †Et cœpit Ionas introire ciuitatē
B itinere diei vni⁹: & clamauit,& di
xit,Adhuc quadraginta dies,& Ni
5 niue subuertetur.†‖Et crediderunt
Ma.12.d.41 viri Niniuitę in Deū & prædicaue
Lu.11.c.32. rūt ieiuniū, & vestiti sunt saccis à
6 maiore vsq; ad minorē.†Et puēnit
C verbū ad regē Niniue: & surrexit
de solio suo:& abiecit vestimentū
suū à se,& indut⁹ est sacco, & sedit
7 in cinere.†Et clamauit, & dixit in
Niniue ex ore regis & principū e-
ius,dicēs: Homines & iumenta, &
boues,& pecora non gustent quic-
quā:nec pascātur, & aquā non bi-
8 bant.†Et operiātur saccis homines
& iumenta,& clament ad Dñm in
Ie.18.b.11. fortitudine:‖& conuertatur vir à
D via sua mala, & ab iniquitate quæ
9 est in manib. eorū.†‖Quis scit si cō
Ioe.2.c.14. uertatur,& ignoscat Deus:& reuer
tatur à furore iræ suæ, & non peri-
10 bimus? † Et vidit Deus opera eorū
quia conuersi sunt de via sua ma
la: & misertus est Deus super ma-
litia quam locutus fuerat vt fa-
ceret eis,& non fecit.

CAP. IIII.

1 ET afflict⁹ est Ionas afflictione
magna,& irat⁹ est:†& orauit ad
2 A Dñm,& dixit,Obsecro Dñe, nun-
quid nō hoc est verbū meū,cùm ad
huc essem in terra mea? propter
hoc prœoccupaui vt fugerē in Thar
sis.‖Scio enim quia tu De⁹ clemens Psa.85.a.5
& misericors es,patiēs & multę mi Ioe.2.c.13
serationis, & ignoscens sup mali-
3 tia.†Et nunc Dñe tolle quæso ani-
B mā meā à me,quia melior est mihi
4 mors quàm vita.†Et dixit Dñs,Pu
5 tasne bene iratus es tu?‖Et egressus
est Ionas de ciuitate, & sedit cōtra
Orientē ciuitatis, & fecit sibimet
vmbraculū ibi,& sedebat subter il
lud in vmbra, donec videret quid
6 accideret ciuitati.† Et præparauit
Dñs De⁹ hederā, & ascendit super
caput Ionæ,vt esset vmbra sup ca-
put eius,& protegeret eū, labora-
uerat enim,& lætat⁹ est Ionas sup
7 hedera,lætitia magna.† Et paravit
C De⁹ vermē ascensu diluculi in cra-
stinū, & percussit hederā & exaruit.
8 †Et cùm ortus fuisset sol, præcepit
Dñs vēto calido & vrēti, & percussit
sol super caput Ionæ, & æstuabat:
& petiuit animę suę vt moreretur,
& dixit:Meli⁹ est mihi mori quàm
9 viuere.†Et dixit Dñs ad Ionam:Pu
tasne bene iratus es tu sup hederā?
Et dixit, Bene iratus ego vsq; ad
10 mortē.†Et dixit Dñs,Tu doles sup
D hederā,in qua non laborasti, neq;
fecisti vt crescēret, quę sub vna no
cte nata est,& sub vna nocte peri-
11 it.†Et ego non parcam Niniue ci-
uitati magnæ, in qua sunt plusquā
centum viginti millia hominum,
qui nesciunt quid sit inter dexte-
ram & sinistram suam,& iumenta multa?

MICHAEAE PROPHETIA.

CAP. I.

1 VERbū Dñi quod factū
A est ad Michæā Mora-
sthitē,in dieb.Ioathā,
Achaz, & Ezechiæ re-
gū Iuda:quod vidit su
2 per Samariā & Ierusalē. †‖Audite
Deu.32.a.1 populi oēs:& attēdat terra & ple-
Isa.1.a.2. nitudo ei⁹, & sit Dñs De⁹ vobis in
testem,Dñs de templo sancto suo.
3 †‖Quia ecce Dñs egredietur de lo-
co suo,& descēdet, & calcabit sup
4 excelsa terræ. †Et cōsumentur mō
tes subt⁹ eū: & valles scindētur si-
cut cera à facie ignis, sicut aquæ
5 quæ decurrūt in præceps. †In scele
B re Iacob omne istud,& in peccatis
domus Israel, quod scelus Iacob?
nonne Samaria? & quę excelsa Iu-

6 dæ?nónne Ierusalē?†& ponā Sama
riā quasi aceruū lapidū in agro cū
plantatur vinea:& detrahā in vallē



rētur igne,& oīa idóla eius ponam
in ꝑditionē:quia de mercedib. me
retricis cōgregatæ sunt, & vsq; ad
mercedē meretricis reuertentur.
8 †Sup hoc plangā, & vlulabo: vadā
spoliat' & nudus:faciā planctū ve-
lut draconū,& luctū quasi struthio
9 nū.†Quia desperata est plaga eius,
C quia venit vsq; ad Iudā,tetigit por
10 tā populi mei vsq; ad Ierusalē.†In
Geth nolite annūtiare, lachrymis
ne ploretis: in domo Pulueris pul-
11 uere vos cōspergite. †Et trāsite vo-
bis habitatio pulchra,cōfusa igno-
minia,nō est egressa quæ habitat.
In exitu planctū dom' vicinæ acci
piet ex vobis, quæ stetit sibimet.
12 †Quia infirmata est in bonum quæ
D habitat.In amaritudinib.quia de-
scēdit malū à Dño in portā Ierusa
13 lē.†Tumult' quadrigæ stuporis ha
bitāti Lachis,principiū peccati est
filiæ Siō,quia in te inuēta sunt sce
14 lera Israel.†Propterea dabit emis-
sarios sup hæreditatē Geth:domos
Mēdacij in deceptionē regib.Isra-
15 el.†Adhuc hæredem adducam tibi
lapides ei', & fundamēta ei' reue-
7 labo.†Et oīa sculptilia eius conci-
dentur, & oēs mercedes ei' cōbu-
quę habitas in Maresa:vsq; ad Odol
16 lā veniet gloria Israel.†Decaluare,
& tondēre sup filios delitiarū tua-
rū:dilata caluitiū tuū sicut aquila:
quoniam captiui ducti sunt ex te.

CAP. II.

1 VÆ qui cogitatis inutile & ope-
A ramini malū in cubilib.vestris
in luce matutina faciūt illud,quo-
2 niā cōtra Deū est man' eorum.†Et
cōcupierūt agros, & violēter tule-
rūt,& rapuerūt domos:& calūnia-
bātur virū & domum eius, virū &
3 hæreditatē ei'.†Idcirco hæc dicit
Dñs,Ecce ego cogito sup familiam
istā malū: vnde nō auferetis colla
vestra, & nō ambulabitis superbi,
4 quoniā tēpus pessimum est.†In die
B illa sumetur sup vos parabola, &
cātabitur canticū cum suauitate,
dicentium,Depopulatione vastati
sum'.pars populi mei commutata
est,quomodo recedet à me,quum
reuertatur qui regiones nostras
5 diuidat?†Propter hoc non erit tibi
mittens funiculum sortis in cœtu

6 Domini*. † Ne loquamini loquē-
*ô Israel. tes. Non stillabit super istos, non
7 comprehendet confusio. † Dicit
domus Iacob, Nunquid abbreuia
tus est spiritus Domini, aut tales
sunt cogitationes eius ? Nonne
verba mea bona sunt cum eo qui
8 rectè graditur ? † Et è contrario
C populus meus in aduersarium
consurrexit, desuper tunicam pal
lium fustuliſtis, & eos qui transi-
bant simpliciter, conuertistis in
9 bellum. † Mulieres populi mei eie
cistis de domo delitiarum suā-
rum, à paruulis earum tuliſtis lau
10 dem meam in perpetuum. † Surge
gite, & ite, quia non habetis hic
requiem, propter immunditiam
ei⁹ corrūpetur putredine pessima,
11 † Vtinā nō essem vir habens spiri-
tum, & mendacium potius loque-
rer: stillabo tibi in vinū, & in e-
brietatē: & erit super quē stillatur
12 populus iste. † Cōgregatione con-
D gregabo Iacob totū te: in vnum
conducam reliquias Israel, pari-
ter ponam illum quasi gregem in
ouili, quasi pecus in medio caula-
rum, tumultuabuntur à multitu-
13 dine hominum. † Ascendet enim
pandens iter ante eos: diuident,
& transibunt portam, & egredi-
entur per eam, & transibit rex eo-
rum coram eis, & Dominus in ca-
pite eorum.

CAP. III.

1 ET dixi, Audite principes Ia-
A cob, & duces domus Israel, Nū
quid nō vestrū est scire iudicium,
2 † qui odio habetis bonum, & di-
ligitis malum: qui violenter tol-
litis pelles eorum desuper eis, &
carnem eorum desuper ossibus
3 eorum? † Qui comederunt carnem
populi mei, & pellem eorum de-
super excoriauerunt: & ossa eo-
rum confregerunt, & concide-
runt sicut in lebēte, & quasi car-
4 nem in medio ollæ. † Tunc cla-
B mabunt ad Dominum, & non ex-
audiet eos: & abscondet faciem
suam ab eis in tempore illo, sicut
nequiter egerunt in adinuentio-
5 nibus suis. † Hæc dicit Dominus
super prophetas qui seducūt po-
pulum meū, qui mordēt dentib.
suis, & prædicāt pacē, & si quis nō
dederit in ore eorū quippiā, san-
6 ctificāt super eum prælium. † Pro-
C pterea nox vobis pro visiōe erit,
& tenebræ vobis pro diuinatiōe,
& occumbet sol super prophetas,
& obtenebrabitur super eos dies.
7 † Et confundentur qui vident vi-
siones, & confundentur diuini, &
operient omnes vultus suos, quia
8 non est responsum Dei. † Verū-
tamen ego repletus sum for-
titudine spiritus Domini, iudicio
& virtute: vt annuntiem Ia-
cob scelus suum, & Israel pec-
9 catum suum. † Audite hoc prin-
cipes domus Iacob, & iudices
domus Israel, qui abominami-
ni iudicium, & omnia recta per-
10 uertitis. † Qui ædificatis Sion
in sanguinibus, & Ierusalem in
11 iniquitate. † ‖ Principes eius in Ez. 22. f. 27
muneribus iudicabant, & sacer- Sop. 3. 2. 4.
dotes eius in mercede docebant,
& prophetæ eius in pecunia di-
uinabant, & super Dominum
requiescebant, dicentes: Nun-
quid non Dominus in medio no-
strūm? non venient super nos
12 mala. † Propter hoc, causa vestri. Ier. 26. f. 18
‖ Sion quasi ager arabitur, & Ie-
rusalem quasi aceruus lapidum
erit, & mons templi in excelsa
syluarum.

CAP. IIII.

1 ET erit, in nouissimo dierum
A erit mons domus Domini præ-
paratus in vertice montium, &
sublimis super colles: & fluent
2 ad eum populi. † Et properabunt
gentes multæ, & dicent: Venite,
ascendamus ad montem Domini
& ad domum Dei Iacob, & doce-
bit nos de vijs suis, & ibimus in
semitis

semitis eius: quia de Sion egredietur lex,& verbum Domini de
3 Ierusalem.† Et iudicabit inter populos multos,& corripiet gentes fortes vsque in longinquum: &
B concident gladios suos in vomeres,& hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentem gladium,& non discent vltrà bellige-
4 rare.† Et sedebit vir subtus vineam suam,&subtus ficum suam, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum est.
5 † Quia omnes populi ambulabũt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & vltrà.† In die illa,dicit Do
6 minus, congregabo claudicante: & eam quam ejeceram,colligam,
7 & quam afflixeram.† ‖ Et ponam claudicantem in reliquias:& eam quæ laborauerat,in gentem robustam. ‖ & regnabit Dominus su-
8 per eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum.† Et
C tu turris gregis nebulosa filiæ Sion vsq; ad te veniet:& veniet potestas prima regnum filiæ Ierusa-
9 lem.† Nunc quare mœrore contraheris? nunquid rex non est tibi,aut consiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor sicut par-
10 turientem? † Dole, & satage filia Sion quasi parturiens: quia nunc
D egrediêris de ciuitate, & habitabis in regione,& venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.† Et nunc con-
11 gregatæ sunt super te gentes multæ quæ dicunt, Lapidetur: & aspi-
12 ciat in Sion oculus noster. † Ipsi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius:quia congre-
13 gauit eos quasi fœnum aream.† Surge,& tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos,& interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ.

CAP. V.

1 NVnc vastaberis filia latronis:
A obsidionem posuerunt super nos,in virga percutiet maxillam
2 iudicis Israel.‖ ET TV BETHLEHEM Ephrata, paruulus es in millibus Iuda:ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel:& egressus eius ab initio,à die-
3 bus æternitatis.† Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios
4 Israel.† Et stabit, & pascet in fortitudine Domini in sublimitate
B nominis Domini Dei sui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ.
5 † Et erit iste pax:Assyrius quũ venerit in terram nostram,& quando calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates
6 homines. † Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur, quum venerit in terram nostram, & quum calcauerit
7 in finibus nostris.† Et erunt reliC quiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam quæ non expectat virum,& non præstolatur filios hominum.† Et erũt
8 reliquiæ Iacob in Gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cùm transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est
9 qui eruat. †‖ Exaltabitur manus
D tua super hostes tuos, & omnes
10 inimici tui interibunt.† Et erit in die illa,dicit Dominus: auferam equos tuos de medio tui, & dis-
11 perdam quadrigas tuas.† Et perdam ciuitates terræ tuæ,& destru-

12 am omnes munitiones tuas, † &
auferam maleficia de manu tua,
& diuinationes non erunt in te.
13 † Et perire faciam sculptilia tua,
& statuas tuas de medio tui: & nõ
adorabis vltrà opera manuũ tua-
14 rum. † Et euellam lucos tuos de
medio tui: & conteram ciuitates
15 tuas. † Et faciam in furore & in
indignatione vltionem in omni-
bus Gentibus quæ non audie-
runt.

CAP. VI.

1 A Vdite quę Domin⁹ loquitur,
Surge, contende iudicio ad-
uersum montes, & audiant colles
2 vocem tuam. † Audiant montes
iudicium Domini, & fortia funda
menta terræ: quia iudicium Domi
ni cum populo suo, & cum Israel
3 dijudicabitur. † ‖ Popule meus
Ier. 2. a. 4. quid feci tibi, aut quid molestus
4 fui tibi? responde mihi. † Quia e-
Exo. 14. c. 22. duxi te de terra Ægypti, & de do
mo seruientium liberaui te: & mi
si ante faciem tuam Moysen, &
5 Aaron, & Mariam? † Popule meus
Nu. 22. 23. 24. 25. memento quæso ‖ quid cogitaue-
rit Balach rex Moab: & quid respõ
derit ei Balaam filius Beor, de Se-
tim vsque ad Galgalam, vt cogno
6 sceres iustitias Domini. † Quid
dignum offeram Domino, curua-
B bo genu Deo excelso? nunquid
offeram ei holocautomata & vitu
7 los anniculos? † Nunquid placari
potest Dominus in millib. arietũ.
aut in multis millib. hircorũ pin-
guium: nunquid dabo primogeni
tum meum pro scelere meo, fru-
ctum ventris mei pro peccato ani
8 mæ meæ? † Indicabo tibi ô ho-
mo quid sit bonum, & quid Domi
nus requirat à te, Vtiq; facere iu-
dicium, & diligere misericordiã,
& solicitũ ambulare cũ Deo tuo.
9 † Vox Domini ad ciuitatẽ clamat,
C & salus erit timentib. nomen ᵃ tu
ᵃ suum 6. um': audite tribus, & qs appproba
10 bit illud? † Adhuc ignis in domo
impij thesauri iniquitatis, & mẽ-
11 sura minor iræ plena. † Nunquid
iustificabo staterã impiam & sac-
12 celli pondera dolosa? † In quibus
diuites eius repleti sunt iniquita
te, & habitantes in ea loqueban-
tur mendacium, & lingua eorum
13 fraudulenta in ore eorum. † Et e-
go ergo cœpi percutere te perdi-
14 tione super peccatis tuis. † Tu co- Leu. 26. d. 26.
medes, & non saturaberis: & hu-
miliatio tua in medio tui: & ap-
prehendes, & nõ saluabis: & quos
15 saluaueris, in gladium dabo. † ‖ Tu Deu. 28. d. 38.
D seminabis, & non metes, tu calca- Agg. 1. b. 6.
bis oliuam, & non vngêris oleo:
& mustum, & non bibes vinum.
16 † Et custodisti præcepta Amri, &
omne opus domus Achab: & am-
bulasti in ᵃ voluptatibus' eorum, ᵃ voluntatibus 3.
vt darem te in perditionem, & ha
bitantes in ea in sibilũ, & oppro-
brium populi mei portabitis.

CAP. VII.

1 VÆ mihi, quia factus sum sicut
A qui colligit in autumno race-
mos vindemiæ: non est botrus ad
comedendum, præcoquas ficus de
2 syderauit anima mea. † Perijt san-
ctus de terra, & rectus in homini
bus non est: omnes in sanguine in
sidiantur, vir fratrem suũ ad mor
3 tem venatur. † Malum manuum
suarum dicunt bonum: princeps
postulat, & iudex in reddẽdo est;
& magnus locutus est desyderiũ
animæ suæ, & conturbauerunt e-
4 am. † Qui optimus in eis est, quasi
paliurus: & qui rectus, quasi spina
de sepe: Dies speculationis tuę, vi
sitatio tua venit: nunc erit vasti-
5 tas eorum. † Nolite credere ami-
co: & nolite confidere in duce: ab
ea quæ dormit in sinu tuo custodi
6 claustra oris tui. † ‖ Quia filius cõ- Mat. 10. c. 21. d. 35.
B tumeliam facit patri, & filia con-
surgit aduersus matrem suam, nu
rus aduersus socrum suam. ‖ & ini Mat. 10. d. 36.
7 mici hominis domestici eius. † E-
go autem ad Dominũ aspiciam,
expe-

expectabo Deum saluatorem me
8 um: audiet me Deus meus. † Ne læ
tris inimica mea super me, quia
cecidi: consurgam quum sedero
in tenebris, Dominꝰ lux mea est.
9 † Iram Domini portabo, quoniã
peccaui ei: donec causam meam
iudicet & faciat iudicium meum:
educet me in lucẽ, videbo iusticiã
10 eius. † Et aspiciet inimica mea, & D
operietur confusione, quæ dicit
ad me, Vbi est Dominus Deus tu-
us? Oculi mei videbunt eam:
C nunc erit in conculcationem vt
11 lutum platearum. † Dies vt ædifi-
centur maceriæ tuæ: in die illa lõ-
12 ge fiet lex. † In die illa & vsque ad
te veniet Assur, & vsq; ad ciuita-
tes munitas: & à ciuitatibus muni
tis vsq; ad flumen, & ad mare de
mari, & ad montem de monte.
13 † Et terra erit in desolationẽ pro-
pter habitatores suos, & propter
fructum cogitationum eorum.
14 † Pasce populum tuum in virga
tua gregẽ hæreditatis tuæ, habitã-
tes solos in saltu, in medio Carme
li: pascentur Basan & Galaad iux-
15 ta dies antiquos. † Secundum die-
es egressionis tuæ de terra Ægy-
pti ostendam ei mirabilia. † Vide
16 bunt Gentes, & confundentur su
per omni fortitudine sua: ponent
manum super os, aures eorum sur
17 dæ erunt: † Lingent puluerem si-
cut ſserpens, velut reptilia terræ ſserpentes
proturbabuntur de ædib. suis: Do
minum Deum nostrum desydera
18 bunt, & timebũt te. † ‖ Quis Deus Ier. 10. a. 6
similis tui, ‖ qui aufers iniquita- Act. 10. g.
tem, & transis peccatum reliquia- 43.
rum hæreditatis tuæ? non immit- Col. 2. c. 13.
tet vltrà furorem suum, quoniam
19 voluptas misericordiam est. † Reuer
tetur, & miserebitur nostri, depo
net iniquitates nostras: & proijci-
et in profundũ maris omnia pec-
20 cata nostra. † Dabis veritatem Ia-
cob, misericordiã Abraham: quæ
iurasti patribus nostris à
diebus anti-
quis.

PROPHETIA
NAHVM.

CAP. I.

1 A ONVS Niniue. Liber
visionis Nahum Elce-
sæi. † Deus æmula-
tor, & vlciscens Do-
minus, vlciscens Do-
minus & habens furorem, vlci-
scens Dominus in hostes suos, &
3 irascens ipse inimicis suis. † Do-
minus patiens, & magnus forti-
tudine, & mundans non faciet in
nocentem. Dominus in tem-
pestate & turbine viæ eius, &
4 nebulæ puluis pedum eius. † In-
crepans mare & exiccans illud:
& omnia flumina ad desertum
deducens. Infirmatus est Basan,
& Carmelus: & flos Libani elan-
5 guit. † Montes commoti sunt
B ab eo, & colles desolati sunt
& contremuit terra à facie e-
ius, & orbis, & omnes habi-
6 tantes in eo. † Ante faciem
indignationis eius quis stabit? &
quis resistet in ira furoris eius?
indig-

indignatio eius effusa est vt ignis:
7 & petræ dissolutæ sunt ab eo. † Bo
nus Dominus, & cõfortans in die
tribulationis: & sciens sperantes
8 in se: † & in diluuio prætereunte,
consummationem faciet loci e-
ius: & inimicos eius persequẽtur
9 tenebræ. † Quid cogitatis contra
C Dominum? consummationẽ ipse
faciet: non consurget duplex tri-
10 bulatio. † Quia sicut spinæ se inui
cem complectuntur: sic conuiuiũ
eorum pariter potantium, consu
mentur quasi stipula ariditate ple
11 na. † Ex te exibit cogitans con-
tra Dominum malitiam: mente
pertractans præuaricationem.
12 † Hæc dicit Dominus, Si perfecti
D fuerint: & ita plures, sic quoque
attondentur, & 'pertransibit' af-
flixi te', & non affligam te vltrà.
13 † Et nunc conteram virgam eius
de dorso tuo, & vincula tua disrũ-
14 pam. † Et præcipiet super te Do-
minus, non seminabitur ex no-
mine tuo amplius: de domo Dei

'pertranſi bunt 8.



tui interficiam sculptile & conflatile, ponam sepulchrum tuum, qa
15 inhonoratus es. † ‖ Ecce super mõ
Isa. 52. b. 7. tes pedes euangelizantis & annũ
Rõ. 10. c. 13 tiantis pacem: celebra Iuda festi-
uitates tuas, & redde vota tua: qa
non adijciet vltrà vt pertranseat
in te Belial, vniuersus interijt.

CAP. II.

A Ascendit q̃ dispergat coram te,
qui custodiat obsidionẽ: con-
templare viã, conforta lũbos, ro-
2 bora virturẽ valdè. † Quia reddi-
dit Dñs superbiam Iacob, sicut su
perbiã Israel: quia vastatores dissi
pauerunt eos, & propagines eorũ
3 corruperũt. † Clypeus fortiũ eius
ignitus, viri exercitus in coccine-
is: igneæ habenæ, curr' in die prę-
parationis eius, & agitatores con
4 sopiti sunt. † In itinerib. 'contur-
bati sunt, quadrigæ' collisæ sunt
in platẽis: aspectus eorũ quasi lã-
pades, quasi fulgura discurrentia, i.
5 † Recordabitur fortium suorum,
B ruent in itineribus suis: velociter
ascendent muros eius, & præpa-
6 rabitur vmbraculum. † Portæ flu-
uiorum apertæ sunt, & templum
7 ad solum dirutum. † Et miles ca-
ptiuus abductus est: & ancillæ ei'
mina-

'conturba tæ sunt quadrigæ

minabantur, gementes vt colũbę,
8 murmurãtes in cordibus suis. † Et
Niniue quasi piscina aquarũ aquę
eius: ipsi vero fugerunt, state sta-
9 te, & non est qui reuertatur. † Di-
Isai.2. b.7. ripite argentũ, diripite aurum: &
nõ est finis diuitiarum ex omni-
10 bus vasis desyderabilibus. † Dissi-
C pata est, & scissa, & dilacerata: &
cor tabescens, & dissolutio geni-
culorũ, & defectio in cunctis re-
nibus, & facies omniũ eorũ sicut
11 nigredo ollæ. † Vbi est habitaculũ
leonũ, & pascua catulorũ leonũ:
ad quam iuit leo, vt ingrederetur
illuc: catulus leonis, & nõ est qui
12 exterreat? † Leo cepit sufficienter
catulis suis, & necauit leęnis suis:
& impleuit prędа spelunсas suas,
13 & cubile suum rapina. † Ecce ego
D ad te, dicit Dñs exercituum: & suc
cendam vsq; ad fumũ quadrigas
eius 8. "tuas", & leunculos tuos comedet
gladius: & exterminabo de terra
prædam tuam, & non audietur vl-
trà vox nuntiorum tuorum.

CAP. III.

Eze.14. (1 VÆ ciuitas sanguinum, vni-
b.9. A uersa mendacij dilaceratione
Hab.2.c.12 plena: non recedet à te rapina.
2 † Vox flagelli, & vox impetus ro-
"feruentes tæ, & equi frementis, & quadrigæ
& equites "feruentis, & equitis ascendentis.
ascẽdẽ- (3 † Et micantis gladij, & fulgoran-
tes: Et mi- tis hastæ, & multitudinis interfe-
cantes gla ctæ, & grauis ruinæ: nec est finis
dij, & ful- cadauerũ, & corruent in corpori-
gurãtes (4 bus suis. † Propter multitudinem
hastæ, & fornicationũ meretricis speciosę,
multitudi & gratæ, & habẽtis maleficia, quę
nes inter- vendidit gentes in fornicationi-
fectæ, & bus suis, & familias in maleficijs
graues (5 suis. ¶ Ecce ego ad te, dicit Domi-
ruinæ 7.(B nus exercituũ, & reuelabo puden
Isa.47.a.3. da tua in facie tua, & ostendam
Gentib' nuditatẽ tuam, & regnis
6 ignominiam tuam † Et proijciam
super te abominationes, & cõtu-
melijs te afficiam, & ponam te in
7 exemplum. † Et erit, omnis qui
viderit te, refiliet à te, & dicet,
Vastata est Niniue, quis commo-
uebit super te caput? vnde quæ-
8 rem cõsolatorem tibi? † Nunquid
melior es "Alexandria populorũ, "ab.
quæ habitat in fluminibus? aquæ
in circuitu eius: cuius diuitię, ma-
9 re: aquæ muri eius. † Æthiopia
fortitudo eius, & Ægyptus, & nõ
C est finis: Aphrica & Libyes fue-
10 runt in auxilio tuo. † Sed & ipsa
in transmigrationem ducta est in
captiuitatẽ: paruuli eius elisi sunt
in capite omniũ viarum, & super
inclytos eius miserunt sortem, &
omnes optimates eius cõfixi sunt
11 in compedibus. † Et tu ergo ine-
briaberis, & eris despecta: & tu
12 quæres auxiliũ ab inimico. † Om-
nes munitiones tuæ sicut ficus cũ
grossis suis: si concussę fuerint, ca-
13 dent in os comedentis. † Ecce po-
pulus tuus mulieres in medio tui:
inimicis tuis ad apertionem pan-
dentur portæ terræ tuæ, deuora-
14 bit ignis vectes tuos. † Aquã prop-
ter obsidionẽ hauri tibi, extrue
munitiones tuas, intra in lutum
& calca, subigens tene laterem.
15 † Ibi comedet te ignis, peribis gla-
dio, deuorabit te vt bruchus: con-
gregare vt bruchus, multiplicare
16 vt locusta † Plures fecisti negotia-
tiones tuas, quàm stellæ sint cæ-
li: bruchus expansus est, & auola-
17 uit. † Custodes tui quasi locustæ:
D & paruuli tui quasi locustæ locu-
starum quæ considunt in sepibus
in die frigoris: sol ortus est, & auo
lauerunt, & non est cognitus lo-
18 cus earum vbi fuerint. † Dormita-
uerunt pastores tui rex Assur, se-
pelientur principes tui: latitauit
populus tuus in montibus, & non
19 est qui congreget. † Non est ob-
scura cõtritio tua, pessima est pla-
ga tua: omnes qui audierunt au-
ditionem tuam, compresserunt
manum super te, quia super
quem nõ transit malitia tua sem-
per?

PRO-

Sanguinolenta, rapax,
et mendax igne peribit.

PROPHETIA HABACVC.

CAP. I.

1 ONus quod vidit Habacuc propheta. † Vsque
2 quo Domine clamabo, & nō exaudies? vo-
A ciferabor ad te vim pa-
3 tiens, & non saluabis? † Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me? Quare respicis 13.
contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris,



& quasi reptilia nō habentia ducem? & factum est iudiciū & con-
4 tradictio potentior? † Propter hoc
B lacerata est lex, & non peruenit vsq; ad finem iudicium, quia impius prævalet adversus iustum,
propterea egreditur iudiciū per-
5 uersum. † Aspicite in gentibus
Act.13.f.41 & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est
in diebus vestris, quod nemo cre-
6 det cùm narrabitur. † Quia ecce
ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulātem
super latitudinem terræ, vt possi-
7 deat tabernacula non sua. † Horribilis & terribilis est, ex semetipsa iudicium & onus eius egre-
8 dietur. † Leuiores pardis equi e-
C ius, & velociores lupis vespertinis, & diffundentur equites eius: equites nanque eius delongè venient, volabunt quasi aquila fe-
9 stinans ad comedendum. † Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens, & congregabit
10 quasi arenā, captiuitatē. † Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnē munitionē ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.
11 † Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet: hæc est fortitudo eius Dei sui. † Numquid non
12 tu à

tu à principio Domine De' meus,
sancte meus, & nõ moriemur? Do
mine in iudiciũ posuisti eum: &
fortẽ vt corriperes, fundasti eum.
13 † Mundi sunt oculi tui, ne videas
D malum, & respicere ad iniquitatẽ
non poteris: quare nõ respicis su-
per iniqua agentes, & taces deuo-
14 rante impio iustiorem se? † Et fa-
cies homines quasi pisces maris,
& quasi reptile non habens prin-
15 cipẽ. † Totũ in hamo subleuauit,
traxit illud in sagena sua, & con-
gregauit in rete suum. Super hoc
16 lętabitur, & exultabit, † propterea
immolabit sagenæ suæ, & sacrifi-
cabit reti suo: quia in ipsis incras-
sata est pars eius, & cibus eius ele-
17 ctus. † Propter hoc ergo expandit
sagenam suam, & semper interfi-
cere Gentes non 'parcet'.

'cessat.

CAP. II.

1 A SVper custodiã meam stabo, &
figam gradum super munitio-
nem, & contemplabor, vt videam
quid dicatur mihi, & quid respon
2 deam ad arguentẽ me. † Et respon
dit mihi Dominus, & dixit, Scribe
visum, & explana eũ super tabu-
las, vt percurrat qui legerit eum.
3 † Quia adhuc visus procul, & ap-
parebit in finẽ, & non mentietur,
si morã fecerit, expecta illũ: quia
veniens veniet, & non tardabit.
4 † Ecce, qui incredulus est, non erit
recta anima eius in semetipso: ‖ iu
(5 stus autẽ in fide sua viuet. † Et quo
modo vinũ potantẽ decipit: sic e-
rit vir superbus, & non decorabi-
tur, qui dilatauit quasi infernus
animam suam, & ipse quasi mors,
& non adimpletur, & congrega-
uit ad se omnes gentes, & coacer-
6 uauit ad se omnes populos. † Nun
B quid nõ omnes isti super eum pa-
rabolam sument, & loquelã ęnig-
matum eius, & dicetur: Væ ei qui
multiplicat non sua? vsquequo &
aggrauat cõtra se densum lutum?
7 † Nunquid nõ repente cõsurgent,
qui mordeant te, & suscitabuntur
lacerantes te, & eris in rapinam
8 eis? † Quia tu spoliasti gentes mul-
tas, spoliabunt te omnes qui reli-
qui fuerint de populis propter
sanguinem hominis & iniquita-
tem terræ ciuitatis, & omniũ ha-
9 bitantium in ea. † Væ qui congre-
gat auaritiam malam domui suæ,
vt sit in excelso nidus eius, & li-
10 berari se putat de manu mali. † Co
gitasti confusionem domui tuæ,
concidisti populos multos, & pec
11 cauit anima tua. † Quia lapis de
C patiete clamabit, & lignum quod
inter iuncturas ædificiorum est,
12 respondebit. † ‖ Væ qui ædificat Ezech. 24.
ciuitatem in sanguinibus, & præ- b. 9.
13 parat vrbem in iniquitate. † Nun- Nah. 3. a. 1.
quid nõ hęc sunt à Domino exer-
cituum? Laborabunt enim popu-
li in multo igne, & gentes in va-
14 cuum, & deficient. † Quia reple-
bitur terra, vt cognoscat gloriam
Domini, quasi aquæ operientes
15 mare. † Væ qui potum dat amico
suo, mittens fel suum & inebri-
ans, vt aspiciat nuditatem eius.
16 † Repletus es ignominia pro glo-
ria, bibe tu quoque, & consopire:
circundabit te calix dexteræ Do-
mini, & vomit' ignominiæ super
17 gloriam tuam. † Quia iniquitas
D Libani operiet te, & vastitas ani-
malium deterrebit eos de san-
guinibus hominis, & iniquitatẽ
terræ, & ciuitatis, & omnium ha-
18 bitantium in ea. † Quid prodest
sculptile, quia sculpsit illud fi-
ctor suus conflatile & imaginem
falsam? quia sperauit in figmen'
to fictor eius, vt faceret simula-
chra muta. † Væ qui dicit ligno,
19 expergiscere: Surge, lapidi tacen-
ti, nunquid ipse docere poterit?
Ecce, iste coopertus est auro &
argento: & omnis spiritus non est
20 in visceribus eius. † ‖ Dominus Ps. 10. b. 4.
autem in templo sancto suo:
sileat à facie eius om-
nis terra.

Esa. 21. b. 8.
Ioh. 5. d. 36.
Rom. 1. b. 17.
Gal. 3. b. 11.
He. 10. g. 38

ORA-

ORATIO HABACVC *pro ignorantijs.*

CAP. III.

2 A DOmine audiui auditionem tuam & timui: Domine opus tuum in medio annorum, viuifica illud: in medio annorũ notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

3 † Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Semper operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra.

4 † Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

5 † Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.

6 † Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit Gentes, & cõtriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius.

7 † Pro iniquitate vidi tentoria B Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.

8 † Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, * qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio?

9 † Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. Semper fluuios scindes terræ.

10 † Viderunt te, & doluerunt mõtes, gurges aquarum transijt, dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit.

11 † Sol & luna steterunt in habi- C taculo suo, in luce sagittarũ tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

12 † In fremitu conculcabis terram: * in furore obstupefacies Gentes.

13 † Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo: percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum * vsque ad collum. Semper.

14 † Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergẽdum me: exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

15 † Viã fecisti in mari equis tuis, D in luto aquarum multarum.

16 † Audiui & cõturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrum.

17 † Picus enim nõ florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus.

18 † Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.

19 † Deus Domin' fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi cernorum: & super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem.

SOPHONIAE PRO-PHETIA.

CAP. I.

1 A VERBVM Dñi quod factũ est ad Sophoniã filiũ Chusi, filij Godolię, filij Amarię, filij Ezechiæ, in diebus Iosiæ filij Amon regis Iudæ. † Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus: † cõgregans hominem & pecus congregans volatilia cæli & pisces maris: & ruinæ impiorum erunt: & disperdã homines a facie terrę, dicit Dñs. † Et extendam manum meã super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal,



& nomina ædituorum cũ sacerdotibus: † & eos qui adorãt super tecta militiam cæli, & adorant, & iurant in Dño, & iurant in Melchom. † Et qui auertuntur de post tergũ Dñi, & qui non quæsierunt Dñm, nec inuestigauerunt eum. † Silete à facie Dñi Dei: quia iuxta est dies Domini, quia præparauit Dñs hostiam, sanctificauit vocatos suos. † Et erit in die hostiæ Dñi visitabo sup principes & super filios regis, & super oẽs qui induti sunt veste peregrina: † & visitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum Dñi Dei sui iniquitate & dolo. † Et erit in die illa, dicit Dñs, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à Secunda, & contritio magna à collibus. † Vlulate habitatores Pilæ: conticuit omnis populus Chanáan, disperierunt omnes inuoluti argento. † Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fęcibus suis: qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene Dominus, & non faciet

Q

13 ciet malè. † Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus
Am.5.c.11. eorum in desertum: ‖ & ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bi-
14 bent vinum earum. † Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.
15 † ‖ Dies iræ dies illa, dies tribula-
D tionis & angustiæ, dies calamita-
Ier.30.b.7. tis & miseriæ, dies tenebrarum
Ioe.2.b.11. & caliginis, dies nebulæ & turbi-
Am.5. (16 nis: † dies tubæ & clangoris super
c.18. ciuitates munitas & super an-
17 los excelsos. † Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora.
18 † ‖ Sed & argentum eorum, &
Ez.7.c.19. aurum eorum non poterit liberare
Iaſ.3.b.8. eos in die iræ Domini: ‖ in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

CAP. II.

1 COnuenite, cõgregamini gens
2 non amabilis: † Priusquam
A pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem, antequam veniat
.7. super vos ira furoris Domini. antequam veniat super vos dies in-
3 dignationis Domini'. † Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius cstis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quomodo abscondami
4 ni in die furoris Domini. † Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in meridie eijcient, & Accaron eradicabi-
5 tur. † Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbum Domini super vos Chanáan terra Philisthinorum, & disperdam te,
6 ita vt non sit inhabitator. † Et erit
B funiculus maris requies pastorũ
7 & caulæ pecorum. † & erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda; ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad vesperã requiescent: quia visitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiui-
8 tatem eorum. † Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorũ Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt
9 super terminos eorum. † Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituũ Deus Israel: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon
C quasi Gomorrha, siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum vsque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt illos.
10 † Hoc eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum
11 Domini exercituum. † Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eũ viri de loco suo, omnes
12 insulæ Gentium. † Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo e-
13 ritis. † Et extendet manum suam super Aquilonẽ, & perdet Assur: & ponet Speciosam in solitudinẽ & in inuium & quasi desertũ.
14 † ‖ Et accubabunt in medio eius Iſ.34.c.11.
D greges, omnes bestiæ Gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantãtis in feneſtra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo ro-
15 bur eius. † Hæc est ciuitas gloriosa habitans in cõfidentia: quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me nõ est alia amplius: quomodo facta est in desertũ cubile bestiæ? omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

CAP. III.

1 VÆ prouocatrix, & redempta
2 ciuitas, columba. † Non au-
A diuit vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa

confiſſi, ad Deum ſuum non ap-
Iz.22.f.27. 3 propinquauit. † ¶ Principes eius
Mi.3.d.11. in medio eius quaſi leones rugi-
entes: iudices eius lupi veſpere,
4 non relinquebãt in mane. † Pro-
phetæ eius veſani, viri infideles:
ſacerdotes eius polluerunt ſan-
ctum, iniuſte egerunt contra le-
5 gem. † Dominus iuſtus in medio
eius non faciet iniquitatem: ma-
ne mane iudicium ſuum dabit in
lucem, & non abſcondetur: ne-
ſciuit aũt iniquus confuſionẽ.
6 † Diſperdidi Gentes, & diſſipati
ſunt anguli earum: deſertas feci
B vias eorum, dum non eſt qui trã-
ſeat: deſolatæ ſunt ciuitates eo-
rũ, non remanente viro, neq; vl-
7 lo habitatore. † Dixi, Attamen ti-
mebis me, ſuſcipies diſciplinam:
& non peribit habitaculum eius,
propter omnia in quib⁹ viſitaui
eã: veruntamen diluculo ſurgen-
tes corruperunt omnes cogitatio
8 nes ſuas. † Quapropter expecta
me, dicit Dñs, in die reſurrectio-
nis meæ in futurũ, quia iudicium
meum vt congregem Gentes, &
colligam regna: & effundam ſu-
Su.1.d.18. per eos indignationem meam,
omnem iram furoris mei: ¶ in
igne enim zeli mei deuorabitur
9 omnis terra. † Quia tunc reddam
populis labium electum, vt inuo
cent omnes in nomine Domini,
10 & ſeruiant ei humero vno. † Vl-
trà flumina Æthiopiæ, inde ſup-
plices mei filij diſperſorum meo-
11 rum deferent munus mihi. † In
die illa nõ confunderis ſuper cũ-
C ctis adinuentionibus tuis, quib⁹
prævaricata es in me: quia tunc
auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & non adijcies exaltari amplius in mõte ſancto meo. † Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & ſperabunt in nomine
13 Domini. † Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur & accubabunt, & non erit qui exterre-
14 at. † Lauda filia Sion, iubila Iſrael: lætare, & exulta in *omni corde
15 filia Ieruſalem. † Abſtulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Iſrael Dominus in medio tui, non timebis malum
16 vltrà. † In die illa dicetur Ieruſa-
D lem, Noli timere: Sion, non diſ-
17 ſoluantur manus tuæ. † Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua:
18 *exultabit ſuper te in laude. † Nu- *&
gas qui à lege receſſerant, cõgregabo: quia ex te erant: vt non vltrà habeas ſuper eis opprobrium.
19 † Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo: ¶ & Mic.4.b.7.
ſaluabo claudicantem, & eã quæ
eiecta fuerat congregabo: & po-
nam eos in laudem & in nomen,
in omni terra confuſionis eorũ.
20 † In tempore illo quo adducam vos, & in tẽpore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cùm conuertero captiuitatem veſtram coram oculis veſtris, dicit Dominus.

PROPHETIA AGGÆI.

CAP. I.

1 IN ‖ anno ſecundo Darij regis in menſe ſexto, in die vna menſis: factum eſt verbū Domini in manu Aggæi, prophetæ ad Zorobabel filiū Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec ſacerdotem ma-



5 mus iſta deſerta? † Et nunc hęc dicit Dñs exercituum, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. † ‖ Se-
6 minaſtis multum, & intuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti: & qui mercedes congreganit, miſit eas in ſacculū pertu-
7 ſum. † Hæc dicit Dominus exercituū, Ponite corda veſtra ſuper vi-
8 as veſtras, † aſcendite in montem, portate ligna, & ædificate domū: & acceptabilis mihi erit, & glo-
9 rificabor, dicit Dominus. † Reſpe-

gnum, dicens, † Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Populus iſte dicit, Nondum venit tempus do-
3 mus Domini ædificandæ. † Et factum eſt verbū Domini in manu
4 Aggæi prophetæ, dicens, † Nunquid tempus vobis eſt vt habitetis in domibus * laqueatis, & do-

* veſtris

xiſti ad amplius, & ecce factū eſt minus: & intuliſtis in domum, & exufflaui illud. quam ob cauſam,
C dicit Dominus exercituum? quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque in domum
10 ſuam. † Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cæli ne darent rorem, & terra prohibita eſt ne daret
11 germen ſuū, † & vocaui ſiccitatē ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleū, & quæcunq; profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omne laborem manu-

1 A 1.Eſd.6.a.1 6.13.

De.28.d.38 Mic.6.d.15

manuum. † Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem Dei sui, & verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum Dñs Deus eorum ad eos, & timuit populus a facie Dñi. † Et dixit Aggæus nuntius Domini de nuntijs Domini, populo dicens: Ego vobiscū sum dicit Dominus. † Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorū de omni populo, & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.

CAP. II.

IN die vicesima & quarta mẽsis in sexto mense, in anno secundo Darij regis: † In septimo mẽse, vicesima & prima mensis: factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicẽs: † Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducẽ Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens: † Quis in vobis est derelictus, qui vidit domũ istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? † Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus, & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum, & facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum) † verbum quod pepigi vobiscum, cùm egrederemini de terra Ægypti, & spiritus meus erit in medio vestrũm, nolite timere. † Quia Hæc dicit Dominus exercituum, † Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam. † Et mouebo omnes gentes, ET VENIET DESYDERATVS cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dñs exercituum. † Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. † Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituũ, & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. † In vicesima & quarta noui mensis, in anno secundo Darij regis, factum est verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens: † Hæc dicit Dominus exercituum, Interroga sacerdotes legem, dicens: † Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimẽti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum aut oleum, aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes, dixerunt: Non. † Et dixit Aggæus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et respondẽrũt sacerdotes, & dixerunt, Contaminabitur. † Et respondit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi contaminata erunt. † Et nunc ponite corda vestra, à die hac & suprà antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini. † Cùm accederetis ad acerruum viginti modiorum, & fierent decem: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti. † Percussi vos vento vrente & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. † Ponite corda vestra ex die ista & in futurum, à die vicesima & quarta noni mensis: à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum. † Nunquid iam semen in germine est, & adhuc vinca, & ficus, & malogranatum & lignum

oliuæ non floruit? ex die ista be-
21 nedicam. † Et factum est verbum
Domini secundò ad Aggæum, in
22 vicesima & quarta mensis, di-
cens. † Loquere ad Zorobabel du-
cem Iuda, dicens: Ego mouebo
23 cælum pariter & terram. † Et subuertam solium regnorum, & con-
teram fortitudinem regni Gen-
tium: & subuertam quadrigam
& ascensorem eius, & descendent
equi & ascensores eorum, vir in
24 gladio fratris sui. † In die illa dicit
Dominus exercituum, assumam
te ‖ Zorobabel filij Salathiel ser- Ec.49.c.11.
ue meus, dicit Dominus, & po-
nam te quasi signaculum, quia
te elegi, dicit Dominus
exercitu-
um.

PROPHETIA
ZACHARIÆ.

CAP. I.



1 A N mense octauo in an-
no secundo Darij fa-
ctum est verbum Do-
mini ad Zachariam fi-
lium Barachiæ filij Ad
2 do prophetam, dicens: † Iratus
est Dominus super patres vestros
3 iracundia. † Et dices ad eos: Hæc
Mal.3.b.7. dicit Dominus exercituum. ‖ Cõ-
Isa. 21.b.8. uertimini ad me, ait Dominus e-
31.c.6. xercituum: & cõuertar ad vos, di-
4 cit Dominus exercituum. † Ne si-
tis sicut patres vestri, ‖ ad quos cla 45.d.22.
mabunt prophetæ priores, dicen- Ier. 3. c.12.
tes: Hæc dicit Dominus exercitu- 15. d. 19.
um, ‖ Conuertimini de vijs vestris 31.c.18.
malis, & de cogitationib⁹ vestris Ez.18.g.30.
pessimis, & non audierunt, neq; 20.a.7.
5 attenderũt ad me, dicit Dñs. † Pa-
tres vestri vbi sunt? & prophetæ Zac. 7.c.11.
nunquid in sempiternum viuẽt? Os. 14, a.2.
6 † Veruntamen verba mea, & legi- Ioa.2.c.13
B tima mea quæ mandaui seruis
meis prophetis, nunquid non com-

Sensū Verborū hic est, ubi pœnitentiam egerūt, id. p.
non fefellit eos sententia Dei iusti & veri,
sed vult Vt pœnitentia modo ad gratiam eorum ope-
dant, sic facto, ego me convertam ad vos.

comprehenderũt patres vestros?
& conuersi sunt, & dixerũt, Sicut
cogitauit Dominus exercituum
facere nobis secundum vias no-
stras, & secundum adinuentiones
7 nostras fecit nobis. † In die vicesi-
ma & quarta vndecimi mensis Sa
bath, in anno secundo Darij, fa-
ctum est verbum Domini ad Za-
chariam filium Baruchiæ filii Ad
8 do prophetam, dicens: † Vidi per
noctem, & ecce vir ascendens su-
per equum rufum, & ipse stabat
inter myrteta quæ erant in pro-
fundo: & post eum equi rufi, varij
9 & albi. † Et dixi, Quid sunt isti Do
mine mi? & dixit ad me angelus
*Domini. qui loquebatur in me, Ego ostẽ
10 dam tibi quid sint hæc. † Et re-
spondit vir qui stabat inter myr-
teta, & dixit: Isti sunt quos misit
Dominus, vt perambulent ter-
11 ram. † Et responderunt angelo Do
mini, qui stabat inter myrteta, &
dixerunt: Perambulauimus ter-
C ram, & ecce omnis terra habi-
12 tatur & quiescit. † Et respondit
angelus Domini, & dixit: Domi-
ne exercituum vsquequo tu non
misereberis Ierusalem & vrbium
.6. Iuda, quibus iratus es, iste-iam'
13 septuagesimus annus est? † Et re-
spondit Dominus angelo qui lo-
quebatur in me verba bona, verba
14 consolatoria. † Et dixit ad me
angelus qui loquebatur in me,
Inf. 8. a. 2. Clama dicens, Hæc dicit Domi-
nus exercituum, ‖ Zelatus sum Ie-
15 rusalem & Sion zelo magno. † Et
ira magna ego irascor super gen-
tes opulentas, quia ego iratus
sum parum, ipsi verò adiuuerunt
16 in malum. † Propterea hæc dicit
Dominus, reuertar ad Ierusalem
in misericordijs, domus mea ædi-
ficabitur in ea, ait Dominus e-
xercituum, & perpendiculum ex-
17 tendetur super Ierusalem. † Ad-
huc clama, dicens: Hæc dicit Do-
minus exercituum, Adhuc affluent
D ent ciuitates meæ bonis, & con-
solabitur adhuc Dominus Sion,
18 & eliget adhuc Ierusalem. † Et le-
uaui oculos meos, & vidi, & ecce
19 quatuor cornua. † Et dixi ad an-
gelum qui loquebatur in me,
Quid sunt hæc? Et dixit ad me,
Hæc sunt cornua quæ ventilaue-
runt Iudam, & Israel, & Ieruſa-
20 lem. † Et ostendit mihi Dominus
12 quatuor fabros. † Et dixi, Quid
isti veniunt facere? Qui ait, di-
cens: Hæc sunt cornua quæ ven-
tilauerunt Iudam per singulos vi-
ros, & nemo eorum leuauit ca-
put suum: & venerunt isti de-
terrere ea, vt deijciant cornua
gentium quæ leuauerunt cornu
super terram Iuda vt dispergerent eam.

CAP. II.

1 ET leuaui oculos meos, & vidi,
A & ecce vir, & in manu eius fu-
2 niculus mensorum. † Et dixi, quò
tu vadis? Et dixit ad me, Vt me-
tiar Ierusalem, & videam quan-
ta sit latitudo eius, & quanta lon-
3 gitudo eius. † Et ecce angelus
qui loquebatur in me, egredie-
batur, & angelus alius egre-
4 diebatur in occursum eius, † & di-
xit ad eum: Curre, loquere ad pue
rum istum, dicens: Absque muro
habitabitur Ierusalem præ multi-
tudine hominum & iumentorũ
5 in medio eius. † Et ego ero ei, ait
B Dominus, mur' ignis in circuitu,
& in gloria ero in medio eius.
6 † O, ó fugite de terra Aquilonis,
dicit Dominus, quoniam in qua-
tuor ventos cæli dispersi vos, di-
7 cit Dominus. † O Sion fuge quæ
habitas apud filiam Babylonis.
8 † quia hæc dicit Dominus exerci-
C tuum. Post gloriam misit me ad
gentes quæ spoliauerunt vos: qui
enim tetigerit vos, tangit pupil-
9 lam oculi mei'. † quia ecce ego le- eius a.
uo manũ meam super eos, & erũt
prædæ his qui seruiebant sibi: &
cognoscetis quia Dominus exer-

10 cituum misit me. † Lauda,& lætare filia Sion: quia ecce ego venio,
& habitabo in medio tui,ait Dñs.
11 †Et applicabuntur gẽtes multę ad
Dñm in die illa, & erunt mihi in
populum, & habitabo in medio
D tui,& scies quia Dñs exercituum
12 misit me ad te.†Et possidebit Dominus Iudam partem suam in ter
ra sanctificata: & eliget adhuc Ie-
13 rusalem. † Sileat omnis caro à facie Domini, quia consurrexit de
habitaculo sancto suo.

CAP. III.

1 ET ostendit mihi Dñs Iesum
.7. sacerdotem magnum stantem
A coram angelo Domini, & satan
stabat à dextris eius vt aduersare-
2 tur ei.†Et dixit Dominus ad satã,
Increpet Dominus in satan:& in-
crepet Dominus in te, qui elegit
Ierusalem, Nunquid non iste tor-
3 ris est, erutus de igne? † Et Iesus
erat indutus vestibus sordidis:&
4 stabat ante faciem angeli. † Qui
respondit, & ait ad eos qui sta-
B bant coram se,dicens:Auferte ve-
stimẽta sordida ab eo. Et dixit ad
eum,ecce, abstuli à te iniquitatẽ
5 tuam,& indui te mutatorijs. † Et
dixit, Ponite cidarim mundam
super caput eius. Et posuerunt
cidarim mundam super caput e-
ius, & induerunt eum vestibus,
6 & angelus Domini stabat. † Et
cõtestabatur angelus Domini Ie-
7 sum,dicens: † Hæc dicit Dominus
C exercituum,Si in vijs meis am-
bulaueris, & custodiam meam
custodieris:tu quoq; iudicabis do
mum meam, & custodies atria
mea, & dabo tibi ambulantes de
8 his qui nunc hic assistunt. † Audi
Iesu sacerdos magne, tu & amici
tui qui habitant coram te, quia
viri portendẽtes sunt. ecce enim
Is.6.d.12. ego ADDVCAM SERVVM
9 MEVM ORIENTEM. †Quia
Lu.1.g.78. ecce lapis quem dedi coram Ie-
D su super lapidem vnum septem
oculi sunt, ecce ego cælabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem
10 terrę illius in die vna. † In die illa dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vineam,& subter ficum.

CAP. IIII.

1 ET reuersus est angelus qui lo-
A quebatur in me, & suscitauit
me,quasi virum qui suscitatur de
2 somno suo. †Et dixit ad me, Quid
tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce can-
delabrum aureum totum,& lãpas
eius super caput ipsius, & septem
lucernę eius super illud, & septẽ *infusoria lucernis quæ erant su- *& septem
per caput eius. † Et duæ oliuæ su- 6.
3 per illud: vna à dextris lampadis,
4 & vna a sinistris eius. † Et respon-
di,& aio ad angelum qui loqueba
tur in me,dicens: Quid sunt hæc,
5 Domine mi? †Et respõdit angelus
B qui loquebatur in me, & dixit ad
me, Nunquid nescis quid sunt
hæc? Et dixi, Non Domine mi,
6 † Et respondit, & ait ad me, dicens, Hoc est verbum Domini ad
Zorobabel, dicens, Non in exer-
citu,nec in robore, sed in spiritu
meo,dicit Dominus exercituum.
7 †Quis tu mons magne coram Zo-
C robabel:in planum, & educet la-
pidem primarium, & exæquabit
8 gratiam gratiæ eius. † Et factum
est verbum Domini ad me dicẽs,
9 †Manus Zorobabel fundauerunt
domum istam,& manus eius per-
ficient eam,& scietis quia Domi-
nus exercituum misit me ad vos.
10 † Quis enim despexit dies pa-
uos? & lætabuntur & videbunt
lapidem stanneum in manu Zoro
babel. Septem isti oculi sunt Do-
mini, qui discurrunt in vniuer-
11 sam terram. † Et respondi,& dixi
D ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ
ad dexteram candelabri, & ad si-
12 nistrã eius? †Et respondi secundò,

& dixi ad eum: Quid sunt duæ spi
cæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo
rostra aurea, in quibus sunt suffu-
23 soria ex auro? † Et ait ad me, dicēs:
Nūquid nescis quid sunt hæc? Et
24 dixi. Non Domine mi. † Et dixit,
25. Isti sunt duo filij olei splendoris,
qui assistunt dominatori vniuer-
sæ terræ.

CAP. V.

1 ET conuersus sum, & leuaui o-
A culos meos: & vidi, & ecce vo-
2 lumen volans. † Et dixit ad me,
*Ecce Quid tu vides? Et dixi, * Ego vi-
deo volumen volans: longitudo
eius viginti cubitorum, & latitu-
3 do eius decem cubitorum. † Et di-
xit ad me, Hæc est maledictio quę
egreditur super faciem omnis ter
ræ: quia omnis fur, sicut ibi scri-
ptum est, iudicabitur: & omnis iu
rans, ex hoc similiter iudicabitur.
4 † Educam illud, dicit Dominus e-
xercituū: & veniet ad domum fu
ris & ad domum iurantis in nomi
ne meo mendaciter: & commora
*cum 5. bitur in medio domus eius, & con
sumet * eum, & ligna eius, & la-
5 pides eius. † Et egressus est an-
gelus qui loquebatur in me: &
dixit ad me, Leua oculos tuos, &
vide quid est hoc quod egredi-
6 tur. † Et dixi, Quidnam est? Et
C ait, Hæc est amphora egrediens.
*Hic 11. Et dixit, * Hæc est oculus eorum
7 in vniuersa terra. † Et ecce talentū
plumbi portabatur, & ecce muli-
8 er vna sedens in medio amphoræ.
† Et dixit, Hæc est impietas. Et
D proiecit eam in medio amphoræ,
& misit massam plumbeam in os
9 eius. † Et leuaui oculos meos, &
vidi: & ecce duæ mulieres egre-
dientes, & spiritus in alis earum,
& habebant alas quasi alas milui:
& leuauerunt amphoram inter
10 terram & cælum. † Et dixi ad an
gelum qui loquebatur in me, Quò
11 istæ deferunt amphoram? † Et di
xit ad me, Vt ædificetur ei do-
mus in terra Senniar, & stabilia-
tur, & ponatur ibi super basem
suam.

CAP. VI.

1 ET conuersus sum, & leuaui o-
A culos meos, & vidi: & ecce
quatuor quadrigę egredientes de
medio duorum montium: & mōn
2 tes, montes ærei. † In quadriga pri
ma equi rufi, & in quadriga secun
3 da equi nigri: † & in quadriga ter
tia equi albi, & in quadriga quar-
4 ta equi varij * fortes. † Et respon * &
di, & dixi ad angelum qui loque-
batur in me, Quid sunt hæc Domi
5 ne mi? † Et respondit angelus, &
ait ad me, Isti sunt quatuor venti
cæli, qui egrediuntur vt stent co
6 ram dominatore omnis terræ. † In
qua erant equi nigri, egrediebān-
B tur in terram Aquilonis: & albi e-
gressi sunt post eos: & varij egressi
7 sunt ad terram Austri. † Qui autē
erant robustissimi, exierunt, &
quærebant ire & discurrere per
omnem terrā. Et dixit, Ite, pera
mbulate terram, & perambulauerūt
8 terram. † Et vocauit me, & loquu-
tus est ad me, dicens, Ecce, qui e-
grediuntur in terram Aquilonis,
requiescere fecerunt spiritum me
9 um in terra Aquilonis. † Et factū
est verbum Domini ad me, dicēs:
10 † Sume à transmigratione ab Hol
dai, & à Tobia, & ab Idaia: & veni
es tu in die illa, & intrabis domū
C Iosiæ filij Sophoniæ, qui vene-
11 runt de Babylone. † Et sumes au-
rum & argentum, & facies coro-
nas: & pones in capite Iesu filij Io
12 sedec sacerdotis magni, † & loquē
ris ad eum, dicens, Hæc ait Domi-
nus exercituum dicens: ECCE Sup 3. c. 8.
DVIR ORIENS NOMEN E- Luc. 1. g. 78
IVS: & subter eum orietur, &
13 ædificabit templum Domino. † Et
ipse extruet templum Domino:
& ipse portabit gloriam, & sede
bit, & dominabitur super solio
suo: & erit sacerdos sup solio suo,

& consilium pacis erit inter illos
14 duos. † Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo Do
15 mini. † Et qui procul sunt, venient, & ædificabunt in templo Domini, & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erit autē hoc, si auditu audieritis vocē Domini Dei vestri.

CAP. VII.

1 ET factum est in anno quarto
A Darij regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta
2 mensis noni, qui est Casseu. † Et miserunt ad domum Dei Sarafar & Rogom-melech, & viri q erant
3 cum eo, ad deprecandam faciem Domini: † vt diceret sacerdotibus domus Domini exercituū & prophetis, loquentes, Nunquid flendum est mihi in quinto mēse, vel sanctificare me debeo, sicut iā fe-
4 ci multis annis? † Et factū est verbum Dñi exercituū ad me, dicēs,
5 † Loquere ad omnem populū ter-
Isa.58.a.5. ræ, & ad sacerdotes, dicens, ‖ Cū
B ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: nunquid ieiunium ieiu-
6 nastis mihi? † & cum comedistis & bibistis: nunquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibi-
7 stis? † Nunquid nō sunt verba quę loquutus est Dñs in manu prophetarum priorum, cùm adhuc Ierusalem habitaretur, & esset opulēta, ipsa & vrbes in circuitu eius, & ad Austrum, & in campestribus
8 habitaretur? † Et factum est ver-
9 bū Dñi ad Zachariā, dicens, † Hæc ait Dñs exercituum, dicens, Iudicium verū iudicate: & misericor-
C diam & miserationes facite vnus
10 quisq; cū fratre suo. † ‖ Et viduam
Ex.22.d.22 & pupillū, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum
Ier.5.g.28. vir fratri suo non cogitet in cor-
11 de suo. † Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes: & aures suas aggrauauerunt,
12 ne audirent. † Et cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem & verba quæ misit Deus exercituum in spiritu suo per ma
D num prophetarum priorum: & facta est indignatio magna à Domi
13 no exercituum. † Et factū est sicut locutus est, & * non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam, di-
14 cit Dominus exercituum. † Et dispersi eos p omnia regna quę nesciunt: & terra desolata est ab eis, eò quòd non esset transiens & reuertens: & posuerunt terram desyderabilem in desertum.

* sicut

CAP. VIII.

1 ET factum est verbum Domini
2 exercituum, dicēs, † Hæc dicit
Sup.1.14 A Dominus exercituum, ‖ Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam.
3 † Hæc dicit Dñs exercituum, Reuersus sum ad Sion: & habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituum, mons
4 sanctificatus. † Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalē: & vir' baculus in manu e-
5 ius præ multitudine dierum. † Et plateæ ciuitatis complebuntur infantib. & puellis ludentib. in plateis eius. † Hæc dicit Dñs exercitu
6 um, Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exer-
7 cituum? † Hæc dicit Dominus exercituū: Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, & de
8 terra occasus solis. † Et adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in verita-
9 te & in iustitia. † Hæc dicit Domi
B nus exercituum, Confortētur manus vestræ qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum

tarum in die qua fundata est domus Domini exercituum, vt templum ædificaretur. † Siquidem an
10 te dies illos merces hominũ non erat, nec merces iumentorũ erat, neque introeunti neque exeunti erat pax præ tribulatione, & dimisi omnes homines vnumquem
11 que contra proximũ suum. † Nũc autem non iuxta dies priores ego
12 faciã reliquijs populi huius, dicit Dominus exercituum, † sed semen pacis erit: vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cæli dabunt rorem suum, & possidere faciam reliquias populi
13 huius vniuersa hæc. † Et erit: sicut eratis maledictio in Gentibus, C domus Iuda & domus Israel: sic saluabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestræ. † Quia hæc dicit Do-
14 minus exercituum, Sicut cogitaui vt affligerem vos, cùm ad ira cundiam prouocassent patres vestri me, dicit Dominus*, & non
15 sum misertus: † sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam domui Iuda & Ierusalem: noli
16 te timere. † Hæc sunt ergo verba quæ facietis, ‖ Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: veritatem & iudicium pa
17 cis iudicate in portis vestris. † Et vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis: omnia enim
18 hæc sunt quæ odi, dicit Dominus.
19 † Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens, † Hæc dicit Dominus exercituum, ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in D gaudium & lætitiam & in solennitates præclaras: veritatem tan-
20 tum & pacem diligite. † Hæc dicit Dominus exercituum, Vsque-
21 quo veniãt populi, & habitent in ciuitatibus multis, † & vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes, Eamus & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum
22 exercituum, vadam etiam ego. † Et venient populi multi, & Gentes robustæ ad quærendum Dominũ exercituum in Ierusalem, & de-
23 precandam faciem Domini. † Hæc dicit Dominus exercituum, In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

CAP. IX.

1 ONus verbi Domini in terra A Hadrach & Damasci requiei eius: quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Isra-
2 el. † Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon assumpserunt quippe sibi sapientiam val-
3 de. † Et ædificauit Tyrus munitionem suam, & coacernauit argentum quasi humum, & aurum vt lu-
4 tum platearum. † Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc ig-
5 ni deuorabitur. † Videbit Ascalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confusa est spes eius: & peribit rex de Gaza, & Ascalon non ha-
6 bitabitur. † Et sedebit separator in Azoto, & disperdam superbi-
7 am Philisthinorum. † Et auferam B sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dẽtium eius: & relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæ-
8 us. † Et circundabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & reuertentes, & non transibit super eos vltra exactor: quia nunc
9 vidi in oculis meis. † ‖ Exulta satis Es. 62. d. 11.
filia Sion, iubila filia Ierusalem: Mat. 21. 5.
ECCE REX TVVS veniet tibi iustus & saluator ipse pauper

&

* exercitu ſtri me, dicit Dominus, Ioan 5.

Eph. 4. f. 25.

asinam & ascendens super asinum' & su
10 per pullum filium asinæ. † Et dis
C perdam' quadrigam ex Ephráim,
dispergã & equum de Ierusalem, & dissipa
9. bitur arcus belli:& loquetur pacẽ
Gentibus,& potestas eius à mari
vsque ad mare,& à fluminibus vs-
11 que ad fines terræ. † Tu quoq; in
sanguine testamenti tui emisisti
vinctos tuos de lacu in quo nõ est
12 aqua. † Conuertimini ad munitio
nem vincti spei,hodie quoq; an-
nuntians duplicia reddam tibi.
13 † Quoniam extendi mihi Iudam
quasi arcũ,impleui Ephráim:& su
scitabo filios tuos Sion super fili-
os tuos Græcia,& ponam te quasi
14 gladium fortium. † Et Dominus
Deus super eos videbitur, & exi-
bit,vt fulgur iaculum eius:& Do-
minus Deus in tuba canet, & va-
15 det in turbine Austri. † Dominus
D exercituum proteget eos:& deuo
rabũt,& subijciẽt lapidib.fundæ:
& bibẽtes inebriabuntur quasi à
vino,& replebuntur vt phialæ, &
16 quasi cornua altaris. † Et saluabit
eos Dñs Deus eorum in die illa,
vt gregem populi sui:quia lapides
sancti eleuabuntur super terram
17 eius.† Quid enim bonum eius est,
& quid pulchrum eius nisi frumẽ
tum electorum,& vinum germi-
nans virgines?

CAP. X.

1 PEtite à Domino pluuiam in tẽ
A pore serotino,& Dominus fa-
ciet niues,& pluuiam imbris da-
bit eis,singulis herbam in agro.
2 † Quia simulachra locuta sunt inu
tile,& diuini viderunt mendaciũ,
& somniatores locuti sunt frustrà:
vanè consolabantur: idcircò ab-
ducti sunt quasi grex : affligen-
3 tur,quia non est eis pastor. † Su-
per pastores iratus est furor meus,
& super hircos visitabo:quia visi-
B tauit Dominus exercituum gre-
gem suum domum Iuda,& posuit
eos quasi equũ gloriæ suæ in bel-
4 lo. † Ex ipso angulus,ex ipso paxil
lus,ex ipso arcus prælij, ex ipso e-
gredietur omnis exactor simul.
5 † Et erũt quasi fortes,cõculcantes
lutũ viarũ in prælio : & bellabũt,
quia Dominus cum eis:& confun
6 dentur ascensores equorum. † Et
cõforrabo domum Iuda, & domũ
Ioseph saluabo:& conuertam eos,
quia miserebor eorum:& erunt si
cut fuerunt quando non proiece-
ram eos:ego enim Dominus De-
7 eorum,& exaudiam eos.† Et erũt
C quasi fortes Ephráim,& lætabitur
cor eorũ quasi à vino:& filij eorũ
videbunt,& lætabuntur,& exul-
8 tabit cor eorum in Domino. † Si-
bilabo eis, & cõgregabo illos, qa
redemi eos:& multiplicabo eos si
9 cut ante fuerant multiplicati.† Et
seminabo eos in populis,& délon
gè recordabuntur mei : & viuent
10 cum filijs suis,& reuertentur. † Et
reducam eos de terra-Ægypti, &
de Assyrijs congregabo eos : & ad
terram-Galaad & Libani adducã
eos: & non inuenietur eis locus:
11 † & transibit in maris freto,& per
D cutiet in mari fluctus, & confun-
dentur omnia profunda flumi-
nis:& humiliabitur superbia As-
sur,& sceptrum Ægypti recedet.
12 † Confortabo eos in Domino, &
in nomine eius ambulabunt: di-
cit Dominus.

CAP. XI.

1 APeri Libane portas tuas, & co
2 medat ignis cedros tuas.† Vlu
A la abies,quia cecidit cedrus,quo-
niam magnifici vastati sunt: vlu-
late quercus Basan,quoniam suc-
3 cisus est saltus munitus. † Vox vla
tus pastorũ, quia vastata est ma-
gnificentia eorum : vox rugitus
leonum,quoniã vastata est super-
4 bia Iordanis. † Hæc dicit Domi-
Deus meus, Pasce pecora occisio-
5 nis,† quæ qui possederant,occide-
bant, & non dolebant: & vende-
bant ea, dicentes,Benedictus Do
minus:

minus, diuites facti sumus, & pastores eorum non parcebant eis.
6 † Et ego non parcam vltrà super habitantes terram, dicit Dominus: ecce ego tradam homines, vnumquemque in manum proximi sui, & in manu regis sui, &
B concident terram, & non eruam
7 de manu eorum. † Et pascam pecus occisionis propter hoc ô pauperes gregis, & assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decórem, & alteram vocaui Funiculum, &
8 paui gregem. † Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis: siquidem &
Ier.13.a.2. 9 anima eorum variauit in me. † Et dixi, Non pascam vos, quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur, & reliqui deuorent vnusquisque carnem proxi-
10 mi sui. † Et tuli virgam meam quę
C vocabatur Decus, & abscidi eam, vt irritum facerem fœdus meum quod percussi cum omnibus po-
11 pulis. † Et in irritum deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est.
12 † Et dixi ad eos, Si bonum est in Mat.27.a.9 oculis vestris, afferte mercedem meam, & si non, quiescite. ¶ Et appenderunt mercedem meam
13 triginta argenteos. † Et dixit Dominus ad me, Proijce illud ad statuarium decórum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini, ad statuariũ.
14 † Et præscidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, vt dissoluerem germani-
15 tatem inter Iudam & Israel. † Et
D dixit Dominus ad me, Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. † Quia
16 ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dis-
17 soluet. † O pastor & idólum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius: brachium eius aridi tate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

CAP. XII.

1 ONus verbi Domini super Is-
A rael, Dicit Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in
2 eo. † ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: sed & Iuda erit in obsidione cõtra Ierusalem.
3 † Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, concisione lacerabuntur, & colligentur aduersus eam omnia te-
4 gna terræ. † In die illa dicit Do-
B minus, percutiã omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam, & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percu-
5 tiam cæcitate. † Et dicent duces Iuda in corde suo, Confortentur mihi habitatores Ierusalẽ in Domino exercituum Deo eorum.
6 † In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut "facem" ignis in fœno, & de- "fascem 4.
uorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu, & habitabitur Ierusalem rursus
7 in loco suo in Ierusalem. † Et saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in principio: vt non magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem
8 contra Iudam. † In die illa pro-
C tege Dominus habitatores Ierusalem, & erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid, & domus Dauid quasi Dei, sicut angelus Do
9 mini in conspectu "eorum". † Et "eius.
erit in die illa: quæram conterere omnes gentes quæ veniunt contra

tra Ierusalem. † Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gra-
Ioha.19.g. tiæ & precum: & ‖ aspicient ad
37. me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebit super eum vt doleri solet in morte primogeni-
11 ti. † In die illa magnus erit plan-
2. Par. (D ctus in Ierusalem, ‖ sicut planctus
35.d.22. Adadremmon in campo Mageddon. † Et planget terra, familiæ
12 & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres
13 eorum seorsum: † familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Leui seorsum, & mulierescorũ seorsum: familiæ Semei seorsum, &
14 mulieres eorum seorsum. † Omnes familiæ reliquę, familię & familiæ seorsum, & mulieres eorũ seorsum.

CAP. XIII.

1 IN die illa erit fons patens do-
A mui Dauid & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccato-
2 ris & menstruatę. † Et ‖ erit in die
Ezech. 30. illa, dicit Dominus exercituum,
d.32. Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltrà, & pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de ter-
3 ra. † Et erit: cùm prophetauerit quispiam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum, Non viues, quia mẽdacium locutus es in nomine Domini, & configent eum pater eius & mater eius, genitores eius cùm pro-
4 phetauerit. † Et erit in die illa,
B confundentur prophetæ vnusquisque ex visione sua cùm prophetauerit, nec operientur pal-
5 lio saccino, vt mentiantur: † sed dicet, Non sum propheta, homo agricola ego sum: quonlam Adam exemplum meum ab adolescen-
6 tia mea. † Et dicetur ei, Quid sunt
C plagę istę in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebant
7 me. † Phramea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: ‖ percute pastorem, Matth.26. c.31. Mar.14.c. 27. dispergentur. &dispergentur oues, & cõuertam
8 manum meam ad paruulos. † Et
D erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duæ in ea dispergentur & deficient, & tertia pars re-
9 linquetur in ea. † Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos sicut probatur au u n. Ipse vocabit nomẽ meum, & ego exaudiam eum. * Dicam, Populus meus es, & ipse dicet, Dominus Deus meus. * &.

CAP. XIIII.

1 ECce venient dies Domini, & diuidentur spolia tua in me-
2 dio tui. † Et congregabo omnes
A gentes ad Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur, & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum
3 populi non auferetur ex vrbe. † Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas sicut prælia-
4 tus est in die certaminis. † Et stabunt pedes eius in die illa super Montem oliuarũ qui est contra Ierusalem ad Orientẽ, & scindetur Mons oliuarum ex media parte sui ad Orientem & ad Occidentem præruptu grandi valde, & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium e-
5 ius ad Meridiem. † Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam coniungetur vallis montium vsq; ad proximum, & fugie-
B tis sicut fugistis ‖ à facie terræmo- Amos 1. tus in diebus Oziæ regis Iuda, & 2.1. veniet Dominus Deus meus omnesque sancti cum eo. † Et erit in
6 die illa, non erit lux, sed frigus &
7 gelu. † Et erit dies vna quæ nota est

est Domino, nō dies neq; nox: & 7 in tempore vesperi erit lux. † Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem, medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouissimum in æstate & in hyeme erunt. † Et erit 9 Dominus rex super omnem terram: in die illa erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum. 10 Et reuertetur omnis terra vsq; ad desertum, de colle Remmon ad Austrum Ierusalem, & exaltabitur, & habitabit in loco suo, à porta Ben-iamin vsque ad locum portæ prioris vsq; ad portam angulorum, & à turre Hananeel vsque ad torcularia regis. † Et habi- 11 tabunt in ea, & anathema non erit amplius: sed sedebit Ierusa- 12 lem secura. † Et hęc erit plaga qua C percutiet Dominus omnes gentes quæ pugnauerunt aduersus Ierusalem. Tabescet caro vniuscuiusq; stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum 13 contabescet in ore suo. † In die illa erit tumultus Domini magnus in eis, & apprehendet vir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui. 14 † Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem, & congregabuntur diuitiæ omnium gentium in circuitu, aurum & argentum, & vestes 15 multæ satis. † Et sic erit ruina equi & muli & cameli & asini, & omnium iumentorum quæ fuerint 16 in castris illis, sicut ruina hæc. † Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus quæ venerunt cōtra Ierusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorent regem Dominum exercituum, & celebrent 17 festiuitatem tabernaculorum. † Et erit: qui non ascenderit de familijs terræ ad Ierusalem, vt adoret regem Dominum exercituum, nō 18 erit super eos imber. † Quòd & si D familia Ægypti non ascenderit, & non venerit: nec super eos erit, sed erit ruina qua percutiet Dominus omnes gentes quæ non ascenderint ad celebrandam festi- 19 uitatem tabernaculorum. † Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium quæ nō ascenderint ad celebrandam fe- 20 stiuitatem tabernaculorum. † In die illa erit quod super frænum equi est, sanctum Domino, & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari. † Et erit 21 omnis lebes in Ierusalem & in Iuda sanctificatus Domino exercituum, & venient omnes immolātes, & sument ex eis, & coquent in eis, & non erit mercator vltrà in domo Domini exercituum in die illo.

PRO-

PROPHETIA MALACHIÆ.

CAP. I.

1 A 2 *prophetę

ONus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ*. † Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis, In quo dilexisti nos? Nónne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, ‖ & dilexi Iacob, † Esau autem odio habui? & posui* montes eius in solitudinē, & hæreditatem eius in dracones

Ro. 9. c. 13.

* Scir.



4 deserti. † Quòd si dixerit Idumęa, Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt: hæc dicit Dominus exercituum, Isti ædificabunt, & ego destruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Do-
5 minus vsq; in æternum. † Et oculi
B vestri videbunt, & vos dicetis: Magnificetur Dominus super termi-
6 num Israel. † Filius honorat patrem, & seruus dominum suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum? ad vos o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus no-
7 men tuum? † Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis, Mensa Domini de-
8 specta est. † Si offeratis cæcum ad
C immolandum, nónne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nónne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, di-
9 cit Dominus exercituū. † Et nunc deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri (de manu enim vestra factum est hoc) si quo modo

do suscipiat facies vestras, dicit
10 Dominus exercituum. † Quis est
in vobis qui claudat ostia, & incē
dat altare meum gratuito? non
est mihi voluntas in vobis, dicit
Dominus exercituum: & munus
non suscipiam de manu vestra.
11 † ‖ Ab ortu enim solis vsque ad
Occasum, magnum est nomen
meum in Gentibus, & in omni
loco sacrificatur, & offertur no-
mini meo oblatio munda: quia
magnum est nomen meum in
Gentibus, dicit Dominus exerci-
12 tuum. † Et vos polluistis illud in
D eo quòd dicitis, Mensa Domini
contaminata est: & quod superpo
nitur, contemptibile est cū igne
13 qui illud deuorat. † Et dixistis, Ec-
ce de labore, & exufflastis illud,
dicit Dominus exercituum, & in
tulistis de rapinis claudum & lā-
guidum, & intulistis munus. nun
14 quid suscipiam illud de manu ve-
stra, dicit Dominus? † Maledictus
dolosus, qui habet in grege suo
masculum, & votum faciens im-
molat debile Domino: quia rex
magnus ego, dicit Dominus exer
cituum, & nomen meum horri-
bile in Gentibus.

CAP. II.

1 ET nunc ad vos mandatū hoc
2 ô sacerdotes. † ‖ Si nolueritis
A audire, & si nolueritis ponere su-
per cor vt detis gloriam nomini
meo, ait Dominus exercituum,
mittam in vos egestatem, & ma-
ledicam benedictionibus vestris,
& maledicam illis: quoniam non
3 posuistis super cor. † Ecce ego
proijciam vobis brachium, & di-
spergam super vultum vestrum
stercus solennitatū vestrarum, &
4 assumet vos secum. † Et scietis
quia misi ad vos mandatū istud:
vt esset pactum meum cum Leui,
5 dicit Dominus exercituum. † Pa-
ctum meum fuit cum eo vitæ &
pacis: & dedi ei timorem: & timu
it me, & à facie nominis mei pa
6 uebat. † Lex veritatis fuit in ore
B eius, & iniquitas nō est inuenta
in labijs eius: in pace & in æqui-
tate ambulauit mecum, & mul-
7 tos auertit ab iniquitate. † Labia
enim sacerdotis custodient scien
tiam, & legem requirent ex ore
eius: quia angelus Domini exer-
8 cituum est. † Vos autem recessistis
de via, & scandalizastis plurimos
in lege: irritum fecistis pactum
Leui, dicit Dominus exercituum.
9 † Propter quod & ego dedi vos
cōtemptibiles, & humiles omni-
bus populis, sicut non seruastis
vias meas, & accepistis faciē in le
10 ge. † ‖ Nunquid non pater vnus Ma.21.b.9
omniū nostrū? nunquid non De⁹ Eph.4.a.5.
vnus creauit nos? quare ergo de-
spicit vnusquisq; 'nostrū' fratrem 'vestrum
suum, violans pactum patrum ve-
11 strorum? † Transgressus est Iuda,
C & abominatio facta est in Israel
& in Ierusalem: quia contamina-
uit Iudas sanctificationem Do-
mini, quam dilexit, & habuit fili-
12 am Dei alieni. † Disperdet Domi-
nus virum qui fecerit hoc, magi-
strum & discipulum de 'taberna- 'tabernā-
culis Iacob, ‖ offerentem munus culo
13 Domino exercituū. † Et hoc rur- Am.5.f.22
sum feciſtis, operiebatis lachry-
mis altare Domini, fletu & mugi-
tu, ita vt non respiciam vltrà ad
sacrificium, nec accipiam placabi
14 le quid de manu vestra. † Et dixi-
stis, Quam ob causam? quia Dñs
testificatus est inter te & vxorem
pubertatis tuæ, quam tu despexi-
sti: & hæc particeps tua, & vxor
15 fœderis tui. † Nonne vnus fecit,
D & residuum spiritus eus est? Et
quid vnus quærit, nisi semē Dei?
Custodite ergo spiritum vestrū,
& vxorem adolescentiæ tuæ noli
16 despicere. † Cum odio habueris,
dimitte, dicit Dominus Deus Is-
rael: operiet aūt iniquitas vesti-
mentū eius, dicit Dominus exer-
cituū, custodite spiritum vestrū.

17 & nolite despicere. † Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris. Et dixistis, In quo eum fecimus laborare? In eo quòd dicitis, Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: aut certè vbi est Deus iudicij?

CAP. III.

1 ECce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante
A faciem meam. Et statim veniet
Ma.11.b.10 ad templum suum Dominator
Mar.1.a.2. quem vos quæritis, & angelus te-
Lu.1.b.17. & 7. d. 27. stamenti, quem vos vultis. Ecce
Ps.131.d.17 venit, dicit Dominus exercituũ:
2 † & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba
3 fullonum: † & sedebit conflans & emũndans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erũt Domino offerentes sacrificia in
4 iustitia. † Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusalem sicut dies seculi & sicut anni antiqui.
5 † Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedẽ mercenarij, * viduas & pupillos, & opprimũt peregrinũ, nec timuerunt me, dicit
6 Dominus exercituũ. † Ego enim Dominus, & non mutor: & vos fi-
7 lij Iacob non estis cõsumpti. † A
B diebus enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis, & non
Zach.1.a.3. custodistis. ‖ Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis: In quo
8 reuertemur? † Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis, In quo configimus te?
9 In decimis, & in primitijs. † Et in
C penuria vos maledicti estis, & me
10 vos configitis gens tota. † Inferte omnem decimam in horreũ: & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictio
11 nẽ vsq; ad abundantiã, † & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet frũctum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.
12 † Et beatos vos dicent omnes gẽtes: eritis enim vos terra desyderabilis, dicit Dominus exercituum. † ‖ Inualuerunt super me ver-
13 ba vestra, dicit Dominus. † Et di-
D xistis, Quid locuti sumus contra te? Dixistis, Vanus est qui seruit
Deo: & quod emolumentũ quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram
15 Dño exercituum? † ergo nũc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes impietatẽ, & tentauerunt Deum & salui
16 facti sunt. † Tunc locuti sunt timentes Dominum vnusquisque cũ proximo suo: & attendit Dñs, & audiuit: & scriptus est liber monimenti corã eo timẽtibus Dñm,
17 & cogitantibus nomen eius. † Et erunt mihi, ait Dñs exercituum, in die qua ego facio in peculium: & parcã eis, sicut parcit vir filio
18 suo seruienti sibi. † Et conuertemini, & videbitis quid sit inter iustum & impium: & inter seruientem Deo, & non seruientẽ ei.

CAP. IIII.

1 ECce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt om-
A nes superbi, & omnes facientes
impietatem stipula: & inflãmabit
eos dies veniens, dicit Dominus
exercituum, quæ nõ derelinquet
2 eis radicem & germen. † ‖ Et orietur vobis timentibus nomẽ meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis
3 sicut vituli de armento. † Et calca-
B bitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exer-

Ioa.11.b.14 Esa.58.a.2.

Za.3.c.8.9. d.11. Lu.1.g.78

4 exercituum. † ‖ Mementote legis
Exod.20. Deu 4.56. Moysi serui mei, quam mandaui
5 ei in Horeb ad omnem Israel præ
cepta & iudicia. † ‖ Ecce ego mit
tam vobis Eliam prophetam, an
tequam veniat dies Dñi magnus Mat. 11. b.
6 & horribilis. † Et conuertet cor pa- 24.17.b.10.
trũ ad filios, & cor filiorũ ad pa- Mar.9.b.12
tres eorũ: ne forte veniam, & per Lu.1.b.17.
cutiam terram anathemate. 9.2.2.

LIBER PRIMVS MACHABÆORVM.

CAP. I.

1 A
ET factum est, postquã
percussit Alexander
Philippi Macedo, qui
primus regnauit in
Græcia, egressus de
terra Cethim, Darium regẽ Per-
2 sarum & Medorum: † constituit
prælia multa, & obtinuit omni-
um munitiones, & interfecit re-
3 ges terræ, † & pertransijt vsq; ad
fines terræ, & accepit spolia mul-
titudinis Gentium: & siluit terra
4 in conspectu eius. † Et congrega-
uit virtutem, & exercitum for-
tem nimis: & exaltatum est & ele
5 uatum cor eius: & obtinuit regio
nes Gentium, & tyrannos: & facti
6 sunt illi in tributũ. † Et post hæc
decidit in lectum, & cognouit
7 quia moreretur. † Et vocauit pue-
ros suos nobiles, qui secum erant
nutriti a iuuentute: & diuisit illis
8 regnum suum, cùm adhuc viue-
9 ret. † Et regnauit Alexander an-
nis duodecim, & mortuus est. † Et
10 obtinuerunt pueri eius regnum,
vnusquisq; in loco suo: † & impo-
suerunt omnes sibi diademata
post mortem eius, & filij eorum
post eos annis multis, & multipli
11 cata sunt mala in terra: † Et exijt
B ex eis radix peccatrix Antiochus
peccat. illustris, filius Antiochi regis qui
fuerat Romæ obses, & regnauit
in anno centesimo tricesimosep-
12 timo regni Græcorum. † In die-
bus illis exierunt ex Israel filij ini
qui, & suaserunt multis, dicentes,
Eamus, & disponamus testamen-
tum cum Gentibus quæ circa nos
sunt, quia ex quo recessimus ab
eis, inuenerunt nos multa mala.
13 † Et bonus visus est sermo in ocu-
14 lis eorum. † Et destinauerunt ali-
qui de populo, & abierunt ad re-
gem: & dedit illis potestatem, vt
15 facerent iustitiam Gentium. † Et
ædificauerunt gymnasiũ in Iero-
solymis secundũ leges nationũ:
16 † Et fecerunt sibi præputia, & re-
cesserunt à testamento sancto, &
iuncti sunt Nationibus, & vænũ-
17 dati sunt vt facerent malũ. † Et pa
ratum est regnũ in conspectu An-
tiochi, & cœpit regnare in terra
Ægypti, vt regnaret super duo re
18 gna. † Et intrauit in Ægyptum in
C multitudine graui, in curribus &
elephantis, & equitibus, & co-
19 piosa nauiũ multitudine: † & cõ-
stituit bellũ aduersus Ptolemæũ
regẽ Ægypti, & veritus est Ptole-
mæus à facie eius, & fugit, & cecide-
20 rũt vulnerati multi. † Et cõprehẽ-
dit ciuitates munitas in terra Æ-
gypti: & accepit spolia terræ Æ-
21 gypti. † Et cõuertit Antiochus, post
quã percussit Ægyptũ in cẽtesimo
& quadragesimo & tertio anno:
22 & ascẽdit ad Israel, † & ascẽdit Ie-
rosolymã in multitudine graui.
23 † Et intrauit in sanctificationẽ cũ
superbia, & accepit altare aureum,
& candelabrũ luminis, & vniuer
sa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, &

mortariola aurea,& velum,& coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat:& com
24 minuit omnia. † Et accepit argē- tum & aurum & vasa concupiscibilia: & accepit thesauros occultos quos inuenit: & sublatis om-
25 nibus abijt in terram suam. † Et fecit cædem hominum, & locu-
26 tus est in superbia magna.† Et factus est planctus magnus in Isra-
27 el,& in omni loco eorum:† & ingemuerunt principes &seniores, & iuuenes, & virgines infirmati sunt: & speciositas mulierum
28 immutata est. † Omnis maritus sumpsit lamentum: & quæ sedebant in thoro maritali, lugebāt:
29 † & commota est terra super habitantes in ea,& vniuersa domus
30 Iacob induit confusionem. † Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum
31 turba magna. † Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & cre-
32 diderūt ei.† Et irruit super ciuitatem repentè, & percussit eā plaga magna, & perdidit populum
33 multum ex Israel.† Et accepit spolia ciuitatis: & succendit eā igni, & destruxit domos eus,& muros
34 eius in circuitu:† & captiuas duxerunt mulieres,& natos, & pe-
35 cora possederunt. † Et ædificauerūt ciuitatē Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis,& fa-
36 cta est illis in arcē:† & posuerunt illic gentē peccatricem viros ini-
37 quos, & conualuerunt in ea.† &
E posuerunt arma,& escas, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illic: & facti sunt in
38 laqueum magnum. † Et factum est hoc ad insidias sanctificationis,& in diabolum malum in Is-
39 rael:† & effuderūt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt
40 sanctificationem. † Et fugerunt habitatores Ierusalem propter
41 eos,& facta est habitatio exterorum, & facta est extera semini suo,& nati eius reliquerunt eam.
41 † Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, ‖ dies festi eius cōuersi sunt in luctum, sabbatha eius in opprobrium, honores ei-
42 ius in nihilum. † Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius cōuersa est in luctum. † Et scripsit
43 rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus, vnus: & relinqueret vnusquisque legem
44 suam. † Et consenserunt omnes gentes secundum verbum regis
45 Antiochi : † & multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coin-
46 quinauerunt sabbathum.† Et mi-
F sit rex libros per manus nuntiorum in Ierusalem & in omnes ciuitates Iudæ: vt sequerentur le-
47 ges Gentium terræ,† & prohiberent holocausta & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei,
48 † & prohiberent celebrari sabbathū,& dies solennes.† & iussit co-
49 inquinari sancta, & sanctum populum Israel. † Et iussit ædificari
50 aras,& templa,& idola,& immolari carnes suillas,& pecora com-
51 munia,† & relinquere filios suos incircunciſos,& coinquinari animas eorum in omnibus immunditijs & abominationibus, ita vt
52 obliuiscerētur legē,&immutarēt omnes iustificationes Dei. † Et
quicunque non feciſſent secundū verbum regis Antiochi, mo-
53 rerentur.† Secundū omnia verba hæc scripsit omni regno suo: & præposuit principes populo qui
54 hęc fieri cogerēt. † Et iusserūt ci-
55 uitatibus Iudæ sacrificare.† Et cōgregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legē Dñi:
56 & fecerunt mala super terram:† &
G effugauerunt populum Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorum locis. † Die quintadecima

mensis

mensis Casseu, quinto & quadra-
54.10. gesimo & centesimo anno ædificauit rex Antiochus abominandũ idolum desolationis super altare
Dei, & per vniuersas ciuitates Iudæ in circuitu ædificauerunt a-
58 ras, † & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura,
59 & sacrificabant. † & libros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos; † & apud quemcunque
60 inueniebantur libri testamenti Domini, & quicunque obseruabat legem Domini, secundum edictum regis trucidabant eum.
61 † In virtute sua faciebant hæc populo Israel qui inueniebatur in
62 omni mense & mense in ciuitatibus. † Et quinta & vicesima die
63 mensis sacrificabant super aram quæ erat contra altare. † Et mulieres quæ circuncidebant filios
64 suos, trucidabantur secundum iussum regis Antiochi, † & suspendebant pueros à ceruicibus per
vniuersas domos eorum: & eos qui circunciderant illos tru-
65 cidabant. † Et multi de populo Israel definierunt apud se, vt nõ manducarent immunda: & elegerunt magis mori quàm cibis
66 coinquinari immundis: † & noluerunt infringere legem Dei
67 sanctam, & trucidati sunt, † & facta est ira magna super populum valde.

CAP. II.

1 IN diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis filij Simeonis, sacerdos ex filijs Ioarim ab
2 Ierusalem, & consedit in monte Modin, † & habebat filios quin-
3 que, Iohannem, qui cognominabatur Gaddis, † & Simonem, qui
4 cognominabatur Thasis, † & Iudam, qui vocabatur Machabæus,
5 † & Eleazarum, qui cognominabatur Abaron, & Ionathan qui
6 cognominabatur Apphus. † Hi viderunt mala quæ fiebant in po-
7 pulo Iuda & in Ierusalem. † Et dixit Mathathias: Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cùm datur in manibus inimicorum?
8 † Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut ho-
9 mo ignobilis. † Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in platéis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio ini-
10 micorum. † Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obti-
11 nuit spolia eius? † Omnis compositio eius ablata est. Quæ erat libe-
12 ra, facta est ancilla. † Et ecce sancta
B nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & co-
13 inquinauerunt ea gentes. † Quò
14 ergo nobis adhuc viuere? † Et scidit vestimenta sua Mathathias, & filij eius, & operuerunt se cilicijs,
15 & planxerunt valde. † Et venerũt illuc, qui missi erant à rege Antiocho, vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à
16 lege Dei discedere. † Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos, sed Mathathias & filij eius constanter steterunt.
17 † Et respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ, Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & or-
18 natus filijs & fratribus. † ergo accede prior, & fac iussum regis, sicut fecerunt omnes gentes, & viri Iuda, & qui remanserunt in Ierusalem: & eris tu, & filij tui inter amicos regis, & amplificatus auro & argento, & muneribus mul-
19 tis. † Et respondit Mathathias, & dixit magna voce: Etsi omnes gẽtes regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & con-
20 sentiant mandatis eius: † ego & filij mei, & fratres mei obedie-
21 mus legi patrũ nostrorum. † pro-

pitius sit nobis Deus, non est nobis vtile relinquere legem & iu-
22 stitias Dei, † non audiemus verba
C regis Antiochi, nec sacrificabimꝰ,
transgredientes legis nostræ man-
23 data, vt eamus altera via. † Et vt
cessauit loqui verba hæc, accessit
quidam Iudæus in omnium ocu-
lis sacrificare idolis super aram in
ciuitate Modin secundum iussum
24 regis † & vidit Mathathias, & do-
luit, & cõtremuerunt renes eius,
& accensus est furor eius secun-
dum iudicium legis, & insiliens
25 trucidauit eum super aram: † sed
& virum quem rex Antiochꝰ mi-
serat, qui cogebat immolare, oc-
cidit in ipso tempore, & aram de-
26 struxit, † & zelatus est legem Si- Nu. 25. b. 7
cut fecit Phinees Zamri filio Sa- c. 13.
lomi. † Et exclamauit Mathathias
27 voce magna in ciuitate dicens:
Omnis qui zelum habet legis sta-
tuens testamentum, exeat post



28 me. † Et fugit ipse, & filij eius in
montes, & reliquerunt quæcun-
29 que habebant in ciuitate. † Tunc
descenderunt multi quærentes iu
dicium & iustitiam, in desertum,
30 † & sederunt ibi ipsi, & filij eius, &
mulieres eorũ, & pecora eorum,
ᵃ indura- quoniam ᵃ inundauerunt ᵇ super
uerunt 31. eos mala. † Et renuntiatum est vi-
ris regis, & exercitui qui erant in
D Ierusalem ciuitate Dauid, quoni-
am discessissent viri quidam, qui
dissipauerunt mandatum regis in
loca occulta in deserto, & abiss-
32 sent post illos multi. † Et statim
perrexerunt ad eos, & constitue-
runt aduersus eos prælium in die
33 sabbathorum, † & dixerunt ad e-
os, Resistitis & nunc adhuc exite,
& facite secundum verbum regis
34 Antiochi, & viuetis. † Et dixerunt:
Non exibimus, neque faciemus
verbum regis, vt polluamus diem
35 sabbathorum. † Et concitauerunt
aduersus eos prælium. † Et non
responderunt eis, nec lapidem mi-
serunt in eos, nec oppilauerunt
37 loca occulta, † dicentes: Moria-
mur omnes in simplicitate no-
stra: & testes erunt super nos cæ-
lum & terra quod iniuste perdi-
38 tis nos. † Et intulerunt illis bel-
lum sabbathis: & mortui sunt ipsi
& vxores eorum, & filij eorum

& pecora eorum vsque ad mille
39 animas hominum. † Et cognouit Mathathias & amici eius, & luctum habuerunt super eos val-
40 de. † Et dixit vir proximo suo, Si omnes fecerimus sicut fratres nostri, fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris & iustificationibus nostris: nunc citius disperdent nos de terra. † Et cogitaue-
41 E runt in die illa dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die sabbathorum, pugnemus aduersus eum: & non moriemur omnes sicut mortui sunt fra-
42 tres nostri in occultis. † Tunc congregata est ad eos synagoga Asidæorum 3. Iudæorum fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege:
43 † & omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti
44 sunt illis ad firmamentum. † Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua, & cæteri fugerunt ad natio-
45 nes, vt euaderent. † Et circuiuit
46 Mathathias, & amici eius, & destruxerunt aras: † & circunciderunt pueros incircuncisos quot-
47 quot inuenerunt in finibus eorum: & in fortitudine. † Et persecuti sunt filios superbiæ, & pro-
48 speratum est opus in manibus eorum: † & obtinuerunt legem de manibus gentium, & de manibus
49 regum: & non dederunt cornu peccatori. † Et appropinquaue-
F runt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filijs suis, Nunc confortata est superbia, & castigatio, &
50 tempus euersionis, & ira indigna-
tionis. † Nunc ergo ô filij æmulatores estote legis, & date animas
51 vestras pro testamẽto patrum vestrorum, † & mementote operum patrum quæ fecerunt in gene-
rationibus suis, & accipietis gloriã
52 magnam, & nomen æternũ. † ‖ Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis, & reputatum
53 est ei ad iustitiam? † Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuit
mandatum: & factus est domi-
54 nus Ægypti. † ‖ Phinees pater noster, zelando zelum Dei, accepit
testamentum sacerdotij æterni.
55 † ‖ Iesus dum impleuit verbum,
56 factus est dux in Israel. † ‖ Caleb dum testificatur in ecclesia, acce-
57 pit hæreditatem. † ‖ Dauid in sua
misericordia consecutus est se-
58 dem regni in secula. † ‖ Elias dum zelat zelum legis, receptus est in
59 cælum. † ‖ Ananias, & Azarias, & Misael, credentes, liberati sunt de
60 flamma. † ‖ Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leo-
61 num. † Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui sperant in eum, non
62 infirmantur. † Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria
63 eius, stercus & vermis est: † hodie
G extollitur, & cras nõ inuenietur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt. † Vos
64 ergo filij cõfortamini, & viriliter agite in lege: quia in ipsa glorio-
65 si eritis. † Et ecce Simõ frater vester, scio quòd vir consilij est: ipsum audite semper, & ipse erit
66 vobis pater. † Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua,
67 sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi. † Et adducetis ad vos omnes factores legis:
68 & vindicate vindictam populi vestri. † Retribuite retributionem Gentibus, & intendite in
69 præceptum legis. † Et benedixit eos, & appositus est ad patres suos. † Et defunctus est anno centesimo & quadragesimo sexto: &
70 sepultus est à filijs suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

Ge.41.c.40
Nu. 25. b. 7.c.13.
Eccl. 45. d. 18.
Ios.1.a.2.
Iud.14.a.6.
Ios. 14. d. 14.
2.Reg.2.a. 4.
4. Reg. 2. b.11.
Dan. 3. b. 16.c. 24.
Dan.9.f.22

*cùm fecerit quæ in lege à Domino Deo vestro.

CAP. III.

1 ET surrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro
2 eo, † & adiuuabant eum omnes
A fratres eius, & vniuersi qui se cõiunxerant patri eius, & prælia-
bantur prælium Israel cum lætitia.
3 †Et dilatauit gloriã populo suo, & induit se loricam sicut gigas,
& succinxit se arma bellica sua
in prælijs, & protegebat castra gla
4 dio suo. † Similis factus est leoni
in operibus suis, & sicut catulus
5 leonis rugiens in venatione. †Et
persequutus est iniquos perscrutans eos : & qui conturbabant
populum suum, eos succendit
6 flammis, † & repulsi sunt inimici
eius præ timore eius, & omnes
operarij iniquitatis conturbati
sunt : & directa est salus in ma-
7 nu eius. † Et exacerbabat reges
multos, & lætificabat Iacob in
operibus suis, & in seculum me-
8 moria eius in benedictione. †Et
perambulabat ciuitates Iuda, &
perdidit impios ex eis, & auer-
9 tit iram ab Israel. † Et nomina-
B tus est vsque ad nouissimum ter-
10 ræ, & congregauit pereuntes. † Et
congregauit Apollonius Gentes,
& à Samaria virtutem multam &
magnam, ad bellandum contra Is
11 rael. † Et cognouit Iudas, & exijt
obuiam illi : & percussit, & oc-
cidit illum, & ceciderunt vulne-
12 rati multi, & reliqui fugerunt, †&
accepit spolia eorum, & gladium
Apollonij abstulit Iudas, & erat
pugnans in eo omnibus diebus.
13 †Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quòd congregauit Iu-
das congregationem fidelium &
14 ecclesiam secum, † & ait, Faciam
mihi nomen, & glorificabor in
regno, & debellabo Iudam, & e-
os qui cum ipso sunt, qui sperne-
15 bant verbum Regis. †Et præparauit se : & ascenderunt cum eo ca-
stra impiorum fortes auxiliarij,
16 vt facerent vindictam in filios Is-
rael. †Et appropinquauerunt vsq;
17 ad Beth-horon, & exiuit Iudas ob
uiam illi cum paucis. † Vt autem
C viderunt exercitum venientem
sibi obuiam, dixerunt Iudæ, Quo-
modo poterimus pauci pugnare
contra multitudinem tantam, &
18 tam fortem, & nos fatigati su-
mus ieiunio hodiè? †Et ait Iudas:
Facile est concludi multos in ma-
nu paucorum, & non est differen-
tia in conspectu Dei cæli liberare
19 in multis & in paucis, † quoniam
non in multitudine exercitus vi-
ctoria belli, sed de cælo fortitu-
20 do est. †Ipsi veniũt ad nos in mul-
titudine contumaci & superbia,
vt disperdant nos, & vxores no-
stras, & filios nostros, & vt spoli-
21 ent nos, †nos verò pugnabimꝰ pro
animabus nostris, & legibus no-
22 stris, † & ipse Dominus conte-
ret eos ante faciem nostram, vos
23 autem ne timueritis eos. † Vt
cessauit autem loqui, insiluit in
eos subitò, & contritus est Se-
ron, & exercitus eius in conspe-
24 ctu ipsius, †& persecutus est eum
in descensu Beth-horon vsq; in
campum, & ceciderunt ex eis o-
ctingenti viri, reliqui autem fu-
25 gerunt in terram Philisthijm. †Et
cecidit timor Iudæ ac fratrum e-
ius, & formido super omnes gen-
26 tes, in circuitu eorũ, † & peruenit
ad regem nomẽ eius, & de prælijs
Iudæ narrabant omnes gentes.
27 †Vt audiuit autem rex Antiochus
sermones istos, iratus est animo?
& misit, & congregauit exercitũ
D vniuersi regni sui, castra fortia val
28 de, †& aperuit ærarium suum, &
dedit stipendia exercitui in an-
num : & mandauit illis, vt essent
29 parati ad omnia. † Et vidit quòd
defecit pecunia de thesauris su-
is, & tributa regionis modica
propter dissensionem & plagam
quam fecit in terra, vt tolleret le
gitima quæ erãt à primis diebus,
† &

30 †&timuit ne nō haberet vt semel & bis in sumptus & donaria quę dederat ante larga manu:& abundauerat super reges qui ante eum
31 fuerant.†Et consternatus erat animo valdè, & cogitauit ire in Persidem,& accipere tributa regionū, & congregare argentum multū.
32 †Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali,super negotia regia, à flumine Euphráte
33 vsque ad flumen Ægypti: † & vt nutriret Antiochum filiū suum,
34 donec rediret. † Et tradidit ei medium exercitum & elephantos: & mandauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitanti-
35 bus Iudæam & Ierusalem. † & vt E mitteret ad eos exercitum , ad conterendam & extirpandam virtutem Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendam memoriam
36 eorum de loco: † & vt constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum,& sor-
37 te distribueret terram eorum.†Et rex assumpsit partē exercitus residui,& exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui anno cētesimo & quadragesimo septimo:& transfreta-
38 uit Euphráten flumen,& perambulabat superiores regiones. † Et elegit Lysias Ptolemæum filium
39 Dorymini, & Nicanorem & Gorgias,viros potentes ex amicis:re-
40 gis:† & misit cum eis quadraginta millia virorum, & septem millia equitum : vt venirent in terram Iuda,& disperderent eam secundum verbum regis. † Et processerunt cum vniuersa virtute sua, &
41 venerunt,& applicuerunt Emmaum in terra campestri. † Et audierunt mercatores regionum nomen eorum:& acceperunt argentum & aurum multum valde, &
42 pueros :& venerunt in castra, vt acciperent filios Israel in seruos, & additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum. †Et
F vidit Iudas , & fratres eius,quia multiplicata sunt malà,& exercitus applicabant ad fines eorum, & cognouerunt verba regis quæ mādauit populo facere in interi-
43 tū &consummationē:† & dixerūt vnusquisq; ad proximū suum,Eri gamus de iectionē populi nostri, & pugnemus pro populo nostro,
44 & sanctis nostris. † Et cōgregatus est cōuent⁹:vt essent parati in prę liū:&vt orarēt & peterent miseri
45 cordiam & miserationes.†Et Ierusalem non habitabatur,sed erat sicut desertum:nō erat qui ingrederetur & egrederetur de natis ei⁹: &sanctū cōculcabatur:& filij alienigenarum erant in arce,ibi erat habitatio Gentium: & ablata est volūptas à Iacob,& defecit ibi tibia &cithara.† Et congregati sunt
46 & venerunt in Maspha contra Ierusalem:quia locus orationis erat
47 in Maspha ante in Israel. † Et ieiunauerunt illa die,& induerunt se ciliciis,& cinerem imposuerūt capiti suo:& discinderunt vestimēta sua,† & expanderunt libros le-
48 gis,de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulachrorū
49 suorum:†Et attulerunt ornamenta sacerdotalia,& primitias & decimas,&suscitauerunt Nazaræos,
50 qui impleuerant dies:† & clamauerunt voce magna in cælum,di-
G centes,Quid faciemus istis,&quò
51 eos ducemus? † & sancta tua conculcata sunt,& contaminata sunt & sacerdotes tui facti sunt in lu-
52 ctum & in humilitatē:†&ecce Nationes cōuenerūt aduersū nos,vt nos disperdāt: tu scis q̄ cogitāt in
53 nos. † Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu
54 Deus adiuues nos? † Et rubis exclamauerunt voce magna. † Et
55 post hæc cōstituit Iudas duces populi,tribunos & centuriones, & pentacontarchos,& decuriones.
† Et dixit his qui ædificabant do Deu. 20 n.
mos,& spōsabant vxores, & plan 5.b.6.
tabant vineas,& formidolosis, vt Iud.7.a.3.

redirent vnusquisque in domum
57 suam secundum legem.† Et moue
runt castra, & collocauerunt ad
58 Austrum Emmaum. † Et ait Iu-
das, Accingimini, & estote filij po
tentes, & estote parati in mane: vt
pugnetis aduersus nationes has,
quæ conuenerunt aduersus nos
disperdere nos & sancta nostra:
59 † quoniam melius est nos mori in
bello, quam videre mala gentis
60 nostræ & sanctorum. † Sicut au-
tem fuerit voluntas in cælo, sic
fiat.

CAP. IIII.

1 ET assumpsit Gorgias quinque
A millia virorum, & mille equi-
tes electos: & mouerunt castra no
2 cte, † vt applicarent ad castra Iu-
dæorum, & percuterent eos subi-
to, & filij qui erant ex arce, erant
3 illis duces. † Et audiuit Iudas, &
surrexit ipse & potentes percu-
tere virtutem exercituum regis,
4 qui erant in Emmaum. † Adhuc
enim dispersus erat exercitus à
5 castris. † Et venit Gorgias in ca-
stra Iudæ noctu, & neminem in-
uenit, & quærebat eos in monti-
bus: quoniam dixit, fugiunt hi à
6 nobis. † Et cum dies factus esset,
apparuit Iudas in campo cum tri
bus millibus virorum tãtum: qui
tegumenta & gladios non habe-
7 bant *: † & viderunt castra Genti-
um valida, & loricatos, & equita-
8 tus in circuitu eorum, & hi docti
ad prælium. † Et ait Iudas viris
qui secum erant, Ne timueritis
multitudinem eorum, & impe-
9 tum eorũ ne reformidetis. † Me
mentote qualiter salui facti sunt
patres nostri in mari rubro, cùm
sequeretur eos Pharao cum exer-
10 citu multo. † Et nunc clamemus
in cælum: & miserebitur nostri
Dominus, & memor erit testamẽ
ti patrum nostrorum, & conteret
exercitum istum, ante faciem no
11 stram hodie: † & scient omnes gẽ

* vt volebant.

Ex .14.b.9 q. 22.

tes quia est qui redimat & liberet
12 Israel. † Et eleuauerunt alieni-
genæ oculos suos, & viderunt e-
13 os venientes ex aduerso. † Et exie
runt de castris in prælium, & tu-
ba cecinerunt hi qui erant cum
14 Iuda. † Et congressi sunt: & con-
tritæ sunt Gentes, & fugerunt in
15 campum. † Nouissimi autem
omnes ceciderunt in gladio, &
persequuti sunt eos vsque Gezer
ron, & vsque in campos Idumææ,
& Azoti, & Iamniæ, & ceciderunt
ex illis vsque ad tria millia
16 virorum. † Et reuersus est Iudas,
& exercitus eius, sequens eum.
17 † Dixitque ad Populum, Non con
cupiscatis spolia: quia bellum
18 contra nos est, † & Gorgias & e-
xercitus eius prope nos in mõte:
sed state nunc cõtra inimicos no-
stros, & expugnate eos, & sumetis
19 postea spolia fecuri. † Et adhuc lo-
quente Iuda hæc, ecce apparuit
20 pars quædam prospiciens de mon
te. † Et vidit * quòd in fugam con-
uersi sunt * & succenderunt castra:
fumus enim qui videbatur, decla
21 rabat quod factum est. † Quibus
C illi conspectis timuerunt valde,
aspicientes simul & Iudam & e-
xercitum in campo paratum ad
22 prælium. † Et fugerunt omnes
23 in campum alienigenarum: † & Iu
das reuersus est ad spolia castro-
rum, & acceperunt aurum mul-
tum, & argẽtum, & hyacinthum,
& purpuram marinam, & opes
24 magnas. † Et conuersi hymnum ca
nebant, & benedicebant Deũ in
cælum, quoniam bonus est, quo-
niam in seculum misericordia e-
25 ius. † Et facta est salus magna in
26 Israel, in die illa. † Quicunque
autem alienigenarum euaserunt,
venerunt & nuntiauerunt Ly-
27 siæ vniuersa quę acciderant. † Qui
bus ille auditis, consternatus ani-
mo deficiebat: quod non qua-
lia voluit, talia contigerunt in Is-
rael, & qualia mandauit rex. † Et
se-

* Gorgias fui

sequenti anno congregauit Lysi-
as virorum electorum sexaginta
millia, & equitum quinque mil-
29 lia, vt debellaret eos. † Et vene-
runt in Iudæam, & castra posue
runt in Beth-horon, & occurrit
illis Iudas cum decem millibus
30 viris. † Et viderunt exercitum
D fortem, & orauit, & dixit, Bene-
Iet.17.f.50. dictus es saluator Israel, ‖ qui con
triuisti impetum potentis in ma-
14.14.b.18. nu serui tui Dauid, & ‖ tradidisti
castra alienigenarum in manu Io
nathæ filij Saul, & armigeri eius.
31 † Conclude exercitum istum in
manu populi tui Israel, & confun
datur in exercitu suo & equitib.
32 † Da illis formidinem, & tabefac
audaciam virtutis eorum, & com-
moueantur contritione sua.
33 † Deijce illos gladio diligentium
te: & collaudent te omnes qui
nouerunt nomen tuum, in hym-
34 nis. † Vt commiserunt prælium:
& ceciderunt de exercitu Lysiæ
35 quinque millia virorum. † Videns
autem Lysias fugam suorum, & Iu
dæorum audaciam, & quod para
ti sint aut viuere aut mori fortiter, abijt Antiochiam, & elegit mi
lites, vt multiplicati rursus veni-
36 rent in Iudæam. † Dixit autem Iu
das, & fratres eius: Ecce contriti
sunt inimici nostri: ascendamus
nunc mundare sancta, & renoua-
37 re. † Et congregatus est omnis e-
xercitus, & ascenderũt in montẽ
38 Sion. † Et viderunt sanctificationẽ
E desertam, & altare prophanatum,
& portas exustas, & in atrijs vir-
gulta nata sicut in saltu vel in mõ
39 tibus, & pastophoria diruta. † Et
scinderunt vestimenta sua, & plan-
xerunt planctu magno, & impo-
suerunt cinerem super caput suũ:
40 † & ceciderunt in faciem super
terram, & exclamauerunt tubis si
gnorum, & clamauerunt in cælũ.
41 † Tunc ordinauit Iudas viros, vt
pugnarent aduersus eos qui erant
in arce, donec emundaret sancta.
42 † Et elegit sacerdotes sine macu-
la, voluntatem habentes in lege
43 Dei: † & mundauerunt sancta, &
tulerunt lapides contaminatio-
44 nis in locum immundũ. † Et cogi-
tauit de altari holocaustorũ quod
prophanatum erat, quid de eo fa-
45 ceret. † Et incidit illis consiliũ bo
nũ, vt destruerẽt illud: ne forte il-
lis esset in opprobrium, quia con-
taminauerunt illud Gentes, & de
46 moliti sunt illud. † Et reposuerũt
F lapides in monte domus in loco
apto, quoadusq; veniret prophe-
47 ta, & responderet de eis. † Et acce
perunt lapides integros secundũ
legem, & ædificauerunt altare no
uum secundum illud quod fuit
48 prius: † & ædificauerunt sancta, &
quæ intra domum erant intrinse
cus: & ædem, & atria sanctificaue-
49 runt. † Et fecerunt vasa sancta no
ua, & intulerunt candelabrum, &
altare incensorum, & mensam in
50 templum. † Et incensum posuerũt
super altare, & accenderunt lucer
nas quæ super candelabrum erãt,
51 & lucebant in templo. † Et posue
runt super mensam panes, & ap-
prehenderunt vela, & consumma
uerunt omnia opera quæ fecerãt.
52 † ‖ Et ante matutinum surrexerũt 2.Ma.10.a.
quinta & vicesima die mensis no- 5.
ni (hic est mensis Casleu) centesi-
53 mi quadragesimi octaui anni: † &
obtulerunt sacrificium secun-
dum legem super altare holocau-
storum nouum quod fecerunt.
54 † Secundum tempus & secundum
G diem in qua contaminauerunt il-
lud gentes, in ipsa renouatum est
in canticis, & citharis, & cinyris,
55 & in cymbalis. † Et cecidit omnis
populus in faciem, & adorauerũt
& benedixerunt in cælum eum,
56 qui prosperauit eis. † Et fecerunt Io.10.c.
dedicationem altaris diebus o- 22.
cto, & obtulerunt holocausta
cum lætitia, & sacrificium salute-
57 ris & laudis. † Et ornauerunt faci-
em templi coronis aureis & scu-
tulis:

tulis:& dedicauerunt portas & pa
ſtophoria,& impoſuerunt eis ia-
58 nuas. † Et facta eſt lætitia in po-
Ioh.10. c. pulo magna valdè,& auerſum eſt
22. 59 opprobrium Gentium. † Et ſtatu-
it Iudas & fratres eius & vniuerſa
eccleſia Iſrael,vt agatur dies dedi
cationis altaris in temporibus ſu
is ab anno in annum per dies o-
cto à quinta & viceſima die men-
ſis Caſſeu,cum lætitia & gaudio.
60 † & ædificauerunt in tempore il-
lo montem Sion,& per circuitum
muros altos & turres firmas: ne-
quando venirent Gentes, & con-
culcarent eũ ſicut antea fecerũt.
61 † Et collocauit illic exercitum,
vt ſeruarent eum,&muniuit eum
ad cuſtodiendam Bethſuram, vt
haberet populus munitionem cõ
tra faciem Idumææ.

CAP. V.

1 ET factum eſt,vt audierunt gẽ-
A tes in circuitu quia ædificatũ
eſt altare & ſanctuarium ſicut pri
2 us, iratæ ſunt valdè: † & cogita-
bant tollere genus Iacob qui erãt
inter eos, & cœperunt occidere
3 de populo,& perſequi. † Et debel
labat Iudas filios Eſau in Idu-
mæa, & eos qui erant in Araba-
thane: quia circunſedebant Iſrae
litas:& percuſſit eos plaga magna.
4 † Et recordatus eſt malitiam filio-
rum Bean,qui erant populo in la
queum & in ſcandalũ,inſidiantes
5 ei in via: † & concluſi ſunt ab eo
in turribus, & applicuit ad eos,
& anathematizauit eos, & incen-
dit turres eorum igni cum omni-
6 bus qui in eis erant. † Et tranſi-
uit ad filios Ammon, & inuenit
manum fortem, & populum co-
pioſum, & Timotheum ducem i-
7 pſorum:† & commiſit cum eis præ
lia multa,& contriti ſunt in con-
8 ſpectu eorum,& percuſſit eos:† &
cepit Gazer ciuitatem, & filias e-
ius, & reuerſus eſt in Iudæam.
9 † Et congregatæ ſunt Gentes quæ
ſunt in Galaad aduerſus Iſraelitas
qui erant in finibus eorum,vt tol
lerent eos:& fugerunt in Dathe-
10 man munitionem, † & miſerunt
literas ad Iudam & fratres eius,di
cẽtes,Congregatę ſunt aduerſum
nos Gentes per circuitum, vt nos
11 auferant: † & parant venire, &
occupare munitionem in quam
confugimus : & Timotheus eſt
12 dux exercitus eorum. † Nunc
ergo veni, & eripe nos de mani-
bus eorum, quia cecidit multitu-
13 do de nobis. † Et omnes fratres
B noſtri qui erant in locis Tubin in
terfecti ſunt : & captiuas duxe-
runt vxores eorum, & natos, &
ſpolia,& peremerũt illic fere mil
14 le viros. † Et adhuc epiſtolæ lege-
bantur, & ecce alij nuntij vene-
runt de Galilæa cõſciſſis tunicis,
15 nuntiantes ſecundum verba hæc:
† dicentes conueniſſe aduerſum
ſe à Ptolemaida, & Tyro, & Sido
ne: & repleta eſt omnis Galilæa
alienigenis, vt nos conſumant.
16 † Vt audiuit autem Iudas, & popu
lus ſermones iſtos, conuenit ec-
cleſia magna cogitare quid face-
rent fratribus ſuis qui in tribula-
tione erant, & expugnabantur
17 ab eis. † Dixitque Iudas Simóni
fratri ſuo, Elige tibi viros, & va-
de,& libera fratres tuos in Gali-
læa:ego autem & frater meus Io-
18 nathas ibimus in Galáaditim. † Et
reliquit Ioſephum filium Zacha-
riæ,& Azariam duces populi cum
reſiduo exercitu in Iudæa ad cu-
19 ſtodiam,† & præcepit illis,dicens,
Præſtote populo huic: & nolite
bellum cõmittere aduerſum
20 gentes,donec reuertamur. † Et
partiti ſunt Simóni viri tria mil-
lia, vt iret in Galilæam : Iudæ
autem octo millia in Galáadi-
21 tim. † Et abijt Simon in Galileam,
& commiſit prælia multa cũ gen-
tibus:& contritæ ſunt gentes à fa
cie eius, & perſecutus eſt eos vſ-
22 que ad portam † Ptolemaidis:
&

& ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorũ, & accepit spo-
23 lia eorum, † & assumpsit eos qui erant in Galilæa & in Arbatis cũ vxoribus & natis, & omnibus quę erant illis, & adduxit in Iudæam
24 cum lætitia magna. † Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum per de-
25 sertum. † Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorũ in Ga-
26 laaditide, † & quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Carnaim. hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ.
27 † Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi, & in crastinum constituerunt admonere exercitũ ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos
28 in vna die. † Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum Bosor repentè, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succẽdit eam
29 igni. † Et sustrexerunt inde nocte, & ibant vsque ad munitionem.
30 † Et factum est diluculo, cùm eleD uassent oculos suos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus, portãtes scalas & machinas,
31 vt comptehenderent munitionẽ: & expugnabant eos. † Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor belli ascendit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de ciuitate,
32 † & dixit exercitui suo, Pugnate
33 hodiè pro fratribus vestris. † Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clama-
34 uerunt in oratione. † Et cognouerunt castra Timothei quia Machabæus est, & refugerunt à facie eius, & percusserunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die il-
35 la fere octo millia virorum. † Et diuertit Iudas in Masspha, & expugnauit, & cepit eam, & occidit omnem masculum eius, & assumpsit spolia eius, & succendit eam
36 igni. † Inde perrexit, & cepit Casbon & Mageth, & Bosor, & reli-
37 quas ciuitates Galaaditidis. † Post hæc autem verba, congregauit Timotheus exercitum alium, & castra posuit contra Raphon trans
38 torrentem. † Et misit Iudas speculari exercitum, & renuntiauerunt ei, dicentes: Quia conuenerunt ad eum omnes gentes quæ in circuitu nostro sunt, & exercit⁹ multus nimis: † & Arabas conduxerũt
39 in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrẽtem, parati ad te venire in prælium. Et abijt Iu-
40 das obuiam illis. † Et ait TimoE theus principibus exercitus sui, Cùm appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrẽtem aquæ: si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum: quia po-
41 tens poterit aduersum nos. † Si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. † Vt autem appropin-
42 quauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torrẽtem, & mandauit eis, dicens: Neminem hominũ reliquetitis, sed
43 veniant omnes in prælium. † Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum, & contritæ sunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma sua, & fugerunt ad phanũ quod erat in Carnaim. † Et occupauit ipsam ciuitatem, & phanum succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & non
45 potuit sustinere cõtra faciem Iudæ. † Et cõgregauit Iudas vniuersos Israelitas qui erant in Galaaditide, à minimo vsque ad maximum, & vxores eorum & natos, & exercitum magnum valde, vt
46 venirent in terram Iudæ. † Et ve-

venerunt vsq; Ephron: & hæc ciuitas magna in ingressu posita, munita valde, & nō erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed p
47 mediā iter erat. † Et incluserunt se
F qui erant in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus, & misit ad
48 eos Iudas verbis pacificis, † di-
Num.20.c. cens: ‖ Transeamus per terram vestram, vt eamus in terram nostram, & nemo vobis nocebit, tantum pedibus transibimus. Et no-
49 lebant eis aperire. † Et præcepit Iudas prædicari in castris, vt appli carent vnusquisq; in quo erat lo-
50 co. † & applicuerunt se viri virtutis, & oppugnauit ciuitatē illam tota die & tota nocte. & tradita
51 est ciuitas in manu eius: † & peremerunt omnē masculum in ore gladij, & eradicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per totam ciuitatem super interfectos.
52 † Et transgressi sunt Iordanem in campo magno, contra faciem
53 Beth-san. † Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec
54 venirent in terrā-Iuda: † & ascenderunt in montem-Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pa-
55 ce. † Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra-Galaad, & Simon frater eius in Galilæa
56 contra faciem Ptolemaidis, † audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias principes virtutis res bene gestas, & prælia quę facta sunt,
57 † & dixit, Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes quæ in circuitu nostro
58 sunt: † Et præcepit his qui erant in exercitu suo, & abierunt Iam-
59 niam. † Et exiuit Gorgias de ciui-
G tate, & viri eius obuiam illis in
60 pugnam. † Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsq; in fines Iudææ: & ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est
61 plaga magna in populo: † quia nō audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos.
62 † Ipsi autem non erant de semine virorum illorum per quos salus
63 facta est in Israel. † Et *viri Iudæ magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel, & gentium eius. *vir Iudas & fratres
64 omnium vbi audiebatur nomen eorum. † Et conuenerunt ad eos
65 fausta acclamantes. † Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Esau in terra quæ ad Austrum est, & percussit Chebrō,
66 & filias eius, & muros eius & turres succendit igni in circuitu. † Et mouit castra, vt iret in terrā alienigenarum, & perambulabat Sa-
67 riam. † In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum *volunt fortiter facere, dum sine consilio
68 *exeunt in prælium. † Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & sculptilia deorū ipsorum succendit igni, & cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda. *vult. *exit.

CAP. VI.

1 ET rex Antiochus perambulabat
A superiores regiones, & audiuit esse ciuitatē Elymaidem in Perside nobilissimam, & copiosam
2 in argento & auro, † templumq; in ea locuples valde, & illic vela-mina aurea, & loricę, & scuta, quę reliquit Alexander Philippi rex Macedo qui regnauit primus in
3 Græcia. † Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam, & non potuit: quoniam innotuit sermo his qui erant in ci-
4 uitate, † & insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abijt cum tristitia magna, & reuersus est in
5 Babyloniam. † Et venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quæ erant in terra-Iu-
6 da: † & quia abijt Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à

facie

facie Iudæorum, & inualuerunt armis & viribus, & spolijs multis quæ ceperunt de castris quæ exci-
7 derunt: † & quia diruerunt abominationem quam ędificauerant super altare quod erat in Ierusalem: & sanctificationē, sicut prius circūdederunt muris excelsis: sed & Beth-suram ciuitatem suam.
8 † Et factum est, vt audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut
9 cogitabat. † Et erat illic per dies B multos, quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se
10 mori. † Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis, Recessit somnus ab oculis meis, & concidi &
11 corrui corde præ solicitudine: † & dixi in corde meo, In quantā tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in
12 potestate mea? † Nunc vero reminiscor malorum quæ feci in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erant in ea, & misi auferre habitantes
13 Iudæam, sine causa. † Cognoui ergo quia propter ea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia
14 magna in terra aliena. † Et vocauit Philippū vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuer-
15 sum regnū suum: † & dedit ei diadema, & stolam suam, & annulū, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regna-
16 ret. † Et mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadra-
17 gesimo nono. † Et cognouit Lysias quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adolescētem:
18 & vocauit nomen eius Eupatorem. † Et hi qui erant in arce, concluserāt Israel in circuitu Sanctorum: & quærebant eis mala sem-
19 per & firmamentū Gentium. † Et C cogitauit Iudas disperdere eos: & conuocauit vniuersum populum,
20 vt obsiderent eos. † Et conuenerunt simul, & obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo, &
21 fecerunt balistas & machinas. † Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur: & adiunxerunt se illis
22 aliqui impij ex Israel, † & abierūt ad regem, & dixerunt, Quousque nō facis iudicium: & vindicas fra-
23 tres nostros? † Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis
24 eius: † & filij populi nostri propter hoc alienabant se à nobis. & quicunque inueniebantur ex nobis, interficiebātur, & hæreditates no-
25 stræ diripiebantur. † Et nō ad nos tantūm extēderunt manum, sed
26 & in omnes fines nostros. † & ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalem occupare eam, & munitionem in Beth-suram mu-
27 nierūt. † & nisi præueneris eos velocius, maiora, quàm hæc facient,
28 & non poteris obtinere eos. † Et iratus est rex vt hæc audiuit: & conuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos
29 qui super equites erant. † Sed & D de regnis alijs, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus
30 cōductitij. † Et erat numerus exercitus eius, centū millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo docti ad prælium.
31 † Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Beth-suram, & pugnauerūt dies multos, & fecerunt machinas, & exierunt & succēderunt eas igni, & pugna-
32 uerunt viriliter. † Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharam cōtra castra regis.
33 † Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in imperium contra viam Bethzacharam: & comparauerunt se exercitus in
34 prælium, & tubis cecinerunt: † & elephantis ostenderunt sanguinē

vas

vuæ & mori, ad acuendos eos in
35 prælium, † & diuiserunt bestias
per legiones, & astiterunt singu-
lis elephantis mille viri in loricis
concatenatis, & galeæ areæ in ca-
pitibus eorum, & quingẽti equi-
tes ordinati vnicuique bestię ele-
36 cti erant. † Hi ante tempus vbicun
que erat bestia, ibi erant: & quo-
cunque ibat, ibant, & non disce-
37 debant ab ea. † Sed & turres li-
gneæ super eos firmæ protegẽtes
super singulas bestias, & super eas
machinæ: & super singulas, viri
virtutis trigintaduo, qui pugna-
bãt desuper, & intus magister be-
38 stiæ. † Et residuum equitatũ hinc
E & inde statuit in duas partes, tu-
bis exercitum cõmouere, & per-
urgere constipatos in legionibus
39 eius. † Et vt reuulsit sol in clypeos
aureos, & æreos, resplenduerunt
montes ab eis, & resplenduerunt
40 sicut lampades ignis. † Et distin-
cta est pars exercitus regis p mon
tes excelsos, & alia per loca hu-
milia, & ibant cautè & ordinatè.
41 † Et cõmouebantur omnes inha-
bitantes terrã à voce multitudi-
nis eorũ, & incessu turbę, & colli-
sione armorum. erat enim exer-
42 citus magnus valdè & fortis. † Et
appropiauit Iudas, & exerci-
tus eius in prælium, & ceciderunt
43 de exercitu regis sexcẽti viri. † Et
vidit Eleazar filius Saura, vnam
de bestijs loricatam loricis regis,
& erat eminens super cæteras be-
stias, & visum est ei quòd in ea es-
44 set rex: † & dedit se vt liberaret
populum suum, & acquireret sibi
45 nomen æternum. † Et cucurrit ad
eam audacter in medio legionis
interficiẽs à dextris, & à sinistris,
& cadebant ab eo huc atq; illuc.
46 † Et iuit sub pedes elephantis, &
suppositit se ei, & occidit eum, &
cecidit in terram super ipsum, &
47 mortuus est illic. † Et videntes vir-
E tutem regis, & impetum exerci-
tus eius, diuerterunt se ab eis.
48 † Castra autem regis ascenderunt
contra eos in Ierusalem, & appli-
cuerunt castra regis ad Iudæam
49 & montem-Sion. † Et fecit pacem
cum his qui erant in Beth-sura, &
exierunt de ciuitate, quia non e-
rant eis ibi alimenta conclusis,
50 quia sabbatha erant terræ. † Et cõ-
prehendit rex Beth-suram, & cõ-
stituit illic custodiã seruare eam.
51 † Et conuertit castra ad locũ sanc-
tificationis dies multos, & sta-
tuit illic balistas, & machinas, &
ignis iacula, & tormenta ad lapi-
des iactandos, & spicula & scor-
pios ad mittendas sagittas & fun-
52 dibula. † Fecerunt autem & ipsi
machinas aduersus machinas eo-
rum, & pugnauerunt dies mul-
53 tos. † Escæ autem non erant in ci-
uitate, eò quòd septimus annus
esset: & qui remanserant in Iu-
dæa de Gentibus, consumpserant
reliquias eorum quę repositę fue-
54 rant. † Et remanserunt in sanctis
viri pauci, quoniam obtinuerat
eos fames, & dispersi sunt vnus-
55 quisque in locum suum. † Et au-
diuit Lysias quòd Philippus quem
constituerat rex Antiochus cùm
adhuc viueret, vt nutriret Antio-
chum filium suum, & regnaret,
56 † reuersus esset à Persida & Me-
G dia, & exercitus qui abierat cum
ipso, & quia quærebat suscipere
57 regni negotia: † & festinauit ire,
& dicere ad regem & duces exer-
citus, Deficimus quotidiè, & esca
nobis modica est, & locus quem
obsidemus est munitus, & incum-
58 bit nobis ordinare de regno. † Nũc
itaque demus dextras hominibus
istis, & faciamus cum illis pacem,
59 & cum omni gente eorum: † &
constituamus illis vt ambulent
in legitimis suis sicut prius. pro-
pter legitima enim ipsorum, quæ
despeximus, irati sunt, & fecerũt
60 omnia hæc. † Et placuit sermo in
conspectu regis & principum: &
misit ad eos pacem facere, & re-
cepe-

61 ceperunt illam. † Et iurauit illis rex & principes: & exierunt de
62 munitione. † Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit de-
63 struere murum in gyro. † Et discessit festinanter, & reuersus est Antiochiam, & inuenit Philippum dominantem ciuitati: & pugnauit aduersus eam, & occupauit ciuitatem.

CAP. VII.

1 A Anno centesimo quinquagesimoprimo exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit il-
2 lic. † Et factum est: vt ingressus est domum regni patrum suorũ, comprehendit exercitus Antiochũ & Lysiam, vt adducerent eos
3 ad eum. † Et res ei innotuit: & ait, Nolite mihi ostendere faciem
4 eorum. † Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem
5 regni sui, † & venerunt ad eum viri iniqui & impij ex Israel: & Alcimus dux eorum, qui volebat
6 fieri sacerdos. † Et accusauerunt populum apud regem, dicentes, Perdidit Iudas & fratres eius om-
7 nes amicos tuos, & nos dispersit de terra nostra. † Nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat & videat exterminium omne quod
8 fecit nobis & regionibus regis: & puniat omnes amicos eius & adiutores eorum. † Et elegit rex
B ex amicis suis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnũ
9 in regno, & fidelem regi: & misit eum, † & Alcimum impium constituit in sacerdotium, & manda-
10 uit ei facere vltionem in filios Israel. † Et surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in ter-
11 ram Iuda: & miserunt nuntios, & locuti sunt ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo. † ‖ Et
lo.10.d.46

non intenderunt sermonibus eorum: viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno. † Et
12 conuenerunt ad Alcimum & Bachidem congregatio scribarum
13 requirere quæ iusta sunt: † & primi, Assidæi qui erant in filijs Israel: & exquirebant ab eis pa-
14 cem. † Dixerunt enim, Homo sacerdos de semine Aaron venit,
15 non decipiet nos. † Et locutus est cum eis verba pacifica: & iurauit illis, dicens, Non inferemus vobis malum, neque amicis ve-
16 stris. † Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in vna die secundũ
17 verbum quod scriptũ est, † ‖ Car- Psa. 78.2.t.
C nes sanctorum tuorum, & sangui 2.3.
nem ipsorum effuderunt in circuitu Ierusalem, & non erat qui
18 sepeliret. † Et incubuit timor & tremor in omnem populũ: quia dixerunt: Non est veritas & iudicium in eis: transgressi sunt enim constitutum, & iusiurandũ quod
19 iurauerunt. † Et mouit Bacchides castra ab Ierusalem, & applicuit in Bethzecha: & misit, & cõprehendit multos ex eis qui ad se refugerant, & quosdam de populo mactauit, & in puteum magnum proiecit. † Et commisit re-
20 gionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi.
21 Et abijt Bacchides ad regem: † & satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotij sui. † & conue-
22 nerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum, & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt plagam magnam in Israel.
23 † Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus & qui cum eo erãt, filijs Israel, multo plus quàm
24 Gentes: † & exijt in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in viros desertores, & cessauerunt vltrà exire in regionem.
25 † Vidit autem Alcimus quòd prævaluit Iudas & qui cum eo erant:

& cognouit quia non poteſt ſuſti
nere eos, & regreſſus eſt ad regē,
& accuſauit eos multis crimini-
26 bus.† ‖ Et miſit rex Nicanorem,
Mal.15.a.1. vnum ex principibus ſuis nobi-
lioribus, qui erat inimicitias e-
xercens cōtra Iſrael:& mandauit
27 ei euertere populum. † Et venit
Nicanor in Ieruſalem cum exer-
citu magno,& miſit ad Iudam &
ad fratres eius verbis pacificis
28 cum dolo,† dicens, Non ſit pugna
inter me & vos: veniam cum vi-
ris paucis, vt videam facies ve-
29 ſtras cum pace. † Et venit ad Iu-
dam, & ſalutauerunt ſe inuicem
pacificè:& hoſtes parati erant ra-
30 pere Iudam. † Et innotuit ſermo
Iudæ quoniam cum dolo venerat
ad eum, & conterritus eſt ab eo,
& amplius noluit videre faciem
31 eius. † Et cognouit Nicanor quo-
E niam denudatum eſt conſilium
eius: & exiuit obuiam Iudæ in
32 pugnam iuxta Capharſalama.† Et
ceciderunt de Nicanoris exerci-
tu ferè quinque millia viri,& fu
33 gerunt in ciuitatem Dauid. † Et
poſt hæc verba aſcendit Nicanor
in montem Sion: & exierunt de
ſacerdotibus populi ſalutare eū
in pace, & demonſtrare ei holo-
cautomata quæ offerebantur pro
34 rege.† Et irridens ſpreuit eos, &
35 polluit:& locutus eſt ſuperbè,† &
iurauit cum ira, dicens, Niſi tra-
ditus fuerit Iudas, & exercitus e-
ius in manus meas: cōtinuò cùm
regreſſus fuero in pace, ſuccendā
domum iſtam. Et exijt cum ira
36 magna:† & intrauerunt ſacerdo-
tes,& ſteterunt ante faciem alta-
ris & templi: & flentes dixerunt,
37 † Tu Domine elegiſti domum iſtā
F ad inuocandum nomen tuum in
ea, vt eſſet domus orationis & ob
38 ſecrationis populo tuo.† Fac vin-
dictam in homine iſto,& exerci-
tu eius, & cadant in gladio: me-
mento blaſphemias eorum, &
39 ne dederis eis vt permaneant.† Et
exijt Nicanor ab Ieruſalem, &
caſtra applicuit ad Beth-horon,&
40 occurrit illi exercitus Syriæ. † Et
Iudas applicuit in Adarſa cū tri-
bus millibus viris: & orauit Iu-
41 das,& dixit: † ‖ Qui miſſi erant à
rege Sennacherib, Domine, quia
blaſphemauerunt te, ‖ exijt ange-
lus, & percuſſit ex eis centum o-
42 ctogintaquinque millia:† ſic con-
tere exercitum iſtum in conſpe-
ctu noſtro hodie,& ſciant cæteri
quia malè locutus eſt ſuper ſan-
cta tua,& iudica illum ſecundum
43 malitiam illius. † Et cōmiſerunt
exercitus prælium tertiadecima
die menſis Adar: & contrita ſunt
caſtra Nicanoris, & cecidit ipſe
44 primus in prælio. † Vt autem vi-
G dit exercitus eius quia cecidiſſet
Nicanor, proiecerunt arma ſua &
45 fugerunt. † & perſecuti ſunt eos
viam vnius diei ab Adázer, vſque
quo veniatur in Gazara, & tubis
cecinerunt poſt eos cum ſignifi-
46 cationibus. † Et exierunt de om-
nibus caſtellis Iudææ in circuitu,
& ventilabant eos cornibus, &
conuertebātur iterum ad eos, &
ceciderunt omnes gladio, & non
47 eſt relictus ex eis nec vnus. † Et
acceperunt ſpolia eorum in præ-
dam: & caput Nicanoris ampu-
tauerūt,& dexterā eius quam ex-
tenderat ſuperbè, & attulerunt,
& ſuſpenderunt contra Ieruſalē.
48 † Et lætatus eſt populus valdè, &
egerunt diē illam in lætitia ma-
49 gna. † Et conſtituit agi omnibus
annis diem iſtam tertiadecima
50 die menſis Adar. † Et ſiluit terra
Iuda dies paucos.

4.Reg.19.
g.35.
To.1.d.21.
Ec.48.d.25.
Eſ.37.g.36.
2.Mac.8.
c.19.15.
c.22.

CAP. VIII.

1 ET audiuit Iudas nomen Ro-
A manorum quia ſunt potentes
viribus, & acquieſcunt ad omnia
quæ poſtulantur ab eis: & qui-
cunque acceſſerunt ad eos, ſtatue
runt cum eis amicitias, & quia
2 ſunt potentes viribus. † Et au-
dierunt

dierunt prælia eorum,& virtutes
bonas quas fecerunt in Galatia,
quia obtinuerunt eos & duxerũt
3 sub tributum: † & quanta fece-
rũt in regione Hiſpaniæ,& quod
in poteſtatem redegerunt metal-
la argenti & auri quę illic ſunt,
& poſſederunt omnem locum
4 conſilio ſuo & patientia: † locaq;
quæ longe erant valde ab eis, &
reges qui ſuperuenerant eis ab
extremis terræ, contriuerunt, &
percuſſerunt eos plaga magna:
cæteri autem dant eis tributum
5 omnibus annis. † & Philippum &
Perſen Ceteorum regem, & cæte
ros qui aduerſum eos arma tule-
rant contriuerunt in bello,& ob
6 tinuerunt eos. † & Antiochum
magnum regem Aſiæ,qui eis pu-
gnam intulerat, habens centum
viginti elephantes &equitatũ,&
currus,& exercitum magnũ val-
7 de, contritum ab eis: † & quia
cœperunt eum viuum, & ſtatue-
runt ei vt daret ipſe & qui regna-
rent poſt ipſum, tributũ magnũ,
8 & daret obſides, & conſtitutum,
† & regionẽ Indorum, & Medos,
& Lydos de optimis regionibus
eorũ:& acceptas eas ab eis, dede-
9 runt Eumeni regi. † & quia qui
erãt apud Helladã, voluerũt ire,
& tollere eos: & innotuit ſermo
10 his, † & miſerũt ad eos ducẽ vnũ,
& pugnauerunt contra illos, &
ceciderunt ex eis multi, & capti-
uas duxerũt vxores eorum, & fi-
lios,& diripuerũt eos, & terram
eorũ poſſederunt,& deſtruxerũt
muros eorũ, & in ſeruitutẽ illos
11 redegerũt vſq; in hunc diem: † &
reſidua regna, & inſulas quæ ali-
quando reſtiterant illis,exterми-
12 nauerunt,& in poteſtatem rede-
gerunt. † Cũ amicis aũt ſuis,& qui
in ipſis requiem habebant, con-
ſeruauerunt amicitiã,& obtinue-
runt regna quæ erant proxima,&
quæ erant longè: quia quicunq;
audiebant nomen eorum, time-
13 bant eos. † quibus verò vellent
auxilio eſſe vt regnarent, regna-
bant:quos autem vellent, regno
detrudebant:& exaltati ſunt val-
14 de. † Et in omnibus iſtis nemo
portabat diadema, nec induebа-
tur purpura,vt magnificaretur in
15 ea. † Et quia curiam fecerunt ſibi,
C & quotidiè conſulebant trecen-
tos viginti conſilium agẽtes ſem
per de multitudine,vt quæ digna
16 ſunt,gerant. † & committũt vni
homini magiſtratum ſuum per
ſingulos annos dominari vniuer
ſæ terræ ſuæ: & omnes obediunt
vni,& non eſt inuidia, neque ze-
17 lus inter eos. † Et elegit Iudas Eu-
polemum filium Iohannis filij
Iacob, & Iaſonem filium Eleaza-
ri,& miſit eos Romam conſtitue-
re cum illis amicitiam & ſocieta-
18 tem: † & vt auferrent ab eis iugũ
Græcorum, quia viderunt quod
in ſeruitutem premerent regnũ
19 Iſrael. † Et abierunt Romam via-
am multam valde, & introierunt
20 curiam, & dixerunt, † Iudas Ma-
chabæus,& fratres eius, & popu-
lus Iudæorum miſerunt nos ad
vos ſtatuere vobiſcum ſocietatẽ
& pacem, & conſcribere nos ſo-
21 cios & amicos veſtros. † Et placu-
22 it ſermo in conſpectu eorum. † Et
hoc reſcriptum eſt quod reſcri-
pſerunt in tabulis æreis, & miſe-
runt in Ieruſalem, vt eſſet apud
eos ibi memoriale pacis & ſocie-
23 tatis. † BENE SIT ROMA-
D NIS & genti Iudæorum in mari
& in terra in æternum: gladiuſq;
24 & hoſtis procul ſit ab eis. † Quòd
ſi inſtiterit bellum Romanis pri-
us, aut omnibus ſocijs eorum in
25 omni dominatione eorum: † au-
xilium feret gens Iudæorũ, pro-
ut tempus dictauerit, corde ple-
26 no: † & prælиantibus nõ dabunt,
neq; ſubminiſtrabunt triticum,
arma,pecuniam,naues, ſicut pla-
cuit Romanis: & cuſtodient
mandata eorum, nihil ab eis

27 accipientes. † Similiter autem & si genti Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo: prout eis tempus per-
28 miserit: † & adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum absque dolo. † Secundum hæc verba constituerunt Romani populo
30 Iudæorum. † Quòd si post hæc verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quæcunque addiderint vel dempserint, rata erunt. † Sed & de malis
31 quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicētes: Quare grauasti iugū tuū super amicos no-
32 stros, & socios Iudæos? † Si ergo iterū adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terraq;.

CAP. IX.

1 A INterea vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prælio, apposuit & Bacchidem & Alcimum rursum mittere in Iudæam, & dextrum
2 cornu cū illis. † Et abierunt viam quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis: & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum
3 multas. † In mense primo anni centesimi & quinquagesimi secundi applicuerūt exercitū adIe-
4 rusalē: † & surrexerunt, & abierūt in Beream viginti millia virorū,
5 & duo millia equitum. † Et Iudas posuerat castra in Laisa, & tria
6 millia viri electi cum eo: † & viderunt multitudinem exercitus quia multi sunt, & timuerūt valde: & multi subtraxerūt se de castris, & nō remanserūt ex eis nisi
7 octingenti viri. † Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus suus, & bellū perurgebat eum, & confractus est corde: quia non habebat tēpus congregandi eos, & dissolu-
8 tus est. † Et dixit his q residuierāt: Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugna-
9 re aduersus eos. † Et auertebant eum, dicentes: Non poterimus, sed liberemus animas nostras modò, & reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus aduersus eos: nos autem pauci su-
10 mus. † Et ait Iudas, Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis: &
B si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus
11 crimen gloriæ nostræ. † Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam: & diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitum, & primi certaminis omnes potē-
12 tes. † Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tu-
13 bis: † exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ etiā ipsi, & cōmota est terra à voce exercitum, & cōmissum est prælium à
14 manè vsq; ad vesperam. † Et vidit Iudas quod fimior est pars exercitus Bacchidis in dextris, & conuenerunt cum ipso omnes con-
15 stantes corde: † & cōtrita est dextera pars ab eis, & persecutus est
16 eos vsq; ad montem Azoti. † Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quòd contritum est dextrū cornu, & secuti sunt post Iudam
& eos qui cum ipso erant à ter-
17 go: † & ingrauatum est prælium, & ceciderūt vulnerati multi ex
18 his & ex illis. † Et Iudas cecidit, &
19 cæteri fugerunt. † Et Ionathas, &
C Simon tulerunt Iudam fratrē suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrū suorū in ciuitate Mo-
20 din. † Et fleuerunt eum omnis populus Israel plāctu magno: & lu-
21 gebant dies multos, † & dixerūt: Quomodo cecidit potens, qui salvum faciebat populum Israel? † Et

22 † Et cætera verba bellorum Iudæ,
& virtutum quas fecit, & magni-
tudinis eius nō sunt descripta, mul
23 ta enim erāt valde. † Et factum est
post obitum Iudæ emerserunt ini
qui in omnibus finibus Israel, &
exorti sunt omnes qui operaban-
24 tur iniquitatem. † In diebus illis
facta est fames magna valde, &
tradidit se Bacchidi omnis regio
25 eorum cum ipsis. † Et elegit Bac-
chides viros impios, & constituit
26 eos dominos regionis. † & exqui-
rebant & persecutabantur amicos
Iudæ, & adducebant eos ad Bac-
27 chidem, & vindicabat in illos, &
illudebat. † Et facta est tribula-
tio magna in Israel, qualis non
28 fuit ex die qua non est visus pro-
pheta in Israel. † Et congregati
29 sunt omnes amici Iudę, & dixerūt
Ionathæ: † Ex quo frater tuus Iu-
das defunctus est, vir similis ei
nō est qui exeat contra inimicos,
30 Bacchidē & eos qui inimici sunt
gentis nostræ. † Nunc itaque te
hodie elegimus esse pro eo nobis
31 in principem & ducem ad bellā-
dum bellum nostrum. † Et susce-
pit Ionathas tempore illo prin-
32 cipatum, & surrexit loco Iudæ fra
33 tris sui. † Et cognouit Bacchides, &
quærebat eum occidere. † Et cog-
nouit Ionathas & Simon frater
D eius, & omnes qui cum eo erant,
& fugerunt in desertum Thecuæ,
34 & consederunt ad aquam lacus
Asphar. † Et cognouit Bacchides,
& die sabbathorum venit ipse &
35 omnis exercitus eius trans Ior-
danem: † & Ionathas misit fra-
trem suum ducem populi, & ro-
gauit Nabuthæos amicos suos, vt
commodarent illis apparatum
36 suum qui erat copiosus. † Et exie-
runt filij Iambri ex Madaba, &
comprehenderunt Iohannem &
omnia quæ habebat, & abierunt
37 habentes ea. † Post hæc verba re-
nuntiatum est Ionathæ & Simo-
ni fratri eius, quia filij Iambri fa-
ciunt nuptias magnas, & ducunt
sponsam ex Madaba filiam vnius
de magnis principibus Chanáan
38 cum ambitione magna. † Et re-
cordati sunt sanguinis Iohannis
fratris sui: & ascenderunt, & ab-
sconderunt se sub tegumēto mon
39 tis. † Et eleuauerunt oculos suos,
& viderunt: & ecce tumultus, &
apparatus multus, & sponsus pro-
cessit, & amici eius, & fratres e-
ius obuiam illis cum tympanis, &
40 musicis, & armis multis. † Et surre-
xerunt ad eos ex insidijs, & occi-
derunt eos, & ceciderunt vulne-
rati multi, & residui fugerunt in
montes: & acceperunt omnia spo
41 lia eorum, † & conuersæ sunt nu-
ptiæ in luctum, & vox musicorum
42 iplorum in lamentum. † Et vindi-
cauerūt vindictam sanguinis fra-
tris sui: & reuersi sunt ad ripam
43 Iordanis. † Et audiuit Bacchides,
& venit die sabbathorum vsque
ad oram Iordanis in virtute ma-
44 gna. † Et dixit ad suos Ionathas:
E Surgamus, & pugnemus cōtra ini
micos nostros, non est enim ho-
die sicut heri, & nudiustertius.
45 † ecce enim bellum ex aduerso, a-
qua verò Iordanis hinc & indę, &
ripæ, & paludes, & saltus, & non
46 est locus diuertendi. † ‖ Nunc er- 2. Pa. 20. a.
go clamate in cælum, vt libere- 3.
mini de manu inimicorum vestro
rum. Et commissum est bellum.
47 † Et extendit Ionathas manum su-
am percutere Bacchidē, & diuer-
48 tit ab eo retro: † & dissilijt Iona-
thas & qui cum eo erant in Iorda
nem, & transnatauerūt ad eos Ior
49 danem: † & ceciderunt de parte
Bacchidis die illa mille viri, & re-
50 uersi sunt in Ierusalem, † & ædifi-
cauerunt ciuitates munitas in Iu-
dæa, munitionem quæ erat in Ie-
richo, & in Ammaū, & in Beth-
horō, & in Beth el, & Thānara, &
Phara, & Thopo muris excelsis &
51 portis, & seris. † Et posuit custodi-
am in eis, vt inimicitias exercerēt

52 in Israel:†& muniuit ciuitatẽ Beth
suram & Gazaram, & arcem, &
posuit in eis auxilia, & apparatũ
53 escarum:†& accepit filios princi-
pum regionis obsides,& posuit e-
os in arce in Ierusalem, in custo-
54 diam.† Et anno centesimo quin-
F quagesimo tertio,mense secundo
præcepit Alcimus destrui muros
domus sanctæ interioris, & de-
strui opera Prophetarũ, & cœpit
55 destruere.† In tẽpore illo percus-
sus est Alcim⁹:& impedita sunt o-
pera illius, & occlusum est os ei⁹,
& dissolutus est paralysi,nec vltrà
potuit loqui verbum & mandare
56 de domo sua.† Et mortuus est Al-
cimus in tempore illo cum tor-
57 mẽto magno.† Et vidit Bacchides
quoniam mortuus est Alcimus,&
reuersus est ad regem,& siluit ter
58 ra Iuda annis duobus.†Et cogita-
18. uerunt omnes iniqui, dicentes:
Ecce Ionathas & qui cum eo sunt,
in silentio habitant confidenter:
nunc ergo adducamus Bacchi-
dem, & cõprehendet eos omnes
59 vna nocte.† Et abierunt, & consi-
60 lium ei dederunt.† Et surrexit vt
veniret cum exercitu multo, &
misit occultè epistolas socijs suis,
qui erant in Iudæa, vt comprehẽ-
derent Ionathã & eos qui cum eo
erant,sed nõ potuerunt, quia in-
61 notuit eis consiliũ eorũ.† Et ap-
prehendit de viris regionis, qui
malitiæ 3 principes erant militiæ quinqua
62 ginta viros, & occidit eos,† & se-
cessit Ionathas,& Simon,& qui cũ
eo erant in Beth-bessen, quę est in
deserto : & extruxit diruta eius,
63 & firmauerunt eam.† Et cognouit
G Bacchides,& congregauit vniuer-
sam multitudinem suam, & his
qui de Iudæa erant, denuntiauit.
64 † Et venit,& castra posuit desuper
Beth-bessen : & oppugnauit eam
65 dies multos,& fecit machinas.† Et
reliquit Ionathas Simonem fra-
trem suum in ciuitate, & exijt in
regionem, & venit cum numero:
66 †& percussit Odarẽ & fratres eius,
& filios Phaseron in tabernaculis
ipsorum, & cœpit cædere & cre-
67 scere in virtutibus.† Simon verò,
& qui cum ipso erant,exierunt de
ciuitate, & succenderunt machi-
68 nas,†& pugnauerunt contra Bac-
chidem, & contritus est ab eis, &
afflixerunt eum valde, quoniam
consilium eius & congressus eius
69 erat inanis.† Et iratus cõtra viros
iniquos qui ei consiliũ dederant
vt veniret in regionem ipsorum,
multos ex eis occidit:ipse autem
70 cogitauit cum reliquis abire in re
gionẽ suã.† Et cognouit Ionathas:
& misit ad eum legatos compone
re pacem cum ipso, & reddere ei
71 captiuitatem. † Et libenter acce-
pit,& fecit secundum verba eius,
& iurauit se nihil facturum ei ma-
72 li omnibus diebus vitæ eius. † Et
reddidit ei captiuitatem quam
prius erat prædatus de terra Iu-
da : & conuersus abijt in terram
suam, & non apposuit amplius
73 venire in fines eius. † Et cessauit
gladius ex Israel, & habitauit Io-
nathas in Machmas, & cœpit Io-
nathas ibi iudicare populum, &
exterminauit impios ex Israel.

CAP. X.

1 ET anno centesimo sexagesimo
A ascendit Alexander Antiochi
filius,qui cognominatus est No-
bilis: & occupauit Ptolemaidam,
& receperunt eum,& regnauit il-
2 lic.† Et audiuit Demetrius rex,&
cõgregauit exercitum copiosum
valde,& exiuit obuiam illi in prę
3 lium.† Et misit Demetrius epistо-
lam ad Ionathan verbis pacificis,
4 vt magnificaret eũ:† dixit enim,
Anticipemus facere pacem cum
eo, priusquã faciat cũ Alexandro
5 aduersum nos : † recordabitur
enim omnium malorum quæ fe-
cimus in eum, & in fratrem e-
6 ius,& in gentem ejus. † Et dedit
ei

ei potestatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium eius,& obsides qui 7 erant in arce iussit tradi ei.†Et venit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis po- 8 puli & eorum qui in arce erãt.†Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt quod dedit ei rex potestatem congregandi exerci- 9 tum.†Et traditæ sunt Ionathæ ob fides,& reddidit eos parentib.su- 10 is:†& habitauit Ionathas in Ierusalem,& cœpit ædificare & inno- 11 uare ciuitate. † Et dixit facientib. opera,vt extruerẽt muros,& mõtem Sion in circuitu lapidib.quadratis ad munitionem:& ita fece- 12 runt. † Et fugerũt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bac- 13 chides ædificauerat:†& reliquit vnusquisq; locum, & abijt in ter- 14 ram suam:† tantùm in Beth-sura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem & præcepta Dei. 15 erat enim hæc eis ad refugiũ. † Et audiuit Alexander rex promissa quæ promisit Demetrius Iona- 16 thæ:& narrauerunt ei prælia, & virtutes quas ipse fecit,& fratres eius,& labores quos laborauerũt, † & ait: Nunquid inueniemus aliquem virum talem? & nunc fa- 17 ciemus eum amicum,& sociũ nostrum.†Et scripsit epistolam,& misit ei secundum hæc verba, dicẽs: 18 †K. EX Alexander fratri Ionathæ 19 salutem.† Audiuimus de te quod vir potens sis viribus , & aptus 20 es vt sis amicus noster. † & nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ,vt amicus voceris regis (& misit ei purpuram,& coronã auream) & quæ nostra sunt sentias nobiscum , & cõ- 21 serues amicitias ad nos.†Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo in die solenni scenopegiæ:& congregauit exercitum, & 22 fecit arma copiosa. † Et audiuit Demetrius verba ista,& contrista- 23 tus est nimis,& ait: † Quid hoc fecimus,quod præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiã 24 Iudæorum ad munimẽ sui? † Scribam & ego illis verba deprecatoria,& dignitates , & dona, vt sint 25 mecum in adiutorium. † Et scripsit eis in hæc verba, Rex Demetrius genti Iudæorum salutem. 26 † Quoniam seruastis ad nos pactũ & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros,audiuimus,& gauisi sumus. 27 †Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem,& retribuemus vobis bona pro his quæ fe- 28 cistis nobiscum. † Et remittemus C vobis præstationes multas , & da- 29 bimus vobis donationes. † Et nũc absoluo vos & omnes Iudæos à tributis & pretio salis indulgeo, & coronas remitto , & tertias se- 30 minis:† & dimidiam partem fructus ligni quod est portionis meæ relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda , & à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilæa ex hodierna die,& in totum 31 tempus:†& Ierusalem sit sancta & libera cũ finib. suis, & decimæ & 32 tributa ipsi⁹ sint. †Remitto etiam potestatẽ arcis quæ est in Ierusalem :& do eã summo sacerdoti,vt cõstituat in ea viros quoscunque ipse elegerit, qui custodiãt eã. †Et 33 omnem animam Iudæorum, quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberã gratis , vt omnes à tributis soluantur,etiam pecorum suorum. † Et 34 omnes dies solẽnes , & sabbatha, & neomeniæ , & dies decreti, & tres dies ante diẽ solennẽ, & tres dies post diẽ solennẽ sint oẽs immunitatis & remissionis omnib⁹ 35 Iudæis qui sunt in regno meo:†& nemo habebit potestatẽ agere aliquid,& mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni causa.

36 †Et ascribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia viro-
rum,& dabuntur illis copiæ vt o-
portet omnib. exercitibus regis,
& ex eis ordinabuntur qui sint in
37 munitionib. regis magni, † & ex
his constituentur super negotia
regni quæ agūtur ex fide,& prin-
cipes sint ex eis, & ambulent
in legibus suis, sicut præcepit
38 rex in terra Iuda.†Et tres ciuita-
tes quæ additæ sunt Iudææ ex
regione Samariæ, cum Iudæa re-
putentur: vt sint sub vno, & non
obediant alienæ potestati, nisi
39 summi sacerdotis.†Ptolemaida &
D confines eius,quas dedi donū san E
ctis qui sunt in Ierusalē ad neces-
40 sarios sumptus sanctorum.† Et e-
go do singulis annis quindecim
millia siclorum argēti de rationi-
41 bus regis,quæ me contingunt:†&
omne quod reliquū fuerit, quod
non reddiderāt qui super negotia
erant annis ptioribus, ex hoc da-
42 buntur in opera domus. † Et super
hæc quinq; millia siclorū argen-
ti,quæ accipiebāt de sanctorū ra-
tione per singulos annos, & hæc
ad sacerdotes pertineant, qui mi-
43 nisterio fungūtur.† Et quicunque
confugerint in templū quod est
Ierosolymis, & in omnib. finibus
eius,obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa quæ
sunt eis in regno meo, libera ha-
44 beant.†Et ad ædificāda vel restau-
randa opera sanctorum sumptus
45 dabuntur de ratione regis: † & ad
extruendos muros in Ierusalem
& cōmuniendos in circuitu,sum-
ptus dabuntur de ratione regis,&
ad constituendos muros in Iu-
46 dæa. † Vt audiuit autem Ionathas
Su.7.b.11. & populus sermones istos, ‖ non
crediderunt eis, nec receperunt
eos: quia recordati sunt malitiæ
magnæ quā fecerat in Israel,& tri
47 bulauerat eos valde. † Et compla-
cuit eis in Alexandrum,quia ipse
fuerat eis princeps sermonū pa-
cis,& ipsi auxilium ferebāt omni-
48 bus diebꝰ.†Et congregauit rex A-
lexander exercitū magnum,& ad
mouit castra contra Demetrium.
49 † Et cōmiserunt prælium duo re-
ges,& fugit exercitꝰ Demetrij, &
insecutus est eū Alexander,& in-
50 cubuit super eos.†Et inualuit præ
lium nimis, donec occidit sol, &
51 cecidit Demetrius in die illa.† Et
misit Alexander ad Ptolemæum
regē Ægypti legatos secundū hęc
52 verba dicens:† QVONIAM re-
gressus sum in regnum meum, &
sedi in sede patrum meorum, &
obtinui principatum, & contri-
ui Demetrium, & possedi regio-
53 nem nostram,† & commisi pugnā
cum eo, & contritus est ipse,&
castra eius à nobis, & sedemus
54 in sede regni eius: † & nunc sta-
tuamus ad inuicem amicitiam:
& da mihi filiam tuam vxorem,
& ego ero gener tuus, & dabo ti-
55 bi dona,& ipsi dignitatem.†Et re-
spondit rex Ptolemæus, dicens:
FELIX dies in qua reuersus es
ad terrā patrū tuorum,& sedisti in
56 sede regni eorum. † Et nunc faci-
am tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidam,vt videam
inuicem nos,& spondeam tibi fi-
57 cut dixisti. †Et exiuit Ptolemæus
de Ægypto, ipse & Cleopatra fi-
lia eius,& venit Ptolemaidam an
no centesimo sexagesimo secun-
58 do.†Et occurrit ei Alexander rex:
& dedit ei Cleopatram filiam su-
am: & fecit nuptias eius Ptole-
maidæ, sicut reges in magna glo-
59 ria.†Et scripsit rex Alexander Io-
nathæ, vt veniret obuiam sibi.
60 † Et abijt cum gloria Ptolemai-
dam, & occurrit ibi duobus re-
gibus,& dedit illis argentū mul-
tum,& aurum,& dona:& inuenit
61 gratiam in conspectu eorum. † Et
conuenerunt aduersus eum viri
pestilentes ex Israel, viri iniqui
interpellantes aduersus eum: &
62 non intendit ad eos rex. † Et
iussit

iussit spoliari Ionathan vestibus suis,& indui eum purpura: & ita fecerunt. Et collocauit eum rex 63 sedere secum. † Dixitque principibus suis: Exite cum eo in medium ciuitatis,& prædicate vt nemo aduersus eum interpellet de 64 vllo negotio,necquisquam ei mo lestus sit de vlla ratione.† Et factū F est vt viderunt qui interpellabāt gloriam eius quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fuge- 65 runt omnes: † & magnificauit eum rex.& scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducē, 66 & participem principatus. † Et reuersus est Ionathas in Ierusalē 67 cum pace & lætitia.† In anno centesimo sexagesimo quinto, venit Demetrius filius Demetrij à Cro- 68 ta in terram patrum suorum. † Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valde,& reuersus est An- 69 tiochiam. † Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœlesyriæ: & congregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam: & misit ad Iona- 70 than summum sacerdotē,† dicēs: Tu solus resistis nobis,ego autem factus sum in derisum & in opprobrium,propterea quia tu potesta- 71 tem aduersum nos exerces in mō tibus. † Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem: quia mecum est virtus 72 bellorum.† Interroga & discе quis sum ego & cæteri qui auxilio sunt mihi,qui & dicunt quia non potest stare pes vester ante faciē nostram,quia bis in fugam conuersi 73 sunt patres tui in terra sua : † & nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo,vbi non est lapis, neq; 74 saxum,neq; locus fugiendi? † Vt audiuit autē Ionathas sermones Apollonij,motus est animo:& elegit decē millia virorū, & exijt ab Ierusalem,& occurrit ei Simō fra A

ter eius in adiutoriū:† & applicuit castra in Ioppē,& exclusit eū à ciuitate: qa custodia Apollonij 76 Ioppe erat,& oppugnauit eā. † Et G exterriti q erāt in ciuitate,aperuerūt ei,&obtinuit Ionathas Ioppē. 77 †Et audiuit Apollonius,&admouit tria millia equitū,&exercitū multū. †Et abijt Azotū tanquā iter fa- 78 ciēs,&statim exijt in campū:eo q haberet multitudinē equitū,&cō fideret in eis.Et insecut' est eum Ionathas in Azotū,&cōmiserunt 79 prælіū. † Et reliqt Apollonius in castris mille eqtes post eos occul- 80 te.†Et cognouit Ionathas quoniā insidiæ sunt post se,& circuierūt castra eius,& iecerūt iacula in po- 81 pulū à manè vsq; ad vesperā. † Populus aūt stabat,sicut pceperat Ionathas:& laborauerūt equi eorū. 82 † Et eiecit Simon exercitū suū, & cōmisit contra legionē.equites.n. fatigati erāt,&cōtriti sunt ab eo, 83 & fugerūt.† Et q dispersi sunt per cāpum,fugerunt in Azotū, & intrauerunt in Beth-dagon idolum 84 suū,vt ibi se liberarent.† Et succēdit Ionathas Azotum,& ciuitates quæ erāt in circuitu eius, & accepit spolia eorū,& templum Dagon: & oēs qui fugerūt in illud,succen 85 dit igni.† Et fuerūt qui ceciderūt gladio cū his qui succēsi sunt,ferè 86 octo millia virorū.† Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonē:& exierunt de ciuitate 87 obuiam illi in magna gloria. † Et reuersus est Ionathas in Ierusalē cum suis, habentib.spolia multa. 88 † Et factum est: vt audiuit Alexander rex sermones istos,addidit ad 89 hucglorificare Ionathan.† Et misit ei fibulam auream,sicut cōsuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionem.

CAP. XI.

1 ET rex Ægypti congregauit exercitum, sicut arenā quæ est

circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno suo. † Et exijt in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexãder rex exire ei obuiã, eò quòd socer suus esset. † Cũ aũt introiret ciuitatem Ptolemæus, ponebat custodias militum in singulis ciuitatib. † Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei templũ Dagon succensum igni, & Azotum, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorum qui cęsi erant in bello tumulos quos fecerant secus viam. † Et narrauerunt regi quia hęc fecit Ionathas: vt inuidiam facerent ei: & tacuit rex. † Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierunt illic. † Et abijt Ionathas cum rege vsq; ad fluuiũ qui vocabatur Eleutherus: & reuersus est in Ierusalem. † Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum vsq; Seleuciam maritimã, & cogitabat in Alexandrum consilia mala. † Et misit legatos ad Demetrium, dicens, VENI, componamus inter nos pactũ, & dabo tibi filiã meam quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui: † pœnitet enim me quod dederim illi filiã meam: quæsiuit enim me occidere. † Et vetuperauit eũ, propterea quòd concupierat regnum eius. † Et abstulit filiam suã & dedit eam Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatæ sunt inimiciti æ eius. † Et intrauit Ptolemæus Antiochiã, & imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti & Asiæ. † Alexãder aũt rex erat in Cilicia illis tęporib. quia rebellabãt qui erant in locis illis. † Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum: & produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum. † Et fugit Alexander in Arabiã, vt ibi protegeretur: rex aũt Ptolemæus exaltatus est. † Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexãdri, & misit Ptolemæo. † Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia: & qui erant in munitionibus perierunt ab his qui erant intra castra. † Et regnauit Demetrius anno centesimo sexagesimo septimo. † In diebus illis cõgregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarẽt arcem quæ est in Ierusalem: & fecerunt contra eam machinas multas. † Et abierunt quidam qui oderant gentem suam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei quòd Ionathas obsideret arce. † Et vt audiuit, iratus est: & statim venit ad Ptolemaidam, & scripsit Ionathæ ne obsideret arcem, sed occurreret sibi ad colloquium festinato. † Vt audiuit autem Ionathas, iussit obsidere: & elegit de senioribus Israel, & de sacerdotib⁹, & dedit se periculo. † Et accepit aurum & argentum, & vestem, & alia xenia multa, & abijt ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conspectu eius. † Et interpellabant aduersus eum quidam iniqui ex gente sua. † Et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in conspectu omnium amicorũ suorum, † & statuit ei principatum sacerdotij, & quæcunque alia habuit prius pretiosa, & fecit eum principem amicorum. † Et postulauit Ionathas à rege vt immunẽ faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius: & promisit ei talenta trecenta. † Et consensit rex: & scripsit Ionathæ epistolas de his omnibus, hunc modum continentes, † Rex Demetrius fratri Ionathæ salutem & genti Iudæorum. † Exemplum epistolæ, quam scripsimus Lastheni parẽti nostro de vobis, misimus ad vos vt sciretis: † Rex De-

Demetrius Laſtheni parenti ſalu-
33 tem.†Genti Iudæorum amicis no
ſtris,& conſeruantibus quæ iuſta
ſunt apud nos, decreuimus bene-
facere,propter benignitatem ip-
34 ſorum quã erga nos habent.† Sta-
D tuimus ergo illis omnes fines Iu-
dææ,&tres ciuitates,Lydam &Ra-
matham,quæ additæ ſunt Iudææ
ex Samaria,& omnes confines ea
rum ſequeſtrari omnibus ſacrifi-
cantibus in Ieroſolymis pro his
quæ ab eis prius accipiebat rex
per ſingulos annos, & pro fructi-
35 bus terræ & pomorum. † Et alia
quæ ad nos pertinebant decima-
rum &tributorum,ex hoc tempo
re remittimus eis:& areas ſalina-
rum,& coronas quæ nobis defere
36 bantur,omnia ipſis concedimus,
& nihil horum irritũ erit ex hoc
37 & in omne tempus. † Nunc ergo
curate facere horum exemplum,
& detur Ionathæ, & ponatur in
monte ſancto,& in loco celebri.
38 †Et videns Demetrius rex quòd ſi
luit terra in conſpectu ſuo, & ni-
hil ei reſiſtit,dimiſit totum exer-
citum ſuum,vnumquemq; in lo-
cum ſuũ,excepto peregrino exer
citu quẽ traxit ab inſulis gentiũ:
& inimici erant ei omnes exerci-
39 tus patrum eius.†Tryphon autem
erat quidam partium Alexandri
prius:& vidit quoniã omnis exer
citus murmurauit contra Deme-
trium,& iuit ad Emalchuel Ara-
40 bem,qui nutriebat Antiochum fi
lium Alexandri:† & affidebat ei,
vt traderet eum ipſi, vt regnaret
loco patris ſui:& enũtiauit ei quã
ta fecit Demetrius, & inimicitias
41 exercituũ eius aduerſus illum. Et
manſit ibi diebus multis.† Et mi-
E ſit Ionathas ad Demetrium regẽ
vt eijceret eosqui in arce erant in
42 Ieruſalem,& qui in præſidijs erãt:
quia impugnabant Iſrael. † Et mi
ſit Demetrius ad Ionathan, dicẽs,
Non hæc tantùm faciam tibi &
gẽti tuę,ſed gloria illuſtrabo te&
gentem tuam cùm fuerit oppor-
43 tunum.† Nunc ergo rectè feceris,
ſi miſeris in auxilium mihi viros:
quia diſceſſit omnis exercitus me
44 us.† Et miſit ei Ionathas tria mil-
lia virorum fortium Antiochiam:
& venerunt ad regem, & delecta-
45 tus eſt rex in aduentu eorum.† Et
conuenerunt qui erant de ciuita-
te,cẽtum viginti millia virorum,
46 & volebant interficere regem.†Et
fugit rex in aulam: & occupauer-
unt qui erant de ciuitate itinera
ciuitatis, & cœperunt pugnare.
47† Et vocauit rex Iudæos in auxili-
um, & conuenerunt omnes ſimul
ad eũ,& diſperſi ſunt omnes per
48 ciuitatẽ: † & occiderũt in illa die
centũ millia hominũ, & ſuccẽde-
rũt ciuitatẽ,& ceperũt ſpolia mul
ta in die illa,&liberauerunt regẽ,
49 †Et viderunt qui erant de ciuita-
te q̃ obtinuiſſent Iudæi ciuitatẽ
ſicut volebant: & infirmati ſunt
mente ſua,& clamauerũt ad regẽ
50 cũ precib.dicentes,†Da nobis dex
tras, & ceſſent Iudæi oppugnare
51 nos & ciuitatẽ.†Et proiecerũt ar-
ma ſua,& fecerunt pacem: & glo-
rificati ſunt Iudæi in cõſpectu re-
gis,& in cõſpectu omniũ q̃ erãt in
regno eius,& nominati ſunt in re
gno:& regreſſi ſunt in Ieruſalem,
52 habentes ſpolia multa. † Et ſedit
Demetrius rex in ſede regni ſui:
& ſiluit terra in conſpectu eius.
53† Et mentitus eſt omnia quæcun-
F que dixit,& abalienauit ſe à Iona
tha,& non retribuit ei ſecundum
beneficia quæ ſibi tribuerat , &
54 vexabat eum valde.† Poſthæc au-
tem reuerſus eſt Tryphon,& An-
tiochus cum eo puer adoleſcens,
& regnauit, & impoſuit ſibi dia-
55 dema. † Et congregati ſunt ad e-
um omnes exercitus quos diſper-
ſerat Demetrius, & pugnauerunt
contra eum: & fugit & terga ver-
56 tit. † Et accepit Tryphon be-
ſtias , & obtinuit Antiochiam
57† &ſcripſit Antiochus adoleſcens

Iona-

Ionathę,dicens,Constituo tibi sa
cerdotium, & constituo te super
quatuor ciuitates, vt sis de amicis
58 regis. † Et misit illi vasa aurea in
ministerium, & dedit ei potestatē
bibendi in auro, & esse in purpu
59 ra,& habere fibulam auream: † &
Simonem fratrem eius constituit
ducem à terminis Tyri vsque ad fi
60 nes Ægypti. † Et exijt Ionathas,&
perambulabat trans flumen ciui-
tates:& congregatus est ad eū om
nis exercitus Syrię in auxilium,&
venit Ascalonē,& occurrerunt ei
61 honorificè de ciuitate. † Et abijt in
de Gazam:& concluserunt se qui
erant Gazæ,& obsedit eam,& suc
cendit quæ erant in circuitu ciui-
62 tates & prædatus est eam. † Et ro-
gauerunt Gazenses Ionatham, &
dedit illis dextram: & accepit fili
os eorū obsides,&misit illos in Ie
rusalem,&perābulauit regionem
63 vsq; Damascū. † Et audiuit Iona-
G thas quòd præuaricati sunt prin-
cipes Demetrij in Gades quæ est
in Galilæa cū exercitu multo,vo-
lētes eum remouere à negotio re
64 gni: † & occurrit illis: fratrem au-
tem suum Simonem reliquit in-
65 tra prouinciā. † Et applicuit Simō
ad Bethsuram, & expugnabat eā
diebus multis,& conclusit eos.
66 † Et postulauerunt ab eo dextras
accipere,& dedit illis:& eiecit e-
os inde,& cepit ciuitatem, & po-
67 suit in ea præsidium. † Et Ionathas
& castra eius applicuerunt ad a-
quam Genesar:& ante lucem vigi
68 lauerunt in campo Asor. † & ecce
castra alienigenarum occurrebāt
in campo,& tendebant ei insidi-
as in montibus:ipse autem occur-
69 rit ex aduerso. † Insidiæ verò exur
rexerunt de locis suis, & commi-
70 serunt prælium. † Et fugerunt qui
erant ex parte Ionathæ omnes:&
nemo relictus est ex eis, nisi Ma-
thathias filius Absolonij, & Iu-
das filius Calphi princeps militiæ
71 exercitus. † Et scidit Ionathas ve-
stimenta sua, & posuit terram in
72 capite suo,& orauit. † Et reuersus
est Ionathas ad eos in prælium,&
conuertit eos in fugam, & pugna
73 uerunt. † Et viderunt qui fugie
bant partis illius, & reuersi sunt
ad eum, & insequebantur cum
eo omnes vsque Cades ad castra
sua, & peruenerunt vsque illuc.
74 † & ceciderunt de alienigenis in
die illa tria millia virorum: &
reuersus est Ionathas in Ierusa-
lem.

CAP. XII.

1 ET vidit Ionathas quia tempus
A eum iuuat,& elegit viros, &
misit eos Romam statuere & re-
2 nouare cum eis amicitiam: & ad
Spartiatas, & ad alia loca misit e-
pistolas secundum eandem for-
3 mam. † Et abierunt Romam,& in
trauerunt curiam, & dixerunt,
Ionathas summus sacerdos,& gēs
Iudæorum miserunt nos,vt reno-
uaremus amicitiam & societatem
4 secundum pristinum. † Et dede-
runt illis epistolas ad ipsos per lo
ca,vt deducerent eos in terrā Iu-
5 da cum pace. † Et hoc est exem-
plum epistolarum quas scripsit
6 Ionathas Spartiatis: † IONA-
THAS summus sacerdos,& senio
res gentis, & sacerdotes, & reli-
quus populus Iudæorum Spartia-
7 tis fratrib. salutem. † Iampridem
missæ erant epistolæ ad Oniā sum
mum sacerdotē à Dario qui regna
bat apud vos,quoniā estis fratres
nostri,sicut scriptū cōtinet quod
8 subiectum est. † Et suscepit Oni-
B as virum qui missus fuerat cum
honore: & accepit epistolas, in
quibus significabatur de societa-
9 te & amicitia. † Nos * cùm nullo enim
horum indigeremus habentes so
latio sanctos libros qui sunt in
10 manibus nostris,† maluimus mit-
tere ad vos renouare fraternitatē
& amicitiam,ne forte alieni effi-
ciamur à vobis: multa enim tem-
pora

pora transierunt, ex quo missistis
11 ad nos. † Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus
solennibus, & cæteris quibus oportet, memores sumus vestri in
sacrificijs quæ offerimus, & in obseruationibus, sicut fas est & de-
12 cet meminisse fratrum. † Lætamur
13 itaq; de gloria vestra. † Nos autem
circundederunt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerunt nos reges qui sunt in cir-
14 cuitu nostro. † Noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris so-
15 cijs, & amicis nostris in his præ-
lijs. † habuimus enim de cælo auxilium, & liberati sumus nos, &
16 humiliati sunt inimici nostri. † E-
C legimus itaque Numenium An-
-4. tiochi, & Antipatrem Iasonis filium, & missimus ad Romanos re-
17 nouare cum eis amicitiam & so-
cietatem pristinam. † Mandauimus itaque eis vt veniant etiam
ad vos, & salutent vos, & reddant
18 vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ. † Et
19 nunc benefacietis respondentes
nobis ad hæc. † Et hoc rescriptum
Oniares est epistolarum, quod miserat Onias. † REX Spartiatarum Onias,
Rex (20 Ionathæ sacerdoti magno salu-
Spartiata- tem. † Inuentum est in scriptura
rum O- (21 de Spartiatis & Iudæis quoniam
niæ. Sic Græca. sunt fratres, & quòd sunt de ge-
22 nere Abraham. † Et nunc ex quo
hæc cognouimus, benefacitis scri-
23 bentes nobis de pace vestra. † Sed
& nos rescripsimus vobis, Pecora
nostra & possessiones nostræ, vestræ sunt: & vestræ nostræ. man-
24 dauimus itaque hæc nuntiari vo-
D bis. † Et audiuit Ionathas quoniã
regressi sunt principes Demetrij
cũ exercitu multo supra quã pri-
25 pugnare aduersus eum: † & exijt
ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathite regione. non enim de-
derat eis spatium vt ingrederentur regionem eius. † Et misit spe-
26 culatores in castra eorum, & re-
uersi renuntiauerunt quòd constituunt superuenire illis nocte.
27 † Cùm occidisset autem sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnã totã nocte, & posuit custodes per
28 circuitum castrorum. † Et audierunt aduersarij quòd paratus est
Ionathas cum suis in bello: & timuerunt, & formidauerunt in
corde suo, & accenderunt focos
29 in castris suis. † Ionathas autem
& qui cum eo erant, non cognouerunt vsque mane: videbant au-
30 tem luminaria ardentia, † & secutus est eos Ionathas, & non comprehendit eos: transierant enim
31 flumen Eleutherum. † Et diuertit
Ionathas ad Arabas, qui vocaban-
E tur Zabadæi: & percussit eos, &
32 accepit spolia eorum. † Et iunxit,
& venit Damascum, & perambulabat omnem regionem illam.
33 † Simon autem exijt, & venit vsque ad Ascalonem, & ad proxima
præsidia, & declinauit in Ioppen,
34 & occupauit eam. † (audiuit enim
quòd vellent præsidium tradere
partibus Demetrij) & posuit ibi
35 custodes, vt custodirent eam. † Et
reuersus est Ionathas, & conuocauit seniores populi, & cogitauit
cum eis ædificare præsidia in Iu-
36 dæa, † & ædificare muros in Ierusalem, & exaltare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis, vt separaret eam à ciuitate, vt
esset ipsa singulariter, & neq; e-
37 mant, neq; vendant. † Et conuenerunt vt ædificarent ciuitatem,
& cecidit murus qui erat super
torrentem ab ortu solis, & reparauit eum, qui vocatur Caphetetha: † & Simon ædificauit Adiada
38 in Sephela, & muniuit eam, & im-
39 posuit portas & seras. † Et cùm cogitasset Tryphon regnare Asiæ,
& assumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem:
40 † timens ne forte non permitte-
F ret eum Ionathas, sed pugnaret
ad-

aduersus eum, quærebat comprehendere eum, & occidere. Et
41 exurgens abijt in Bethsan. † Et exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in prælium, & venit
42 Bethsan. † Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum exercitu multo, vt extenderent in eum ma
43 nus: & timuit, † & excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus suis vt obedirent ei, sicut si-
44 bi. † Et dixit Ionathæ, Vt quid vexasti vniuersum populum, cùm
45 bellum nobis non sit? † Et nunc remitte eos in domos suas, elige autem tibi viros paucos qui tecum sint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia & exercitum & vniuersos præpositos negotij, & conuersus abibo: propterea enim
46 veni. † Et credidit ei, & fecit sicut dixit, & dimisit exercitū, & abie-
47 runt in terram-Iuda, † retinuit G autem secum tria millia virorum: ex quibus remisit in Galilæā duo millia, mille autem venerunt
48 cum eo. † Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptolemenses: & comprehēderunt eum: & omnes qui cum eo intrauerāt, gladio in-
49 terfecerunt. † Et misit Tryphon exercitū & equites in Galilæam, & in campum magnum, vt perde-
50 rent omnes socios Ionathæ. † At illi cùm cognouissent quia comprehensus est Ionathas & perijt, & omnes qui cum eo erant: hortati sunt semetipsos, & exierunt
51 parati in prælium. † Et vidētes hi qui insequuti fuerant, quia pro a-
52 nima res est illis, reuersi sunt: † illi autem venerunt omnes cum pace in terram-Iuda. Et planxerunt Ionatham, & eos qui cum ipso erant valde: & luxit Israel luctu
53 magno. † Et quæsierunt omnes gentes quæ erant in circuitu eorum, cōterere eos: dixerunt enim,
54 † Non habent principem & adiuuantem: nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

CAP. XIII.

1 ET audiuit Simon quòd cōgregauit Tryphon exercitum co-
A piosum, vt veniret in terram-Iu-
2 da, & attereret eam. † Videns quia in tremore populus est & in timore, ascendit Ierusalem, & congre-
3 gauit populum: † & adhortans dixit, Vos scitis quanta ego & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias quales vidi-
4 mus: † horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel,
5 & relictus sum ego solus. † Et nūc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum
6 fratribus meis. † Vindicabo itaque gentem meam & sancta, natos quoque "nostros', & vxores: quia congregatæ sunt vniuersæ gentes conterere nos inimicitiæ
7 gratia. † Et accensus est spiritus populi simul vt audiuit sermones
8 istos, † & responderunt voce magna, dicentes: Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui.
9 † pugna prælium nostrum, & omnia quæcūq; dixeris nobis, facie-
10 mus. † Et congregans omnes vi-
B ros bellatores, accelerauit cōsummare vniuersos muros Ierusalem,
11 & muniuit eam in gyro. † Et misit Ionathan, filium Absalomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in
12 arce, remansit illic ipse. † Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, vt veniret in terram-Iuda, & Ionathas cum
13 eo in custodia. † Simon autem applicuit in Addus contra faciem
14 campi. † Et vt cognouit Tryphon quia

"vestros ||

quia surrexit Simon loco fratris
sui Ionathæ: & quia commissu-
rus esset cum eo prælium, misit
15 ad eum legatos, † dicens: Pro ar-
gento quod debebat frater tuus
c. 13. Ionathas in ratione Regis, pro-
pter negotia quę habuit, detinui
16 inus eum. † Et nunc mitte argen-
ti talenta centum, & duos filios
eius obsides, vt nō dimissus fugiat
17 à nobis, & remittemus eum. † Et
C cognouit Simon quia cùm dolo
loqueretur secum, iussit tamen
dari argentum & pueros: ne ini-
micitiam magnā sumeret ad po-
18 pulum Israel, dicentem: † Quia
non misit ei argentum, & pueros,
19 propterea perijt. † Et misit pue-
ros, & centum talenta: & menti-
20 tus est, & non dimisit Ionathan.
† Et post hæc venit Tryphon in-
tra regionem, vt contereret eam,
& gyrauerunt per viam quæ du-
cit Ador, & Simon & castra eius
21 ambulabant in omnem locū quo
cunque ibant. † Qui autem in ar-
ce erant, miserunt ad Tryphonē
legatos, vt festinaret venire per
22 desertum, & mitteret illis alimo-
nias. † Et parauit Tryphon om-
nem equitatum, vt veniret illa
nocte: erat autem nix multa val-
de, & non venit in Galaaditim.
23 † Et cùm appropinquasset Basca-
man, occidit Ionathan & filios e-
24 ius illic. † Et conuertit Tryphon,
25 & abijt in terram suam. † Et misit
Simō, & accepit ossa Ionathæ frā-
D tris sui, & sepeliuit ea in Modin
26 ciuitate patrum eius. † Et planxe-
runt eum omnis Israel planctu
27 magno, & luxerūt eum dies mul-
tos. † Et ædificauit Simon super
sepulchrum patris sui & fratrum
28 suorum ædificium altum visu, la-
pide polito retrò & ante: † & sta-
tuit septem pyramidas, vnam cō-
tra vnam patri & matri, & qua-
29 tuor fratribus: † & his circumpo-
suit columnas magnas: & super
columnas arma, ad memoriā æter-
nam: & iuxta arma naues sculp-
tas, quæ viderentur ab omnibus
30 nauigantium marē. † hoc est se-
pulchrum quod fecit in Modin
31 vsq; in hunc diem. † Tryphon au-
tem cùm iter faceret cum Antio-
cho rege adolescente, dolo occi-
32 dit eum. † Et regnauit loco eius,
& imposuit sibi diadema Asiæ, &
fecit plagam magnam in terra.
33 † Et ædificauit Simon præsidia Iu-
E dææ, muniens ea turribus excel-
sis, & muris magnis, & portis, &
feris: & posuit alimenta in mu-
34 nitionibus. † Et elegit Simon vi-
ros, & misit ad Demetriū regem
vt faceret remissionem regioni:
quia actus omnes Tryphonis per
35 direptionem fuerant gesti. † Et
Demetrius rex ad verba ista re-
spōdit ei, & scripsit epistolam ta-
36 lem: † Rex Demetrius Simoni
summo sacerdoti, & amico regū,
& senioribus, & Genti Iudæo-
37 rum salutem. † Coronam auream,
& bahem quam misistis, suscepi-
mus: & parati sumus facere vo-
biscum pacem magnam, & scri-
bere præpositis regis remittere
38 vobis quæ indulsimus. † Quæcun-
que enim cōstituimus vobis con-
stant. Munitiones quas ædifica-
39 stis, vobis sint: † remittimus quo-
que ignorantias, & peccata vsque
in hodiernum diem, & coronam
quam debebatis: & siquid aliud
erat tributarium in Ierusalem,
40 iam non sit tributarium. † Et si
qui ex vobis apti sunt conscribi
inter nostros, conscribantur, &
41 sit inter nos pax. † Anno centesi-
mo septuagesimo ablatum est iu-
42 gum Gentium ab Israel. † Et cœ-
F pit populus Israel scribere in ta-
bulis & gestis publicis, anno pri-
mo sub Simone summo sacerdo-
te, magno duce & principe Iudæo-
43 rum. † In diebus illis applicuit Si-
mon ad Gazam, & circumdedit
eam castris: & fecit machinas,
& applicuit ad ciuitatem, & per-
cussit

cussit turrem vnam, & compre-
44 hendit eam. † Et eruperant qui e-
rant intra machinam, in ciuita-
tem: & factus est motus magnus
45 in ciuitate. † Et ascenderunt qui
erant in ciuitate cum vxoribus &
filijs supra murum scissis tunicis,
suis, & clamauerunt voce magna
postulantes à Simone dextras si-
46 bi dari, † & dixerunt, Non nobis
reddas secundū malitias nostras,
sed secūdum misericordias tuas.
47 † * Et flexus Simon non debella-
* & seruie- uit eos: eiecit tamen eos de ciui-
mus tibi. tate, & mundauit ædes in quibus
fuerant simulachra, & tunc intra-
uit in eam cum hymnis benedi-
48 cens Dominum: † & eiecta ab ea
omni immunditia, collocauit in
ea viros qui legem facerent: &
muniuit eam, & fecit sibi habita-
49 tionem. † Qui autem erant in ar-
G ce Ierusalem, prohibebantur e-
gredi & ingredi regionem, & e-
mere, & vendere: & esurierunt
valde, & multi ex eis fame perie-
50 runt, † & clamauerunt ad Simó-
nem vt dextras acciperet, & de-
dit illis, & eiecit eos inde, & mun
dauit arcem à cōtaminationibus,
51 † & intrauerunt in eam tertia &
vicesima die secundi mensis, an-
no centesimo septuagesimo pri-
mo, cum laude & ramis palina-
rum, & cynniris, & cymbalis, &
nablis, & hymnis & canticis, quia
contritus est inimicus magnus ex
52 Israel. † Et constituit vt omnibus
annis agerentur dies hi cum læ-
53 titia. † Et muniuit montem tem-
pli, qui erat secus arcem, & habi-
tauit ibi ipse, & qui cum eo erant.
54 † Et vidit Simō Iohannem filium
suum quòd vir esset: & posuit
eum ducem virtutum vniuersa-
rum, & habitauit in Gazaris.

CAP. XIIII.

1 A ANno cēteſimo ſeptuageſimo
secundo congregauit rex De-
metrius exercitum suum, & abijt
C autem quòd Simon frater eius
in Mediam ad contrahenda sibi
auxilia, vt expugnaret Trypho-
2 nem. † Et audiuit Arsaces rex Per-
sidis & Mediæ, quia intrauit De-
metrius confines suos, & misit v-
num de principibus suis, vt com-
3 prehēderet eum viuum. † Et abijt,
& percussit castra Demetrij, & cō-
prehendit eum, & duxit eum ad
Arsacem, & posuit eum in custo-
4 diam. † Et siluit omnis terra Iuda
omnibus diebus Simonis, & quę-
siuit bona genti suæ, & placuit il-
lis potestas eius & gloria eius o-
5 mnibus diebus. † Et cum omni
gloria sua accepit Ioppen in por-
tum, & fecit introitum in insulis
6 maris. † Et dilatauit fines gentis
7 suæ, & obtinuit regionem. † Et
congregauit captiuitatem mul-
tam, & dominatus est Gazariæ &
Beth-suræ, & arci: & abstulit im-
8 munditias ex ea, & non erat qui
resisteret ei. † Et vnusquisque co-
lebat terram suam cum pace: &
terra-Iuda dabat fructus suos, &
ligna camporum fructum suum.
9 † Seniores in plateis sedebant om
B nes, & de bonis terræ tractabant,
& iuuenes induebant se gloriam,
10 & stolas belli. † Et ciuitatibus tri-
buebat alimonias, & cōstituebat
eas vt essent vasa munitionis quo
adusq; nominatū est nomen glo-
riæ eius vsq; ad extremum terræ.
11 † Fecit pacem super terram, & læ-
12 tatus est Israel lætitia magna. † Et
sedit vnusquisq; sub vite sua, &
sub ficulnea sua: & non erat qui
13 eos terreret. † Defecit impugnans
eos super terram: reges contriti
14 sunt in diebus illis. † Et confirma-
uit omnes humiles populi sui, &
legem exquisiuit, & abstulit om-
15 nem iniquum & malum: † sancta
glorificauit, & multiplicauit vasa
16 sanctorum. † Et auditum est Ro-
mæ quia defunctus esset Iona-
thas, & vsq; in Spartiatas: & con-
17 tristati sunt valde. † Vt audierunt
factus

factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret omnem regionem, & ciuitates in eas:
18 † scripserunt ad eum in tabulis æreis, vt renouarēt amicitias & societatem quam fecerant cum Iuda & cū Ionatha fratribus ei⁹.
19 † Et lectæ sunt in conspectu ecclesiæ in Ierusalem. Et hoc exemplū epistolarum quas Spartiatæ mise-
20 runt. † SPARTIANORVM
* princeps 15. * principes & ciuitates Simóni sacerdoti magno, & senioribus, & sacerdotibus, & reliquo populo
21 Iudæorū fratribus salutem. † Legati qui missi sunt ad populum nostrum, nuntiauerunt nobis de vestra gloria & honore & lætitia: & gauisi sumus in introitu eorū.
22 † Et scripsimus quæ ab eis erant dicta in concilijs populi sic, Numenius Antiochi, & Antipater Iasonis filius legati Iudæorum, venerunt ad nos, renouantes no-
23 biscum amicitiam pristinam. † Et placuit populo excipere viros gloriosè & ponere exemplum ser
D monum eorum in segregatis populi libris, vt sit ad memoriā populo Spartiatarum. Exemplum autem horum scripsimus Simóni
24 magno sacerdoti. † Post hæc autem misit Simō Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarū mille ad statuendam cum eis societatem. Cùm autem audisset popu
25 lus Romanus † sermones istos, dixerunt, Quam gratiarum actionē reddemus Simóni & filijs ei⁹?
26 † Restituit enim ipse fratres suos, & expugnauit inimicos Israel ab eis, & statuerunt ei libertatem, & descripserunt in tabulis æreis, & posuerunt in titulis in mōte Si-
27 on. † Et hoc est exemplū scriptu-
*.7. ræ'. OCTAVA decima die mēsis Elul, anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno in A-
28 saramel, † in conuentu magno sacerdotū, & populi & principum gentis, & seniorū regionis, nota facta sunt hæc, Quoniam frequenter facta sunt prælia in regione
29 nostra. † Simon aūt Mathathiæ filius ex filijs Iarib, & fratres eius dederūt se periculo, & restiterūt aduersarijs gentis suæ, vt starent sancta ipsorum & lex, & gloria magna glorificauerūt gentem su-
30 am. † Et congregauit Ionathas
E gentem suam, & factus est illis sacerdos magnus, & appositus est
31 ad populum suum. † Et voluerūt inimici eorum calcare, & atterere regionem ipsorum, & exten-
32 dere manus in sancta eorū. † Tunc restitit Simon, & pugnauit pro gente sua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis suæ, & dedit illis stipēdia:
33 † & muniuit ciuitates Iudææ, & Bethsurā quæ erat in finibus Iudææ, vbi erant arma hostium antea: & posuit illic præsidiū viros
34 Iudæos. † Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare: & Gazaram, quæ est in finibus Azóti, in qua hostes antea habitabant, & collocauit illic Iudæos: & quæcunq; apta erant ad correptionem eorum, posuit
35 in eis. † Et vidit populus actum Simónis, & gloriam quam cogitabat facere genti suæ, & posuerunt eum ducem suum & principem sacerdotum, eò quod ipse fecerat hæc omnia, & iustitiam & fidē quam conseruauit genti suę, & exquisiuit omni modo exalta-
36 re populū suum. † Et in diebus e-
F ius prosperatum est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in ciuitate Dauid erāt in Ierusalem in arce, de qua procedebant, & cōtamina bant omnia quæ in circuitu sanctorū sunt, & inferebant plagam
37 magnam castitati: † & collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis & ciuitatis: & exal-
38 tauit muros in Ierusalem. † Et rex

Demetrius statuit illi summum
39 sacerdotium,† Secundum hæc fe-
cit eum amicum suum,& glorifi-
40 cauit eum gloria magna. † Audi-
uit enim quòd appellati sunt Iu-
dæi à Romanis amici, & socij, &
fratres, & quia susceperunt lega-
41 tos Simónis glorioſe:† & quia Iu-
dæi & sacerdotes eorum consen-
serunt eum esse ducem suum &
summum sacerdotem in æternũ,
42 donec surgat propheta fidelis:†&
G vt sit super eos dux, & vt cura es-
set illi pro sanctis,& vt constitue-
ret præpositos super opera eorũ,
& super regionem & super arma
43 & super præsidia, † & cura sit illi
de sanctis: & vt audiatur ab om-
nibus, & scribantur in nomine
eius omnes conscriptiones in re-
gione:& vt operiatur purpura &
44 auro:† & ne liceat vlli ex populo
& ex sacerdotibus irritum facere
aliquid horum, & contradicere
his quæ ab eo dicuntur, aut con-
uocare conuentum in regione si-
nè ipso:& vestiri purpura, & vti
45 fibula aurea. † qui autem fecerit
extra hæc,aut irritum fecerit ali-
46 quid horũ:reus erit. † Et compla-
cuit omni populo statuere Simó-
nẽ,& facere secũdum verba ista.
47 † Et suscepit Simon, & placuit ei
vt summo sacerdotio fungere-
tur,& esset dux & princeps gẽtis
Iudæorum & sacerdotũ,& præsi-
48 set omnibus. † Et scripturam istã
dixerunt ponere in tabulis æra-
is,& ponere eas in peribolo san-
49 ctorum, in loco celebri: † exem-
plum autem eorum ponere in
ærario, vt habeat Simon & filij
eius.

CAP. XV.

1 A ET misit rex Antiochus filius
Demetrij epistolas ab insulis
maris Simóni sacerdoti, & prin-
cipi gentis Iudæorum, & vniuer-
2 sæ genti: † & erant continentes
hunc modum, REX Antiochus
Simóni sacerdoti magno,& gen-
3 ti Iudæorum salutem.† Quoniam
quidem pestilentes obtinuerunt
regnum patrum nostrorum, volo
autem vendicare regnum, & re-
stituere illud sicut erat antea: &
electam feci multitudinem exer-
4 citus,& feci naues bellicas.† Volo
aũt procedere per regionem,vt * regiones
vlciscar in eos qui corruperunt 15.
regionem nostram,& qui desola-
uerunt ciuitates multas in regno
5 meo. † Nunc ergo statuo tibi oẽs
oblationes quas remiserunt tibi
ante me omnes reges,& quæcun-
6 que alia dona remiserunt tibi:†&
B permitto tibi facere percussuram
proprij numismatis in regione
7 tua. † Ierusalem autem sanctam
esse & liberam, & omnia arma
quæ fabricata sunt, & præsidia
quæ construxisti, quæ tenes ma-
8 neant tibi.† Et oẽ debitũ regis,&
quæ futura sunt regi,ex hoc & in
totũ tempus remittuntur tibi.
9 † Cùm autem obtinuerimus re-
gnũ nostrum, glorificabimus te,
& gentem tuam, & templũ glo-
ria magna, ita vt manifestetur
gloria vestra in vniuersa terra.
10 † Anno centesimo septuagesimo
quarto exit Antiochus in terram
patrum suorũ,& conuenerũnt ad
eum oẽs exercitus,ita vt pauci re
11 licti essent cum Tryphone. † Et
insecutus est eũ Antiochus Rex,
& venit Doram fugiens per ma-
12 ritimã;† sciebat enim quod con-
gregata sunt mala in eum, & re-
13 liquit eum exercitus.† & applicu-
C it Antiochus super Doram cum
centũ viginti millibus virorum
belligeratorum, & octo millibus
14 equitum:† & circuiuit ciuitatem,
& naues à mari accesserunt: &
vexabant ciuitatem à terra & ma
ri,& neminem sinebant ingredi
15 vel egredi. † Venit autem Nume-
nius, & qui cum eo fuerant, ab
vrbe Roma, habentes epistolas
regibus & regionibus scriptas,in
qui-

16 quibus continebantur hæc: † LV-
CIVS consul Romanorũ, Pto
17 lemæo regi salutem. † Legati Iu-
dæorum venerunt ad nos amici
nostri, renouantes pristinam a-
micitiam & societatem, missi à
Simone principe sacerdotum, &
18 populo Iudæorum. † Attulerunt
autem & clypeum aureum mna-
19 rum mille. † Placuit itaque nobis
D scribere regibus & regionibus, vt
non inferant illis mala neque
impugnent eos & ciuitates eo-
rum, & regiones eorum: & vt nõ
F rant auxilium pugnantibus ad-
20 uersus eos. † Visum autem est no-
21 bis accipere ab eis clypeum. † Si
qui ergo pestilentes fugerint de
regione ipsorum ad vos, tradite
eos Simoni principi sacerdotum,
vt vindicet in eos secundum le-
22 gem suam. † Hæc eadem scripta
23 sunt Demetrio regi, & Attalo, &
Arabæ, & Arsaci, † & in omnes re
giones, & Sampsamæ & Sparria-
tis & Delo & Mydo, & Sicioni,
& Cariæ, & Samum & Pamphili-
am & Lyciam, & Halicarnassum
& Rhodum & Phaselida & Coo
& Siden & Arado & Cortinam &
Cnidum & Cyprum & Cyrenen.
24 † Exemplum autem eorũ scripse-
25 runt Simoni principi sacerdotũ
*& populo Iudæorũ. * † Antiochus autem rex appli-
cuit castra in Doram secundo ad-
mouens ei semper manus, & ma-
26 chinas faciens: & conclusit Try-
E phonem, ne procederet. † & mi-
sit ad eum Simon duo millia vi-
rorum electorum in auxilium, &
27 argentum & aurum & vasa co-
piosa: † & noluit ea accipere, sed
28 rupit omnia quæ pactus est cum
eo antea, & alienauit se ab eo. † Et
misit ad eum Athenobium vnũ
de amicis suis, vt tractaret cum
ipso dicens, Vos tenetis Ioppen,
29 & Gazaram, & arcem quæ est in
Ierusalẽ ciuitates regni mei: † fi-
nes earum desolastis, & fecistis,
plagam magnam in terra, & do-
minati estis per loca multa in re-
30 gno meo. † Nunc ergo tradite ci-
uitates quas occupastis, & tribu-
ta locorum in quibus dominati
31 estis extra fines Iudææ. † sin autẽ,
date pro illis quingenta talenta
argenti, & exterminij quod ex-
terminastis, & tributorum ciuita
tũ alia talenta quingenta: sin au-
tẽ, veniemus & expugnabimus
32 vos. † Et venit Athenobius ami-
F cus regis in Ierusalẽ, & vidit glo-
riã Simonis, & claritatem in au-
ro & argento, & apparatum co-
piosum, & obstupuit: & retulit ei
33 verba regis. † Et respondit ei Si-
mon, & dixit ei, Neq; alienã ter-
ram sumpsimus, neq; alienam de
tinemus: sed hæreditatem patrũ
nostrorum, quæ iniuste ab inimi-
cis nostris aliquo tẽpore possessa
34 est. † Nos vero tempus habentes,
35 vendicamus hæreditatem patrũ
nostrorum. † Nam de Ioppe &
Gazara quæ expostulas, ipsi facie-
bant in populo plagam magnam,
& in regione nostra: horum da-
mus talenta centum. Et non re-
spondit ei Athenobius verbum.
36 † Reuersus autem cum ira ad
regẽ, renuntiauit ei verba ista, &
G gloriã Simonis, & vniuersa quæ
vidit: & iratus est rex ira magna.
37 † Tryphon autem fugit naui in
38 Orthosiada. † Et constituit rex
Cendebæum ducẽ maritimũ, &
exercitum peditũ & equitũ dedit
39 illi. † Et mandauit illi mouere ca-
stra contra faciẽ Iudææ: & manda
uit ei ædificare Cedronẽ, & ob-
struere portas ciuitatis, & debel-
lare populũ. Rex aũt persequeba-
40 tur Tryphonẽ. † Et peruenit Cen-
debæus Iamniam, & cœpit irri-
tare plebem, & conculcare Iudæ-
am, & captiuare populum, &
interficere & ædificare Cedronẽ.
41 † Et collocauit illic equites, & e-
xercitum: vt egressi perambula-
rent viam Iudææ, sicut constituit
ei rex.

CAP. XVI.

1 ET ascendit Iohannes de Ga-
A zaris, & nuntiauit Simóni pa-
3 tri suo quæ fecit Cendebæus in C
2 populo ipsorũ. † Et vocauit Simõ
duos filios suos seniores, Iudam,
& Iohannem, & ait illis, Ego &
fratres mei, & domus patris mei
expugnauimus hostes Israel ab a-
dolescẽtia vsq; in hũc diẽ: & pros-
peratũ est in manibus nostris li-
3 berare Israel aliquoties. † Nũc au
tẽ senui, sed estote loco meo, &
fratris mei, & egressi pugnate pro
gẽte nostra: auxiliũ vero de cælo
4 vobiscũ sit. † Et elegit de regione
viginti millia virorũ belligerato
rũ, & equites, & profecti sunt ad
Cendebæũ: & dormierũt in Mo-
5 din. † Et surrexerũt manè, & abie-
runt in campũ: & ecce exercitus
copiosus in obuia illis peditũ &
equitũ, & fluuius torrens erat in-
6 ter mediũ ipsorũ. † Et admouit
castra contra faciem eorũ ipse &
populus eius, & vidit populũ tre-
pidantẽ ad transfretandũ torren
tem, & transfretauit primus: & vi
derunt eũ viri, & transierũt post D
7 eũ. † Et diuisit populũ, & equites
in medio peditũ. erat aũt equita-
tus aduersariorũ copiosus nimis.
8 † Et exclamauerunt sacris tubis: &
B in fugã cõuersus est Cendebæus,
& castra eius: & ceciderunt ex eis
multi vulnerati, residui autem in
9 munitionẽ fugerunt. † Tũc vul-
neratus est Iudas frater Iohãnis:
Iohannes aũt insecutus est eos,
donec venit Cedronem quam æ-
10 dificauit: † & fugerunt vsq; ad tur
res quæ erant in agris Azóti, &
succendit eas igni. Et ceciderunt
ex illis duo millia virorum, & re-
11 uersus est in Iudæam in pace. † &
Ptolemæus filius Abobi constitu-
tus erat dux in campo Iericho, &
habebat argentum & aurum mul
12 tum. † erat enim gener summi
13 sacerdotis. † Et exaltatum est cor
eius, & volebat obtinere regio-
nem, & cogitabat dolum aduer-
sus Simónem & filios eius vt tol-
14 leret eos. † Simon autem peram-
bulans ciuitates quæ erant in re- C
gione Iudææ, & solicitudinẽ ge-
rens earum, descendit in Iericho
ipse & Mathathias filius eius, &
Iudas anno cẽtesimo septuagesi-
mo septimo, mẽse vndecimo, hic
15 est mensis Sabbath. † Et susceptit
eos filius Abobi in munitiuncu-
lam, quæ vocatur Doch, cũ dolo,
quam ædificauit: & fecit eis cõ-
uiuium magnum, & abscondit il-
16 lic viros. † Et cùm inebriatus esset
Simõ & filij eius, surrexit Ptole-
mæus cũ suis, & sumpserunt arma
sua, & intrauerunt in conuiuiũ,
& occiderunt eum, & duos filios
17 eius, & quosdam pueros eius. † &
fecit deceptionem magnam in
Israel, & reddidit mala pro bonis.
18 † Et scripsit hæc Ptolemæus, & mi
sit regi vt mitteret ei exercitum
in auxilium, & traderet ei regio-
nem, & ciuitates eorum, & tribu-
ta. † Et misit alios in Gazarã tol-
lere Iohannem: & tribunis misit
epistolas, vt venirẽt ad se, & daret
eis argentum & aurum, & dona.
19 † Et alios misit occupare Ieruſa-
lem, & montem templi. † Et præ-
currens quidam, nuntiauit Io-
hanni in Gazara quia perijt pater
eius, & fratres eius, & quia misit
20 te quoque interfici. † Vt audiuit
autem, vehementer expauit: &
comprehendit viros qui vene-
rant perdere eum, & occidit eos:
cognouit enim quia quærebant
21 eum perdere. † Et cætera sermo-
num Iohannis, & bellorum eius,
& bonarum virtutum quibus for
titer gessit, & ædificij murorum
quos extruxit, & rerum gestarũ
22 eius: † ecce hæc scripta sunt in li-
bro dierum sacerdotij eius, ex
quo factus est princeps sa-
cerdotum post pa-
trem suum.

LI-

LIBER SECVNDVS MACHABÆORVM.

CAP. I.

1 A FRATRIbus qui sunt
per Ægyptum Iudæis,
salutem dicunt fratres
qui sunt in Ierosoly-
mis Iudęi, & qui in re-
gione Iudæa, & pacem bonam.
2 ‡Benefaciat vobis Deus, & memi-
nerit testamenti sui quod locu-
tus est ad Abrahã, & Isaac, & Iacob
3 seruorum suorum fidelium, ‡ &
det vobis cor omnibus vt colatis
eum, & faciatis eius voluntatem
corde magno & animo volenti.
4 ‡ Adaperiat cor vestrum in lege
sua, & in præceptis suis, & faciat
5 pacem. ‡ Exaudiat orationes ve-
B stras, & reconcilietur vobis, nec
6 vos deserat in tempore malo. ‡Et
nunc hic sumus orantes pro vo-
7 bis. ‡ Regnante Demetrio, anno
centesimo sexagesimo nono,
nos Iudæi scripsimus vobis in tri-
bulatione & impetu qui superue
nit nobis in istis annis, ex quo re-
cessit Iason à sancta terra & à re-
8 gno. ‡Portam succenderũt, & effu
derũt sanguinẽ innocentem, & o-
rauimus ad Dñm, & exauditi su-
mus, & obtulimus sacrificium &
similaginem, & accendimus lucer
9 nas, & proposuimus panes. ‡ Et
nunc frequentate dies scenope-
10 gię mensis Casseu. ‡ Anno cente-
simo octogesimo octauo, popu-
lus qui est Ierosolymis, & in Iu-
dæa, senatusq; & Iudas Aristobo-
lo magistro Ptolemæi regis qui
est de genere christorum sacer-
dotum, & his qui in Ægypto sunt
11 Iudæis, salutem & sanitatem. ‡De
C magnis periculis à Deo liberati
magnifice gratias agimus ipsi, vt
pote qui aduersus talem regem
12 dimicauimus. ‡Ipse enim ebulire
fecit de Perside eos qui pugna-
uerunt contra nos & sanctam ci- 10.
13 uitatem. ‡Nam cum in Perside es-
set dux ipse, & cum ipso immen-
sus exercitus, cecidit in tem-
plo Naneæ, consilio deceptus sa-
14 cerdotum Naneę. ‡ * etenim cum * vt enim
ea habitaturus venit ad locũ An- 10.
tiochus & amici eius, & vt * accipe * acciperẽt
ret pecunias multas dotis nomi- 8.
15 ne. ‡ Cumq; proposuissent eas sa-
cerdotes Naneæ, & ipse cum pau
cis ingressus esset intra ambitum
16 phani, clauserũt templum, ‡ cùm
D intrasset Antiochus, apertoque
occulto aditu templi, mittentes
lapides percusserunt ducem, &
eos qui cum eo erant, & diuise-
runt membratim, & capitib. am-
17 putatis foras proiecerunt. ‡ Per
omnia benedictus Deus, qui tra-
18 didit impios. ‡ Facturi igitur quin
ta & vicesima die mensis Casseu,
purificationem templi, necessari-
um duximus significare vobis, vt
& vos quoque agatis diem * sce- * festum 4.
nopegiæ, & diem ignis qui datus
est quando Nehemias ædificato
templo & altari obtulit sacrifi-
19 cia. ‡ Nam cùm in Persidem du-
cerentur patres nostri, sacerdo-
tes qui tunc cultores Dei erant.
‖ acceptum ignem de altari oc- Leu.6.b.9.
cultè absconderunt in valle vbi 12.13.& 10.
erat puteus altus & siccus, & in a.1.& 16.a.
eo contutati sunt eum, ita vt om- 3.c.12.
20 nibus ignotus esset locus. ‡ Cùm
E autem pręterissent anni multi, &
placuit Deo vt mitteretur Ne-
hemias à rege Persidis: nepotes
sacerdotum illorum qui abscon-
derant, misit ad requirendum
ignem: & sicut narrauerunt no-
bis, non inuenerunt ignem, sed
21 aquam crassam. ‡Et iussit eos hau-
rire, & afferre sibi: & sacrificia,

quæ imposita erant, iussit sacer-
dos Nehemias aspergi ipsa aqua,
& ligna, & quæ erant superposi-
22 ta. † Vtque hoc factum est, & tem-
pus affuit quo sol refulsit, qui
prius erat in nubilo, accensus est
ignis magnus, ita vt omnes mi-
23 rarentur. † Orationem autem fa-
ciebant omnes sacerdotes, dum
consummaretur sacrificium, Io-
natha inchoante, cæteris autem
24 respondentibus. † Et Nehemiæ e-
rat oratio hunc habens modum:
DOMINE Deus omnium crea-
tor terribilis & fortis, iustus & mi
F sericors, qui solus es bonus rex,
25 † solus præstans, solus iustus &
omnipotens & æternus, qui libe-
ras Israel de omni malo, qui feci-
sti patres electos, & sanctificasti
26 eos: † accipe sacrificiũ pro vniuer
so populo tuo Israel, & custodi
27 partem tuam, & sanctifica. † Con-
grega dispersionem nostram, li-
bera eos qui seruiunt Gentibus,
& contemptos & abominatos re-
spice: vt sciant Gentes, quia tu es
28 Deus noster. † Afflige opprimen-
tes nos, & contumeliam facien-
29 tes in superbia. † ‖ Constitue po-
De.30. a.3. pulum tuum in loco sancto tuo,
b.5. (30 ‖ sicut dixit Moyses. † Sacerdotes
In.2.d.18. autem psallebant hymnos, vs-
quequo consumptum esset sacri-
31 ficium. † Cùm autem cõsumptum
esset sacrificium, ex residua aqua
Nehemias iussit lapides maiores
32 perfundi. † Quod vt factum est, ex
eis flamma accensa est: sed & ex
G lumine quod refulsit ab altari cõ-
33 sumpta est: † vt verò manifestata
est res, renuntiatum est regi Per-
sarum quòd in loco in quo ignem
absconderant hi qui translati fue-
rant sacerdotes, aqua apparuit,
de qua Nehemias & qui cum eo
erant, purificauerunt sacrificia.
34 † Consyderans autem rex, & rem
diligenter examinans, fecit ei
*& si quib. templum, * vt probaret quod fa-
rex do- (35 ctum erat, † & cùm probasset, sa-
cerdotibus donauit multa bona,
& alia * atque alia munera, & ac-
cipiens manu sua, tribuebat eis.
36 † Appellauit autem Nehemias
hunc locum Nephthar, quod in-
terpretatur purificatio. Vocatur
autem apud plures Nephi.

nauerat multa bona, accipiebat ex hoc 36) & tribuebat 4. * innumera 4.

CAP. II.

1 INuenitur autem in descriptio-
A nibus Ieremiæ prophetæ, quod
iussit eos ignem accipere qui trãs-
migrabant, vt significatum est, &
2 vt mandauit transmigratis. † Et
dedit illis legem ne obliuiscerentur
præcepta Domini, ‖ & vt non
exerrarent mentibus videntes si-
mulachra aurea & argentea, &
3 ornamenta eorum. † Et alia huius-
modi dicens, hortabatur ne le-
4 gem amouerent à corde suo. † E-
rat autem in ipsa scriptura, quo-
modo tabernaculum & arcam
iussit propheta diuino responso
ad se facto comitari secum, vs-
quequo exijt in montem, ‖ in quo
Moyses ascendit & vidit Dei hæ-
5 reditatem. † Et veniens ibi Ie-
B remias inuenit locum speluncæ:
& tabernaculum, & arcam, & al-
tare incensi intulit illuc, & osti-
6 um obstruxit. † Et accesserunt
quidam simul, qui sequebantur,
vt notarent sibi locum, & non
7 potuerunt inuenire. † Vt autem
cognouit Ieremias, culpans il-
los, dixit: Quòd ignotus erit lo-
cus, donec congreget Deus con-
gregationem populi, & propitius
8 fiat: † & tunc Dominus ostendet
hæc, & apparebit maiestas Domi-
ni, & nubes erit sicut & Moysi
manifestabatur, ‖ & sicut cùm Sa-
lomõ petijt vt locus sanctificare-
tur magno Deo, manifestabat
9 hæc. † Magnificè etenim sapienti-
C am tractabat: & vt sapientiam ha-
bens, ‖ obtulit sacrificium dedica-
tionis, & cõsummationis templi,
10 † Sicut & Moyses orabat ad Do-
minum,

Baruch 6.
De.34. a.2.
3.Re.8.b. 14.c.13.& 30. 2.Par.6.c. 14.d.21. 3.Reg.8.f. 62. Le.9.d.24.

3.Re.18.f. 38. minum,‖ & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum,
11 †*Et dixit Moyses, *eo quod nō sit
2.Pa.7.a.1. comestum quod erat pro peccato,
12 &'consumptum est. † Similiter &
*sic & Salo Salomon octo diebus celebra-
mō ora (13 uit dedicationem.† Inferebantur
uit, & de- autem in descriptionibus & com-
scendit ig- mentariis Nehemiæ hæc eadem,
nis de cœlo & qualiter cōstruens bibliotheca
& consum congregauit de *regibus libros &
pſit holo- prophetarum & Dauid, & epistō-
caustū. (14 las regum, & de donarijs. †Simili-
D ter autem & Iudas ea quæ *didi-
Le.12.d.16 & 17. cerat' per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, &
15 sunt apud nos. † Si ergo desydera-
*cur nō co tis hęc, mittite qui perferāt vobis.
medi. (16 †Acturi itaq; purificationem scri-
stis hostiā pſimus vobis: bene ergo facietis
pro (17 si egeritis hos dies. † Deus autem
peccato in qui liberauit populum suum, &
loco san- reddidit hæreditatem omnibus,
cto, eo Ψ &regnum & sacerdotium, & san-
nō fit (18 ctificationem, † sicut promisit in
manduca- lege, speramus quòd cito nostri
tum, man- miserebitur, & congregabit de
datum (19 sub cælo in locum sanctum. † Eri-
quod erat puit enim nos de magnis pericu-
pro (20 lis, & locum purgauit. † De Iuda
peccato 1. verò Machabæo, & fratribus eius,
regionib. & de templi magni purificatione,
18. E. (21 & de aræ dedicatione: † sed & de
*decide- primis quæ pertinent ad Antio-
rant 1. chum Nobilem & filium eius Eu-
22 patorem, † & de illuminationibus
Deu.30.a. quæ de cælo factæ sunt ad eos qui
3.a.5. pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuersam regionem cùm pauci essent, vindicarent, & barba-
23 ram multitudinē fugarent, †& famosissimum in toto orbe templū
*abolitæ 7. recuperarent, & ciuitatem libera rent, & leges quæ *abolendæ erāt restituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto
24 illis. † Item quæ ab Iasone Cyrenæo, quinq; libris comprehensa, tentauimus nos vno volumine
25 breuiare. † Consyderantes enim ‖multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter mul
26 titudinem rerum: † curauimus volentibus quidem legere, vt esset animi oblectatio, studiosis verò, vt faciliùs possint memoriæ commendare, omnibus autem legen-
27 tibus vtilitas conferatur. † Et nobis quidem ipsis qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilem laborem, imo verò negotium plenum vigiliarum, &
28 sudoris assumpsimus. † Sicut hi qui præparant conuiuium, & quęrunt aliorum voluntati parere, propter multorum gratiam, liben-
29 ter laborem sustinemus: † veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes, ipsi autem secūdum datam formam breuitati
30 studentes. † Sicut enim nouæ domus architecto de vniuersa structura curandum est: ei verò qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum exquirenda sunt: ita æ-
31 stimandū est & in nobis. † Etenim intellectum colligere, & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas quasque disquirere, hi-
32 storiæ congruit auctori: breuitatem vero dictionis sectari, & exe cutiones rerum vitare, breuianti
33 concedendum est. † Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantum dixisse sufficiat, stultum etenim est ante historiam effluere: in ipsa autem historia succingi.

CAP. III.

1 IGitur cùm sancta ciuitas habi-
A taretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ pontificis * pietatem & animos odio habentes ma- *dispositio nem &
2 la, † fiebat, vt & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerēt, & templum ma-
3 ximis muneribus illustrarēt. † ita vt Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret omnes sum-

ptus ad ministerium sacrificio-
4 rum pertinentes. †Simon autem
de tribu Ben-iamin præpositus
templi constitutus, contendebat
obsistente sibi principe sacerdo-
tum, iniquum aliquid in ciui-
5 tate moliri. † Sed cùm vincere
Oniam non posset, venit ad A-
pollonium Tharsæ filium, qui
eo tempore erat dux Cœlesyriæ
6 & Phœnicis: †& nuntiauit ei pecu
nijs innumerabilibus plenum es-
se ærarium Ierosolymis, & com-
munes copias immensas esse quæ
non pertinent ad rationem sacri-
ficiorum: esse autem possibile sub
potestate regis cadere vniuersa.
7 † Cumque retulisset ad regem A-
B pollonius de pecunijs quæ dela-
tæ erãt, illi accitum Heliodorum
qui erat super negotia eius, mi-
sit cum mandatis, vt prædictam
8 pecuniam transportaret. †Statim-
que Heliodorus iter est aggressus,
specie quidem quasi per Cœle-
syriam & Phœnicem ciuitates
esset peragraturus, re vera autem
regis propositum perfecturus.
9 † Sed cum venisset Ierosolymam,
& benignè à summo sacerdote in
ciuitate esset exceptus, narrauit
de dato indicio pecuniarum, & cu
ius rei gratia adesset aperuit: in-
terrogabat autem, si verè hæc ita
10 essent. † Tunc summus sacerdos
ostendit deposita esse hæc, & vi-
ctualia viduarum & pupillorum:
11 †quædam verò esse Hircani To-
biæ viri valde eminentis, in his
quæ detulerat impius Simon. vni-
uersa autem argenti talenta esse
quadringentà, & auri ducenta.
12 † decipi verò eos qui credidissent
C loco & templo, quod per vniuer-
sum mundum honoratur, pro sui
veneratiõe & sanctitate omnino
13 impossibile esse. † At ille pro his
quæ habebat in mãdatis à rege, di
*regiæ 2. cebat *omni genere regi ea esse
14 deferenda. † Cõstituta autem die
intrabat de his Heliodorus ordi-
naturus. Non modica verò per vniuersam ciuitatem erat trepida-
15 tio. †Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iacta-
uerunt se, & inuocabant de cælo
eum qui de depositis legem po-
suit, vt his qui deposuerant ea,
16 salua custodiret. †Iam verò qui vi
debat summi sacerdotis vultum,
mente vulnerabatur: facies enim
& color immutatus declarabat in
17 ternum animi dolorem. †circum-
fusa enim erat mœstitia quędam
viro, & horror corporis: per quæ
manifestus aspicientibus dolor
18 cordis eius efficiebatur. † Alij et-
D iam gregatim de domibus con-
fluebant: publica supplicatione
obsecrantes, pro eo quod in con-
temptum locus esset venturus.
19 †Accinctæque mulieres ciliciis pe
ctus, per platéas confluebant, sed
& virgines quæ conclusæ erant
procurrebant ad Oniam, aliæ au-
tem ad muros, quædam verò per
20 fenestras aspiciebant: † vniuersæ
autem protendentes manus in
21 cælum, deprecabãtur. † erat enim
miserа commistæ multitudinis,
& magni sacerdotis in agone con
stituti expectatio. † Et hi quidem
22 inuocabant omnipotentem De-
um, vt credita sibi, his qui credi-
derant, cum omni integritate
23 conseruarentur. † ‖Heliodorus au- Inf. 3. c. 11.
tem, quod decreuerat, perficiebat
eodem loco ipse cum satellitibus
24 circa ærarium, præsens. †Sed spiri-
E tus omnipotentis Dei magnam
fecit suæ ostensionis euidentiam,
ita vt omnes qui ausi fuerant pa-
rére ei, ruentes Dei virtute, in dis
solutionem & formidinem con-
25 uerterentur. †Apparuit enim illis
quidam equus terribilem habens
sessorem, optimis operimentis
adornatus: isque cum impetu
Heliodoro priores calces elisit,
qui autem ei sedebat, videba-
26 tur arma habere aurea. † Alij
etiam apparuerunt duo iuuenes
virtute

virtute decôri, optimi gloria, spe-
ciosíque amictu, qui circunstete-
runt eum, & ex vtraq; parte flagel
labant, sine intermissione multis
27 plagis verberantes. † Subitò autē
Iud.5.c.18. ‖ Heliodorus concidit in terram,
eumque multa caligine circunfu-
sum rapuerunt, atq; in sella ge-
28 statoria positum eiecerunt. † Et is
qui cum multis cursoribus & satel
litibus prædictum ingressus est æ-
rarium, portabatur nullo sibi au-
29 xilium ferente, manifesta Dei co
gnita virtute: † & ille quidem per
diuinam virtutem iacebat mu-
30 tus, atque omni spe & salute pri-
F uatus. † Hi autem Dominum be-
nedicebant, quia magnificabat
locum suum: & templū quod pau
lò ante timore ac tumultu erat
plenum, apparente omnipotente
31 Domino, gaudio & lætitia imple-
tum est. † Tunc verò ex amicis
Heliodori quidam rogabant con-
festim Oniam, vt inuocaret Altis-
simum, vt vitam donaret ei qui su
32 premo spiritu erat constitutus.
† Considerans autem summus sa
cerdos ne forte rex suspicaretur
malitiam aliquam ex Iudæis circa
Heliodorum consummatam,
33 obtulit pro salute viri hostiam sa
lutarem. † Cumque summus sacer
dos exoraret, ijdem iuuenes eis-
dem vestibus amicti, astantes He-
liodoro, dixerunt, Oniæ sacerdo-
34 ti gratias age: nam propter eum
Dominus tibi vitam donauit. † tu
autem à Deo flagellatus, nuntia
omnibus magnalia Dei & pote-
35 statem. Et his dictis, non compa-
ruerunt. † Heliodorus autem ho-
G stia Deo oblata: & votis magnis
promissis ei qui viuere illi concef
sit, & Oniæ gratias agens, recep-
36 to exercitu repedabat ad regem.
† Testabatur autem omnibus ea
37 quæ sub oculis suis viderat opera
magni Dei. † Cùm autem rex in
terrogasset Heliodorum, quis es-
set aptus adhuc semel Ieroſoly-
38 mam mitti, ait, † Si quem habes
hostem, aut regni tui insidiato-
rem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eò
39 quòd in loco sit verè Dei quæ-
dam virtus. † Nam ipse qui ha-
bet in cælis habitationem, visita-
tor & adiutor est loci illius, & ve-
40 nientes ad malefaciendum, percu
tit ac perdit. † Igitur de Heliodoro & ærarij custodia ita res se
habet.

CAP. IIII.

1 SImon aūt prædictus pecuniarū
A & patriæ delator, malè loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, &
ipse fuisset incentor malorum:
2 † prouisoremque ciuitatis ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiatorē
3 regni dicere. † Sed cùm inimicitiæ in tantum procederent, vt
etiam per quosdam Simónis ne-
4 cessarios homicidia fierent: † considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vtpote ducem Cœlesyriæ &
Phœnicis, ad augendam malitiam Simónis, ad regem se contu-
5 lit, † non vt ciuium accusator, sed
communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis
6 considerans. † videbat enim fine regali prouidentiâ impossibile
esse pacem rebus dari, nec Simónem posse cessare à stultitia sua.
7 † Sed post Seleuci vitæ excessum, cùm suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur: ambiebat Iason frater Oniæ
8 summum sacerdotium: † adito re
ge promittens ei argenti talenta
trecenta sexaginta, & ex redditi-
9 bus alijs talenta octoginta. † super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati e-
B ius concederetur gymnasium &
ephebiam sibi constituere, & eos
qui in Ieroſolymis erant Antio-

10 chenos scribere. † Quod cùm rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœ-
11 pit: † & amotis his quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, & per Iohannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate
12 functus est legatione legitima, ciuium iura destituens, praua instituta sanciebat. † Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephe-
13 borum in lupanaribus ponere. † Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam, & profectus gentilis, & alienigenæ
14 conuersationis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus: † ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia
15 dediti essent, sed contempto templo, & sacrificijs neglectis, festinarent participes fieri palestræ,
16 & præbitionis eius iniustæ, & in exercitijs disci, † & patrios qui-
C dem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: † quarum gratia periculosa
17 eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes, & peremptores ha-
18 buerant. † In leges enim diuinas impie agere impune non cedit: sed hoc tempus sequens declara-
19 bit. † Cùm autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex
[præsens esset, † misit Iason faci-
20 norosus ab Ierosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis, quas postulauerunt hi qui asportauerant ne in sacrificijs erogarentur, quia non oportet, sed in alios sumptus eos depu-
21 tari. † Sed hęc oblata sunt quidem ab eo qui miserat in sacrificium Herculis: propter præsentes autem data sunt in fabricam nauiũ triremium. † Misso autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis. Cùm cognouisset Antiochus alienum se a negotijs regni effectum, proprijs vtilitatibus consulens profectus in
22 de venit Ioppen, & inde Ierosolymam. † Et magnificè ab Iasone & ciuitate susceptus, cum facularum luminibus, & laudibus ingressus est: & inde in Phœnicen
23 exercitum conuertit. † Et post D triennij tempus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem portantem pecunias regi, & de negotijs necessarijs responsa
24 perlaturum. † At ille commendatus regi, cùm magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, superponens Iasoni talenta
25 argenti trecenta. † Acceptisque à rege mandatis venit, nihil quidè habens dignum sacerdotio: animos verò crudelis tyranni, & fe-
26 ræ beluæ iram gerens. † Et Iason quidem qui proprium fratrem captiuauerat, ipse deceptus profugus in Ammanitem expulsus est
27 regionem. † Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecunijs verò regi promissis nihil agebat, cùm exactionem faceret
28 Sostratus qui arci erat præpositus. † nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat: quam ob causam vtriq; ad regem sunt euoca-
29 ti. † Et Menelaus amotus est à sa-
E cerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus autem præla-
30 tus est Cyprijs. † Et cùm hæc ageretur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eò quòd Antiochi regis concubinæ dono
31 essent dati. † Festinanter itaq; rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex comitib. suis Andronico.
32 † Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quædam vasa è templo furatus do-

nauit

nauit Andronico, & alia vendide
rat Tyri, & per vicinas ciuitates.
33 † Quod cum certissimè cognouis-
set Onias, arguebat eum, ipse in
loco tuto se continens Antiochię
34 secus Daphnem. † Vnde Menela-
us accedens ad Andronicum, ro-
gabat vt Oniam interficeret. Qui
cùm venisset ad Oniam, & datis
dextris cum iureiurando (quāuis
esset ei suspect⁹) suasisset de asylo
procedere, statim eum peremit,
35 non veritus iustitiā. † Ob quā cau
sam non solùm Iudæi, sed etiam
aliæ quoque nationes indignabā-
tur, & molestè ferebant de nece
36 tanti viri iniustā. † Sed regressum
regem de Ciliciæ locis adierunt
Iudæi apud Antiochiam, simul &
Græci: conquerentes de iniqua
37 nece Oniæ. † Contristatus itaque
F est animo Antiochus, propter O-
niam, & flexus ad misericordi-
am, lachrymas fudit, recordatus
defuncti sobrietatem & modesti-
38 am. † accensisque animis Andro-
nicum purpura exutum, per totā
ciuitatem iubet circunduci: & in
eodem loco in quo in Oniam im-
pietatem commiserat, sacrile-
gum vita priuari, Domino illi cō-
dignam retribuente pœnam.
39 † Multis autem sacrilegijs in tem-
plo à Lysimacho commissis Mene
lai consilio, & diuulgata fama, cō-
gregata est multitudo aduersum
Lysimachum multo iam auro ex-
40 portato. † Turbis autem insurgen
tibus, & animis ira repletis, Lysi-
machus armatis ferè tribus millī-
bus iniquis manibus vti cœpit,
duce quodam tyranno, ætate pari
41 ter & dementia prouecto. † Sed
vt intellexerunt conatum Lysi-
machi, alij lapides, alij fustes va-
lidos arripuēre: quidam verò cine
42 rem in Lysimachum iecēre. † Et
multi quidem vulnerati, quidam
autem & prostrati, omnes verò
in fugam conuersi sunt: ipsum eti
am sacrilegum secus ærarium in-
43 terfecerunt. † De his ergo cœpit
G iudicium aduersus Menelaum a-
44 gitari. † Et cùm venisset rex Tyrū,
ad ipsum negotium detulerunt,
45 missi tres viri à senioribus. † Et cū
superaretur Menelaus, promisit
Ptolemæo multas pecunias dare
46 ad suadendum regi. † Itaque Pto-
lemęus in quodam atrio positum,
quasi refrigerandi gratia, regem
47 adijt, & deduxit à sententia: † &
Menelaum quidem vniuersæ ma-
litiæ reum criminibus absoluit:
miseros autem qui etiam si apud
Scythas causam dixissent, inno-
centes iudicarentur, hos morte
48 damnauit. † Cito ergo iniustam
pœnam dederunt, qui pro ciuita-
te, & populo, & sacris vasis cau-
49 sam prosecuti sunt. † Quam ob
rem Tyrij quoque indignati, erga
sepulturam eorum liberalissimi
50 extiterunt. † Menelaus autem pro
pter eorum qui in potentia erāt,
auaritiam, permanebat in pote-
state crescens in malitia ad insidi
as ciuium.

CAP. V.

1 EOdem tempore Antiochus se
A cundam profectionem para-
2 uit in Ægyptum. † Contigit au-
tem per vniuersam Ierosolymo-
rum ciuitatem videri, diebus qua
draginta per aëra equites discur-
rentes, auratas stolas habentes,
& hastas quasi cohortes armatas,
3 † & cursus equorum per ordinēs
digestos, & congressiones fieri co
minus, & scutorum motus, & ga-
leatorum multitudinem, gladijs
districtis, & telorum iactus, & au-
reorum armorum splendore, om
4 nisque generis loricarum. † Qua-
propter omnes rogabant in bonū
5 monstra conuerti. † Sed cum fal-
sus rumor exisset, tanquam vita
excessisset Antiochus, assumptis
Iason non minus mille viris, re-
pentè aggressus est ciuitatem: &
ciuibus ad murum conuolan-
tibus,

tibus, ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem:
6 ‡ Iason verò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium se trophęa
7 capturum. ‡ Et principatum qui-
B dem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abijt in
8 Ammaniten. ‡ Ad vltimum in exitium sui conclusus ab Areta Arabum tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, in
9 Ægyptum extrusus est: ‡ & qui multos de patria sua expulerat, peregrè perijt, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi
10 refugium habiturus: ‡ & qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus & insepultus abijcitur: sepultura neq; peregrina vs⁹, neq; patrio sepulchro participās.
11 ‡ His itaque gestis, suspicatus est rex societatem deserturos Iudæos: & ob hoc profectus ex Ægypto efferatis animis ciuitatem
12 quidem armis cepit. ‡ Iussit autem militibus interficere, nec parcere occursantibus, & per domos ascendentes trucidare.
13 ‡ Fiebant ergo cædes iuuenum ac seniorum, & mulierum & natorum exterminia, virginumque &
14 paruulorum neces. ‡ Erant autē toto triduo octoginta millia interfecti: quadraginta millia vincti, non minus autem venunda-
15 ti. ‡ Sed nec ista sufficiunt, ausus
C est etiam intrare templum vniuersa terra sanctius, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit
16 proditor: ‡ & scelestis manibus sumens sancta vasa quæ ab alijs regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriā, contrectabat indignè & contami
17 nabat. ‡ Ita alienatus mente Antiochus, nō consyderabat ꝙ propter peccata habitantium ciuitatem, modicū Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa lo-
18 cum despectio: ‡ alioquin, nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos, ‖ sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim adueniens flagellatus, & repulsus vtique fuisset ab auda-
19 cia. ‡ Verùm non propter locum, gentem: sed propter gen-
20 tem, locum Deus elegit. ‡ Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum, postea autem fiet socius bonorum, & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa
21 gloria exaltabitur. ‡ Igitur Antio-
D chus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimās se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum, deducturum propter
22 mentis elationem. ‡ Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem: Ierosolymis quidē Philippum, genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso à quo
23 constitutus est: ‡ in Garizim autem Andronicum & Menelaum, qui grauius quàm cæteri immi-
24 nebant ciuibus. ‡ Cumque appositus esset contra Iudæos, misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulie-
25 res ac iuuenes vendere. ‡ Qui cùm venisset Ierosolymam, pacem simulans, quieuit vsq; ad diem sanctum sabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præce-
26 pit. ‡ Omnesque qui ad spectaculum processerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem
27 peremit. ‡ Iudas autem Machabæus,

Sup. 3. d. 21 c. 27.

chabæus, qui decimus fuerat, se-
ceſſerat in deſertum locum, ibiq; inter feras vitã in montibus cum ſuis agebat: & fœni cibo veſcentes, d emorabantur, ne participes eſſent coinquinationis.

CAP. VI.

1 A Sed non poſt multum temporis miſit rex ſenem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos vt ſe transferrent à patrijs & 2 Dei legibus: † contaminare etiam quod in Ieroſolymis erat templũ, & cognominare Iouis Olympij: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis ho 3 ſpitalis. † Peſſima autem & vniuerſis grauis erat malorum incurſio: † nam templum luxuria & cõmeſſationibus Gentium erat plenum, & ſcortantium cum mere- 4 tricibus, ſacratisq; ædibus mulleres ſe vltrò ingerebant, intrò ferrentes ea quæ non licebat. † Altare etiam plenum erat illicitis, quę 5 legibus prohibebantur. † Neque autem ſabbatha cuſtodiebantur, neque dies ſolennes patrij ſeruabantur, nec ſimpliciter Iudæum 6 ſe eſſe quiſquã confitebatur. † Du- B cebantur autem cum amara neceſſitate in die natalis regis ad ſacrificia, & cùm Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hædera 7 coronati Libero circuire. † Decretum autem exijt in proximas gentilium ciuitates, ſuggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipſi aduerſus Iudæos agerent, vt ſacri- 9 ficarent: † eos autem qui nollent tranſire ad inſtituta gentium, interficerent. erat ergo videre mi- 10 ſeriam. † Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circuncidiſſe: quas infantibus ad hubera ſuſpẽſis, cùm publicè per ciuitatem circunduxiſſent, per muros præ- 11 cipitauerunt. † Alij verò ad proximas coëuntes ſpeluncas, & lateater ſabbathi diem celebrantes, cùm indicati eſſent Philippo, C flammis ſuccenſi ſunt: eò quod verebantur propter religonem & obſeruantiam, manu ſibimet auxilium ferre. † Obſecro autem eos 12 qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea quæ acciderunt nõ ad interitum, ſed ad cor- 13 reptionẽ eſſe generis noſtri. † Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere: ma- 14 gni beneficij eſt iudicium. † Non enim ſicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cùm iudicj dies aduenerit, in ple- 15 nitudine peccatorum puniat: † ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis, ita demũ 16 in nos vindicet. † Propter quod D nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amouet: corripiens verò in aduerſis populum 17 ſuum, non derelinquit. † Sed hæc nobis ad commonitionem legen tium dicta ſint paucis. Iam autem veniendum eſt ad narrationem. 18 † Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribarum, vir ætate proiectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnẽ porci- 19 nam manducare. † At ille glorioſiſſimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad ſupplicium. 20 † Intuens autem quemadmodum oporteret accedere patienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere 21 illicita propter vitæ amorem. † Hi autem qui aſtabant, iniqua miſeratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum ſecretò rogabant afferri carnes: quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut rex imperauerat de ſacrificij carni- 22 bus: † vt hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant 23 humanitatem. † At ille cogitare

cœpit

cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atq; à puero optimæ conuersationis actus, & secundum sanctæ & à Deo conditæ legis constituta, respondit citò, dicens præmitti se velle in
24 infernum. † Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere:
F vt multi adolescentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienige-
25 narum: † & ipsi propter meam simulationem, & propter modicũ corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atq; execrationem meæ senectuti con-
26 quirã. † Nam etsi in præsenti tempore supplicijs hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam.
27 † Quam ob rem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus
28 apparebo: † adolescentibus autem exemplũ fortè relinquã, si prompto animo, ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad supplicium trahe-
29 batur. † Hi autem qui eum duce-
G bant, & paulò ante fuerant mitiores, in iram conuersi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbi-
30 trabantur. † Sed cùm plagis perimeretur, ingemuit, & dixit, Domine qui habes sanctam scientiã, manifestè tu scis quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animam verò propter timorẽ tu-
31 um libenter hæc patior. † Et iste quidem hoc modo vita decessit, non solùm iuuenibus, sed & vniuersæ genti memoriã mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII.

1 CONtigit autem septem fratres
A vna cum matre sua apprehensos, compelli à rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & tau-
2 reis cruciatos. † Vnus autem ex illis, qui erat primus, sic ait: Quid quæris, & quid vis discere à nobis? parati sumus mori magis quàm patrias Dei leges præuari-
3 cari. † Iratus itaq; rex iussit sartagines & ollas æneas succẽdi. Qui-
4 bus statim succensis, † iussit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam: & cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei præscindi, cæteris eius fratribus & matre inspicienti-
5 bus. † Et cum iam per omnia inutilis factꝰ esset, iussit ignem admoueri & adhuc spirantem torreri in sartagine: in qua cùm diu cruciaretur, cæteri vnà cum matre inuicem se hortabantur mori
6 fortiter, † dicentes, Dominus Deus aspiciet veritatem, & con-
B solabitur in nobis, ‖ quemadmodum in protestatione cantici declarauit Moyses: & in seruis suis
7 consolabitur. † Mortuo itaque illo primo hoc modo, sequentem deducebant ad illudendum: & cute capitis eius cum capillis abstracta, interrogabant si mãducaret, prius quàm toto corpore per
8 membra singula puniretur. † At ille respondens patria voce, dixit: Non faciam. Propter quod & iste sequenti loco primi tormen-
9 ta suscepit: † & in vltimo spiritu constitutus sic ait: Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis: sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus, in æternę vi-
10 tæ resurrectione suscitabit. † Post hunc tertius illuditur, & linguam
C postulatus citò protulit, & ma-
11 nus constanter extendit: † & cum fiducia ait: E cælo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso
12 me ea recepturum spero: † ita vt rex, & qui cum ipso erant, mirarentur adolescentis animũ, quòd tan-

Deut. 32.e. 36. f. 43.

tanquam nihilum duceret crucia-
13 tus. † Et hoc ita defuncto, quar-
tum vexabant similiter torquen-
14 tes. † Et cùm iam esset ad mortē,
sic ait: Potius est ab hominibus
morti datos spē expectare à Deo,
iterum ab ipso resuscitandos. ti-
bi enim resurrectio ad vitam non
15 erit. † Et cùm admouissent quin-
tum, vexabant eum. At ille re-
16 spiciens in eum, † dixit: Potesta-
tem inter homines habens, cùm
sis corruptibilis, facis quod vis:
noli autem putare genus nostrū
17 à Deo esse derelictum. † tu autem
patienter sustine, & videbis ma-
gnam potestatem ipsius, quali-
ter te & semen tuum torquebit.
18 † Post hunc ducebant sextum, &
is mori incipiens, sic ait: Noli fru-
D strà errare: nos enim propter nos-
metipsos hoc patimur, peccantes
in Deum nostrum, & digna ad-
19 miratione facta sunt in nobis. † tu
autem ne existimes tibi impunè
futurum, quòd contra Deum
20 pugnare tentaueris. † Supra mo-
dum autem mater mirabilis, &
bonorum memoria digna, quæ
pereuntes septem filios sub vnius
diei tempore conspiciens, bono
animo ferebat propter spē quam
21 in Deo habebat. † singulos illo-
rum hortabatur voce patria for-
titer, repleta sapientia: & fœ-
mineæ cogitationi masculinum
22 animum inserens, † dixit ad eos:
Nescio qualiter in vtero meo ap-
paruistis, neque enim ego spiri-
tum & animam donaui vobis &
vitam, & singulorum membra
23 non ego ipsa compegi, † sed enim
mundi creator, qui formauit ho-
minis natiuitatem, quique om-
nium inuenit originem, & spiri-
tum vobis iterum cum misericor
dia reddet & vitam, sicut nunc
vosmetipsos despicitis propter le
24 ges eius. † Antiochus autem con-
temni se arbitratus, simul & ex-
probrantis voce despecta, cùm ad-
huc adolescentior superesset, non
E solùm verbis hortabatur, sed &
cum iuramento affirmabat se di-
uitem & beatum facturum, &
translatum à patrijs legibus ami-
cum habiturum, & res necessarias
25 ei præbiturum. † Sed ad hæc cùm
adolescens nequaquam inclina-
retur, vocauit rex matrem, &
suadebat ei vt adolescenti fieret
26 in salutem. † Cùm autem multis
eam verbis esset hortatus, promi-
27 sit suasuram se filio suo. † Itaque
inclinata ad illum, irridens cru-
delem tyrannum, ait patria voce:
Fili mi miserere mei, quæ te in v-
tero nouem mensibus portaui, &
lac triennio dedi & alui, & in æta
28 tem istam perduxi. † Peto te na-
te, vt aspicias ad cælum & terrā,
& ad omnia quæ in eis sunt, & in-
F telligas quia ex nihilo fecit illa
29 Deus & hominum genus: † ita fiet
vt non timeas carnificem istum,
sed dignus fratribus tuis effectus
particeps, suscipe mortem, vt
in illa miseratione cum fratri-
30 bus tuis te recipiam. † Cùm hæc
illa adhuc diceret, ait adolescens:
Quem sustinetis? non obedio
præcepto regis, sed præcepto le-
gis, quæ data est nobis per Moy-
31 sen. † Tu verò qui inuentor om-
nis malitiæ factus est in Hebræos,
32 nō effugies manum Dei. † Nos e-
nim pro peccatis nostris hæc pa-
33 timur. † Et si nobis propter incre-
pationem, & correptionē Domi-
nus Deus noster modicum iratus
est: sed iterum reconciliabitur
34 seruis suis. † Tu autem ò sceleste
& omnium hominum flagitiosis-
sime, noli frustra extolli vanis
spebus in seruos eius inflamma-
35 tus. † nondū enim omnipotentis
G Dei & in omnia inspicientis iudi-
36 cium effugisti. † Nam fratres mei
modico nunc dolore sustentato,
sub testamento æternæ vitæ ef-
fecti sunt: tu vero iudicio Dei iu-
stas superbiæ tuæ pœnas exolues.

† Ego

37 † Ego autem sicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patrijs legibus: inuocans Deum maturiùs genti nostræ propitium fieri, teq; cum torment is & verberibus confiteri quod ipse
38 est Deus solus. † In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quæ super omne genus
39 nostrũ iustè superducta est. † Tunc rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius desæuit, indignè
40 ferens se derisum. † Et hic itaque mundus obijt, per omnia in Do-
41 mino confidens. † Nouissimè autem post filios & mater consum-
42 pta est. † Igitur de sacrificijs, & de nimijs crudelitatibus satis dictum est.

CAP. VIII.

1 IVdas verò Machabæus, & qui cũ
A illo erant, introibant latenter in castella: & conuocantes cog-
*& amicos natos, * & eos qui permanserunt
in Iudaismo assumentes, eduxe-
2 runt ad se sex millia virorum. † Et inuocabant Dominum, vt respiceret in populum qui ab omnibus calcabatur, & miseretur tẽplo quod cõtaminabatur ab im-
3 pijs: † misereretur etiam exterminio ciuitatis, quę esset illico complananda, & vocem sanguinis ad
4 se clamantis audiret: † memoraretur quoq; iniquissimas mortes paruulorum innocentum, & blaB sphemias nomini suo illatas, & in
5 dignaretur super his. † At Machabæus cõgregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. ira enim Domini in misericordiã
6 conuersa est. † Et superueniens castellis & ciuitatibus improuisus, succendebat eas: & oportuna lo-
B ca occupans, non paucas hostium
7 strages dabat: † maximè autẽ noctibus ad huiusœmodi excursus ferebatur, & fama virtutis eius v-
8 bique diffundebatur. † Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei cedere prosperè, ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ & Phœnicis scripsit vt auxilium ferret
9 regijs negotijs. † At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permistis gentibus, armatis non minus viginti millibus, vt vniuerC sum Iudęorum genus delerer, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientissimo. † Constituit autem Nicanor,
10 vt regi tributum quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorũ supleret: † statimque ad maritimas
11 ciuitates misit, conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distractura, non respiciens ad vindictam quæ
12 eum ab omnipotente esset consecutura. † Iudas autẽ vbi cõperit, indicauit his qui secum erant Iu-
13 dæis, Nicanoris aduentum. † Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iustitiæ in fu-
14 gam vertebantur: † alij verò siquid eis supererat vendebant, simulq; Dominum deprecabantur vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui
15 eos prius quàm cominus veniret, vendiderat: † & si nõ propter eos, propter testamentum tamẽ quod erat ad patres eorum, & propter
D inuocationem sancti & magnifici
16 nominis eius super ipsos. † Conuocatis autem Machabæus septem millibus, qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarentur neque metuerent inique venientium aduersum se hostium multitudinem, sed fortiter con-
17 tenderent: † ante oculos habentes contumeliam quæ loco sancto ab his iniustè esset illata, itẽque & ludibrio habitæ ciuitatis
18 iniuriam, adhuc etiam veterum institutа conuulsa. † Nam illi quidem armis confidunt, ait: simul &

& audacia: nos autem in omni potente Domino qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundū vno nutu delere, confidimus. † Admonuit aūt eos & de auxilijs Dei, quæ facta sunt erga parentes: ‖ & quod sub Sennacherib centum octoginta quinque millia perierunt: † & de prælio quod eis aduersus Galatas fuit in babylonia, vt omnes vbi ad rem ventum est, Macedonibꝰ socijs hæsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt centū viginti millia propter auxiliū illis datum de cælo, & beneficia pro his plurima consecuti sunt. † His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati. † Constituit itaq; fratres suos duces vtrique ordini, Simónem & Iosephum, & Ionathan, subiectis vnicuique millenis & quingenis. † Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorij Dei in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore. † Et facto sibi adiutore omnipotente interfecerunt super nouē milla hominum maiorem aūt partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt. † Pecunijs vero eorum qui ad emptionem ipsorum venerant sublatis, ipsos vsque quaque persecuti sunt, † sed reuersi sunt hora conclusi. nam erat ante sabbathum: quam ob causam non perseuerauerunt insequentes. † Arma autem ipsorum & spolia congregantes, sabbathum agebant, benedicentes Dñm qui liberauit eos in isto die, misericordiæ initium stil ans in eos. † Post sabbathum verò debilibus, & orphanis, & viduis diuiserunt spolia: & residua ipsi cum suis habuere. † His itaque gestis, & communiter ab omnibus facta obsecratione, misericordem Dominum postulabant, vt in finem seruis suis reconciliaretur. † Et ex his qui cum Timotheo & Bacchide erant contra se contendētes, super viginti millia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt: & plures prædas diuiserunt, æquā portionem debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes. † Et cùm arma eorū diligenter collegissent, omnia composuerunt in locis opportunis, residua verò spolia Ierosolymā detulerunt: † & Philarchen qui cū Timotheo erat, interfecerunt virum sceleſtum, qui in multis Iudæos afflixerat. † Et cùm epinicia agerent in Ierosolymis, eum qui sacras ianuas incenderat, id est Calijsthenem, cū in quoddam domicilium refugisset, incenderūt, digna ei mercede pro impietatibus suis redita. † Facinorosissimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, † humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos existima uerat, deposita veste gloriæ, per mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus. † Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eò quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

1 EOdem tempore Antiochus inhoneste reuertebatur de
2 Perside. † Intrauerat enim in eā quæ dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatem opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita contigit vt Antiochus post fugam turpiter
3 rediret. † Et cùm venisset circa

templa 15.

4.Reg. 19. 8.35. To.1. d.21. Ecc.48.d. 24. Is.37.g.36. 1.Mach. 7. f.24. Is.15.c.22.

Ecbatanam, recognouit quæ erga Nicanorem & Timotheum gesta
4 sunt. † Elatus autem in ira, arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugauerant, posse in Iudæos retorqueri : ideoque iussit agitari currū suum, sine intermissione agens iter, cœlesti eū iudicio per
5 urgente, eò quòd ita superbè locutus est se venturum Ierosolymā, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum. † Sed qui
1.Pa.16.c.9 vniuersa conspicit Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara interno-
6 rum tormenta : † & quidem satis iustè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua
7 malitia cessaret. † Super hoc autem superbia repletus, ignem spi-
8 rans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, cōtigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisio-
ne membra vexari. † Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modū superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, ma-
9 nifestam Dei virtutem in semetipso contestans : † ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes ei effluerent, odore etiam illius &
10 fœtore exercitus grauaretur. † & qui paulò ante sydera cæli cōtingere se arbitrabatur, eū nemo poterat propter intolerantiam fœ-
11 toris portare. † Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui venire, diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta
12 capientibus. † & cū nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita
ait, Iustum est subditū esse Deo, & mortalem non paria Deo sen-
13 tire. † Orabat autem hic sceleſtus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. † Et ciui-
14 tatem ad quam festinans veniebat, vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret, nunc optat liberam redde-
15 re : † & Iudæos quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiendos traditurū, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nūc
Athenienſibus facturum polli-
16 cetur : † templum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, opti-
C mis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de
17 redditibus suis præstaturum : † super hæc & Iudæū se futurum, & oēm locum terræ perambulaturū, & prædicaturū Dei potestatē.
18 † Sed non cessantibus doloribus (superuenerat enim in eum iustum Dei iudicium) desperans scripsit ad Iudæos in modum deprecationis epistolam hæc con-
19 tinentem : † OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimam salutem, & bene valere, & esse fœlices, rex &
20 princeps Antiochus. † Si bene valetis & filij vestri & ex sententia vobis cūcta sunt maximas agi-
21 mus gratias. † Et ego in infirmitate cōstitutus, vestri aūt memor benignè reuersus de Persidis locis, & infirmitate graui apprehē-
sus, necessariū duxi pro cōmuni
22 vtilitate curam habere : † non desperans memetipsum, sed spem multā habens effugiendi infirmi-
23 tatem. † Respiciens autem quòd
D & pater meus, quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum, ostendit qui post se
24 susciperet principatū : † vt si quid contrarium accideret, aut difficile nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erant, cui esset re-

rum

rum ſumma derelicta, non tur-
25 baretur. † Ad hæc conſyderans de proximo potentes quoſque & vicinos temporibus inſidiantes & euentum expectantes, deſigna ui filium meum Antiochum regem, quem ſæpe recurrens in ſu-
28 periora regna multis veſtrûm cõmendabam: & ſcripſi ad eũ quæ
26 ſubiecta ſunt. † Oro itaque vos, & peto memores beneficiorum publicè & priuatim, vt vnuſquiſque conſeruet fidem ad me & ad
27 filium meum. † Confido enim eũ modeſtè & humanè acturum, & ſequentem propoſitum meum, &
28 communem vobis fore. † Igitur homicida & blaſphemus peſſimè percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat, peregrè in montibus,



miſerabili obitu vita functus eſt.
29 † Transferebat autẽ corpus Philippus collactaneus eius: qui metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Ægyptum abijt.

CAP. X.

1 A Machabæus autem & qui cũ eo erant Domino ſe protegente, templum quidem & ciui-
2 tatem recepit: † aras autem quas alienigenæ per plateas extruxerant, itemq; delubra demolitus
3 eſt. † & purgato tẽplo, aliud altare fecerũt: & de ignitis lapidibus igne cõcepto ſacrificia obtulerũt poſt biennĩ, & incẽſum & lucernas & panes propoſitionis poſue-
4 rũt † Quibus geſtis rogabãt Dñm proſtrati in terrã, ne amplius talibus malis inciderẽt: ſed & ſi quãdo peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur, & nõ barbaris ac blaſphemis hominibus traderẽ-
5 tur. † ‖ Qua dicaũt templũ ab a- 1. Mach. 4.
lienigenis pollutũ fuerat, cõtigit f. 52.
eadẽ die purificationẽ fieri, vicẽſima quinta menſis, qui fuit Caſ-
6 ſeu. † & cum lætitia diebus octo
B egerunt in modum tabernaculorum: recordantes quòd ante modicum temporis diem ſolennem tabernaculorum in montibus, & in ſpeluncis more beſtiarum
7 egerant. † Propter quod thyrſos, & ramos virides, & palmas præferebãt ei qui proſperauit mũdare

8 locum suum. † Et decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuersæ genti Iudæorum omni-
9 bus annis agere dies istos. † Et Antiochi quidem qui appellatus est Nobilis, vitæ excessus ita se
10 habuit. † Nunc autem de Eupatore Antiochi impij filio, quæ gesta sunt narrabimus, breuiantes mala quæ in bellis gesta sunt.
11 † Hic enim suscepto regno, constituit super negotia regni Lysi-
C am quendam Phœnicis & Syriæ
12 militiæ principem. † Nam Ptolemæum, qui dicebatur Macer, iusti tenaxq; erga Iudæos esse constituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in eos, & pa
13 cificè agere cum eis. † Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorem, cùm frequenter proditor audiret, eò quòd Cyprum creditã sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem transla-tus etiam ab eo recessisset, vene-
14 no vitam finiuit. † Gorgias autẽ cùm esset dux locorum, assumptis aduenis frequenter Iudæos
15 debellabat. † Iudæi verò qui tenebant oportunas munitiones, fugatos ab Ierosolymis suscipie-
16 bãt, & bellare tentabant. † Hi verò qui erant cum Machabæo per orationes Dominum rogantes vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæo-
17 rum: multaque vi insistentes, loca obtinuerunt, occurrentes in-
D teremerunt, & omnes simul non
* quinque minus viginti *millibus trucida-
18 uerunt. † Quidam autem cùm fugissent in duas turres valde munitas, omnem apparatũ ad repu-
19 gnandum habentes: † Machabæus ad eorum expugnationem, relicto Simóne & Iosepho, itemque Zachæo, eisq; qui cum ipsis erãt satis multis, ipse ad eas quæ amplius perurgebant pugnas, con-
20 uersus est. † Hi verò qui cum Simóne erant, cupiditate ducti, à quibusdam qui in turribus erãt, suasi sunt pecunia: & septuaginta millibus didrachmis acceptis, di-
21 miserunt quosdam effugere. † Cũ autem Machabæo nuntiatum esset quod factum est, principibus populi congregatis accusauit, quòd pecunia fratres vendidissent, aduersarijs eorum dimissis.
22 † Hos igitur proditores factos in-
E terfecit, & confestim duas turres
23 occupauit. † Armis autem ac manibus omnia prosperè agendo, in duabus munitionibus plus quàm
24 viginti millia peremit. † Et Timótheus, qui prius à Iudæis fuerat superatus, cõuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato *equitatu Asiano aduenit, quasi armis Iudæam capturus.
25 † Machabæus aũt & qui cum ipso erant, appropinquante illo deprecabantur Dñm, caput terra aspergentes, lumbosque cilicijs
26 præcincti, † ad altaris crepidinem prouoluti, vt sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus, & aduersarijs aduersaretur, † sicut
27 lex dicit. † Et ita post orationem
F sumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi hosti-
28 bus effecti resederunt. † Primo autem solis ortu vtrique commiserunt: isti quidem victoriæ & prosperitatis sponsorem cum virtute Dominum habentes: illi autẽ ducem belli animum habebant.
29 † Sed cùm vehemens pugna esset, apparuerunt aduersarijs de cælo viri quinq; in equis, frænis aureis decõri, ducatum Iudæis
30 præstantes: † ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circumseptum incolumẽ conseruabant: in aduersarios aũt tela, & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confusi, & repleti per-
31 turbatione cadebant. † Interfecti sunt autẽ viginti millia quin-
32 genti, & equites sexcenti. † Timotheus verò confugit in Gazaram

*exercitu 15.

Ex. 23. d. 20
De. 20. a. 4.
28. a. 7.

G ram præsidium munitũ,cui præ-
33 rat Chæreas.†Machabæus autem,
& qui cum eo erant lætantes ob-
sederunt præsidium diebus qua-
34 tuor.†At hi qui intus erãt,loci fir-
mitate confisi, supra modum ma-
ledicebãt, & sermones nefandos
35 iactabant.† Sed cùm dies quinta
illucescceret , viginti iuuenes ex
his qui cum Machabæo erant ,ac-
cẽsi animis propter blasphemiã,
viriliter accesserunt ad murum,&
36 feroci animo incedentes ascende
bant.† Sed & alij similiter ascen-
dentes,turres portasq; succende-
37 re aggressi sunt,atque ipsos male-
dicos viuos concremare.†Per con-
tinuum autem biduum præsidio
vastato,Timotheum occultãtem
se in quodam repertum loco pere
merunt,& fratrem illius Chære-
am & Apollophanem occide-
38 runt.†Quibus gestis, in hymnis &
confessionibus benedicebant Do
minum , qui magna fecit in Isra-
el,& victoriam dedit illis.

CAP. XI.

1 A Sed paruo post tempore,Lysias
procurator regis , & propin-
quus , ac negotiorum præpositus,
2 grauiter ferens de his quæ acci-
derant : † congregatis octoginta
millibus & equitatu vniuerso ve-
niebat aduersus Iudæos , existi-
mans se ciuitatem quidem ca-
3 ptam Gentibus habitaculum fa-
cturum:† templum vero in pecu-
niæ quæstum , sicut cætera delu-
bra Gentium habiturum, & per
4 singulos annos venale sacerdoti-
um:†nusquam recogitans Dei po-
testatem,sed mente effrænatus in
multitudine peditum & in millia-
bus equitum & in octoginta ele-
5 phantis confidebat. † Ingressus
autem Iudæam , & appropians
Beth-suræ,quæ erat in angusto lo-
co ab Ierosolyma interuallo quin
6 que stadiorum , illud præsidium
expugnabat. † Vt autem Macha-
B bæus, & qui cum eo erant,cognoscerunt expugnari præsidia , cum
fletu & lachrymis rogabant Do-
minum,& omnis turba simul , vt
bonum angelum mitteret ad sa-
7 lutem Israel. † Et ipse primus Ma-
chabæus sumptis armis, cæteros
adhortatus est simul secum perи-
culum subire, & ferre auxiliũ fra-
8 tribus suis.†Cumq; pariter prom-
pto animo procederent,Ierosoly-
mis apparuit præcedẽs eos eques
in veste candida, armis aureis ha-
9 stam vibrans.†Tunc omnes simul
benedixerunt misericordem Do-
C minum , & conaluerunt animis
nõ solùm homines, sed & bestias
ferocissimas, & muros ferreos pa-
10 rati penetrare.†Ibant igitur prom
pti,de cælo habentes adiutorem,
& miserantem super eos Domi-
11 num. † Leonum autem more im-
petu irruentes in hostes prostra-
uerunt ex eis vndecim millia pe-
ditum, & equitum mille sexcen-
12 tos.† Vniuersos autem in fugam
verterunt,plures autem ex eis vul
nerati nudi euaserunt. Sed &
ipse Lysias turpiter fugiens eua-
13 sit.† Et quia non insensatus erat,
secum ipse reputans factam erga
se diminutionem, & intelligens
inuictos esse Hebræos, omnipo-
tentis Dei auxilio innitentes, mi-
14 sit ad eos: † promisitque se con-
sensurum omnib. quæ iusta sunt,
& regem compulsurum amicum
15 fieri.†Annuit autem Machabæus
D precibus Lysiæ, in omnibus vti-
litati consulens:& quæcunq; Ma-
chabæus scripsit Lysiæ, de Iudæis,
16 ea rex concessit. † Nam erant scri-
ptæ Iudæis epistolæ à Lysia siquи-
dem hunc modum continentes:
LYSIAS populo Iudæorum sa-
17 lutem.†Iohãnes & Abesalom qui
missi fuerant à vobis, tradentes
scripta,postulabãt , vt ea quæ per
illos significabantur implerem.
18 † Quæcunque igitur regi potue-
runt perferri exposui: & quæ res

19 permittebant, concessit. Si igitur
in negotijs fidem conseruaueritis, & deinceps bonorum vobis
20 causa esse tentabo. † De cæteris autē per singula verba mandaui
& istis & his qui à me missi sunt,
21 colloqui vobiscum. † Bene valete.
Anno centesimo quadragesimo octauo mensis Dioscori, die vi-
22 cesima & quarta. † Regis autem epistola, ista continebat: REX
Antiochus Lysiæ fratri salutem.
23 † Patre nostro inter deos translato
E nos volentes eos qui sunt in regno
nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam.
24 † audiuimus Iudæos non consensisse patri meo vt transferentur ad ritum Græcorū, sed tenere velle suum institutum, ac propterea postulare à nobis concedi
25 sibi legitima sua. † Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, statuentes iudicauimus templum restitui illis vt agerent secūdum suorum maiorum consuetu-
26 dinem. † Bene igitur feceris, si miseris ad eos, & dexteram dederis,
vt cognita nostra voluntate, bono animo sint, & vtilitatibus
27 proprijs deseruiant. † Ad Iudæos vero regis epistola talis erat:
REX Antiochus senatui Iudæo-
F rum, & cæteris Iudęis salutem.
28 † Si valetis, sic estis vt volumus:
29 sed & ipsi bene valemus. † Adijt nos Menelaus dicens velle vos descendere ad vestros qui sunt a-
30 pud nos. † His igitur qui cōmeant vsque ad diem tricesimum mensis Xantici, damus dextras securi-
31 tatis, † vt Iudaicis vtantur cibis, & legibus suis, sicut & prius: & nemo eorum vllo modo molestiam
patiatur de his quæ per ignoran-
32 tiam gesta sunt. † Misimus autem & Menelaum, qui vos alloqua-
33 tur. † Valete, Anno centesimo qua-
G dragesimo octauo Xantici mensis
34 quinta decima die. † Miserunt autem etiam Romani epistolam ita
se habētem: QVINTVS Memmius & Titus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorum sa-
35 lutem. † De his quæ Lysias cognatus Regis concessit vobis, & nos
36 concessimus. † De quibus autem ad regem indicauit referendum, confestim aliquem mittite, diligentius inter vos conferentes,
vt decernamus, sicut congruit
vobis, nos enim Antiochiam ac-
37 cedimus. † Ideoque festinate rescribere, vt nos quoque sciamus
38 cuius estis voluntatis. † Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, quintadecima die
mensis Xantici.

CAP. XII.

1 A His factis pactionibus, Lysias pergebat ad regem, Iudęi autem agriculturæ operam dabant.
2 † Sed hi qui resederant Timothæus & Apollonius Gennæi filius, sed & Hieronymus, & Demophon, super hos & Nicanor
Cypriarches, non sinebant eos
3 in silentio agere, & quiete. † Ioppitæ vero tale quoddam flagitium perpetrārunt, rogauerunt Iudæos cum quibus habitabant, ascendere scaphas quas parauerāt,
cum vxoribus, & filijs, quasi nullis inimicitijs inter eos subiacen-
4 tibus. † Secundum communem itaque decretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causa
nihil suspectum habentibus: eum
in altum processissent submerserunt non minus ducentos.
5 † Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant
cum ipso: & inuocato iusto iudi-
6 ce Deo, † venit aduersus interfectores fratrum, & portum quidem nocte succendit, scaphas ex-
B ussit, eos autem qui ab igne refu-
7 gerant, gladio peremit. † Et cum hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas

8 pitas eradicaturus.†Sed quum cog
nouisset & eos qui erant Iamniæ,
velle pari modo facere habitan-
9 tibus secum Iudæis. † Iamnitis
quoque nocte superuenit, & por-
tum cum nauibus succendit: ita
vt lumen ignis appareret Ierosolymis, à stadijs ducentis quadra-
10 ginta. †Inde cùm iam abissent no
uem stadijs, & iter facerent ad Ti-
mótheum, commiserunt cum eo
Arabes quinq; millia viri, & equi
11 tes quingenti.†Cumq; pugna vali
da fieret, & auxilio Dei prosperè
cessisset, residui Arabes victi, pe-
tebant à Iuda dextram sibi dari,
promittentes se pascua daturos,
12 & in cæteris profuturos.†Iudas au
tem arbitratus verè in multis eos
vtiles, promisit pacem, dextris-
que acceptis, discessere ad taber-
13 nacula sua.† Aggressus est autem
& ciuitatem quandam firmam
pontibus murisque circumse-
ptam, quæ à turbis habitabatur
gentium promiscuarum, cui no-
14 men Caspin. † Hi verò qui intus
C erant, confidentes in stabilita-
te murorum & apparatu alimo-
niarum, remissius agebant, ma-
ledictis lacessentes Iudam, ac bla-
sphemantes, ac loquentes quæ fas
15 non est. † Machabæus autem in-
uocato magno mundi principe,
Ios.6.c.20. qui sine arietibus & machinis
16 Itemporibus Iesu præcipitauit Ie-
richo, irruit verociter muris:† &
capta ciuitate per Domini volun-
tatem innumerabiles cædes fecit,
ita vt adiacens stagnum stadio-
17 rum duorum latitudinis, sangui-
ne infectum fluere videretur.†In-
de discesserunt stadia septingen-
ta quinquaginta, & venerunt in
Characa ad eos qui dicuntur Tu-
18 bianæi, Iudæos:† & Timótheum
quidem in illis locis non compre-
henderunt, nulloque negotio
perfecto regressus est, relicto in
quodam loco firmissimo præsi-
19 dio. † Dositheus autem & Sosi-
pater, qui erant duces cum Ma-
chabæo, peremerunt à Timótheo
relictos in præsidio, decem mil-
20 lia viros.† At Machabeus ordina-
D tis circum se sex millibus, & con-
stitutis per cohortes, aduersus
Timótheum processit, habentem
secum centum viginti millia pe-
ditum, equitumque duo millia
21 quingentos. † Cognito autem
Iudæ aduentu, Timotheus præmi-
sit mulieres & filios & reliquum
apparatum, in præsidium quod
Carnion dicitur. erat enim inex-
pugnabile, & accessu difficile pro-
22 pter locorum angustias.† Cumq;
cohors Iudæ prima apparuisset,
timor hostibus incussus est, ex præ
sentia Dei qui vniuersa conspi-
cit, & in fugam versi sunt alius ab
alio, ita vt magis à suis deijcerentur, & gladiorum suorum ictibus
23 debilitarentur. † Iudas autem ve-
hementer instabat puniens pro-
phanos, & prostrauit ex eis trigin
24 ta millia virorum. † Ipse verò
Timótheus incidit in partes Do-
sithei & Sosipatris: & multis pre-
cibus postulabat vt viuus dimit-
teretur, eò quòd multorum ex
Iudæis parentes haberet ac fra-
tres, quos morte eius decipi eue-
25 niret.† Et cùm fidem dedisset re-
E stituturũ se eos secundum consti-
tutum, illæsum eum dimiserunt,
26 propter fratrum salutem.† Iudas
autem regressus est à Carnion, in-
terfectis viginti quinque milli-
27 bus. † Post horum fugam & ne-
cem, mouit exercitum ad Ephron
ciuitatem munitam, in qua mul-
titudo diuersarum gentium habi-
tabat: & robusti iuuenes pro mu-
ris consistentes fortiter repugna-
bant: in hac autem machinæ mul-
28 tę, & telorum erat apparatus.†Sed
cùm omnipotentem inuocassent,
qui potestate sua vires hostium
confringit, ceperunt ciuitatem,
& ex eis qui intus erant, vigin-
ti quinque millia prostrauerunt.

29 † Inde ad ciuitatē Scytharum abierunt, quę ab Ierosolymis sexcen-
30 tis stadijs aberat. † Contestantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam tempo-
31 ribus infelicitatis quòd modestè secum egerint: † gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus suum benignus esse, venerunt Ierosolymam die
32 solenni septimanarum instante. † Et post pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum I-
33 dumææ. † Exiuit autem cum peditibus tribus millibus & equi-
34 tibus quadringentis. † Quibus cō-
F gressis, contigit paucos ruere Iu-
35 dæorum. † Dositheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiam tenebat: & cùm vellet illum capere viuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumq; eius amputauit: atq; ita Gorgias effugit in Mare-
36 sa. † At illis qui cum Esdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiutorem, & ducem belli fieri:
37 incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incussit.
38 † Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollā. Et cum septima dies superueniret, secundū consuetudinem purificati, in eo-
39 dem loco sabbathum egerunt. † Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret
40 in sepulchris paternis. † Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donarijs idolorū quæ
Da. 7. d. 25. apud Iamniam fuerunt, lā quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestum factum est ob
41 hanc causam eos corruisse. † Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fe-
42 cerat manifesta. † Atque ita ad preces conuersi, rogauerūt vt id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt, pro pecca-
43 tis eorū qui prostrati sunt. † Et facta collatione, duodecim millia
G drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro * peccato sacrificium, bene & religiosè de resur-
44 rectione cogitans. † (nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur &
45 vanū orare pro mortuis) † & quia cōsyderabat quòd hi qui cum pietate dormitionē acceperant, optimam haberent repositam gratiam. † Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt
46 a peccatis soluantur.

* peccatis mortuorū

CAP. XIII.

1 ANno centesimo quadragesimo nono, cognouit Iudas An-
A tiochum Eupatorem venire cum
2 multitudine aduersus Iudæam. † Et cum eo Lysiam procuratorem & præpositum negotiorum, secū habentem peditum centum decē millia, & equitum quinque millia, & elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecentos.
3 † Commiscuit autem se illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro
4 patria salute, sed sperans se consti-
B tui in principatum. † Sed rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem, & suggerente Lysia hunc esse causam omnium malorū, iussit (vt eis est consuetudo) apprehensum in eodem loco ne-
5 cari. † Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndique habens cineris: hæc prospectum habebat
6 in præceps. † inde in cinerem
C deijci iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad in-
7 teritum. † Et tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terræ

terrę dari Menelaum.†Et quidem satis iustè: nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in cineris morte dānat⁹ est.† Sed rex mēte effrenatus veniebat, nequio rem se patre suo Iudæis ostensur⁹.
† Quibus Iudas cognitis, præcepit populo vt die ac nocte Dominum inuocarent, quo sicut semper, & nunc adiuuaret eos: † quippe qui lege & patria sanctoque templo priuari verterentur, ac populum qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. † Omnibus itaq; simul id facientib. & petentibus à Domino misericordiā cū fletu & ieiunijs, per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Iudas vt se præpararent.† Ipse verò cum senioribus cogitauit prius quàm rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem exire, & Domini iudicio cō mittere exitum rei.† Dans itaque potestatem omnium Deo mundi creatori, & hortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsq; ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus starent: circa Modin exercitum constituit.† Et dato signo suis Dei victoriæ, iuuenib⁹ fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros ⁹quatuor millia⁹ & maximū elephantorum cū his qui sù perpositi fuerant.† summoq; metu ac perturbatione hostium castra repleuerunt, rebusque prosperè gestis abierunt.† Hoc autem factum est die illucescente, adiuuante eum Domini protectione.
† Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem locorum tentabat.† & Bethsuræ quæ erat Iudæorum præsidium munitum, castra admouebat: sed fugabatur, impingebat; minorabatur.
† His aūt q intus erant, Iudas necessaria mittebat.† Enuntiauit aūt mysteria hostib. Rhodocus quidā de Iudaico exercitu, q requisitus cōprehensus est, & conclusus.† Iterū rex sermonē habuit ad eos qui erant in Bethsuris: dextrā dedit: accepit, abijt.† cōmisit cū Iuda: superatus est. Vt aūt cognouit rebellasse Philippum Antiochiæ, quire lictus erat super negotia, mente consternatus Iudæos deprecans, subditusque eis iurat de omnibus quibus iustum visum est: & reconciliatus obtulit sacrificium, honorauit templum, & munera posuit.
† Machabæum amplexatus est, & fecit eum a Ptolemaide vsque ad Gerrenos ducem & principem.
† Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter ferebant Ptolemenses amicitiæ conuentionem, indignātes ne forte fœdus irrumperent.
† Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populū sedauit, regressusque est Antiochiam: & hoc modo regis profectio & reditus processit.

CAP. XIIII.

SEd post triennij tempus cognouit Iudas & q cū eo erāt, Demetrium Seleuci cū multitudine valida & nauib. per portū Tripolis ascendisse ad loca opportuna, † & tenuisse regiones aduersus Antiochum & ducem eius Lysiam.† Alcimus aūt quidam qui summus sacerdos fuerat, sed volūtarie coinquinatus est temporib. cōmistionis, consyderans nullo modo sibi esse salutem, neq; accessum ad altare:† Venit ad regem Demetriū centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc & talos qui tēpli esse videbantur. Et ipsa quidē die siluit.† Tempus aūt opportunum dementiæ suę nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium & interrogatus quibus rebus & consilijs Iudæi niterentur: † respondit, ipsi qui dicūtur Assidæi Iudęorum,

tum,quib. præest Iudas Machabæ
us,bella nutriũt,&seditiones mo
uent,nec patiuntur regnũ esse qe
7 tum.† nam & ego defraudatus pa
rentũ gloria(dico aũt summo sa-
8 cerdotio)huc veni:† primò quidẽ
B vtilitatib. regis fidem seruans,se-
cundò aũt etiam ciuib.consulens:
nam illorũ prauitate vniuersum
genus nostrum nõ minimè vexa-
9 tur.†Sed *his singulis ô rex cogni
*oro tis,& regioni, & generi secundũ
humanitatem tuam promulgatã
10 omnibus prospice. † nam quam-
diu supereſt Iudas,impossibile est
11 pacem esse negotijs.† Talibus au-
tem ab hoc dictis & cęteri amici
hostiliter se habentes aduersus
Iudam, inflammauerunt Deme-
12 trium. † Qui statim Nicanorem
præpositum elephantorum du-
13 cem misit in Iudæam:† datis man
datis vt ipsum quidem Iudam ca
peret : eos vero qui cum illo ę-
rant,dispergeret, & constitueret
Alcimum maximi templi sum-
14 mum sacerdotem. † Tunc gentes
quæ de Iudæa fugerant Iudam,cõ
gregatam se Nicanori miscebãt,
miserias & clades Iudæorum pro-
sperităes rerum suarum existi-
15 mantes. † Audito itaque Iudæi
C Nicanoris aduentu, & conuentu
nationum, conspersi terra roga-
bant eum qui populum suum con
stituit,in ęternum custoditet,qui
que suam portionem signis euidẽ
16 tibus protegit. † Imperante autẽ
duce, statim inde mouerunt:con-
ueneruntq; ad castellum Dessau.
17 † Simon verò frater Iudæ commi-
serat cum Nicanore : sed conterri
tus est repentino aduentu aduer-
18 sariorum. † Nicanor tamen audi-
ens virtutem comitum Iudæ & a-
nimi magnitudinem quã pro pa-
triæ certaminibus habebant, san
guine iudicium facere metuebat.
19 † Quam ob rem præmisit Posido-
nium,& Theodotium, & Mathi-
am vt darent dextras atque acci-

20 perent.† Et cùm diu de his consi-
lium ageretur,& ipse dux ad mul
titudinem retulisset: omnium v-
21 na fuit sententia amicitijs annue-
re.† Itaq; diem constituerunt qua
secretò inter se agerent:& *singu *à 12.
lis sellæ prolatæ sunt & positæ.
22 † Præcepit autem Iudas armatos
esse locis opportunis, ne forte ab
hostibus repentè mali aliquid o-
riretur:& congruum colloquium
23 fecerunt.† Morabatur autem Ni-
D canor Ierosolymis : nihilque ini-
què agebat, gregesque turbarum
quæ congregatæ fuerant, dimisit.
24 † Habebat autem Iudam semper
charum ex animo,& erat viro in-
25 clinatus. † Rogauitque eum du-
cere vxorem, filiosque procrea-
re. Nuptias fecit: quietè egit,co-
26 miterque viuebant.† Alcimus au-
tem videns charitatem illorum
adinuicem & conuentiones, ve-
nit ad Demetrium,& dicebat, Ni
canorem rebus alienis assentire,
7 Iudamque regni insidiatorem suc
cessorem sibi destinasse. † Itaque
rex exasperatus,& pessimis huius
criminationibus irritatus , scri-
psit Nicanori, dicens , grauiter
quidem se ferre de amicitiæ con-
uentione, iubere tamen Macha-
bæum citius vinctum mittere An
28 tiochiam. † Quibus cognitis Ni-
canor consternabatur,& grauiter
ferebat, si ea quæ conuenerant,
irrita faceret, nihil læsus à viro.
29 † sed quia regi resistere non pote-
rat, opportunitatem obseruabat
30 qua præceptum perficeret. † At
E Machabæus videns secum austeri
us agere Nicanorem , & consue-
tum occursum ferocius exhiben-
tem,intelligens non ex bono es-
se austeritatem istam,paucis suo-
rum congregatis occultauit se à
31 Nicanore. † Quòd cùm ille cog-
nouit fortiter se à viro præuen-
tum, venit ad maximum & san-
ctissimum templum:& sacerdoti-
bus solitas hostias offerentib. iuſ-

sit

32 ſit ſibi tradi virum. † quib. cum iu-
ramento dicentibus neſcire ſe vbi eſſet qui quærebatur, extendēs
33 manum ad templum, † iurauit, di-
cens: Niſi Iudam mihi vinctū tradideritis, iſtud Dei phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri
34 conſecrabo. † Et his dictis abijt. Sacerdotes autem protendentes manus in cælum, inuocabant eum qui ſemper propugnator eſſet gē
35 tis ipſorum, hæc dicentes, † Tu Domine vniuerſorum, qui nullius indiges, voluiſti templum habi
36 tationis tuæ fieri in nobis. † Et F nunc ſanctæ ſanctorum omnium Domine, conſerua in ęternum immaculatam domum iſtam, quæ nu-
37 per mundata eſt. † Razias autem quidam de ſenioribus ab Ieroſolymis delatus eſt Nicanori, vir amator ciuitatis, & benè audiens:
38 qui pro affectu, Pater Iudæorum appellabatur. † Hic multis temporibus continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpusque
39 & animam tradere contentus pro perſeuerantia. † Volens autem Nicanor manifeſtare odiū quod habebat in Iudæos, miſit milites quingentos, vt eum compre-
40 henderent. † putabat enim ſi illū decepiſſet, ſeſe cladem Iudæis
41 maximam illaturum. † Turbis autem irruere in domum eius, & ianuam diſrumpere atque ignem admouere cupientibus, cùm iam comprehenderetur, gladio ſe petijt: † eligens nobiliter mori potius quam ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indi-
43 gnis iniurijs agi. † Sed cum per feſtinationem non certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrumperent, recurrens audacter
44 ad murum præcipitauit ſemetipſum viriliter in turbas: † quibus velociter locum dantibus caſui eius, venit per mediam cerui cem:
45 † & cùm adhuc ſpiraret, accenſus animo, ſurrexit: & cùm ſanguis eius magno fluxu deflueret, & grauiſſimis vulneribus eſſet ſaucius,
46 curſu turbam pertranſijt: † & ſtans ſupra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, cōplexus inteſtina ſua, vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans dominatorem vitæ ac ſpiritus, vt hæc illi iterum redderet atque ita vita defunctus eſt.

CAP. XV.

1 NIcanor autem vt comperit Iu- 1.Ma.7.d.
A dam eſſe in locis Samariæ, co 26.
gitauit cum omni impetu die ſab-
2 bathi committere bellum. † Iudæis vero qui illum per neceſſitatem ſequebantur dicentibus, Ne ita ferociter, & barbarè feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis, & honora eum qui vni-
3 uerſa conſpicit: † ille infœlix interrogauit, ſi eſt potens in cælo qui imperauit agi diem ſabba-
4 thorum. † Et reſpondentibus illis, Eſt Dominꝰ viuus ipſe in cælo potens, qui iuſſit agi ſeptimam di-
5 em. † At ille ait, Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri, Tamen non obtinuit vt conſilium perficeret. † Et Nicanor qui-
6 dem cum ſumma ſuperbia etectꝰ, cogitauerat commune trophæum
7 ſtatuere de Iuda. † Machabæus B autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxilium ſibi a Deo af-
8 futurum: † & horrabatur ſuos ne formidarent ad aduentum Nationum, ſed in mente haberent adiutoria ſibi facta de cælo, & nunc ſperarent ab Omnipotente ſibi
9 affuturam victoriam. † Et allocutus eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerāt prius, promptiores conſtitu-
10 it eos: † & ita animis eorum erectis ſimul oſtendebat Gentiū fallaciam, & iuramentorum præuari-
11 cationem. † Singulos aūt illorum arma-

armauit,nõ clypei & haſtæ muni
tione,ſed ſermonibus optimis &
exhortationibus, expoſito digno
fide ſomnio, per quod vniuerſos
12 lætificauit. † Erat autem huiuſce-
C modi viſus : Oniam qui fuerat
ſummus ſacerdos, virum bonum
& benignum, verecundum viſu,
modeſtum moribus, & eloquio
decorum,& qui à puero in virtu-
tibus exercitatus ſit, manus pro-
tendentem,orare pro omni popu
13 lo Iudæorum. † Poſt hoc apparuiſ-
ſe & alium virum ætate & gloria
mirabilem,& magni decõris habi
14 tudine circa illum. † Reſponden-
tem verò Oniam dixiſſe. Hic eſt
fratrum amator, & populi Iſrael:
hic eſt qui multum orat pro popu
lo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ie-
15 remias Propheta Dei. † Extendiſſe
autem Ieremiam dextram, & de-
diſſe Iudæ gladium aureum, di-
16 centem: † Accipe ſanctum gladi-
um munus à Deo, in quo deijcies
17 aduerſarios populi mei Iſrael. † Ex
hortari itaque Iudæ ſermonibus
bonis valde,de quibus extolli poſ
D ſet impetus,& animi iuuenum cũ
fortari,ſtatuerunt dimicare & cõ
fligere fortiter:vt virtus de negu-
tijs iudicaret,eò quòd ciuitas ſan-
cta,& templum periclitarentur.
18 † erat enim pro vxoribus & filijs
itemque pro fratribus & cogna-
tis minor ſollicitudo: maximus
verò & primus pro ſanctitate ti-
19 mor erat templi. † Sed & eos
qui in ciuitate erant, non mini-
ma ſollicitudo habebat pro his
20 qui congreſſuri erant. † Et cùm
iam omnes ſperarent iudicium fu
turum,hoſteſque adeſſent, atque
exercitus eſſet ordinatus, beſtiæ
equitesque opportuno in loco
21 compoſiti, † conſyderans Macha-
bæus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem beſtiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dominum inuocauit, qui non ſecundum armorum potentiam,ſed prout ipſi placet,dat
22 dignis victoriã. † Dixit autem in
E uocans hoc modo, ‖ Tu Domine qui miſiſti angelum tuum ſub Ezechia rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centum octogintaquinq; millia: † & nunc
23 dominator cælorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis
24 brachij tui, † vt metuant qui cum blaſphemia veniunt aduerſus ſanctum populum tuum. Et hic qui-
25 dem ita perorauit. † Nicanor au
tem,& qui cum ipſo erant, cum
26 tubis & canticis admouebant. † Iu
das verò,& qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes con-
27 greſſi ſunt: † manu quidem pugnantes,ſed Dominum cordibus orantes, proſtrauerunt non minus triginta quinque millia, præſentia Dei magnificè delectati.
28 † Cumque ceſſaſſent, & cum gau-
dio redirẽt,cognouerunt Nicano
29 rem ruiſſe cum armis ſuis. † Facto
F itaq; clamore, & perturbatione excitata,patria voce omnipoten-
30 tem Dominũ benedicebant. † Præ
cepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratꝰ erat,caput Nicanoris, & manum cũ humero abſciſſam,
31 Ieroſolymam perferri. † Quò
cùm peruenijſſet, conuocatis con
tribulibus,& ſacerdotibus ad alta re,accerſijt & eos qui in arce erãt.
32 † Et oſtenſo capite Nicanoris, &
manu nefaria quam extenderat contra domum ſanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus
33 eſt. † Linguam etiam impij Ni-
canoris præciſam iuſſit particulatim auibus dari:manũ autem dementis contra templum ſuſpen-
34 di. † Omnes igitur cæli benedixe-
runt Dominum,dicentes,Benedi
ctus qui locum ſuum incõtamina
35 tum ſeruauit. † Suſpendit autem
G Nicanoris caput in ſumma arce,

4. Reg. 19. g. 73. Tob. 1. d. 21 Ecc. 48. d. 24. Is. 7. g. 36. 1. Ma. 7. f. 41. Su. 1. c. 19.

vt

vt euidens esset, & manifestum
36 signum auxilij Dei. † Itaque omnes cõmuni consilio decreuerunt
nullo modo diem istum absq; ce-
37 lebritate præterire. † habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridiè Mardochęi diei.
38 † Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermo-
39 nis. † Et si quidem benè, & vt historiæ competit, hoc & ipse velim: si autem minus dignè, con-
40 cedendum est mihi. † Sicut enim vinum semper bibere aut semper aquam, contrarium est, alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM.

CAP. I.

1 LIBER GENERATIONIS Iesu Christi filij ‖ Dauid, filij Abraham. † ‖ Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. ‖ Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. † ‖ Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. ‖ Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. † Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. † Salmon autem genuit Booz de Rahab. ‖ Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. † ‖ Iesse autem genuit Dauid regem. ‖ Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. † ‖ Salomon autem genuit Roboam. Roboam

A

Luc.3.f.31. Ge.21.a.3. Ge.25.d.26 Gen.29.(2 d.25. 1.Pa.2.a.5. Rut.4.d.18 1.Re.16.a.1 17.b.12. 2.Reg.12. f.24. 1.Pa.2.b.10 Nu.7.b.12 1.Pa.2.b.11 Rut.4.d.11 1.Pa.2.b.12 3.Re.11.f 43. 1.Par.3.b 10.

boam autem genuit Abiam. Abia
8 autem genuit Asa. † Asa autem ge-
B nuit Iosaphat. Iosaphat autem
genuit Ioram. Ioram autem ge-
9 nuit Oziam. † ‖ Ozias autem ge-
4.Reg.14. nuit Ioatham. Ioatham autem
g.31. genuit Achaz. Achaz autem ge-
10 nuit Ezeciam. † ‖ Ezecias autem
2.Par.26.d genuit Manassen. ‖ Manasses au-
23. tem genuit ‖ Amon. Amon au-
11 tem genuit Iosiam. † Iosias au-
2.Par.27.d tem genuit Iechoniam & fratres
9. eius in transmigratione Babylo-
12 nis. † Et post transmigrationem
2.Par.28.d Babylonis, ‖ Iechonias genuit
27. Salathiel. ‖ Salathiel autem ge-
13 nuit Zorobabel. † Zorobabel au-
4.Reg.20. tem genuit Abiud. Abiud autem
d.21. genuit ‖ Eliacim. Eliacim autem
14 genuit Azor. † Azor autem ge-
4.Reg.21. nuit Sadoc. Sadoc autem genuit
c.18. Achim. Achim autem genuit E-
15 liud. † Eliud autem genuit Elea-
C zar. Eleazar autem genuit Ma-
4.Reg.21. than, Mathan autem genuit Ia-
d.24. 16 cob. † Iacob autem genuit Io-
4.Reg.13. seph virum Mariæ: de qua natus
f.30. est Iesus, qui vocatur Christus.
17 † Omnes itaque generationes ab
1.Pa.13.c.16 Abraham vsque ad Dauid, gene-
2.Pa.3.c.17 rationes quatuordecim. & a Da-
1.Pa.3.d.19 uid vsque ad transmigrationem
1.Esd.3.a.2 Babylonis, generationes quatuor
1.a.2. decim, & a transmigratione Ba-
Agg.1.a.1. bylonis vsque ad Christum, ge-
18 nerationes quatuordecim † Chri-
Luc.1.c.27 sti autem generatio sic erat: Cum
esset ‖ desponsata mater eius Ma-
ria Ioseph, antequam conueni-
rent, inuenta est in vtero habens
19 de spiritu sancto. † Ioseph autem
Re.24.a.1. vir eius cum esset iustus, & nol-
20 let eam ‖ traducere: voluit occul-
D te dimittere eam. † Hæc autem
eo cogitante, ecce angelus Domi-
ni apparuit in somnis ei, dicens:
Ioseph fili Dauid, noli timere ac-
cipere Mariam coniugem tuam:
quod enim in ea natum est, de
21 Spiritu sancto est. † pariet autem
Luc.1.c.31. filium, ‖ & vocabis nomen eius
Iesum. ipse enim saluum faciet Act.4.b.12
populum suum à peccatis eorum.
22 † (Hoc autem totum factum est vt
adimpleretur quod dictum est à
Domino per prophetam dicen-
23 tem, † ‖ Ecce virgo in vtero ha- Esa.7.c.24.
bebit, & pariet filium: & *voca- *vocabitur
bunt' nomen eius Emmanu-el,
quod est interpretatum, Nobis-
24 cum Deus.) † Exurgens autem Io-
seph à somno, fecit sicut præcepit
ei angelus Domini, & accepit con
25 iugem suam. † Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitũ: & vocauit nomen eius Iesum.

CAP. II.

1 CVm ergo natus esset Iesus in Luc.2.a.7.
A Beth-lehem Iudæ in diebus *Iudæ 7
Herodis regis, ecce Magi ab ori-
2 ente venerunt Ierosolymam, † di-
centes, Vbi est qui natus est rex
Iudæorum? vidimus enim stellam
eius in oriente, & venimus ado-
3 rare eum. † Audiens autem Hero-
des rex, turbatus est, & omnis
4 Ierosolyma cum illo † Et congre-
gans omnes principes sacerdo-
tum & Scribas populi, sciscitabatur
ab eis vbi Christus nasce-
5 retur. † At illi dixerunt ei, In Beth-
lehem Iudæ. Sic enim scriptũ est
6 per prophetam: † ‖ Et tu Beth-le- Mich 5.a.2
hem Terra-Iuda, nequaquã mi- Ioh.7.f.42.
nima es in principibus Iudæ: ex te
enim exiet dux qui *regat' popu- *reget 5.
7 lum meum Israel. † Tunc Herodes
B clam vocatis Magis, diligenter
didicit ab eis tempus stellæ quæ
8 apparuit eis, † & mittens illos in
Beth-lehem, dixit: Ite, & inter-
rogate diligẽter de puero: & cum
inueneritis, renunciate mihi, vt
9 & ego veniens adorẽ eum. † Qui
cùm audissent regẽ, abierunt, & ẽc
ecce stella quã viderant in orien-
te, antecedebat eos, vsquedũ ve-
niens staret supra, vbi erat puer.
10 † Videtes autem stellã, gauisi sunt
gaudio

11 gaudio magno valde. † Et intrantes domum, inuenerunt puerum cùm Maria matre eius, & proci-
Ps.71.b.11. dētes adorauerunt eum: ‖ & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhā.
12 † Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodē, per aliam viam reuersi sunt in regionem
13 suam. † Qui cùm recessissent: ecce
C angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurū est enim, vt Herodes quærat puerū ad per-
14 dendum eum. † Qui consurgens accepit puerum & matrem eius
15 nocte: & secessit in Ægyptum. † Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam, dicen-
Osee 11.a.1 tem, ‖ Ex Ægypto vocaui filium
16 meum. † Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnib⁹ finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis.
17 † Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiā prophetam,
18 dicentem, † ‖ Vox in Rama audi-
Ier.31.c.19. ta est, plorat⁹ & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & no-
19 luit consolari, quia nō sunt. † De-
D functo autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Io
20 seph in Ægypto, † dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim qui quærebāt animam
21 pueri. † Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit
22 in Terram-Israel. † Audiens autē quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis,
23 secessit in partes Galilææ. † Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

CAP. III.

1 IN diebus autem illis venit Io-
A hannes Baptista prædicans in
2 deserto Iudææ, † & dicens, ‖ Pœnitentiam agite: *appropinquabit
3 enim regnum cælorum. † Hic est enim *qui dictus est per Isaiam prophetam, dicentem, ‖ Vox clamantis in deserto, Parate viā Domini, rectas facite semitas eius.
4 † Ipse autē Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ
5 & mel syluestre. † Tunc exibat ad eum Ierosolyma & omnis Iudæa,
6 & omnis regio circa Iordanē: † & baptizabantur ab eo in Iordane,
7 confitentes peccata sua. † Videns
B autem multos Pharisæorū & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: ‖ progenies viperarum, quis demōstrauit vo-
8 bis fugere à ventura ira? † Facite ergo fructum dignum pœniten-
9 tiæ. † Et ne velitis dicere intra vos, ‖ Patrem habemus Abraham. dico enim vobis quoniam *potēs est Deus de lapidibus istis suscita-
10 re filios Abrahæ. † Iam enim se-
C curis ad radicem arborum posita est. ‖ Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, *excidetur,
11 & in ignem mittetur'. † ‖ Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentia. qui autem post me venturus est, (fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare,) ipse vos baptizabit in Spi-
12 ritu sancto & igni. † Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. † ‖ Tunc venit Iesus à Gali-
13 læa in Iordanem, ad Iohannem,
14 vt baptizaretur ab eo. † Iohannes au-

Mar.1.a.4. Luce 3.a.3. *appropinquauit 3. *de quo dictum. Esa.40.a.3. Mar.1.a.3. Luc.3.a.4. Ioh.1.c.14. Inf.23.d.33. Ioh.8.c.39. Ac.13.d.26 *potest 6. Infr.7.c.8. *exciditur & in ignē mittitur 4 Mar.1.b.8. Luc.3.c.16. Ioh.1.d.26 Ac.11.d.16 & 19.a.4. Mar.1.b.9. Luc.3.d.21.

autem prohibebat eũ, dicẽs, Ego à te debeo baptizari, & tu venis
15 ad me. † Respondens autẽ Iesus, dixit ei, Sine modò. Sic enim decet nos implere omnẽ iustitiam.
16 Tunc dimisit eum. ‡ Baptizatus autem Iesus', cõfestim ascendit de aqua. & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritum Dei descendentem
17 sicut columbã, & venientem super se. † Et ecce vox de cælis dicens, ‖ Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.

CAP. IIII.

1 TVnc Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à
2 diabolo. † Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta
3 noctibus, postea esurijt. † Et accedens tentator dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fi-
4 ant. † Qui respondens dixit, Scriptũ est, ‖ Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod
5 procedit de ore Dei. † Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super
6 pinnaculum templi, † & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, ‖ Quia angelis suis 'mandabit' de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
7 † Ait illi Iesus rursum, Scriptum
8 est, ‖ Non tentabis Dominum Deum tuum. † Iterum assumpsit
B eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum,
9 † & dixit ei, Hæc omnia tibi da-
10 bo, si cadens adoraueris me. † Tũc dicit ei Iesus, Vade *Satana: scriptum est enim, ‖ Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli ser-
11 uies. † Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, &
12 ministrabant ei. † Cum aũt audisset Iesus quod Iohannes traditus
13 esset, ‖ secessit in Galilæam: † & relicta ciuitate Nazareth, venit
‖ & habitauit in Capharnaũ maritima, in finib' Zabulõ & Neph-
14 thali, † vt adimpleretur quod dictũ est per Isaiã prophetã. † ‖ Ter-
C ra Zabulõ & terra Nephthali, via maris trans Iordanẽ *Galilææ' gẽ-
16 tium: † populus qui 'sedebat' in tenebris, vidit lucẽ magnã: & sedẽtibus in regione 'vmbræ' mortis,
17 lux orta est eis. † Ex inde cœpit Iesus prædicare, & dicere, ‖ Pœnitentiam agite: 'appropinquabit'
18 enim regnum cælorum. † Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Symõnem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) † & ait illis, Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum. † At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum. † Et
D procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi & Iohannem fratrem eius in naui cũ Zebędæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos. † Illi aũt statim relictis retibus & patre, secuti sunt eũ. † Et circuibat Iesus totã Galilæã, docens in synagogis eorũ, & prædicans euangelium regni: & sanans oẽm lãguorem & oẽm infirmitatem in po-
24 pulo. † Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, varijs languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos. & cura-
25 uit eos. † ‖ & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans-Iordanem.

Lu.4.c.14. Ioh.4.f.43 Isa.9.a.1. *Galilęa 2. 'ambulabat '& vmbra 2. Ma.1.b.15. 'appropinquauit 10. Ma.1.b.16. Luc.5.a.1. Mar.3.a.7. Lu.6.c.17.

CAP. V.

1 VIdens autem *turbas, ascen-
A dit in montem: & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli
2 eius, † & aperiens os suum docebat eos, dicens, † ‖ Beati pauperes
3 spiritu: quoniam ipsorum est re-

*Iesus

Luc.6.c.20 Ps.36.a.11.

4 gnum cælorũ. † ‖ Beati mites: quo
Ps.36. a.11. niam ipſi poſſidebunt terram.
5 † Beati qui lugent: quoniam ipſi
Isa.61. (6 ‖conſolabuntur. † ‖ Beati qui eſu-
a.3.& 65.c. riunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoni-
13.& (7 am ipſi ſaturabuntur. † Beati mi-
66.c. 10. ſericordes: quoniam ipſi miſeri-
Psa.23. (8 cordiam conſequentur. † Beati
a.4. mundo corde: quoniam ipſi De-
9 um videbunt. † Beati pacifici: quo
10 niam filij Dei vocabuntur. † ‖ Bea-
*ipſi ti qui perſecutionem patiuntur
1.Pet. 2. d. propter iuſtitiam: quoniam ipſo-
20.& (11 rum eſt regnum cælorum. † Beati
3.c.14.&4. eſtis cùm maledixerint vobis*, &
d. 14. perſecuti vos fuerint, & dixerint
*homines omne malum aduerſum vos men
12 tientes, propter me: † gaudete &
exultate, quoniam merces veſtra
B copioſa eſt in cælis, ſic enim per-
ſecuti ſunt prophetas, qui fuerũt
ante vos. Vos eſtis ſal terræ.
13 † ‖ Quòd ſi ſal euanuerit, in quo
Ma.9.g.50. ſalietur? ad nihilũ valet vltrà, niſi
Lu.14.g.34 vt mittatur foras, & conculcetur
14 ab hominibus. † Vos eſtis lux mũ-
A di. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſu-
15 pra montẽ poſita. † ‖ neq; accen-
Ma.4.c.21. dũt lucernã, & ponunt eam ſub
Lu.8.b.16. modio, ſed ſuper candelabrũ, vt
& 11.c.33. luceat omnib⁹ qui in domo ſunt.
16 † ‖ Sic luceat lux veſtra coram ho-
1.Pe.2.c.12 minibus: vt videant opera veſtra
bona, & glorificent patrẽ veſtrũ
17 qui in cælis eſt. † Nolite putare
quoniam veni ſoluere legẽ aut
prophetas: non veni ſoluere, ſed
18 adimplere. † ‖ Amen quippe dico
C vobis, donec tranſeat cælũ & ter-
Lu.16.d.17 ra, iota vnũ aut vnus apex nõ præ
teribit à lege: donec omnia fiant.
19 † ‖ Qui ergo ſoluerit vnũ de man-
Iac.2.b.10. datis iſtis minimis, & docuerit ſic
homines: minimus vocabitur in
regno cælorum. qui aũt fecerit &
docuerit: hic magnus vocabitur
20 in regno cælorum. † Dico enim
vobis, quia niſi abundauerit iuſti
Lu.11.f.39. tia veſtra ‖ plus quàm Scribarum
& Phariſęorum, non intrabitis in
21 regnum cælorum. † Audiſtis quia
dictum eſt antiquis: ‖ Non occi- Ex.20.c.13
des. qui autẽ occiderit, reus erit De.5.b.17.
22 iudicio. † Ego autem dico vobis,
D quia omnis qui iraſcitur fratri
ſuo, reus erit iudicio. Qui autem
dixerit fratri ſuo raca: reus erit
concilio. Qui autẽ dixerit, fatue:
32 reus erit gehennę ignis. † Si ergo
offers munus tuum ad altare, &
ibi recordatus fueris quia frater
tuus habet aliquid aduerſum te:
24 † relinque ibi munus tuum ante
altare, & vade prius *reconciliari
fratri tuo: & tunc veniens offeres
25 munus tuum. † ‖ Eſto conſentiẽs
aduerſario tuo citò dum es in via
cum eo: ne forte tradat te aduer-
ſarius iudici, & iudex tradat te
miniſtro, & in carcerem mittaris.
26 † Amen dico tibi, non exies inde
donec reddas nouiſſimum qua-
27 drantẽ. † Audiſtis quia dictum eſt
28 antiquis, ‖ Nõ mœchaberis. † Ego Ex.10.c.14
aũt dico vobis, quia omnis ‖ qui Ec.41.d.25
viderit mulierem ad concupi- Inf.18.a.8.
ſcendum eam, iam mœchatus eſt Ma.9.g.47
29 eam in corde ſuo. † Quòd ſi oculꝰ
E tuus dexter ſcandalizat te, eruę
eum, & proijce abs te. expedit e-
nim tibi vt pereat vnũ membro-
rũ tuorum, quã totũ corpus tuum
30 mittatur in gehennã. † Et ſi dex-
tra manus tua ſcandalizat te, ab-
ſcinde eam, & proijce abs te: ex-
pedit enim tibi vt pereat vnum
membrorũ tuorum, quam totum
corpus tuum eat in gehennam. De.24.a.1.
31 † Dictum eſt autem, ‖ Quicunque In.19.b.7.
dimiſerit vxorem ſuam, det ei li- Ma.10.a.4.
32 bellum repudij. † Ego autem dico Lu.16.d.18
vobis, quia omnis qui dimiſerit I.Cor.7.b.
vxorem ſuã, excepta fornicatio- 10.
nis cauſa, facit eam mœchari: &
qui dimiſſam duxerit, adulte-
33 rat. † Iterũ audiſtis, quia dictũ eſt
F antiquis. ‖ Nõ periurabis: reddes Le.19.c.12.
aũt Domino iuramenta tua. † Ego Ex.20.b.7.
aũt dico vobis non iurare omnꝰ De.5.b.11.
no, neq; ‖ per cælum: quia thronꝰ In.23.c.22.
35 Dei eſt. † neq; per terrã: quia ſcã-
bellum eſt pedum eius: neq; per
Iero-

Ierosolymã: quia ciuitas est magni regis. † neq; per caput tuum iurauueris: quia non potes vnum
36 capillum album facere aut nigrum. † ‖ Sit sermo autem vester,
37 Iac.5.c.12. est: non, non: quod autem his abundantius est, à malo est. † Au-
38 Ex.21.c.24 De.19.d.21 Le.24.(39 d.20. ditis quia dictum est, ‖ Oculum pro oculo, & dentem pro dente. † Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: † ‖ &
40 Lu.6.c.29. ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere:
41 dimitte ei & pallium. † & quicunque te angariauerit mille passus,
42 vade cum illo alia duo. † ‖ Qui petit à te, da ei: & volenti mutua-
1.Co.6.(43 b.7. re à te, ne auertaris. † Audistis (G quia dictum est, ‖ Diliges proxi-
De.15.c.7. mum tuum, & odio habebis ini-
Le.19.(44 d.18. micum tuum. † Ego autē dico vobis, Diligite inimicos vestros, be-
Lu.6.d.27. Ro.12.d.17 nefacite his qui oderūt vos: ‖ & orate pro persequentibus & calū-
45 niantibus vos: † vt sitis filij patris
Lu.25.c.34 Act.7.g.60 vestri qui in cælis est, qui solē suum oriri facit super bonos & ma-
1 Cor.4.c. 13. (46 los, & pluit super iustos & iniustos. † Si enim diligitis eos qui
*habetis 2. vos diligunt, quam mercedē *habebitis? nónne & publicani hoc
47 faciunt? † Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nónne & ethnici hoc
48 faciunt? † Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.

CAP. VI.

1 A Ttendite ne iustitiam vestrã faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est.
2 † Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, rece-
3 perunt mercedem suam. † ‖ Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat
4 dextera tua: † vt sit eleemosyna tua in abscondito: ‖ & pater tuus qui videt in abscondito, reddet
5 tibi. † Et cùm oratis, ‖ non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis, rece-
6 perunt mercedem suam. † ‖ Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondi-
7 to, reddet tibi. † Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici*, putant enim quod in mul- *faciunt
8 tiloquio suo exaudiantur. † Nolite ergo assimilari eis. scit enim
B pater vester quid opus sit vobis,
9 antequam petatis eum. † Sic ergo vos orabitis, Pater noster: qui es in cælis, sanctificetur nomen
10 tuum. † Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. † Panem nostrum
11 sup substantialē da nobis hodie.
12 † Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. † Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera
14 nos à malo. Amen. † ‖ Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater
15 vester cælestis delicta vestra. † Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet
16 vobis peccata vestra. † Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedē
17 suam. † Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam
18 laua: † ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in absconditō: & pater tuus qui videt
19 in abscondito, reddet tibi. † ‖ No-

Ro.12.b.8. Lu.14.c.14 Es.29.d.13 4.Re.4.c. 33. Act.10.a.9 Lu.11.a.2. Lu.11.d.33. Ma 11.c.25 Ec.28.a.7. 1.Ti.6.d. 19.

lite thesaurizare vobis thesauros
in terra: vbi ærugo & tinea demo
litur, & vbi fures effodiunt & fu-
20 rantur. † Thesaurizate autem vo-
bis thesauros in cælo: vbi neque
ærugo neque tinea demolitur, &
vbi fures non effodiunt nec fu-
21 rantur. † ‖ Vbi enim est thesaurus
Lu.12.c.34 tuus, ibi est & cor tuum. † ‖ Lucer-
22 na corporis tui, est oculus tu-
Lu.11.a.34. us. Si oculus tuus fuerit simplex:
-.6. totum corpus tuum lucidum e-
-.5. (23 rit. † Si autem oculus tuus fue-
*igitur 2. rit nequam: totum corpus tuum
tenebrosum erit. Si ergò lumen
quod in te est, tenebræ sunt: ipsę
24 tenebræ, quantæ erunt? † ‖ Nemo
Lu.16.c.13. potest duobus dominis seruire.
aut enim vnum odio habebit, &
alterum diliget: aut vnum susti-
nebit, & alterum contemnet.
Non potestis Deo seruire & mā-
25 monæ. † Ideo dico vobis, ‖ ne
Lu.12.c.22. soliciti sitis animæ vestræ quid
1.Pe.5.b.7. manducetis, neque corpori ve-
Ps.54.d.25. stro quid induamini. Nonne ani-
Phi.4.a.6. ma plus est quàm esca: & corpus
26 plus quàm vestimentum? † Re-
1.Ti.6.b.8. spicite volatilia cæli, quoniam
D non serunt, neq; metunt, neque
congregant in horrea: & pater
vester cælestis pascit illa. Nonne
27 vos magis pluris estis illis? † Quis
autem vestrûm cogitans, potest
adijcere ad staturam suã cubitum
28 vnum? † Et de vestimento quid
soliciti estis? Consyderate lilia
agri quomodo crescunt: non la-
29 borant neq; nent. † Dico autem
vobis, quoniam nec Salomon in
omni gloria sua coopertus est si-
30 cut vnum ex istis. † Si autem fœ-
num agri, quod hodie est, & cras
in clibanum mittitur, Deus sic
*modicæ vestit: quantò magis vos *mini-
31 mæ fidei? † Nolite ergo soliciti esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo ope-
32 riemur? † hæc enim omnia gentes
inquirunt. Scit enim pater vester
quia his omnibus indigetis.
33 † ‖ Quærite ergo primùm regnũ 1.Re.3.a.5
Dei & iustitiam eius, & hæc om-
34 nia adijcientur vobis. † Nolite
ergo soliciti esse in crastinum.
Crastinus enim dies solicitus
erit sibi-ipsi, sufficit diei malitia
sua.

CAP. VII.

1 NOlite iudicare, vt non iudi- Lu.6.f.37.
2 cemini*. † In quo enim iudi- Ro.2.a.1.
A cio iudicaueritis, iudicabimini: Ma.4.c.24
‖ & in qua mensura mensi fueri- *Nolite
3 tis, remetietur vobis. † Quid aũt condemnare, vt
vides festucam in oculo fratris non condemnemi
tui: & trabem in oculo tuo non ni.
4 vides? † Aut quomodo dicis fra- *frater
tri tuo, *Sine eijciam festucam de
oculo tuo: & ecce trabs est in o-
5 culo tuo? † Hypocrita, eijce pri-
mùm trabem de oculo tuo, & tũc
6 videbis eijcere festucam de ocu-
lo fratris tui. † Nolite dare san-
ctum canibus: neque mittatis
margaritas vestras ante porcos,
ne fortè conculcent eas pedibus
suis, & conuersi dirumpant vos. In.20.b.28
7 † ‖ Petite, & dabitur vobis: quæri- Ma.11.c.24
te, & inuenietis: pulsate, & ape- Luc.11.b.9
8 rietur vobis. † ‖ Omnis enim qui Io.14.b.13.
petit, accipit: & qui quærit, inue- & 16.c.23.
9 nit: & pulsanti aperietur. † Aut Iac.1.a.6.
B quis est ex vobis homo, quem si
petierit filius suus panem, nun-
10 quid lapidem porriget ei? † Aut
si piscem petierit, nunquid ser-
11 pentẽ porriget ei? † Si ergo vos, -.5.
cùm sitis mali, nostis bona data
dare filijs vestris: quanto magis
pater vester qui in cælis est, dabit Lu.6.d.31.
12 bona petentibus se? † Omnia er- To.4.c.16.
go quæcunque vultis vt faciant *ita 5.
vobis homines: * & vos facite il- Lu.13.c.24
lis. Hæc est enim lex & Prophe-
13 tæ. † Intrate per angustam por-
tam: quia lata porta, & spatiosa
via est quæ ducit ad perditionẽ,
& multi sunt qui intrant per eã. *Quoniã.
14 † * Quàm angusta porta, & ar-
cta via est quæ ducit ad vitam: &
15 pauci sunt qui inueniunt eã. † Ar-
tendi-

ten dite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi
16 rapaces. ¶ & à fructibus eorũ cog-
Lu.6.f.44. noscetis eos. Nunquid colligunt
de spinis uuas, aut de tribulis fi-
17 cus? † Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit, mala autem ar-
18 bor, malos fructus facit. † Non potest arbor bona, malos fructus
19 facere: neque arbor mala bonos
Su.3.b. 10. fructus facere. † ¶ Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.
20 † Igitur ex fructibus eorum cog-
21 noscetis eos. † Non omnis qui di-
In.25.b.11. cit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui
22 in cælis est, ipse intrabit in regnũ cælorum. † Multi dicent mihi in
Act.19.c.13 illa die, Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & ¶ in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo
23 uirtutes multas fecimus? † Et tunc
D confitebor illis, Quia nunquam
Psa.6.a.9. noui vos: ¶ discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. † ¶ Omnis
(24 In.25.d.41 Lu.13.c.27 Lu.6.g.47. ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea: assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum su-
25 am super petram, † & descendit pluuia, & uenerunt flumina, &
Ro.2.b.15. Iac.1.d.22. flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit.
Iac.1.c. 23. fundata enim erat super petram.
26 ¶ Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domum
27 suam super arenam: ¶ & descen-
Ez.13.b.11. dit pluuia, & uenerunt flumina: & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit
28 ruina illius magna. † Et factum est
Mar.1.c.22 cùm consummasset Iesus verba hæc, ¶ admirabantur turbæ super
29 doctrina eius. † Erat enim docens
Lu.4.c.32. eos sicut potestatem habens, &
.4. non sicut Scribæ eorum & Pharisæi.

CAP. VIII.

1 CVm autem descendisset de monte, secutæ sunt eum tur-
2 bæ multæ: † ¶ & ecce leprosus ve- Ma.1.d.40
A niens, adorabat eum, dicens: Do- Lu. 5.c.12.
mine, si vis, potes me mundare.
3 † Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare.
Et confestim mundata est lepra
4 eius, † & ait illi Iesus, Vide nemini dixeris: sed vade: ¶ ostende te sa- Leu.14.a.2
cerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium il-
5 lis. † ¶ Cùm autem introisset Ca- Luc.7.a.1.
pharnaum, accessit ad eum Cen- Io.4.g.46.
6 turio, rogans eũ, † & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. † Et
7 ait illi Iesus: Ego veniam, & cu-
8 rabo eum. † Et respondens Centurio, ait: ¶ Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, Luc.7.a.6.
sed tantùm dic verbo, & sanabi-
9 tur puer me. † Nam & ego homo sum sub potestate-cõstitutus, ha- .13.
bens sub me milites, & dico huic,
vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit.
10 † Audiens autem Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit: Amen
dico vobis, nõ inueni tantã fidem
11 in Israel. † Dico autem vobis quòd
B multi ¶ ab Oriente & Occidente Es.41.f.25.
venient, & recumbent cum Abra- Mal.1.c.11
ham & Isaac & Iacob in regno cę- Lu.13.c.29
12 lorum: † filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ¶ ibi e- In.22.b.13
13 rit fletus & stridor dentium. † Et Lu.13.f.28.
dixit Iesus Centurioni: ¶ Vade, & Psa.106.b.
sicut credidisti, fiat tibi. Et sana-
14 tus est puer in illa hora. † Et cùm Sa.16.b.12
venisset Iesus in domum Petri, Mar.1.c.29
¶ vidit socrum eius iacentem & Lu.4.f.38.
15 febricitantem: ¶ & tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat ei. ¶ Vespere Mar.1.c.32
16 autem facto, obtulerunt ei mul- Lu.4.g.40.
tos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo, & omnes ma-
17 le habentes curauit: † vt adimple-

retur quod dictum est per Isaiam
Esa. 53. a. 4 prophetam, dicentem, ‖ Ipse in-
1. Pe. 2. d. 24 firmitates nostras accepit, & ægro
18 tationes *portauit. † Videns autem
*nostras Iesus turbas multas circum se, iuſ-
19 sit *ire trans fretum. †‖ Et accedens
*discipulus vnus scriba, ait illi: Magister se-
20 quar te, quocunq; ieris. † Et dicit
C ei Iesus: Vulpes foueas habent, &
Lu. 9. g. 59. volucres cæli nidos: filius autem
*suum hominis non habet vbi caput *re-
21 clinet. † Alius autem de discipulis
eius ait illi, Domine, permitte me
primum ire, & sepelire patrem
22 meum. † Iesus autem ait illi, Se-
quere me, & dimitte mortuos se-
23 pelire mortuos suos. † Et ascenden
Ma. 4. d. 36 te eo in nauiculam, secuti sunt e-
24 um discipuli eius, † & ecce motus
Lu. 8. c. 22. magnus factus est in mari, ita vt
nauicula operiretur fluctibus, ipse
25 verò dormiebat. † Et accesserunt
* discipuli ad eum * & suscitauerunt eum,
eius. dicentes, Domine, salua nos, pe-
26 rimus. † Et dicit eis: Quid timi-
di estis modicæ fidei? Tunc sur-
gens imperauit ventis & mari,
& facta est tranquillitas magna.
27 † Porrò homines mirati sunt, di-
centes: Qualis est hic, quia venti
28 & mare obediunt ei? † Et cùm ve-
D nisset trans fretum in regionem
Mar. 5. a. 1. Gerasenorum, occurrerunt ei duo
Lu. 8. d. 32. habentes dæmonia, de monu-
mentis exeuntes, sæui nimis, ita
vt nemo posset transire per viam
29 illam. † Et ecce clamauerunt, di-
centes, Quid nobis & tibi Iesu fi-
li Dei, Venisti huc ante tempus
30 torquere nos? † ‖ Erat autem non
Mar. 5. b. 11 longe ab illis grex multorum por-
31 corum pascens. † Dæmones au-
Lu. 7. d. 32. tem rogabant eum dicentes: Si e-
ijcis nos, mitte nos in gregem por-
32 corum. † Et ait illis: Ite. At illi exe-
untes abierunt in porcos, & ecce
impetu abijt totus grex per præ-
ceps in mare, & mortui sunt in a-
33 quis. † Pastores autem fugerunt, &
venientes in ciuitatem, nuntia-
uerunt omnia, & de ijs qui dæmo-
34 nia habuerant. † Et ecce tota ciui-
tas exijt obuiam Iesu, & viso eo,
‖ rogabant vt transiret à finibus Ma. 10. b. 17
eorum. Lu. 8. c. 37.
Act. 16. f. 39.

CAP. IX.

1 ET ascendens *in nauiculam *Iesus.
2 transfretauit, & venit in ciui-
A tatem suam. † ‖ Et ecce offerebant Mar. 2. a. 3.
ei paralyticum iacentem in lecto. Lu. 5. d. 18.
Et videns Iesus fidem illorum, di- Ioh. 5. c. 2.
xit paralytico: Confide fili, remit-
3 tuntur tibi peccata tua. † Et ecce
quidam de scribis dixerunt intra
4 se, Hic blasphemat. † Et cùm vi-
disset Iesus cogitationes eorum,
dixit: Vt quid cogitatis mala in
5 cordibus vestris? † Quid est faci-
lius dicere, ‖ Dimittuntur tibi Es. 43. d. 25
peccata *, an dicere surge & am- *tua.
6 bula? † Vt autem sciatis quia fi-
lius hominis habet potestatem
in terra dimittendi peccata: tunc
ait paralytico, Surge, tolle lectum
tuum, & vade in domum tuam.
7 † ‖ Et surrexit, & abijt in domum Act. 9. f. 34
8 suam. † Videntes autem turbæ,
timuerunt, & glorificauerunt De-
um, qui dedit potestatem talem
9 hominibus. † ‖ Et cùm transiret Ma. 2. b. 14
inde Iesus, vidit hominem se- Lu. 5. c. 27.
dentem in telonio, Matthæum
nomine, Et ait illi, Sequere
me. Et surgens, secutus est eum.
10 † Et factum est, discumbente eo
in domo, ecce multi publicani
& peccatores venientes, discum-
bebant cum Iesu & discipulis e-
11 ius. † Et videntes Pharisæi, dice-
B bant discipulis eius, Quare cum
publicanis & peccatoribus man-
12 ducat magister vester? † At Iesus
audiens, ait: Non est opus va- Ma. 2. c. 17.
lentibus medicus, sed male ha-
13 bentibus. † Euntes autem discite Os. 6. a. 6.
quid est, ‖ Misericordiam volo, Inf. 12. a. 7.
& non sacrificium. Non enim ve- 1. Ti. 1. c. 15
ni vocare iustos sed peccatores. *ad pœni-
14 † Tunc accesserunt ad eum disci- tentiam 2.
puli Ioannis dicentes, ‖ Quare nos Ma. 2. c. 18.
& Pharisæi ieiunamus frequenter, Luc. 5. f. 33.
disci-

discipuli autem tui non ieiunant?
15 †Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis spō
16 sus, & tunc ieiunabunt. † Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus. tollit enim plenitudinem eius à vestimento: & peior scissura
17 fit. †Neque mittunt vinum nouū in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effundi-
C tur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt,
18 & ambo conseruantur. † ‖Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. †Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius. † ‖ Et ecce mulier quæ sanguinis fluxū patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam
21 vestimenti eius. † Dicebat enim intra se, Si tetigero tantùm vestimentum eius: salua ero. † At
22 Iesus conuersus & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. †Et cùm venisset Ie-
23 sus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem dicebat: †Recedite: nō est
24 enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. † Et cùm
25 eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius, † Et surrexit
26 puella. †Et exiit fama hæc in vniuersam terram illam. † Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum
27 duo cæci clamantes & dicentes: Miserere nostri, fili Dauid. † Cùm
D autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, Vtiq; Domine. † Tunc tetigit oculos eorum,
30 dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. †Et aperti sunt oculi eorum, & comminatus est illis Iesus
31 dicens, Videte ne quis sciat. † Illi aũt exeuntes, diffamauerunt eum
32 in tota terra illa. † Egressis autem illis, ‖ecce obtulerũt ei hominem mutuum, dæmonium habentem.
33 †Et eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in
34 Israel. † ‖Pharisæi autem dicebant, In principe dæmoniorum eijcit
35 dæmones. † ‖ Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem in-
36 firmitatem. † ‖ Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oues non
37 habentes pastorem. † ‖ Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarij autem pauci.
38 † Rogate ergo dominum messis vt emittat operarios in messem suam.

CAP. X.

1 ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatē
A 2 spirituum immũdorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem lan-
guorem, & omnem infirmitatem.
2 †Duodecim aũt apostolorũ nomina sunt hæc: Primus, Simon qui
3 dicitur Petrus, & Andreas frater eius. †Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius, Philippus & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, & Iacobus Al-
4 phæi, & *Thaddæus, † Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. † Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. † sed potius
7 ite ad oues quæ perierunt domus Israel. † Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum. † Infirmos

*Lebbæus qui cognominatus est.

Ma.9.b.15. Luc.5.f.34. Ma.9.b.12. Luc.8.f.41. *adorauit 7. Ma.9.c.12. Luc.8.f.43. Mar.5.c.25. Le.15.d.24. *dixit ad eos 1. *& dixit Puella (27 surge. Ma.9.c.10. Ma.9.c.27. Ma.12.c.23. Ma.20.c.30. Ma.3.b.13. Lu.6.c.13. & 9.a.1.&c 10.a.1. Lu.10.a.1. Ioh.4.c.36 Lu.11.b.15. Mar.3.a.6. Luc.13.a.1. Ma.6.c.34. Lu.10.a.2. Ioh.4.c.36 Ma.3.b.13. & 6.a.7. Lu.6.c.13. & 9.a.1.&c 10.a.1. Act.13.g.46.

curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite, gra-
9 tis accepistis, gratis date. ‡ ‖ Nolite
Mar. 6. b. 8 possidere aurum, neq; argentum,
Luc. 9. a. 3. neque pecuniam in zonis vestris,
& 10, a. (10 ‡non peram in via, neque duas tu-
4 B nicas, neque calceamenta, ne-
Tim. 5. c. 1. que virgam. dignus enim est ope-
18. (11 rarius cibo suo. ‡ ‖ In quamcunque
Mar. 6. b. 10 autem ciuitatem aut castellum
Lu. 9. a. 4. intraueritis interrogate quis in
& 10. a. 5. ea dignus sit: & ibi manete donec
12 exeatis. ‡ Intrantes autem in do-
mum, salutate eam, dicentes: Pax
13 huic domui. ‡ Et si quidem fuerit
domus illa digna, veniet pax ve-
stra super eam, si autem non fue-
rit digna, pax vestra reuertetur ad
14 vos. ‡ ‖ Et quicunque non recepe-
Mar. 6. b. 11 rit vos, neque audierit sermones
Luc. 9. a. 5. vestros, exeuntes foras de do-
*illa 1. mo vel ciuitate, * ‖ excutite pulue
15 rem de pedibus vestris. ‡ Amen
Act. 15. g. 51 dico vobis, Tolerabilius erit terræ
& 18. a. 6. Sodomorum & Gomorrhæorum
in die iudicij, quàm illi ciuitati.
16 ‡ ‖ Ecce ego mitto vos sicut oues
Lu. 10. a. 3. in medio luporum. Estote ergo
prudentes sicut serpentes, & sim-
17 plices sicut columbæ. ‡ Cauete au-
tem ab hominibus. Tradēt enim
vos in concilijs, & in synagogis
18 suis flagellabunt vos: ‡ & ad præ-
sides & ad reges ducemini pro-
pter me, in testimonium illis &
19 gentibus. ‡ ‖ Cùm autem tradent
C vos, nolite cogitare quomodo aut
Ma. 13. b. 11 quid loquamini: dabitur enim vo
Lu. 12. b. 11 bis in illa hora quid loquami-
20 ni: ‡ non enim vos estis qui loqui-
mini, sed spiritus patris vestri qui
21 loquitur in vobis. ‡ ‖ Tradet autē
Lu. 21. d. 16 frater fratrem in mortem, & pa-
ter filium, & insurgent filij in
parentes & morte eos afficient,
22 ‡ & eritis odio omnibus * propter
* homini- nomen meum, qui autem perseue
bus. 13. rauerit vsq; in finem, hic saluus e-
23 rit. ‡ Cùm autem persequētur vos
in ciuitate ista, fugite in aliam. a-
men dico vobis, non consumma-

bitis ciuitates Israel, donec veni-
24 at filius hominis. ‡ ‖ Non est disci- Lu. 6. f. 14
pulus super magistrū, nec seruus Ioa. 13 b. 16
25 super dñm suum, ‡ sufficit discipu- & 13. c. 20.
lo vt sit sicut magister eius, & ser-
uo, sicut dominus eius. Si patrem
familiàs Beel-zebub vocauerunt:
quanto magis domesticos eius?
26 ‡ Ne ergo timueritis eos. ‖ Nihil e- Mar. 4. c.
nim est opertum, quod non reue- 22.
labitur: & occultum, quod nō scie Luc. 8 c. 17.
27 tur. ‡ Quod dico vobis in tenebris, & 12. a. 2.
dicite in lumine, & quod in aure
28 auditis, prædicate super tecta. ‡ Et
nolite timere eos qui occidunt
corpus, animam autem non pos-
sunt occidere: sed potius timete
eum qui potest & animam & cor-
29 pus perdere in gehennam. ‡ Non-
D ne duo passeres asse væneunt, &
vnus ex illis non cadet super ter-
30 ram sine patre vestro? ‡ Vestri au-
tem & capilli capitis omnes nu-
31 merati sunt. ‡ Nolite ergo timere:
multis passeribus meliores estis
32 vos. ‡ ‖ Omnis ergo qui confitebi- Ma. 8. d. 38
tur me coram hominibus, confi- Lu. 9. c. 26.
tebor & ego eum corā patre meo & 12. b. 8.
33 qui in cælis est. ‡ qui aūt negauerit 2. Tim. b.
me coram hominibus: negabo & 12.
ego eum coram patre meo qui in
34 cælis est. ‡ ‖ Nolite arbitrari quia Lu. 12. g. 51.
pacem venerim mittere in ter-
ram, non veni pacem mittere, sed
35 gladium: ‡ veni enim separare ho Mic. 7. b. 6
minem aduersus patrem suum &
filiam aduersus matrem suam, &
nurum aduersus socrum suam,
36 ‡ & inimici hominis, domestici
37 eius. ‡ ‖ Qui amat patrem aut ma- Lu. 14. f. 26
trem plus quàm me, non est me
dignus, & qui amat filium aut fili
am super me, non est me dignus.
38 ‡ ‖ Et qui nō accipit crucē suam, & Ma. 8. d. 34
sequitur me, non est me dignus. In. 16. d. 24
39 ‡ ‖ Qui inuenit animam suam: per- Lu. 9. c. 24.
det illam, & qui perdiderit animā 14. f. 26. &
suam propter me: inueniet eam. 17. g. 33.
40 ‡ ‖ Qui recipit vos, me recipit, &
qui me recipit, recipit eum qui Io. 12. d. 21.
41 me misit. ‡ ‖ Qui recipit prophe- Lu. 10. c. 16
tam

tam in nomine prophetæ: mercedem prophetæ accipiet & qui recepit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. ‖ Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, nõ perdet mercedem suam.

CAP. XI.

1 ET factum est: cùm consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, vt 2 docaret & prædicaret in ciuitatibus eorum. ‖ Iohannes autem cum audisset in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, 3 ait illi, Tu es qui venturus es, 4 an alium expectamus? Et respondens Iesus ait illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ audistis & vidistis: ‖ Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus 6 est qui non fuerit scãdalizatus in 7 me. ‖ Illis aũt abeuntib. cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne, Quid existis in desertum videre? 8 arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominẽ mollibus vestitum? Eccequi mollibus vestiuntur, in domibus regum 9 sunt. † Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus 10 quàm prophetam. † Hic est enim de quo scriptũ est, ‖ Ecce ego mitto angelum meum ante faciẽ tuã, qui præparabit viam tuã ante te. 11 † Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioãne Baptista: qui autẽ minor est in 12 regno cælorũ, maior est illo. † A diebus aũt Iohannis Baptistæ vsque nũc, regnum cælorum vim patitur, & violẽti rapiũt illud † Oẽs 13 enim prophetæ & lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt: † & si 14 vultis recipere, ‖ ipse est Elias qui 15 venturus est. † Qui habet aures audiendi, audiat. † Cui autem simi- 16 lem ęstimabo generationem istã? simílis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus, 17 † dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & nõ plãxistis. † Venit enim Iohannes ne- 18 que manducans neque bibens: & 19 dicunt, Dæmonium habet. † Venit filius hominis manducans & bibens: & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis. † Tunc 20 cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. † ‖ Væ tibi Corozain, væ 21 tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. † Veruntamen dico vo- 22 bis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis. † Et 23 tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes: quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent 24 vsque in hanc diem. † Veruntamen dico vobis quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudi- 25 cij, quàm tibi. † ‖ In illo tempore respondens Iesus dixit, Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. † Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante te. 27 † Omnia mihi tradita sunt à patre meo. ‖ Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. † Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. † ‖ Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. ‖ Iugum enim me-

Luc.7.c.31. Ioã.13.c.20 Mar.9.f.41 Luc.7.c.18. Esa.35.a.5. & 61.a.1. Luc.7.d.24. Mal.3.a.1. Mar.1.a.2. Luc.7.d.27. Luc.17.d.16 Mal.4.b.5. Luc.10.b.13. Luc.10.d.21. Ioã.7.d.28 & 8.b.19. & 10.c.15. Ier.6.d.16. 2.Ioã.5.a.3

um suaue est, & onus meum leue.

CAP. XII.

Mar.2. d.23. Luc. 6.a.1. 1 IN illo tempore abijt Iesus per A sata, sabbatho: discipuli autem 2 eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. † Pharisæi autem videntes, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non 3 licet eis facere sabbathis. † At 4 ille dixit eis, Non legistis quid 1.Re.21.a. 4. fecerit Dauid quando esurijt, & 4 qui cum eo erant: † quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his qui cum eo Le.24.b.8. erant, nisi ‖ solis sacerdotibus? 5 † ‖ Aut nõ legistis in lege, quia sab Nu.28.b.9 bathis sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine 6 sunt? † Dico aũt vobis, quia tem- 7 plo maior est hîc. † Si autem scire- Osee 6. a.6 tis quid est, ‖ Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam con 8 demnassetis innocentes. † Dominus enim est filius hominis etiam 9 sabbathi. † Et cùm inde transisset, 10 venit in synagogam eorũ. † Et ec- * erat 1. ce homo * manum habẽs aridam, Mar.3.a.1. & interrogabant eum, dicentes: Luc.6.b.6. Si licet sabbathis curare? vt accusa Deu.22. (11 rent eũ. † Ipse aũt dixit illis, ‖ Quis a.4. erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nónne tenebit 12 & leuabit eam? † Quanto magis melior est homo oue? Itaque li- 13 cet sabbathis benefacere. † Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est sa 14 nitati sicut altera. † Exeuntes au- B tem Pharisæi, consilium faciebãt aduersus eum, quomodo perderẽt 15 eum. † Iesus autem sciens recessit inde: & secuti sunt eum multi, & 16 curauit eos omnes: † & præcepit eis ne manifestum eum facerent. 17 † Vt adimpleretur quod dictum Isa.42.a.1. est per Isaiam prophetam, dicen- 18 tem, † ‖ Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene cõplacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudici- 19 um gentibus nuntiabit. † Non cõtendet, neque clamabit: neque audiet aliquis in plateis vocem eius. 20 † arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet: donec eijciat ad victo- 21 riam iudicium: † & in nomine e- 22 ius Gentes sperabunt. † ‖ Tunc ob latus est ei dæmonium habens, cæ cus & mutus: & curauit eum, ita 23 vt loqueretur, & videret. † Et stupebant omnes turbæ, & dicebãt, Nunquid hic est filius Dauid? 24 † ‖ Pharisæi autem audientes dixerunt, Hic non eijcit dæmones nisi in Beel-zebub principe dæ- 25 moniorum. † Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: ‖ Omne regnum diuisum contra se desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, nõ sta- 26 bit. † Et si satanas satanam eijcit, aduersus se diuisus est: quomodo 27 ergo stabit regnum eius? † Et si ego in Beel-zebub eijcio dæmones: filij vestri in quo eijciunt? 28 Ideo ipsi iudices vestri erunt. † Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones: igitur peruenit in vos 29 regnum Dei: † aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem, & tunc 30 domum illius diripiet? † Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. 31 † ‖ Ideò dico vobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus * autem blasphemia non remittetur. † Et quicunque dixerit verbum cõtra filium hominis, remittetur ei: qui aũt dixerit contra spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc 33 seculo, neque in futuro. † Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: siqui-

Su.9.d.33. Lu.11.b.14

Su.9.d.34. Mar.3.c.22.

Luc.11.c.17

Mar.3.d. 28. Lu.12.b.10. 1.Io.5.d.16

siquidem ex fructu arbor agnosci
34 tur. † Progenies viperarum, quo-
modo potestis bona loqui, cùm
Lu.6.g.45. sitis mali? ‖ ex abundantia enim
35 cordis os loquitur. † Bonus ho-
mo de bono thesauro profert bo-
na: & malus homo de malo thesau
36 ro profert mala. † Dico autem vo
bis, quoniam omne verbum otio-
sum quod locuti fuerint homi-
nes, reddent rationem de eo in
37 die iudicij. † Ex verbis enim tuis
iustificaberis, & ex verbis tuis cō
38 demnaberis. † Tunc responderūt
ei quidam de Scribis & Pharisęis,
dicentes, Magister, volumus à te
39 signum videre. † Qui respondens
Inf.16.a.4 ait illis, ‖ Generatio mala & adul
Lu.11.a.29. tera signum quærit: & signum nō
1.Cor. 1.c. dabitur ei, nisi signum Ionæ pro-
22. 40 phetæ. † ‖ Sicut enim fuit Ionas
Ion.2.a.2. in ventre ceti tribus diebus & tri
D bus noctibus: sic erit filius ho-
minis in corde terræ tribus die-
41 bus & tribus noctibus. † ‖ Viri Ni-
Ionę 3.b.5. niuitæ surgent in iudicio cum ge
neratione ista, & condemna-
bunt eam: quia pœnitentiam e-
gerunt in prædicatione Ionæ.
Et ecce plus quàm Ionas hic.
42 † Regina austri surget in iudicio
cum generatione ista, & condem-
3.Re.10.a. 1. nabit eam: ‖ quia venit à fini-
bus terræ audire sapientiam Sa-
2.Pa.9.a.1. lomonis, & ecce plus quàm Salo-
43 mon hic. † ‖ Cùm autem immun-
Lu.11.c.24. dus spiritus exierit ab homine,
ambulat per loca arida quærēs re-
44 quiem, & non inuenit. † Tunc di-
cit, Reuertar in domū meam vn-
de exiui. Et veniens inuenit eam
vacantē, scopis mundatā, & orna-
45 tā. † Tūc vadit, & assumit septē ali
os spiritus secū nequiores se, & in
1.Pe.2.d.20 trātes habitant ibi: ‖ & fiunt no-
uissima hominis illius peiora prio
ribus. Sic erit & generationi huic
46 pessimæ. † ‖ Adhuc eo loquente ad
Mr.3.d.31 turbas, ecce mater eius & fratres
Lu.8.c.20. stabant foris, quærentes loqui ei.
47 † Dixit aūt ei quidam, Ecce mater
tua & fratres tui foris stant, quæ-
48 rentes * te'. † At ipse respōdens di-
centi sibi ait, Quæ est mater mea,
49 & qui sunt fratres mei? † Et exten
dens manum in discipulos suos,
dixit, Ecce mater mea & fratres
50 mei. † Quicunq; enim fecerit vo-
luntatem patris mei qui in cœlis
est: ipse meus * frater & soror, &
mater est.

* loqui tecum 2.

* & 9.

CAP. XIII.

1 IN illo die exiens Iesus de do-
2 mo, sedebat secus mare. † ‖ Et cō Mar.4.a.1.
A gregatæ sunt ad eum turbæ mul- Luc.8.a.4.
tæ, ita vt in nauiculam ascendens
sederet: & omnis turba stabat in
3 littore: † & locutus est eis multa in
parabolis, dicens, Ecce exijt qui
4 seminat, seminare *. † Et dum se-
minat, quædam ceciderunt secus
viam, & venerunt volucres cæli
5 & comederunt ea † Alia autem ce
ciderunt in petrosa, vbi non habe
bāt terrā multā: & cōtinuò exorta
sunt, qa non habebant altitudinē
6 terræ. † sole autem orto æstuaue-
runt: & quia non habebant radi-
7 cē, aruerunt. † Alia aūt ceciderunt
in spinas: & creuerūt spinæ, & suf
8 focauerunt ea. † Alia autem ceci-
derunt in terrā bonam: & dabant
fructum, aliud * centesimū, aliud
sexagesimum, aliud tricesimum'.
9 † Qui habet aures audiendi, audi-
10 at. † Et accedentes discipuli dixe-
runt ei, Quare in parabolis loque
11 ris eis? † Qui respondens, ait illis,
B Quia vobis datum est nosse * my-
steria' regni cælorum: illis aūt nō
12 est datū. † ‖ Qui enim habet, dabi
tur ei, & abundabit: qui autē non
habet, & quod habet auferetur ab
13 eo. † Ideò in parabolis loquor eis:
quia videntes non vident, & audi
entes nō audiunt, neque intelli-
14 gūt: † * & adimpletur' in eis ꝓphe-
tia Isaiæ * dicens', ‖ Auditu, audie
tis, & non intelligetis: & viden-
tes videbitis, & non videbitis:
15 † Incrassatum est enim cor populi
huius:

* semen suum.

* centum: aliud sexaginta, aliud triginta 1.

Sic paulò post.

* myst'riū Inf.25.c.29.

* vt adimpleatur.

* dicentis Is.6.c.9.

huius: & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt: nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant
16 & conuertantur, & sanē eos. † ‖ Ve
Mat.4.b. stri aūt beati oculi quia vident, &
12. 17 aures vestræ quia audiunt. † Amē
Lu.8.b.10. quippe dico vobis quia multi pro
Ie.12.f.44 phetæ & iusti cupierunt videre
Act.28.f. quæ videtis, & nō viderūt: & au-
16. dire quæ auditis, & non audierūt.
Ro.11. 18 † Vos ergo audite parabolam semi
b.8. 19 nantis. † ‖ Omnis qui audit verbū
Lu.10.d.23 regni & non intelligit, venit ma
C lus, & rapit quod seminatum est
Mar.4.b. in corde eius: hic est qui secus vi-
14. 20 am seminatus est. † Qui autem su-
Lu.8.b.11. per petrosa sem. natus est: hic est qui verbum audit, & continuò cū
21 gaudio accipit illud: † non habet autem in se radicem, sed est tem-
poralis: facta autem tribulatione & persecutione propter verbum,
22 continuò scandalizatur. † Qui autem seminatus est in spinis: hic est qui verbum audit, & solicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat verbum & sine fru-
23 ctu efficitur. † Qui verò in terram bonā seminatus est: hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructū affert, & facit aliud quidem cente
simum, aliud autem sexagesimū,
24 aliud verò tricesimū. † ‖ Aliā para
Mar.4.d. bolā proposuit illis, dicēs, Simile
26. factū est regnū cælorū homini q
seminauit bonum semen in agro
25 suo. † ‖ cùm aūt dormirent homi-
D nes, venit inimicus eius, & super-
Sa.2.d.24. seminauit zizania in medio triti-
26 ci, & abijt. † Cùm autem creuisset herba, & fructum feciſſet: tunc ap
27 paruerunt & zizania. † Accedentes aūt serui patrisfamiliās, dixerunt ei, Domine, nónne bonū semen seminasti in agro tuo? Vnde
28 ergo habet zizania? † Et ait illis, Inimic⁹ homo hoc fecit. Serui au
*igitur 1. tem dixerunt ei, Vis *imus, & col
29 ligimus ea? † Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis si-
30 mul cum eis & triticum. † Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: & in tempore messis dicā messoribus. Colligite pr mùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburēdum, triticum autem congrega-
31 te in horreum meum. † ‖ Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum cælorum grano
Mar.4.d. 30. Lu.13.d.18
sinâpis, quod accipiens homo se-
32 minauit in agro suo: † quod minimum quidem est omnib. seminibus: cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & ha-
Lu.13.c.21. 33 bitent in ramis eius. † ‖ Aliam pa-
E rabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscōdit in farinæ satis tribus: donec fermentatū
Mar.4.d. 34 est totum. † ‖ Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: 33.
& sine parabolis non loquebatur
35 eis: † vt impleretur quod dictum erat per prophetam dicentē: ‖ A-
Ps.77.a.2. periam in parabolis os meum, eructabo absconditā à constitutione
36 mundi. † Tunc dimissis turbis venit in domum: & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Edissere nobis parabolam zizanio-
37 rum agri. † Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semē, est
38 filius hominis. † Ager autem: est mundus. Bonum verò semen: hi
39 sunt filij regni. Zizania autem: filij sunt nequam. † Inimicus autem qui seminauit ea: est diabolus. ‖ messis verò consummatio seculi
Apo.14.c. est. Messores autem: angeli sunt. 13.
40 † Sicut ergo colliguntur zizania,
F & igni comburuntur: sic erit in cō
41 summatione seculi. † Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem:
42 † & mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.
Sap.3.b.7. 43 † ‖ Tunc iusti fulgebunt sicut sol
Dan.12.b.3 in regno patris eorum. Qui ha-
44 bet aures audiendi, audiat. † Simi
le

le est regnum cælorum thesauro
abscondito in agro, quem qui in-
uênit homo, abscondit, & præ gau
dio illius vadit, & vendit vniuer-
sa quæ habet, & emit agrũ illum.
45 † Iterum simile est regnum cælo-
rum homini negotiatori, quæren
46 ti bonas margaritas. † Inuenta au-
tem vna pretiosa margarita, abijt,
& vendidit omnia quæ habuit, &
47 emit eam. † Iterum simile est re-
gnum cælorum sagenæ missæ in
mare, & ex omni genere pisciũ
48 congreganti. † quam, cùm imple-
ta esset, educentes, & secus litus
sedentes, elegerunt bonos in va-
sa, malos autem foras miserunt.
49 † Sic erit in consummatione secu-
G li, exibunt angeli, & separabunt
50 malos de medio iustorũ, † & mit-
tent eos in caminum ignis, ibi e-
51 rit fletus & stridor dentium. † In-
tellexistis hæc omnia? Dicunt ei,
52 Etiam *. † Ait illis, Ideo, omnis
*Domine. scriba doctus in regno cælorum,
similis est homini patrifamilias,
qui profert de thesauro suo noua
53 & vetera. † Et factum est: cùm con
summasset Iesus parabolas istas,
54 transijt inde. † ‖ Et veniens in pa-
Mar.6.a.1. Lu.4.c.16. triam suam, docebat eos in syna-
gogis eorum, ita vt mirarentur, &
dicerent, Vnde huic sapientia hæc,
55 & virtutes? † ‖ Nonne hic est fabri
Ioh.6.c.42. filius? Nonne mater eius dicitur
Maria, & fratres eius, Iacobus &
56 Ioseph, & Simon & Iudas: † & so-
rores eius, nonne omnes apud
nos sunt? Vnde ergo huic omnia
Mar.6.a.4. 57 ista? † Et scandalizabantur in eo.
Lu.4.d.24. Iesus autem dixit eis, ‖ Non est
propheta sine honore nisi in pa-
58 tria sua, & in domo sua. † Et non
Ioh.4.f.44. fecit ibi virtutes multas propter
incredulitatem illorum.

CAP. XIIII.

Mar.6.b.14. Luc.9.a.1. (1 2 A) IN illo tempore ‖ audiuit Hero-
des tetrarcha famam Iesu: † &
ait pueris suis, Hic est Iohannes
Baptista: ipse surrexit à mortuis,
& ideo virtutes operantur in eo.
3 † ‖ Herodes enim tenuit Iohan- Mar.6.c.17
nem, & alligauit eum: & posuit in Lu.3.d.19.
carcerem propter Herodiadem
4 vxorem * fratris sui. † Dicebat e- *Philippi
nim illi Iohannes, Non licet tibi 3.
5 habere eam. † Et volens illum oc-
cidere timuit populũ: ‖ quia sicut Inf.21.c.26
6 prophetam eum habebant. † Die
autem natalis Herodis saltauit fi-
lia Herodiadis in medio, & pla-
7 cuit Herodi. † Vnde cum iuramen
to pollicitus est ei dare quodcun-
8 que postulasset ab eo. † At illa præ
monita à matre sua, Da mihi, in-
quit, hîc in disco caput Iohannis
9 Baptistæ. † Et contristatus est rex:
propter iuramentum autem &
eos qui pariter recumbebant, ius-
10 sit dari. † Misitque, & decollauit
11 Iohannem in carcere. † Et allatum
est caput eius in disco, & datum
est puellæ, & attulit matri suæ.
12 † Et accedentes discipuli eius, tu-
B lerunt corpus*, & sepelierunt il- *eius.
lud, & venientes nuntiauerunt
13 Iesu. † ‖ Quod cùm audisset Iesus, Lu.9.a.10.
secessit inde in nauiculâ, in lo- Mar.6.d.31
cum desertum seorsum. & cùm
audissent turbæ, ‖ secutæ sunt eũ Ioh.6.a.2.
14 pedestres de ciuitatibus. † Et exi-
ens vidit turbam multam, & mi-
15 sertus est eis, & curauit languidos
eorum. † Vespere autem facto ac-
cesserunt ad eum discipuli eius,
dicentes, Desertus est locus, & ho
ra iam præterijt: dimitte turbas,
vt euntes in castella, emant sibi
16 escas. † Iesus autem dixit eis, Non
habent necesse ire: ‖ date illis vos Mar.6.c.37
17 manducare. † Responderunt ei, Lu.9.b.13.
‖ Non habemus hîc nisi quinque Ioh.6.b.9.
18 panes & duos pisces. † Qui ait eis,
19 Afferte mihi illos huc. † Et cùm
iussisset turbam discumbere su-
per fœnum: acceptis quinque pa-
nibus & duobus piscibus, aspi-
ciens in cælum benedixit & fregit,
& dedit discipulis panes, discipu-
20 li autem turbis. † Et manducauc-
C runt omnes, & saturati sunt. Et tu-

tulerunt reliquias, duodecim co-
phinos fragmentorum plenos.
21 † Manducantiũ autem fuit nume-
rus, quinq; millia virorum, exce-
22 ptis mulieribus & paruulis. † Et sta
"cõpulit 7. tim "iussit' Iesus discipulos ascen-
Mar.6.c.45 dere in nauiculam, & præcedere
eum trans fretum, donec dimit-
23 teret turbas. † Et dimissa turba,
Ioh.6.b.17 ‖ ascendit in mõtem solus orare.
Lu.6.b.12. Vespere autẽ facto solus erat ibi.
24 † nauicula autẽ in medio mari ia-
ctabatur fluctibus. erat enim con-
25 trarius ventus. † Quarta autem vi-
gilia noctis, vênit ad eos ambulãs
26 super mare. † Et videntes eum su-
per mare ambulãtẽ, turbati sunt,
dicentes, Quia phantasma est. Et
27 præ timore clamauerunt. † Sta-
timq; Iesus locutus est eis, dicẽs,
Habete fiduciam, ego sum, nolite
28 timere. † Respondens autem Pe-
trus dixit, Domine si tu es, iube
29 me ad te venire super aquas. † At
D ipse ait, Veni. Et descendens Pe-
trus de nauicula, ambulabat su-
per aquam vt veniret ad Iesum.
30 † Videns verò ventum validum,
timuit: & cùm cœpisset mergi,
clamauit dicens, Domine, sal-
31 uum me fac. † Et continuò Iesus
extendens manum, apprehendit
eum, & ait illi, Modicæ fidei qua-
32 re dubitasti? † Et cùm "ascendis-
"ascẽdisset sent' in nauiculam, cessauit ven-
33 tus. † Qui autem in nauicula erãt,
venerunt, & adorauerunt eum,
34 dicentes, Verè filius Dei es. † ‖ Et
Mat.6.g.53 cùm transfretassent, venerunt in
35 Terram-Genesar. † Et cùm cog-
nouissent eum viri loci illius, mi-
serunt in vniuersam regionem il-
lam, & obtulerunt ei omnes ma-
36 lè habentes: † & rogabant eum vt
vel fimbriam vestimẽti eius tan-
gerent. Et quicunq; tetigerunt,
salui facti sunt.

CAP. XV.

1 TVnc accesserunt ad eum ab Ie
A rosolymis Scribæ & Pharisęi,
2 dicentes, † Quare discipuli tui Mar.7.a.1.
transgrediũtur "traditionem' se- "traditio-
niorum? non enim lauant manus nes.
3 suas cùm panem manducant. † Ip-
se autem respõdens ait illis, Qua-
re & vos transgredimini manda-
tum Dei propter traditionem ve-
4 stram? Nam Deus dixit, † ‖ Honora Ex.20.c.12
patrem & matrem. &, ‖ Qui male- De.5.b.16.
dixerit patri, vel matri, morte mo & 27.b.16.
5 riatur. † Vos autem dicitis, Qui- Eph.6.a.2.
cunque dixerit patri vel matri, Leu.20.b.9
Munus quodcunq; est ex me, tibi Pro.20.b.
6 proderit: † & non honorificabit 20.
patrem suum aut matrem suam: Ex.21.c.16.
& irritum fecistis mandatum Dei
7 propter traditionẽ vestram. † Hy-
pocrytæ, benè prophetauit de
8 vobis Isaias, dicens, † ‖ Populus Isa.29.d.13
hic, labijs me honorat: cor au- Mar.7.a.6.
9 tem eorum longè est à me. † Sine
B causa autem colunt me, docen-
tes doctrinas, -&' mandata homi- -.5.
10 num. † Et conuocatis ad se tur-
bis, dixit eis, Audite & intelligi-
11 te. † Non quod intrat in os, coin-
quinat hominem: sed quod pro-
cedit ex ore, hoc coinquinat ho-
12 minẽ. † Tunc accedentes discipu-
li eius dixerunt ei, Scis quia Pha-
risæi, audito verbo hoc scãdaliza-
13 ti sunt? † At ille respondens ait, Ioh.15.a.2.
‖ Omnis plantatio quam nõ plan-
tauit pater meus cælestis eradica-
14 bitur. † ‖ Sinite illos, cæci sunt, Luc.6.f.39.
* duces cæcorum. cæcus autem si *&
cæco ducatum præstet, ambo in
15 foueam cadunt. † Respondens au-
tem Petr' dixit ei, Edissere nobis
16 parabolam istam. † At ille dixit,
Adhuc & vos sine intellectu estis?
17 † Nõ intelligitis quia omne quod
in os intrat, in ventrem vadit, &
18 in secessum emittitur? † Quæ au-
tem procedunt de ore, de corde
exeunt, & ea coinquinant homi-
19 nem † de corde enim exeunt ‖ co- Gen.6.a.5.
gitationes malæ, homicidia, adul- & 8.d.21.
teria, fornicationes, furta, falsa
20 testimonia, blasphemiæ. † hæc
C sunt quę coinquinant hominem.
Non

Non lotis autem manibus mãducare, non coinquinat hominem.
21 †Et egressus inde Iesus secessit in
22 partes Tyri & Sidonis. † ‖ Et ecce
Mar.7.c.25 mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei, Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur.
23 † Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte
24 eam, quia clamat post nos. † Ipse autem respondens, ait, Non sum
Su. 20. a.6. missus nisi ‖ ad oues quæ perie-
25 runt domus Israel. † At illa venit,
Lu.19.b.10 & adorauit eum, dicens: Domine,
26 adiuua me. † Qui respondens, ait,
Ioh.10.a.3. Non est bonum sumere panem
27 filiorum, & mittere canibus. † At illa dixit, Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis quę cadunt de mensa dominorum suorum.
28 † Tunc respondens Iesus, ait illi, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia e-
29 ius ex illa hora. † Et cùm transisset inde Iesus, venit secus Mare-Galilææ, & ascendens in montẽ,
Isa.35.a.5. 30 sedebat ibi. † ‖ Et accesserunt ad
Luc.7.d.22 eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerũt eos ad pedes eius, & curauit eos:
31 † ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & ma-
32 gnificabant Deum Israel. † ‖ Ie-
Mar.8.a.1. sus autem conuocatis discipulis suis, dixit, Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne
33 deficiant in via. † Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? † Et ait illis Iesus,
34 Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos piscicu-
35 los. † Et præcepit turbæ vt discum-
36 berent super terram. † Et accipi-
-.6. ens septem panes, & pisces, -& gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt
37 populo. † Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt se-
38 ptẽ sportas plenas. † Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos &
39 mulieres. † Et dimissa turba, ascẽdit in nauiculam, & venit in fines Magedan.

CAP. XVI.

1 ET accesserunt ad eum Phari- Mar.8.b.12
A sæi & Sadducæi tentantes, & Lu.12.g.54
rogauerunt eum vt signum de cę-
2 lo ostenderet eis. † At ille respondens, ait illis, Facto vespere dicitis, Serenum erit, rubicundum est
3 enim cælum. † Et manè, Hodie tempestas. rutilat enim triste cælum. * Faciem ergo cæli dijudicare nostis: signa autem tempo- *Hypocrita 1.
4 rum non potestis? † ‖ Generatio Su.12 c.39
mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei ‖ nisi si- Ion.2. a.2.
gnum Ionę-prophetę'. Et relictis -. 6.
5 illis, abijt. † Et cùm venissent discipuli eius trans fretum, obliti
6 sunt panes accipere. † Qui dixit illis, ‖ Intuemini & cauete à fer- Marc.9. b.
mẽto Pharisæorum & Sadducæo- 14.
7 rum. † At illi cogitabant inter se Lu. 12. a.1.
dicentes, Quia panes non accepi-
8 mus. † Sciens autem Iesus, dixit,
B Quid cogitatis inter vos modicæ
9 fidei, quia panes nõ habetis? † Nõdum intelligitis, neque recordamini quinque panum, ‖ in quin- Su.14.c.17.
que millia hominum, & quot co- Ioh.6. b.9.
10 phinos sumpsistis? † neq; septem Su.15. d.34
panũ, in quatuor millia hominũ,
11 & quot sportas sumpsistis? † Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermẽto Pharisæorum & Sadducæo-
12 rum? † Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum à fermento panũ, sed à doctrina Pharisæo-
13 rum & Sadducæorum. † ‖ Venit Mat.8.c.17
autem Iesus in partes Cæsariæ

Phi-

Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: ‖ Quem * dicunt homines esse filium hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: ‖ & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. † ‖ Amen dico vobis, sunt quidam de hîc stantibus qui non gustabũt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.

Lu. 9.b.18. * me Ac.17.g.31. Rom.2.a.6 Mar.6.a.1. Lu.9.c.27.

CAP. XVII.

ET post dies sex 'assumit' Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. † Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. † Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum, Domine, bonum est nos hîc esse: si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Elię vnum. † Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos: ‖ Et ecce vox de nube, dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. † Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. † Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & nolite timere. † Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. † Et descendentibus illis de monte præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. † Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: ‖ Quid ergo Scribæ dicunt quòd Eliam oportet primùm venire? † At ille respondens, ait eis, Elias quidem venturus est, & restituet omnia. † dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. † Tunc intellexerunt discipuli,

'assumpsit Mar.9.a.2. Lu.9.d.28. 2.Pet.1.d.17. Su.3.d.17. Mar.9.b.11 Mal.4.a.5. Su.11.b.14. * primũ 1.

li, quia de Iohanne Baptista dixisset eis. † ‖ Et cùm venisset ad
14 turbam, accessit ad eum homo
15 genibus prouolutus ante eum, † dicens, Domine miserere filio
C meo, quia lunaticus est, & malè
16 patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam: † & obtulit
17 eum discipulis tuis: & non potuerunt curare eum. † Respondens autem Iesus, ait, O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos?
18 Afferte huc illum ad me. † Et increpauit illum Iesus: & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. † Tunc accesserũt
19 discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt, Quare nos nõ potuimus
20 eijcere illum? † Dixit illis Iesus, Propter incredulitatem vestram. ‖ Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinàpis, dicetis monti huic, transi hinc illuc: & transibit, & nihil im
21 possibile erit vobis. † Hoc autem genus non eijcitur nisi per ora-
22 tionem & ieiunium. † ‖ Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum:
23 † & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. † Et cùm venissent Ca-
24 D pharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester
25 non soluit didrachma? † Ait, Etiam. Et cùm intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum
26 vel censum? à filijs suis, an ab alienis? † Et ille dixit, ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt
27 filij. † Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit tolle: & aperto ore eius inuenies stateremillum sumens, da eis pro me & te.

CAP. XVIII.

1 IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, ‖ Quis, A putas, maior est in regno cælo-
2 rum? † Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eo-
3 rum, † & dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. † Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior
5 in regno cælorum. † Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.
6 † ‖ qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum ma-
7 tis. † ‖ Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit.
8 † ‖ Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & proijce abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem
9 mitti in ignem æternum. † Et si B oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te: bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehen-
10 nam ignis. † Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, ‖ quia angeli eorum in cælis semper vident faciem
11 patris mei qui in cælis est. † ‖ Venit enim filius hominis saluare
12 quod perierat. † ‖ Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nónne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam quæ errauit? † & si contigerit vt inueniat eam: amen
13 dico vobis, quia gaudet super eam

eam magis, quàm ſuper nonagintanouem quæ non errauerũt.
14 † Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum, qui in cælis eſt vt
15 pereat vnus de puſillis iſtis. † ‖ Si
Le.17.a.8. autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. ſi te audierit: lu-
16 cratus eris fratrem tuum. † Si autem te non audierit: adhibe te-
Le.19.d.17. cum adhuc vnum vel duos, vt ‖ in
Ec.19.b.13. ore duorum vel trium teſtium
Iac.5. (17 ſtet omne verbum. † Quod ſi
d.19. (C non audierit eos: dic eccleſiæ. ſi
De.19.c.15 autem eccleſiam non audierit: ſit
2.Co.13.a.1 tibi ſicut ‖ ethnicus & publica-
He.10. (18 nus. † ‖ Amen dico vobis quæcun-
d.28. que alligaueritis ſuper terram,
Ioh.8.c.17. erunt ligata & in cælo: & quæ-
2.Theſ.3. cunque ſolueritis ſuper terram,
d.14. (19 erunt ſoluta & in cælo. † Iterum
2.Co.5.c.9. dico vobis, quia ſi duo ex vobis
Io.20.d.13. conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis
20 eſt. † Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi
21 ſum in medio eorum. † Tunc ac-
Luc.17.a.4. cedens Petrus ad eum, dixit, ‖ Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque
22 ſepties? † Dixit illi Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſ-
23 que ſeptuagies ſepties. † Ideo aſſimilatum eſt regnum cælorum homini regi qui voluit rationem
24 ponere cum ſeruis ſuis. † Et cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat ei de-
25 cem millia talenta. † Cùm autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus eius vænundari, & vxorem eius & filios, & om-
26 nia quæ habebat, & reddi. † Proci-
D dens aũt ſeruus ille, orabat eum, dicens, Patientiam habe in me,
27 & omnia reddam tibi. † Miſertus aũt dominus ſerui illius, dimiſit
28 eum, & debitum dimiſit ei. † Egreſſus aũt ſeruus ille, inuenit vnũ de conſeruis ſuis qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eũ, dicẽs, Redde quod
29 debes. † Et prócidens conſeruus eius, rogabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia red-
30 dam tibi. † Ille autem noluit: ſed abijt, & miſit eum in carcerem,
31 donec redderet debitum. † Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & venerunt, & narrauerunt Domino
32 ſuo omnia quæ facta fuerãt. † Tũc Luc.2.c.15. vocauit illum dominus ſuus: & ait illi, Serue nequã, oẽ debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me:
33 nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui
34 miſertus ſum? † Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribꝰ, quoadusque redderet vniuerſum
35 debitum. † Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Su.6.b.12. Mt.11.c.8.

CAP. XIX.

1 ET factum eſt, cũ conſummaſ-
A ſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, ‖ & venit in fi-
2 nes Iudææ trans Iordanem, † & Mar.10.a.1
ſecutæ ſunt eum turbæ multæ: &
3 curauit eos ibi. † ‖ Et acceſſerunt Mar.10.a.2
ad eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem ſuam, quacunque ex
4 cauſa? † Qui reſpondens, ait eis, Ge.1.d.27.
Non legiſtis, quia ‖ qui fecit ab *hominẽ
initio, maſculum & fœminam
5 fecit eos? Et dixit, † ‖ Propter hoc, Ge.2.d.21. Eph.5.g.31.
dimittet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt 1.Cor.6.d.
6 duo in carne vna, itaq; iam non 16.
ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non
7 ſeparet. † Dicunt illi, Quid ergo De.24.a.1.
‖ Moyſes mandauit dare libellum
8 repudij, & dimittere? † Ait illis,
B Quoniam Moyſes ad duritiã cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem
9 non fuit ſic. † ‖ Dico autem vobis, quia

B quia quicunque dimiserunt vxo-
Su.5.e.32. rem suam, nisi ob fornicationē,
Mr.10.b.11 & aliam duxerit, mœchatur: &
Lu.16.d.18 qui dimissam duxerit, mœchatur.
1.Co.7.(10 † Dicunt ei discipuli eius, Si ita
b.11. est causa hominis cum vxore, nō
11 expedit nubere. † Qui dixit illis,
Non omnes capiunt verbū istud,
12 sed quibus datum est. † Sunt enim
eunûchi qui de matris vtero sic
nati sunt: & sunt eunûchi qui
facti sunt ab hominibus: & sunt
eunûchi qui seipsos castrauerunt
propter regnum cælorum. Qui
13 potest capere capiat. † ‖ Tunc ob-
Mr.10.b.13 lati sunt ei paruuli, vt manus eis
Lu.18.c.15 imponeret & oraret. Discipuli
14 autem increpabant eos. † Iesus
Su.18.a.3. verò ait eis, ‖ Sinite paruulos, &
nolite eos prohibere ad me ve-
nire: talium est enim regnum
15 cælorum. † Et cùm imposuisset
16 eis manus, abijt inde. † ‖ Et ecce
Mr.10.b.17 vnus accedens, ait illi, Magister
Lu.18.c.18. bone, quid boni faciam vt habeā
17 vitam æternam? † Qui dixit ei,
C Quid me interrogas de bono.
Vnus est bonus, Deus. Si autem
vis ad vitam ingredi, serua man-
18 data. † Dicit illi, Quæ? Iesus autē
Ex.20.c.13 dixit, ‖ Non homicidium facies,
Non adulterabis, Non facies fur-
tum, Non falsum testimoniū di-
19 ces, † Honora patrem tuū & ma-
trē tuam, Diliges proximū tuum
20 sicut teipsum. † Dicit illi adole-
.8. scens, Omnia hæc custodiui à iu-
uentute mea: quid adhuc mihi
21 deest? † Ait illi Iesus, Si vis perfe-
omnia ctus esse, vade, vende quæ habes,
& da pauperibus, & habebis the-
saurū in cęlo: & veni, sequere me.
22 † Cùm audisset autem adolescens
verbum, abijt tristis: erat enim
23 habens multas possessiones. † Ie-
sus aūt dixit discipulis suis, Amē
dico vobis, quia diues difficile in-
24 trabit in regnū cælorum. † Et ite-
rū dico vobis, facilius est camelū
per foramen acus transire, quam
diuitem intrare in regnum cælo-
25 rum. † Auditis autem his, discipu-
li mirabantur valde, dicentes,
Quis ergo poterit saluus esse?
26 † Aspiciens aūt Iesus, dixit illis,
D Apud homines hoc impossibile
est: apud Deum aūt omnia possi-
27 bilia sunt. † ‖ Tunc respondens Mar. 20. d.
Petrus, dixit ei, Ecce nos reliqui- 28.
mus omnia, & secuti sumus te: Lu.18.c.28.
28 quid ergo erit nobis? † Iesus autē
dixit illis, Amen dico vobis, quòd
vos qui secuti estis me, in regene
ratione cùm sederit filius homi-
nis in sede maiestatis suæ, ‖ sede- Lu.22.e.30
bitis & vos sup sedes duodecim,
iudicantes duodecim tribus Isra-
29 el. † Et omnis qui reliquerit do-
mū, vel fratres, aut sorores, aut
patrem, aut matrē, aut vxorem,
aut filios, aut agros propter no-
men meū: centuplum accipiet, &
vitam æternam possidebit. † ‖ Mul In.20.b.16
ti autem erunt primi, nouissimi: Mr.10.c.31
& nouissimi, primi. Luc.13.f.30

CAP. XX.

1 SImile est regnum cælorum ho-
A mini patrifamiliâs qui exijt
primo mane conducere operari-
2 os in vineam suam. † Conuentio-
ne autem facta cum operarijs ex
denario diurno, misit eos in vi-
3 neam suam. Et egressus circa ho-
ram tertiā, vidit alios stantes in
4 foro otiosos, † & dixit illis, Ite &
vos in vineā*: & quod iustum fue *meam
5 rit, dabo vobis. † Illi autem abie-
rūt. Iterum autem exijt circa sex-
tam & nonam horam: & fecit si-
6 militer. † Circa vndecimam verò
exijt, & inuēnit alios stantes, &
dicit illis, Quid hîc statis tota die
7 otiosi? † Dicūt ei, Quia nemo nos
conduxit. Dicit illis, Ite & vos in
8 vineam*. † Cùm serò aūt factum *meam
B esset, dicit dominus vineæ, ꝓcura
tori suo, Voca operarios, & red-
de illis mercedem, incipiens à
9 nouissimis vsque ad primos. † Cū
venissent ergo qui circa vndeci-
mam horam venerant, accepe-

10 runt singulos denarios. † Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos de-
11 narios. † Et accipientes murmurabant aduersus patrem famili-
12 âs, † dicentes, Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti qui portauimus pōdus
13 diei & æstus. † At ille respondens, vni eorum dixit, Amice, nō facio tibi iniuriam: nónne ex denario
14 conuenisti mecum? † Tolle quod tuū est, & vade: volo autē & huic
15 nouissimo dare sicut & tibi. † Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est
16 quia ego bonus sum? † ‖ Sic erunt
Sa.19.d.30 nouissimi, primi: & primi, no-
Ma.10.e.38 uissimi. ‖ multi enim sunt vocati:
Lu. 13. (17 pauci verò electi. † ‖ Et ascendens
f.31. Iesus Ierosolymam, assumpsit
In.22.b.14 duodecim discipulos secretò, &
Ma.10.(18. ait illis: † Ecce ascendimns Ie-
e.32. (D rosolymam, & filius hominis tra-
Luc.18.f.31 detur principibus sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum
19 morte, † & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum, & tertia
20 die resurget. † ‖ Tunc accessit ad
Ma.10.f.35 eū mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens ali-
21 quid ab eo. † Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterā tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.
22 † Respōdens aūt Iesus, dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum?
23 Dicunt ei, possumus. † Ait illis Calicē quidem meū bibetis: sedere
vel aūt ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre
24 meo. † ‖ Et audientes decem indi-
Ma.10.c.41 gnati sunt de duobus fratribus.
25 † ‖ Iesus autem vocauit eos ad se:
Lu.22.c.25 & ait, Scitis quia principes gen-
D tium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatē exercent
26 in eos. † Nō ita erit inter vos. sed quicunq; voluerit inter vos ma-
27 ior fieri, sit vester minister. † & qui voluerit inter vos primus es-
28 se, erit vester seruus. † ‖ sicut filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam
29 redemptionem pro multis. † ‖ Et egredientibus illis ab Iericho, se-
30 cuta est eum turba multa: † & ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus transiret: & clamauerunt dicentes, Domine,
31 miserere nostri, fili Dauid. † Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant dicentes, Dñe, miserere nostri, fili
32 Dauid. † Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam
33 vobis? † Dicunt illi, Domine, vt
34 aperiantur oculi nostri. † Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

CAP. XXI.

1 A ET cùm appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad Montem oliueti, tunc
2 Iesus misit duos discipulos, † dicens eis, Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.
3 † & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.
4 † Hoc autem factum est vt adimpleretur quod dictum est per pro
5 phetam, dicentem, † ‖ Dicite filiæ Siō, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam &
6 pullum filiū subiugalis. † Euntes aūt discipuli, fecerūt sicut præce-
7 pit illis Iesus. † Et adduxerūt asinā & pullū: & imposuerūt super eos vestimenta sua, & eum désuper se
8 dere fecerunt. † Plurima aūt turba strauerūt vestimēta sua in vis: alij autem cędebant ramos de arboribus

9 boribus,& sternebant in via:turbæ autē quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabāt dicentes:
Hosan-na filio Dauid: ‖ benedictus qui venit in nomine Domini:hosan-na in altissimis.† Et cùm intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? † Populi autem dicebant, Hic est Iesus propheta, à Nazareth Galilææ. † Et ‖ intrauit Iesus in templum Dei, & eijciebat omnes vendentes & ementes in templo,& mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit:& dicit eis, Scriptum est, ‖ Domus mea, domus orationis vocabitur: ‖ vos autem fecistis illam speluncam latronum. † Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos. ‖ Videntes autem principes sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit,& pueros clamantes in templo, & dicētes:Hosan-na filio Dauid,indignati sunt, † & dixerunt ei,Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtiq;. nunquam legistis, ‖ Quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? † Et relictis illis, abijt foras extra Ciuitatē in Bethaniam:ibiq; mansit. † Mane aūt reuertens in Ciuitatē, esurijt. ‖ Et videns ficu arborem vnam secus viam, venit ad eā: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum,& ait illi, Nūquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. ‖ Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes, Quomodo cōtinuò aruit? † Respondens aūt Iesus, ait eis: Amen dico vobis,si habueritis fidem,& non hesitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare:fiet. † ‖ Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes,accipietis. † Et cùm venisset in templum, accesserunt ad eum docētem principes sacerdotū & seniores populi,dicentes: ‖ In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? † Respondēs Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum sermonem,quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio.† Baptismus Iohānis vnde erat:e cælo, an ex hominibus? At illi cogitabāt inter se dicētes: † Si dixerimus e cælo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus:timemus turbam. ‖ omnes enim habent Iohannem sicut prophetam. † Et respondentes Iesu, dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipsē, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. † Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primū, dixit, Fili, vade hodie operare in vinea mea. † Ille autem respondens, ait, Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abijt. † Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait, Eo Domine, Et non iuit, † quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. † Venit enim ad vos Iohannes in via iustitię:& nō credidistis ei:publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos aūt videntes nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei. † Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamiliās qui plantauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim,& locauit eam agricolis:& peregrè profectus est. † Cùm autem tempus fructuum appropinquasset,misit seruos suos ad agricolas,vt acciperent fructus eius. † Et agricolæ apprehensis seruis eius,alium ceciderunt,alium occiderūt,alium verò lapidauerūt. † Iterum misit alios seruos plu-

res prioribus: & fecerunt illis si-
37 militer. † Nouissimè autem misit
ad eos filium suum, dicens: Vere-
38 buntur filium meum. † Agricolæ
autem videntes filium, dixerunt
Inf.26.a.3. intra se: ‖ Hic est hæres, venite
& 27.a.2. occidamus eũ, & habebimus hæ-
39 reditatem eius, † Et apprehensum
Io.11. g.53 eum eiecerunt extra vineam, &
40 occiderunt. † Cùm ergo venerit
dominus vineæ, quid faciet agrico
41 lis illis? † aiunt illi, Malos male per
det: & vineam suam locabit alijs
agricolis, qui reddent ei fructum
42 temporibus suis. † ‖ Dicit illis Ie-
Ps.117.c.22 sus, Nunquam legistis in scriptu-
Act.4.b.11 ris, Lapidem quem reprobauerũt
Ro.9.g.33. ædificantes, hic est factus in caput
1.Pe. 2.a.7. anguli? A Domino factũ est istud,
Lu.20.c.17 & est mirabile in oculis nostris?
43 ‡ Ideo dico vobis, quia auferetur à
Mar. 12.a. vobis regnum Dei, & dabitur gen-
10. 44 ti facienti fructus eius. † ‖ Et qui
Zac. 12.a.3 ceciderit super lapidem istum,
Da.2.c.34. confringetur: super quem verò re-
45 ciderit, conteret eum. † Et cùm au-
diissent principes sacerdotum &
Pharisæi parabolas eius: cogno-
46 uerunt quòd de ipsis diceret. † Et
quærentes eum tenere, timuerũt
turbas: quoniam sicut prophetam
eum habebant.

CAP. XXII.

1 ET respondens Iesus, dixit ite-
A rum in parabolis eis, dicens:
2 † ‖ Simile factum est regnum cæ-
Lu.14.d.16 lorum homini regi, qui fecit nu-
Ap.19.b.9 ptias filio suo. † Et misit seruos su-
3 os vocare inuitatos ad nuptias: &
4 nolebant venire. † Iterum misit a-
lios seruos, dicens: Dicite inuita-
tis, Ecce prandium meum paraui,
tauri mei & altilia occisa, & om-
5 nia parata: venite ad nuptias. † Illi
autem neglexerunt, & abierunt,
alius in villam suam, alius verò ad
6 negotiationem suam: reliqui ve-
rò tenuerunt seruos eius & con-
7 tumelijs affectos, occiderunt. † rex
autem cùm audisset, iratus est, &
misssis exercitibus suis, perdidit
homicidas illos, & ciuitatem il-
8 lorum succendit. † Tunc ait seruis
suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt,
sed qui inuitati erant, non fuerũt
9 digni. † Ite ergo ad exitus viarum:
& quoscunq; inueneritis, vocate
10 ad nuptias. † Et egressi serui eius in
vias, congregauerunt omnes quos
inuenerunt, malos & bonos: &
impletæ sunt nuptiæ discumben-
11 tium. † Intrauit autem rex vt vide-
ret discumbentes: & vidit ibi ho-
minem nõ vestitum veste nuptia-
12 li. † Et ait illi: Amice, quomodo
B huc intrasti non habens vestem
13 nuptialẽ? At ille obmutuit. † Tunc
dixit rex ministris, ‖ Ligatis mani- Su.1.b.12.
bus & pedibus eius, mittite eum & 13. f.42.
in tenebras exteriores: ibi erit fle- In.25.d.30
tus & stridor dentiũ. † Multi enim Mar. 12.b.
14 sunt vocati, pauci verò electi. 13.
15 ‡ ‖ Tunc abeuntes Pharisæi, consi- Lu.20.c.20
lium inierunt vt caperent eum in
16 sermone. † Et mittũt ei discipulos
suos cum Herodianis, dicentes:
Magister scimus quia verax es, &
viam Dei in veritate doces, & non
est tibi cura de aliquo, nõ enim re
17 spicis personam hominum, † dic er
go nobis quid tibi videtur, licet
18 censum dare Cæsari, an non? † Cog
nita autem Iesus nequitia eorum,
ait: Quid me tentatis hypocritæ?
19 † ostendite mihi numisma census.
At illi obtulerunt ei denarium.
20 † Et ait illis Iesus, Cuius est imago
21 hæc, & superscriptio? † Dicunt ei, Ro.13.b.7.
C Cæsaris. Tũc ait illis, ‖ Reddite er-
go quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quę
22 sunt Dei, Deo. † Et audientes mi-
rati sunt, & relicto eo, abierunt.
23 † In illo die accesserunt ad eum
Sadducæi, qui dicunt nõ esse re-
surrectionem: & interrogauerunt
24 eum, † dicentes: Magister, ‖ Moyses Mar. 12.b.
dixit, Si quis mortuus fuerit non 19.
habens filium: vt ducat frater e- Lu.20.d.28
ius vxorem illius, & suscitet se- Act.13.b.6
25 men fratri suo. † Erant autem a- Deu.25.a.5
pud nos septem fratres: & primus
vxo-

vxore ducta defunctus est: & non
habens semen reliquit vxorē su-
26 am fratri suo. † Similiter secundus
27 & tertius vsq; ad septimum. † No-
uissimè autem omnium & mulier
28 defuncta est. ¶ In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? om-
29 nes enim habuerunt eam. † Re-
spondens autem Iesus, ait illis, Er-
ratis, nescientes scripturas, neque
30 virtutem Dei. † In resurrectione e-
nim neque nubent neque nuben
tur: sed sunt sicut angeli Dei in
31 cælo. De resurrectione autē mor-
tuorum non legistis quod dictum
Ex.3.b.6. 32 est à Deo dicente vobis, † ‖ Ego
sum Deus Abraham, & Deus Isaac
& Deus Iacob? Non est Deus mor
33 tuorum: sed viuentium. † Et audi-
entes turbæ mirabantur in doctri
34 na eius. † ‖ Pharisæi autem audien-
Mar.12.d. 28. D tes quòd silentium imposuisset
(35 † & interrogauit eum vnus ex eis
36 legis doctor, tentans eum, † Magi-
ster, quod est mandatum magnum
Deu.6.a.5. 37 in Lege? † Ait illi Iesus: ‖ Diliges
Lu.10.c.27 Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & in tota anima tua, &
38 in tota mente tua. † Hoc est maxi-
39 mum & primum mandatum. † Se-
Le.19.d.18 cundum autem simile est huic,
‖ Diliges proximum tuum sicut te
40 ipsum. † In his duobus mandatis
Mar.12.c.31 vniuersa lex pendet & prophetæ.
41 † Congregatis autem Pharisæis,
Mar.12.d. 42 interrogauit eos Iesus, † dicens,
35. ‖ Quid vobis videtur de Christo?
cuius filius est? Dicunt ei, Dauid.
Lu.20.g.41 43 † Ait illis, Quomodo ergo Dauid
in spiritu vocat eum Dominū, di-
Psal. 44 cens, † ‖ Dixit Dominus Domino
109. meo, sede à dextris meis: donec
45 ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum? † Si ergo Dauid
vocat eum Dñm: quomodo filius
46 eius est? † & nemo poterat ei respō
dere verbū, neq; ausus fuit quis-
quam ex illa die eum
amplius inter-
rogare.

CAP. XXIII.

1 TVnc Iesus locutus est ad tur-
2 bas & ad discipulos suos, † di-
A cens, super cathedram Moysi sede
3 runt. ‖ Scribæ & Pharisæi. † Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate & facite: secundum opera vero eorum nolite facere, dicunt
4 enim & non faciunt. † ‖ Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt
5 ea mouere. † Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, dilatant enim ‖ phylacteria
6 sua, & magnificāt fimbrias. † Amāt autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Syna-
7 gogis, † ‖ & salutationes in foro, &
8 vocari ab hominibus, rabbi. † Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus est enim magister vester, omnes
9 autem vos, fratres estis. † Et ‖ patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester
10 qui in cælis est. † Nec vocemini
B magistri? quia magister vester v-
11 nus est, Christus. † Qui maior est
12 vestrū, erit minister vester. † ‖ Qui autem se exaltauerit, humiliabi-
13 tur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. † Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia claditis regnum cælorum ante homines. vos enim non intratis: nec
14 introeuntes sinitis intrare. † ‖ Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: ‖ quia comeditis domos viduarum orationes longas orantes,
5 propter hoc amplius accipietis iudicium. † Væ vobis Scribæ &
Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytū, & cum fuerit factus, facitis eū filiū gehennæ duplo quā
16 vos. † Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunq; iurauerit per templum, nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, debet. † Stulti & cæci, quid enim maius est, au-
17

2.Es.8.2.4. Luc. 11.g. 46. Act. 15.b. 10. Deut.6.b. 8. Nu. 15.d. 38. Mar. 12.d. 38. Lu.11.f.43. & 20.g. 46. Iac.3.a.1. Mal.1.b.6

Lu.14.c.11. & 18.c.14.

Mar.12.d. 40. Lu. 20.g. 47.

rum, an templum quod sanctifi-
18 cat aurum?‡Et quicunque iuraue-
rit in altari, nihil est: quicũq; aũt
iurauerit in dono quod est super
19 illud, debet.‡ Cæci, quid enim ma
ius est donũ, an altare quod sancti
20 ficat donũ? ‡ Qui ergo iurat in al-
C tari, iurat in eo & in omnibus quę
21 super illud sunt:‡& quicunq; iura
uerit in templo, iurat in illo & in
22 eo qui habitat in ipso:‡‖& qui iu-
Su.5.c.34. rat in cælo, iurat in throno Dei,
23 & in eo qui sedet super eam.‡‖Væ
Lu.11.f.42. vobis Scribæ & Pharisæi hypo-
critæ: quia decimatis mentam &
anethum & cyminum, & reliqui-
stis quæ grauiora sunt legis, iudi-
cium, & misericordiam, & fidem,
hæc oportuit facere, & illa non o-
24 mittere.‡ Duces cæci, excolantes
culicem, camelum aũt glutientes.
25 ‡‖Væ vobis Scribæ & Pharisæi hy-
Lu. 11.e.39 pocritæ: quia mundatis quod de-
foris est calicis & paropsidis: in-
tùs autem * pleni estis * rapina &
*plena sunt 7.(26 immunditia.‡Pharisæe cæce, mun
da prius quod intùs est, calicis &
paropsidis, vt fiat id quod deforis
27 est, mundum.‡Væ vobis Scribæ &
Pharisæi hypocritæ: quia similes
estis sepulchris dealbatis, quæ à
foris parent hominibus speciosa.
intùs verò plena sunt ossib. mor-
28 tuorum, & omni spurcitia. ‡ sic &
vos à foris quidem paretis homi-
nibus iusti: intùs autem pleni e-
29 stis hypocrisi & iniquitate. ‡ Væ
D vobis Scribæ & Pharisæi hypocri-
tæ: quia ædificatis sepulchra pro-
phetarum, & ornatis monumen-
30 ta iustorum, ‡ & dicitis, Si fuisse-
mus in diebus patrum nostrorũ,
non essemus socij eorũ in sangui-
31 ne prophetarum.‡itaque testimo-
nio estis vobismetipsis, quia filij
estis eorum qui propheras occi-
32 derunt. ‡ Et vos implete mensurã
33 patrum vestrorũ. ‡‖Serpentes ge-
Sup.3.b.7. nimina viperarum, quomodo fu-
34 gietis à iudicio gehẽnæ? ‡Ideo ec-
ce ego mitto ad vos prophetas &
sapientes & scribas, & ex illis oc-
cidetis & crucifigetis, & ex eis fla-
gellabitis in synagogis vestris, &
persequemini de ciuitate in ciui-
35 tatem:‡vt veniat super vos omnis
sanguis iustus qui effusus est su-
per terram, à sanguine Abel iu-
sti, vsque ad sanguinem Zacha-
riæ filij Barachiæ, ‖ quem occidi-
36 stis inter templum & altare.‡A- Ge.4.b.8.
men dico vobis, veniẽt hæc om- Heb.11.a.
nia super generationem istam. 4.
37 ‡‖Ierusalem, Ierusalem, quæ occi-
dis prophetas, & lapidas eos qui 2.Pa.24.f.
ad te missi sunt, quoties volui cõ- 21.
gregare filios tuos ‖ quemadmo- Lu.13.g.34
dum gallina congregat pullos su- 1.Esd.1.c.
38 os sub alas, & noluisti?‡Ecce relin-
quetur vobis domus vestra deser-
39 ta.‡Dico enim vobis, non me vide
bitis àmodo, donec dicatis, Bene-
dictus qui venit in nomine Do-
mini.

CAP. XXIIII.

1 ET egressus Iesus de tẽplo, ibat. Mar.13.a.1
A Et accesserunt discipuli eius Lu.21.b.5.
vt ostenderent ei ædificationes
2 templi.‡Ipse autẽ respondens di-
xit illis: Videtis hęc omnia? Amen
dico vobis, non relinquetur hic
lapis super lapidem qui non de-
3 struatur. ‡ ‖ Sedente autem eo su- Lu.19.g.44
per Montem oliueti, accesserunt
ad eum discipuli secretò, dicen-
tes: Dic nobis, quando hæc erunt?
& quod signũ aduentus tui, & cõ-
4 summationis seculi?‡ ‖ Et respon- Eph.5.b.6
dẽs Iesus dixit eis: Videte, ne quis Co.2.d.10
5 vos seducat, ‡multi enim venient
in nomine meo, dicentes: Ego
sum Christus: & multos seducent:
6 ‡Audituri enim estis prælia & o-
piniones præliorũ. Videte ne tur-
bemini, oportet enim hæc fieri,
7 sed nondum est finis. ‡ consurget
enim gens in gentẽ & regnũ in re
gnũ: & erunt pestilẽtiæ & fames,
8 & terræ motus per loca. ‡ hæc au- Io.15.c.20.
tem omnia, initia sunt dolorum. & 16.a.2.
9 ‡‖Tunc tradẽt vos in tribulationẽ, &

& occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomẽ meum. † Et tunc scandalizabuntur multi: & inuicem tradent: & odio habebũt inuicem. † Et multi pseudoprophetæ surgent: & seducent multos. † Et quoniã abundabit iniquitas: refrigrescet charitas multorum: † qui aũt perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit. † Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnib. gentibus: & tũc veniet cõsummatio. ‖ † Cùm ergo videritis abominationẽ desolationis, quæ dicta est ‖ à Daniele propheta, stã tem in loco sancto (qui legit intelligat:) † tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: † & qui in tecto, nõ descendat tollere aliquid de domo sua: † & qui in agro, nõ reuertatur tollere tunicam suã. † Væ aũt prægnantib. & nutrientibus in illis diebꝰ. † Orate autem, vt nõ fiat fuga vestra in hyeme vel ‖ sabbatho: † erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neq; fiet † Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. † ‖ Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hîc est Christus, aut illic: nolite credere. † Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiã electi. † Ecce prædixi vobis. † Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire: ecce in penetralib. nolite credere. † Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsq; in Occidentẽ: ita erit & aduentus filij hominis. † ‖ Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. † ‖ Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: † & tunc parebit signum filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate. † ‖ Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor vẽtis, à summis cælorum vsq; ad terminos eorum. † Ab arbore autem fici discite parabolam: cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas: † ita & vos, cùm videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. † Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant. ‖ † Cælum & terra transibunt, verba autem mea nõ præteribunt. † De die autẽ illa & hora nemo scit, neq; angeli cælorũ, nisi solus pater. † ‖ Sicut aũt in diebꝰ. Noë: ita erit & aduentus filij hominis. † ‖ sicut enim erãt in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsq; ad eũ diem quo intrauit Noë in arcam, † & non cognouerunt donec venit diluuiũ, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. † ‖ Tũc duo erũt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur: † duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. * † ‖ Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dñs vester venturus sit. † ‖ illud autem scitote, ‖ quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique: & non reliquisset perfodi domũ suam. † Ideo & vos estote parati: quia qua nescitis hora filius hominis venturus est, † ‖ Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quẽ constituit dominus suus super familiam suã, vt det illis cibũ in tẽpore? † ‖ Beatus ille seruus, quẽ, cùm venerit dominus eius, inuenerit sic facientem: † amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua cõstituet eũ. † Si aũt dixerit malus ser-

B 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 C 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 D 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48

Su. 10. c. 17. Lu. 21. c. 12. Mar. 13. b. 14. Luc. 21. d. 20. Dan. 9. 17. g. 27. Act. 1. b. 12. Mar. 13. c. 21. Lu. 13. d. 23 Lu. 17. g. 37 Mar. 13. (29 a. 4. Lu. 21. c. 25. Ez. 32. b. 7. Is. 13. b. 10. Apo. 1. b. 8. 1. Co. 15. g. 51. Mar. 13. d. 31. Lu. 17. d. 26 Gen. 7. b. 5. 1. Pe. 3. d. 20 Lu. 17. d. 36 * duo in lecto vnus assumetur & vnus relinquetur. Mar. 13. d 32. Lu. 12. c. 42 Apo. 16. 15.

ūus ille in corde suo, Moram facit
49 dominus meus venire: † & cœperit percutere conseruos suos, man
ducet autē & bibat cum ebriosis:
50 † veniet dominus serui illi in die
qua non sperat, & hora ei ignora
51 rat, † & diuidet eum, partemque
Su.13. f.42 eius ponet cum hypocritis: ‖ illic
Inf.15. c.30 erit fletus & stridor dentium.

CAP. XXV.

1 TVnc simile erit regnum cælo-
A rum decem virginibus: quæ
accipientes lampades suas exie-
runt obuiam sponso & sponsæ.
2 † Quinque autem ex eis erant fa-
3 tuæ, & quinque prudentes: † sed
quinque fatuæ, acceptis lampadi
bus, non sumpserunt oleum se-
4 cum: † prudentes verò acceperunt
oleum in vasis suis cum lampadi-
5 bus. † Moram autem faciente spō-
so, dormitauerunt omnes & dor-
6 mierunt. † Media autem nocte cla
mor factus est, Ecce spōsus venit,
7 exite obuiam ei. † Tunc surrexe-
runt omnes virgines illæ: & orna
8 uerunt lampades suas. † Fatuæ au-
tem sapientibus dixerunt, Date
nobis de oleo vestro: quia lampa-
9 des nostræ extinguuntur. † Re-
sponderunt prudentes, dicentes:
Ne forte non sufficiat nobis & vo
bis, ite potius ad vendentes: & e-
10 mite vobis. † Dùm autem irent
emere, venit sponsus & quæ para
tæ erant, intrauerunt cum eo ad
11 nuptias, & clausa est ianua. † No-
vissimè verò veniunt & reliquæ
virgines, dicentes: Domine, Do-
12 mine, aperi nobis. † At ille respon
dens, ait, Amen dico vobis, nescio
13 vos. † ‖ Vigilate itaque, quia nesci
Mar.13.(14 tis diem neque horam. † ‖ Sicut e-
d.33. B nim homo peregrè proficiscens,
Su.24.e.42 vocauit seruos suos, & tradidit il-
Lu.11. 15 lis bona sua. † Et vni dedit quinq;
b. 12. talenta, alij autem duo, alij vero
vnum, vnicuique secundum pro-
priam virtutem: & profectus est
16 statim. † Abijt autem qui quinq;
talenta acceperat, & operatus est
in eis, & lucratus est alia quin-
17 que. † Similiter & qui duo acce-
18 perat, lucratus est alia duo. † Qui
autem vnum acceperat, abiens
fodit in terram, & abscondit pe-
19 cuniam domini sui. † Post mul-
tum verò temporis venit domi-
nus seruorum illorum, & posuit
20 rationem cum eis. † Et accedens
qui quinq; talenta acceperat, ob-
tulit alia quinque talenta, dicens,
Domine, quinque talenta tradi-
disti mihi: ecce alia quinque su-
21 perlucratus sum. † Ait illi domi-
nus eius, Euge serue bone & fi-
delis, quia super pauca fuisti fi-
delis, super multa te constituam:
22 intra in gaudium domini tui. † Ac
C cessit autem, & qui duo talēta ac-
ceperat, & ait, Domine, duo talen
ta tradidisti mihi: ecce alia duo lu
23 cratus sum. † Ait illi dominus eius,
Euge serue bone & fidelis, quia
super pauca fuisti fidelis, super
multa te constituam: intra in gau
24 dium domini tui. † Accedens autē
& qui vnum talentum acceperat:
ait, Domine, scio quia homo du-
25 rus es, metis vbi non seminasti, &
congregas, vbi non sparsisti: † &
timens abij, & abscondi talentum
tuum in terra: ecce habes quod tu
26 um est. † Respōdens autem domi-
nus eius, dixit ei, Serue male, & pi
ger, sciebas quia meto vbi non se
mino, & congrego vbi non sparsi:
27 † oportuit ergo te committere pe
cuniam meam numulariis, & ve-
niens ego recepissem vtiq; quod
28 meum est cum vsura. † Tollite
itaque ab eo talentum, & date ei
29 qui habet decem talenta: † ‖ om- Su.13. b.12
ni enim habenti dabitur, & abun Mr.4. c.25
dabit: ei autem qui non habet, & Luc.8. c.18
quod videtur habere, auferetur ab & 19. d.26
30 eo. † Et inutilem seruum eijcite Sup.8.b.12
in tenebras exteriores: ‖ Illic erit & 22.b.13
31 fletus & stridor dentium. † Cùm
autem venerit filius hominis in
maiestate sua, & omnes angeli
cum

cum eo,tunc sedebit super sedem
32 maiestatis suæ:† & congregabun-
tur ante eum omnes gentes,& se-
parabit eos ab inuicem, sicut pa-
33 stor segregat oues ab hœdis: † &
statuet oues quidem à dextris su-
34 is, hœdos autem à sinistris.† Tunc
dicet rex his qui à dextris eius e-
D runt , Venite benedicti patris
mei,possidete paratum vobis re-
35 gnum à constitutione mundi:† ‖ e-
Esa. 58.b.7 suriui enim:& dedistis mihi man
Ez.18. b. 7 ducare: sitiui , & dedistis mihi bi-
bere: hospes eram , & collegistis
36 me:† nudus,& operuistis me:‖ in-
Ecc.7. d.39 firmus,& visitastis me: in carcere
37 eram,& venistis ad me.† Tunc re-
spondebunt ei iusti,dicentes, Do
mine, quando te vidimus esurien
tem,& pauimus;sitientem, & de-
38 dimus tibi potum? † quando autē
te vidimus hospitem , & collegi-
mus te? aut nudum , & cooperui-
39 mus te? † aut quando te vidimus
infirmum,aut in carcere: & veni-
40 mus ad te? † Et respondens rex,di
cet illis,Amen dico vobis , quan-
diu fecistis vni ex his fratrib⁹ me
41 is minimis,mihi fecistis. † Tunc
dicet & his qui à sinistris erunt:
Psal. 6. b.9 ‖ Discedite à me maledicti in ignē
Sup. 7.c.23 æternum , qui paratus est diabo-
Lu.13. (42 lo & angelis eius: † esuriui enim,
f.27. & non dedistis mihi manducare:
sitiui & non dedistis mihi potū:
43 † hospes eram , & non collegistis
me: nudus,& non operuistis me:
infirmus,& in carcere,& non visi
44 tastis me. † Tunc respondebunt
ei & ipsi,dicentes, Domine, quan
do te vidimus esurientem, aut si-
tientem,aut hospitem,aut nudū,
aut infirmum, aut in carcere: &
45 non ministrauimus tibi? † Tunc
respondebit illis dicens,Amen di
co vobis,quamdiu non fecistis v-
ni de minoribus his, nec mihi fe-
46 cistis.† ‖ Et ibunt hi in supplicium
Ioā. 5. e. 25 æternum: iusti autem in
Da. 12. a.2 vitam æter-
nam.

CAP. XXVI.

1 ET factum est:cùm consummas
A set Iesus sermones hos omnes:
2 dixit discipulis suis.† ‖ Scitis quia Mr. 14. a.1
post biduum Pascha fiet , & filius Luc.22.a.1
hominis tradetur vt crucifigatur.
3 † Tunc congregati sunt principes
sacerdotum & seniores populi in
atrium principis sacerdotum,qui
4 dicebatur Caiphas: † & consili-
um fecerunt vt Iesum dolo tene-
5 rent,& occiderent. † Dicebant au
tem,Non in die festo, ne forte tu
6 multus fieret in populo. † ‖ Cùm Ioā.11.a.3
autem Iesus esset in Bethania in & 12.a.3
7 domo Simonis Leprosi, † accessit Mr.14.a.2
ad eum mulier habens alabastrū
vnguenti pretiosi,& effudit super
8 caput ipsius recumbentis.† Viden
tes aūt discipuli,indignati sunt di
9 cētes,Vt qd perditio hæc:† potuit
enim istud vænūdari multo & da
10 ri pauperibus. † Sciens autem Ie-
sus,ait illis,Quid molesti estis hu
ic mulieri? opus enim bonum ope
11 rata est in me,† ‖ nā semper paupe De.15.b. 11
res habebitis vobiscū : me aūt nō
12 semper ^habetis'. † Mittens enim ^habebiti
hæc vnguentū hoc in corp⁹ meū:
13 ad sepeliendum me,fecit.† Amen
dico vobis,vbicunq; prædicatum
fuerit hoc euangeliū in toto mun
do, dicetur & quod hæc fecit, in
14 memoriam eius. † ‖ Tunc abijt v- Mr.14.b.10
B nus de duodecim , qui dicebatur Luc.22.a.3
Iudas Iscariōtes, ad principes sa-
15 cerdotum:† & ait illis, Quid vultis
mihi dare,& ego vobis eū tradā?
At illi cōstituerunt ei triginta ar-
16 genteos. † Et exinde quærebat o-
17 portunitatē vt eū traderet. † ‖ Pri Mr.14.b.12
ma autem die' Azymorum acces Luc.22. a.7
serunt discipuli ad Iesum , dicen- -.5.
tes,Vbi vis paremus tibi comede-
18 re Pascha?† At Iesus dixit,Ite in ci
uitatē ad quendā:& dicite ei , Ma
gister dicit,Tēpus meū prope est,
apud te facio Pascha cum discipu
19 lis meis.† Et fecerunt discipuli si-
cut constituit illis Iesus.& parauo
runt

runt Pascha.† ‖ Vespere autem fa-
Mar. 14. b. cto, discumbebat cum duodecim
17. discipulis suis.† ‖ Et edentibus il-
Lu. 22. b. 14 lis, dixit: Amen dico vobis quia v-
Ioā. 13. (22 nus vestrûm me traditurus est.† Et
ç. 21. contristati valdè, cœperunt singu
li dicere, Nunquid ego sum Do-
mine? † At ipse respondens, ait,
C Qui intingit mecum manū in pa
ropside, hic me tradet.† Filius qui
Ps. 40. b. 10. dem hominis vadit, ‖ sicut scriptū
est de illo: væ aūt homini illi, per
traditur 2 quem filius hominis * tradetur:
bonum erat ei, si natus non fuis-
set homo ille. † Respondens autē
Iudas qui tradidit eum, dixit: Nū
quid ego sum rabbi? Ait illi, Tu di
1. Co. 11. c. xisti.† ‖ Cœnantib. aūt eis accepit
24. Iesus panem, & benedixit, ac fre-
git: deditq; discipulis suis, & ait:
Accipite, & comedite: hoc est cor-
pus meum.† Et accipiens calicem,
gratias egit: & dedit illis, dicens,
Bibite ex hoc oēs. † Hic est enim
sanguis meus noui testamēti, qui
pro multis effundetur in remissio
nem peccatorum.† Dico autē vo-
bis, non bibā amodò de hoc geni-
mine vitis vsq; in diem illum, cū
illud bibam vobiscum nouum in
regno patris mei. † Et hymno di-
cto, exierunt in montem oliue-
ti.† Tunc dicit illis Iesus, ‖ Omnes
Mar. 14. c. vos scandalum patiemini in me,
27. in ista nocte. Scriptum est enim,
Ioā. 16. b. 32 ‖ Percutiā pastorem, & dispergen
Zac. 13. (32 tur oues gregis.† ‖ Postquā autem
b. 7. resurrexero, præcedam vos in Ga
Mar. 14. (33 lilæā. † Respondens autē Petrus,
c. 28. & 16. ait illi, Etsi omnes scādalizati fue
b. 7. rint in te, ego nunquam scandali
zabor. † Ait illi Iesus, Amen dico
tibi, quia in hac nocte antequam
gallus cāet, ter me negabis:† ‖ Ait
Ioā. 13. d. 38 illi Petrus, Etiamsi oportuerit me
mori tecum, non te negabo. Simi
liter & omnes discipuli dixerunt.
† ‖ Tunc venit Iesus cum illis in
Ma. 14. d. 32 villam quæ dicitur Geth-semani:
Lu. 22. d. 39 & dixit discipulis suis, Sedete hîc
donec vadam illuc, & orem. † Et
assumpto Petro & duobus filijs Ze
bedæi, cœpit cōtristari & mœstus
esse. † Tunc ait illis, Tristis est a-
nima mea vsque ad mortem: sus-
tinete hic, & vigilate mecum.
† Et progressus pusillum, procidit
in faciem suam, orans, & dicens,
Pater mi, si possibile est, transeat
à me calix iste. Veruntamen non
sicut ego volo, sed sicut tu.† Et ve-
nit ad discipulos suos, & inuenit
eos dormientes, & dicit Petro:
Sic? non potuistis vna hora vigi-
lare mecum? † Vigilate, & ora-
te vt non intretis in tentatio-
nem. Spiritus quidem promptus
est, caro autem infirma. † Iterum
secundò abijt: & orauit dicens, Pa
ter mi, si non potest hic calix
transire nisi bibam illum: fiat vo-
luntas tua.† Et venit iterum, & in
uenit eos dormientes: erant e-
nim oculi eorum grauati.† Et reli
ctis illis, iterum abijt: & orauit ter
tiò, eundem sermonem dicens.
† Tunc venit ad discipulos suos, &
dicit illis, Dormite iam, & requie
scite: ecce appropinquauit hora,
& filius hominis tradetur in ma-
nus peccatorum.† Surgite eamus:
ecce * appropinquauit q me * tra
det'.† ‖ Adhuc eo loquente, ecce
E Iudas vnus de duodecim venit, &
cum eo turba multa cum gladijs
& fustibus, missi à principibus sa-
cerdotum & senioribus populi.
† Qui autem tradidit eum, dedit
illis signum, dicens, Quemcunq;
osculatus fuero, ipse est, tenete e-
um. † Et confestim accedens ad
Iesum, dixit, Aue rabbi. Et oscula-
tus est eum. † Dixitq; illi Iesus, A-
mice, ad quid venisti? Tunc acce
serunt, & manus iniecerunt in Ie
sum: & tenuerunt eum. † Et ecce
vnus ex his qui erant cum Iesu,
extendens manum, exemit gladi
um suum, & percutiens seruum
principis sacerdotū amputauit au
riculam eius.† Tunc ait illi Iesus,
Conuerte gladium tuum in locū
suum.

* appropin
quabit
tradit'.
Mar. 14. a.
41.
Lu. 22. c. 47
Ioā. 18. a. 1.

Ge.9.a.6. suum. ‖ omnes enim qui acce-
Ap.13.c.10. perint gladium, gladio peri-
53 bunt. † An putas quiá non pos-
modo 2. sum rogare patrem meum: &
-. 2. exhibebit mihi-modò' plusquàm
duodecim legiones angelorum?
54 † Quomodo ergo implebuntur
Isa.53.c.10. ‖ scripturæ, quia sic oportet fieri?
55 † In illa hora dixit Iesus turbis,
F Tanquam ad latronē existis cum
gladijs & fustibus comprehende-
re me? quotidiè apud vos sede-
bam docens in templo: & non
56 me tenuistis. † Hoc autem totum
Sup. c.31. factum est, vt adimplerentur scri-
Mar. 14. e. 53. pturæ prophetarum. Tunc disci-
puli omnes, ‖ relicto eo fugerunt.
57 † At illi tenentes Iesum, duxe-
Lu.22.f.54 runt ad Caipham principem sa-
Ioha.18.d. 24. cerdotum, vbi Scribæ & seniores
58 conuenerant. † Petrus autem se-
quebatur eum à longè, vsque in
atrium principis sacerdotum. Et
ingressus intrò, sedebat cum mi-
59 nistris, vt videret finem. † ‖ *Prin-
*Princeps. Marc.14.f. 55. cipes autem sacerdotum & omne
consilium quærebant falsum te-
stimonium contra Iesum, vt eum
60 morti traderent: † & non inuene-
runt, cùm multi falsi testes acces-
sissent. Nouissimè autem vene-
61 runt duo falsi testes, † & dixerunt:
Ioh.2.d.19 Hic dixit, ‖ Possum destruere tem
plum Dei, & post triduum reædi-
62 ficare illud. † Et surgens princeps
sacerdotum, ait illi, Nihil respon-
des ad ea quæ isti aduersum te te-
63 stificantur? † Iesus autem tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi:
Adiuro te per Deum viuum, vt di-
cas nobis si tu es Christus filius
64 Dei. † Dicit illi Iesus, Tu dixisti:
Su.16.d.27 veruntamen dico vobis amodò
1.Thess.4. d.14. videbitis ‖ filium hominis seden-
tem à dextris virtutis Dei, & ve-
65 nientem in nubibus cæli. † Tunc
G princeps sacerdotum scidit vesti-
Rom.14.b 10. menta sua, dicens: Blasphema-
uit, quid adhuc egemus testibus?
ecce, nunc audistis blasphemiam:
66 † quid vobis videtur? At illi re-
spondentes dixerunt: Reus est
67 mortis. † ‖ Tunc expuerunt in fa- Isa.50.b.6.
ciem eius, & colaphis eum ceci- Marc.14.g.
derunt, alij autem palmas in fa- 65.
68 ciem eius dederunt, † dicentes:
Prophetiza nobis Christe: qs est
69 qui te percussit? † Petrus verò se- Lu.22.f.55.
debat foris, in atrio, & accessit ad Iohan.18.
eū vna ancilla, dicens: Et tu cum d.25.
70 Iesu Galilæo eras. † At ille nega-
uit coram omnibus, dicens, Ne-
71 scio quid dicis. † Exeunte autem
illo ianuam, vidit eum alia -an- -.3.
cilla', & ait his qui erant ibi, Et
72 hic erat cum Iesu Nazareno. † Et
iterum negauit cum iuramento,
73 Quia non noui hominem. † Et
post pusillum accesserunt qui sta-
bant, & dixerunt Petro: Verè &
tu ex illis es: nam & loquela tua
74 manifestum te facit. † Tunc cœ-
pit detestari & iurare quia nō no-
uisset hominem. Et continuò gal-
75 lus cantauit. † Et recordatus est
Petrus verbi Iesu quod dixerat,
Prius quàm gallus cantet, ter me
negabis. Et egressus foras, fleuit
amarè.

CAP. XXVII.

1 A MAnè autem facto consilium
inierunt omnes principes sa-
cerdotum & seniores populi ad-
uersus Iesum, vt eum morti tra-
2 derent. † Et vinctum ‖ adduxerūt Marc.15.b.
eum, & tradiderunt Pontio Pila- 16.
3 to præsidi. † Tunc videns Iudas Lu.22.g.61
qui eum tradidit quòd damnatus Luc.23.a.1.
esset, pœnitentia ductus, retulit Ioh.18.c.28
triginta argenteos principibus
4 sacerdotū & senioribus, † dicens:
Peccaui, tradens sanguinem iu-
stum. At illi dixerunt, Quid ad
5 nos? tu videris. † Et proiectis ar-
genteis in templo, recessit: & abi-
6 ens, ‖ laqueo se suspendit. † Prin- Act.1.c.13.
cipes autem sacerdotum acceptis
argenteis, dixerunt: Non licet eos
mittere in corbonam: quia pre-
7 tium sanguinis est. † Consilio au-
tem inito emerunt ex illis agrum
figuli,

figuli, in sepulturā peregrinorū.
8 † Propter hoc vocatus est ager il-
Act.1.c.19. le, ‖ Haceldama, hoc est, ager san-
guinis, vsq; in hodiernum diem.
9 † Tunc impletum est quod dictum
B est per Ieremiam prophetam, di-
Lu.11.a.12. centem, ‖ Et acceperunt triginta
argēteos pretiū appretiati quem
10 appretiauerunt à filijs Israel: † & D
dederunt eos in agrum figuli, si-
11 cut constituit mihi Dominus. † Ie-
Mr.15.a.12. sus autem stetit ante præsidem, &
Luc.23.a.3. interrogauit eum præses, dicens,
Ioh.18.f.33 Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Ie-
12 sus, Tu dicis. † Et cùm accusare-
tur à principibus sacerdotū & se-
13 nioribus, nihil respondit. † Tunc
dicit illi Pilatus, Non audis quan-
ta aduersum te dicunt testimo-
14 nia? † Et non respondit ei ad vl-
lum verbū: ita vt miraretur præ-
15 ses vehemēter. † Per diem autem
solennem consueuerat præses po-
pulo dimittere vnum vinctum
16 quem voluissent. † habebat autem
tunc vinctum insignem, qui dice-
17 batur Barabbas. † Congregatis er-
go illis, dixit Pilatus, Quem vultis
18 dimittam vobis: Barabbam, an Ie-
sum, qui dicitur Christus? † Scie-
bat enim quod per inuidiam tra-
19 didissent eum. † Sedēte autem il-
C lo pro tribunali, misit ad eū vxor
eius, dicens, Nihil tibi & iusto il-
li. multa enim passa sum hodiè
20 per visum propter eum. † ‖ Princi-
Mr.15.b.17. pes autem sacerdotum & senio-
Lu.23.c.18. res persuaserunt populis vt pete-
Ioha.18.g. rent Barabbam, Iesum verò per-
40. 21 derent. † Respondens autem præ-
Act.3.c.14. ses, ait illis, Quem vultis vobis
de duobus dimitti? At illi dixe-
22 runt, Barabbam. † Dicit illis Pila-
tus, Quid igitur faciā de Iesu qui
23 dicitur Christus? † Dicunt omnes,
Crucifigatur. Ait illis præses,
Quid enim mali fecit? At illi ma-
gis clamabant, dicentes, Crucifi-
24 gatur. † Videns autē Pilatus quia
nihil proficeret, sed magis tumul-
tus fieret: accepta aqua, lauit ma-
nus coram populo, dicens, Inno-
cens ego sum à sanguine iusti hu-
25 ius: vos videritis. † Et respondens
vniuersus populus, dixit, Sanguis
eius super nos, & super filios no-
26 stros. † Tunc dimisit illis Barab-
bam: Iesum autem flagellatū tra-
27 didit eis vt crucifigeretur. † Tunc
milites præsidis suscipientes Ie- Mr.15.b.16.
sum in prætorium, ‖ congregaue- Ioh.19.a.2.
runt ad eum vniuersam cohortē:
28 † & exuentes eum, chlamydē coc-
cineam circundederunt ei, † &
29 plectētes coronam de spinis, po-
suerunt super caput eius, & arun-
dinē in dextera eius. Et genu fle-
xo ante eum, illudebant ei, dicen-
30 tes, Aue rex Iudęorū. † Et expuen-
tes in eum, acceperūt arundinem
31 & percutiebant caput eius. † Et post-
quam illuserunt ei, exuerunt eum
chlamydē: & induerunt eum ve-
stimentis eius, & duxerunt eum
32 vt crucifigerent. † ‖ Exeuntes au- Mr.15.b.21
tem inuenerunt hominem Cyre- Lu.23.d.26
næum nomine Simonē: hunc an-
gariauerunt vt tolleret crucem e-
33 ius. † ‖ Et venerunt in locum qui Mr.15.b.21
dicitur Golgotha, quod est Calua- Lu.23.e.33.
riæ locus. † Et dederunt ei vinum Ioh.19.c.17
34 bibere cum felle mistum. Et cùm
gustasset, noluit bibere. † ‖ Post- Mr.15.c.24.
35 quā autēcrucifixerunt eum, diui- Lu.23.e.34.
serunt vestimenta eius, sortē mit- Ioh.19.c.18
tentes: vt impleretur quod dictū ...15.
est per Prophetam dicentē, ‖ Di- Ps.21.c.19.
uiserunt sibi vestimenta mea, & Ioha.19.c.
super vestē meam miserūt sortē. 24.
36 † Et sedentes seruabant eum. † Et
37 imposuerunt super caput eius
E causam ipsius scriptam: HIC EST
IESVS REX IVDAEORVM.
38 † Tunc crucifixi sunt cum eo duo
latrones: vnus à dextris, & vnus à
sinistris. † Prætereuntes autem
blasphemabant eum mouentes
capita sua, † & dicentes: ‖ Vah' ...2.
qui destruis templum Dei, & in Ioh.2.d.19.
triduo illud reædificas: salua te-
metipsum, si filius Dei es, de-
41 scēde de cruce. † Similiter & prin-
cipes

cipes sacerdotum illudentes cum
Scribis & senioribus, dicebant,
42 † Alios saluos fecit: seipsum non
Sa.2.d.18. potest saluum facere: ‖ si rex Is-
rael est, descendat nunc de cruce
43 & credimus ei, ‖ confidit in Deo,
Ps.21.b.9. liberet nunc eum si vult, dixit e-
44 nim, Quia filius Dei sum. † Idip-
sum autem & latrones qui cruci-
fixi erant cum eo, improperabant
45 ei. † A sexta autem hora, tene-
bræ factæ sunt super vniuersam
terram, vsque ad horam nonam.
46 † Et circa horam nonam clamauit
Iesus voce magna, dicens, Eli, E-
li, lammasabacthani, hoc est,
Psal.21.a.1. ‖ Deus meus, Deus meus, vt quid
47 dereliquisti me? † Quidam au-
tem illic stantes & audientes, di-
48 cebant, Eliam vocat iste. † Et con-
F tinuò currens vnus ex eis, acce-
Ps.68.c.21. ptam spongiam impleuit ‖ ace-
to, & imposuit arundini, & da-
49 bat ei bibere. † Cæteri verò dice-
bant, Sine videamus an veniat
50 Elias liberans eum. † Iesus autem
iterum clamans voce magna, e-
51 misit spiritum. † Et ecce ‖ velum
2.Pa.3.d.14 templi scissum est in duas par-
tes, à summo vsque deorsum. &
terra mota est, & petræ scissæ
52 sunt, † & monumēta aperta sunt,
& multa corpora sanctorum qui
53 dormierant, surrexerunt. † Et ex-
euntes de monumentis post re-
surrectionem eius, venerunt in
sanctam ciuitatem: & apparue-
54 runt multis. † Centurio autem &
qui cum eo erant custodientes Ie-
sum, viso terræmotu & his quæ
fiebant, timuerunt valde, dicen-
55 tes, Verè filius Dei erat iste. † ‖ E-
Mr.15.d.40 rant autem ibi mulieres multæ à
longè, quæ secutæ erant Iesum à
56 Galilæa, ministrantes ei: † in-
ter quas erat Maria Magdalene,
& Maria Iacobi, & Ioseph ma-
57 ter, & mater filiorum Zebedæi.
G † Cùm autem serò factum esset, ve-
Mr.13.d.42 nit quidam homo diues ab Ari-
Lu.23.g.50. mathæa, nomine Ioseph, qui &

58 ipse discipulus erat Iesu. † hic ac- Ioha.19.g
cessit ad Pilatum, & petijt corpus 38.
Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi
59 corpus. † Et accepto corpore, Io-
seph inuoluit illud in sindône
60 munda, † & posuit illud in monu-
mento suo nouo quod exciderat
in petra. Et aduoluit saxum ma-
gnum ad ostium monumenti, &
61 abijt. † Erat autem ibi Maria Mag-
dalene, & altera Maria, sedentes
62 contra sepulchrū. † Altera autem
die, quæ est post Parascêuen, con-
uenerunt principes sacerdotū, &
63 Pharisæi ad Pilatū, † dicentes, Do-
mine, recordati sumus, quia sedu-
ctor ille dixit adhuc viuens, Post
64 tres dies resurgam. † Iube ergo cu-
stodiri sepulchrum vsq; in diem
tertium: ne fortè veniant disci-
puli eius, & furentur eum, & di-
cant plebi, Surrexit à mortuis: &
erit nouissimus error peior prio-
65 re. † Ait illis Pilatus, Habetis cu-
stodiam, ite, custodite sicut scitis.
66 † Illi autem abeuntes, munierunt
sepulchrum: signantes lapidem,
cum custodibus.

CAP. XXVIII.

1 VEsperè autem sabbathi quę lu Mr.16.b.8.
A cescit in prima sabbathi, ve- Ioh.20.c.21
nit Maria Magdalene, & altera
2 Maria videre sepulchrū. † Et ecce
terræmot⁹ factus est magnus. An-
gelus enim Domini descendit de
cælo: & accedens, reuoluit lapi-
3 dem, & sedebat super eum: † erat
autem aspect⁹ eius sicut fulgur: &
4 ᵛvestimentum' eius sicut nix. † Præ ᵛvestimē-
timore autem eius, exterriti sunt ta.
custodes, & facti sunt velut mor-
5 tui. † Respondens autem angelus
dixit mulieribus, Nolite timere
vos: scio enim quòd Iesum, qui
6 crucifixus est, quæritis, † non est
hic, surrexit enim, sicut dixit. ve-
nite, -&' videte locum vbi posi- -.3.
7 tus erat Dominus. † Et citò eun-
tes, dicite discipulis eius quia sur-
rexit: & ecce ᵛpræcedit' vos in Ga- ᵛpręcedet
li-

lilæam. ibi eum videbitis, ecce
8 prædixi vobis. † Et exierunt citò
B de monumento cum timore &
gaudio magno, currentes nuntia-
9 re discipulis eius. † Et ecce Iesus
occurrit illis, dicens, Auete. Illæ
autem accesserunt, & tenuerunt
pedes eius, & adorauerunt eum.
10 † Tunc ait illis Iesus, Nolite time-
re, ite, nuntiate fratribus meis vt
eant in Galilæam, ibi me vide-
11 bunt. † Quæ cùm abijssent, ecce
C quidam de custodibus venerunt
in ciuitatẽ, & nuntiauerunt prin-
cipibus sacerdotum omnia quæ
12 facta fuerant. † Et congregati cum
senioribus, consilio accepto, pe-
cuniam copiosam dederunt mili-
13 tibus, † dicentes, Dicite, Quia
discipuli eius nocte venerunt, &
furati sunt eum nobis dormien-
14 tibus. † Et si hoc auditum fuerit
à præside, nos suadebimus ei, &
15 securos vos faciemus. † At illi ac-
cepta pecunia, fecerunt sicut e-
rant edocti. Et diuulgatum est
verbum istud apud Iudæos, vsque
16 in hodiernum diem. † Vndecim
autem discipuli abierunt in Ga-
lilæam, in montem, vbi cõstitue-
17 rat illis Iesus. † Et videntes eum
adorauerunt, quidam autem du-
18 bitauerunt. † Et accedens Iesus
D locutus est eis, dicens, † Data est Ioh. 17. a. 1.
mihi omnis potestas in cælo & in He. 2. b. 8.
19 terra. † euntes ergo docete om- Mar. 16. d. 15.
nes gentes: baptizantes eos in
nomine patris & filij & spiritus
20 sancti, † docentes eos seruare om-
nia quæcunque mandaui vobis,
& ecce ego vobiscum sum om-
nibus diebus, vsq; ad con-
summationem se-
culi.

SAN-

Beza hoc addidit Data est mihi omnis autoritas in cælo & in terra

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAP. I.

1 INITIVM euangelij
Iesu Christi filij Dei,
2 † Sicut scriptum est in
A Isaia propheta, (‖ Ecce
Mal.3.a.1. ego mitto angelum
meũ ante faciem tuam, qui præ-
3 parabit viam tuã ante te) † ‖ Vox
Isa.40.a.3. clamantis in deserto, Parate viã
Dñi, rectas facite semitas eius. Ioh. 1.c.15
4 † Fuit Iohannes in deserto bapti- Luc.3.a.4.
zans, & prædicans baptismum Mat.3.a.1.
pœnitentiæ in remissionẽ pecca-
5 torũ. † ‖ Et egrediebatur ad eum Mat.3.a.5.
omnis Iudææ regio, & Ierosoly-
mitæ vniuersi: & baptizabantur
ab illo in Iordanis flumine confi-



6 tentes peccata sua. † Et erat Iohã-
Lu.11.c.22. nes vestitus pilis cameli, & zona
Ma.3.c.12. pellicea circa lumbos eius: & lo-
Lu.3.c.16. custas & mel syluestre edebat. Et
7 prædicabat dicẽs, † Venit fortior
Ioh.1.d.27. me post me: cuius nõ sum dignus
Act.1.a.5. procumbens soluere corrigiam
& 2.a.4. (8 calceamentorum eius. † ‖ Ego ba-
& 11.c.16. ptizaui vos aqua: ille verò bapti-
& 19.a.4 (9 zabit vos Spiritu sancto. † Et fa-
Mt.3.d.14 ctum est: in diebus illis ‖ venit
Iesus a Nazareth Galilææ: & ba-
ptizatus est à Iohãne in Iordane.
10 † Et statim ascendens de aqua, vi-
dit cælos apertos, ‖ & Spiritum Lu.3.d.22.
*tanquã colũbam descendentem * sanctum,
11 & manentẽ in ipso. † ‖ Et vox fa- Ioh.1.d.32
B cta est de cælis, Tu es filius meus
12 dilectus, in te cõplacui. † ‖ Et sta- Mat.4.a.1.
tim spiritus expulit eũ in deser- Luc.4.a.1.
13 tum. † Et erat in deserto quadra-
ginta diebus, & quadraginta no-

ctibus:& tẽtabatur à satana: eratque cũ bestijs,& angeli ministra-
14 bant illi. † Postquã autem tradi-
Mt.4.b.12. tus est Iohannes, venit Iesus in
Lu.4.c.14. Galilæam, prædicans euangeliũ
Ioh. 4. (15 regni Dei, † & dicens, Quoniam
f.43. impletum est tempus, & appro-
pinquauit regnũ Dei: pœnitemi-
16 ni,& credite Euãgelio. † ‖ Et prę-
Mt.4.c.18. teriens secus Mare-Galilææ, vi-
Luc. 5.a.2. dit Simonẽ & Andream fratrem
eius,mittentes retia in mare (e-
17 rant enim piscatores) † & dixit
eis Iesus,Venite post me, & faciã
18 vos fieri piscatores hominũ. † Et
protinus relictis retibus, secuti
19 sunt eũ.† Et progressus inde pusil-
lũ,vidit Iacobum Zebedæi & Io-
hannem fratrem eius,& ipsos cõ-
20 ponentes retia in naui:† & statim
vocauit illos. Et relicto patre suo
Zebedæo in naui cum mercena-
21 rijs,secuti sunt eũ. † ‖ Et ingredi-
Mt.4.b.13. untur Capharnaum:& statim sab
Lu.4.e.31. bathis ingressus in synagogã, do-
Mt.57. (22 cebat eos. † ‖ Et stupebant super
d.18. doctrina eius, erat enim docens
C eos quasi potestatẽ habens, & nõ
23 sicut Scribæ.† ‖ Et erat in synago-
Lu.4.e.32. ga eorũ homo in spiritu immun-
24 do:& exclamauit, † dicens, Quid
nobis & tibi Iesu Nazarene? ve-
*ante tem- nisti *perdere nos? scio qui sis,
pus (25 Sanctus Dei.† Et cõminatus est ei
Iesus,dicẽs,Obmutesce, & exi de
26 homine.† Et discerpens eũ spiri-
tus immundus,& exclamans vo-
27 ce magna,exijt ab eo. ‖ Et mirati
sunt oẽs: ita vt conquirerent in
ter se dicentes, Quidnã est hoc?
quænam doctrina hæc noua:quia
in potestate etiam spiritibus im-
mundis imperat, & obediunt ei?
28 † Et processit rumor eius statim
in omnem regionem Galilææ.
29 † ‖ Et protinus egredientes de sy-
Mt.8.b.14. nagoga,venerunt in domũ Simó
Lu.4.f.42. nis & Andreæ cũ Iacobo & Iohã-
30 ne.† Decumbebat autem socrus
Simónis febricitans:& statim di-
31 cunt ei de illa. † Et accedens ele-
uauit eam apprehensa manu ei:
& continuò dimisit eam febris,
32 & ministrabat eis. † Vespere aũt
facto cũm occidisset sol, afferebant ad eum omnes malè haben
33 tes & dæmonia habentes:† & erat
omnis ciuitas congregata ad ia-
34 nuam.† Et curauit multos qui ve-
D xabantur varijs languoribus: ‖ & Lu.4.g.41.
dæmonia multa eijciebat, & non
sinebat ea loqui, quoniam scie-
35 bant eum.† Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum
36 locum:ibiq; orabat. † Et prosecu-
tus est eum Simon, & qui cum il-
37 lo erant.† Et cũm inuenissent eũ,
dixerunt ei, Quia omnes quærũt
38 te. † ‖ Et ait illis, Eamus in pro- Lu.4.g.43.
ximos vicos & ciuitates, vt & ibi
39 prædicem:ad hoc enim veni. † Et Mat.8.a.2.
erat prædicans in synagogis eo- Lu.5.c.12.
rum, & in omni Galilæa: & dæ-
40 monia eijciens.† Et venit ad eum
leprosus deprecans eum: & genu
flexo dicit ei, Si vis, potes me
41 mundare.† Iesus autem misertus
eius, extendit manum suam: &
tangens eum,ait illi, Volo, Mun-
42 dare.† Et cũm dixisset,statim discessit ab eo lepra, & mundatus
43 est.† Et comminatus est ei,statim-
44 que eiecit illum:† & dicit ei, Vide
nemini dixeris:sed vade ostende
te principi sacerdotum, & offer
pro emundatione tua ‖ quæ præ- Le.14.a.2.
cepit Moyses, in testimonium il-
45 lis † At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem: ita
vt iam non posset manifestè introire in ciuitatem, ‖ sed foris in Lu.4.g.42.
desertis locis esset, & conuenie-
bant ad eum vndiq;.

CAP. II.

1 ET iterum intrauit Capharna- Mat.9.a.1.
A um post dies *, & auditum est Lu.5.d.18.
2 quòd in domo esset, † & *conue- *octo
nerũt multi,ita vt nõ caperet ne- *cõfestim
que ad ianuam, & loquebatur eis
3 verbum.† Et venerunt ad eum fe- *caperent
rentes paralyticũ, qui à quatuor 6.
porta-

4 portabatur. † Et cùm non possent
offerre eum illi præturba, nuda-
uerunt tectum vbi erat: & pa-
tefacientes submiserunt grabatũ
5 in quo paralyticus iacebat. † Cùm
autem vidisset Iesus fidem illo-
rum, ait paralytico, Fili, dimittũ-
6 tur tibi peccata tua. † Erant autẽ
illic quidam de Scribis sedẽ-
tes: & cogitantes in cordibus su-
Ioh.14.a.4. 7 is, † Quid hic sic loquitur? blasphe-
Isa.43. (8 mat. ‖ Quis potest dimittere pec-
d.25. cata, nisi solus Deus? † Quo statim
cognito, Iesus spiritu suo quia sic
cogitaret intra se, dicit illis, Quid
ista cogitatis in cordibus vestris?
9 † Quid est facilius, dicere paraly-
B tico, Dimittuntur tibi peccata:
an dicere, Surge, tolle grabâtum D
10 tuum & ambula? † Vt autem scia-
tis quia filius hominis habet po-
testatem in terra dimittendi pec-
11 cata (ait paralytico) † tibi dico,
Surge, tolle grabâtum tuum, &
12 vade in domum tuam. † Et statim
surrexit ille: & sublato grabâto
abijt coram omnibus, ita vt mi-
rarentur omnes, & honorifica-
rent Deum, dicentes, quia nun-
13 quam sic vidimus. † Et egressus
est rursus ad mare: omnisq; tur-
14 ba veniebat ad eum, & docebat
Mat.9.a.9. eos. † ‖ Et cùm præteriret, vidit
Luc.5.c.27 'Leui' Alphæi sedentem ad telo-
nium: & ait illi, Sequere me. Et
15 surgens secutus est eũ. † Et factum
'Leuin. 9. est: cum accumberet in domo il-
lius, multi publicani & peccato-
res simul discumbebant cum Ie-
su, & discipulis eius. erant enim
multi qui & sequebantur eum.
16 † Et Scribæ & Pharisæi videntes
quia mãducaret cum publicanis
& peccatoribus, dicebant disci-
pulis eius, Quare cum publicanis
17 & peccatoribus manducat & bi-
bit magister vester? † Hoc audi-
C to Iesus ait illis, Non necesse ha-
1.Ti.1.c.13. 18 bent sani medico: sed qui malè
habent. ‖ non enim veni vocare
iustos, sed peccatores. † Et erant
discipuli Iohannis & Pharisæi ie- Mt.9.b.13.
iunantes: & veniunt, & dicunt il- Lu.5.f.32.
li, Quare discipuli Iohannis &
Pharisæorum ieiunant: tui autem
19 discipuli non ieiunant? † Et ait
illis Iesus, Nunquid possunt filij
nuptiarum quàdiu sponsus cum
illis est, ieiunare? Quanto tempo
re habent secũ sponsum, nõ pos-
20 sunt ieiunare. † ‖ Venient autem Mt.9.b.15.
dies cùm auferetur ab eis sponsus: Lu.5.g.35.
& tunc ieiunabunt in illis die-
21 bus. † Nemo assumentum panni
rudis assuit vestimento veteri: a-
lioquin aufert supplementum
nouũ à veteri, & maior scissura
22 fit. † Et nemo mittit vinum nouũ
in vtres veteres: alioquin dirum-
pit vinum vtres, & vinum effun-
detur, & vtres peribunt: sed vinũ
nouum in vtres nouos mitti de-
23 bet. † ‖ Et factum est iterum cùm Mt.12.a.8.
sabbathis ambularet per sata, & Luc.6.a.1.
discipuli eius cœperũt progredi
24 & vellere spicas. † Pharisæi autem
dicebant ei, Ecce, quid faciunt
25 'sabbathis quod non licet? † Et 'discipuli
ait illis, ‖ Nunquam legistis quid tui.
fecerit Dauid, quando necessita- 1. Reg. 21.
tem habuit & esurijt ipse & qui b.6.
26 cum eo erant? † quomodo introi-
uit in domum Dei sub Abiathar
principis sacerdotũ, & panes pro-
positionis mãducauit quos nõ li-
cebat manducare ‖ nisi sacerdoti- Ex.29.c.32
bus, & dedit eis 'qui cũ eo erant? Leu.8.f.31
27 † Et dicebat eis, Sabbathum pro- & 24.b.9.
pter hominem factum est: & non 'Et
28 homo propter sabbathum. † Ita-
que Dominus est filius hominis,
etiam sabbathi.

CAP. III.

1 ET introiuit iterum in syna- Mt.12.a.9.
gogam: & erat ibi homo ha- Lu.6.g.16.
2 bens manũ aridam. † Et obser-ua-
A bant eũ si sabbathis curaret: vt ac
3 cusarẽt illũ. † Et ait homini habẽ-
ti manum aridam, Surge in me-
4 dium. † Et dicit eis, Licet sabba-
this benefacere, an malè? animã

saluam facere, an perdere? At illi
5 tacebant. † Et circunspiciens eos
cum ira, contristatus super cæci-
tate cordis eorum, dicit homini,
Extende manum tuam. Et exten-
dit: & restituta est manus illi.
6 † ‖ Exeuntes autem Pharisæi, sta-
Mt.12.b.14 tim cum Herodianis consilium
Io.10.g.39 faciebant aduersus eum quomo-
7 do eum perderent. † Iesus autem
cum discipulis suis secessit ad ma-
re: & multa turba à Galilæa & Iu-
8 dæa secuta est eum, † & ab Ieroso-
B lymis & ab Idumæa & trans Ior-
danem: & qui circa Tyrum & Si-
dônem, multitudo magna, audi-
entes quę faciebat, venerunt ad
9 eũ. † Et dixit discipulis suis vt na-
uicula sibi deseruiret propter tur
10 bam, ne comprimerent eũ. † mul-
tos enim sanabat, ita vt irruerent
in eum vt illum tangerent quot-
11 quot habebãt plagas. † Et spiritus
immundi, cũ illum videbãt, pro-
cidebant ei: & clamabant dicen-
12 tes, † Tu es filius Dei. Et vehemẽ-
ter cõminabatur eis ne manife-
13 starent illum. † ‖ Et ascendens in
Mt.10.a.1. montem vocauit ad se quos vo-
Lu.6. (14 luit ipse: & venerunt ad eũ. † Et fe
b.13.& 9. cit vt essent duodecim cũ illo: &
a.1. (15 vt mitteret eos prædicare. † Et de-
Infr.6.a.7. dit illis potestatem curandi infir
mitates, & eijciendi dæmonia.
16 † Et imposuit Simoni nomen Pe-
17 trus, † & Iacóbũ Zebedæi & Iohã-
C nem fratrem Iacóbi: & imposuit
eis nomina Boanerges, quod est,
18 filij tonitrui. † Et Andream &
Philippum, & Bartholomæum &
Matthæum, & Thomam & Iacó-
bum Alphæi, & Thaddæum & Si-
19 mónem Cananæum, † & Iudam
20 Iscariótẽ qui & tradidit illũ. † ‖ Et
Ma.3.d.34 veniunt ad domum: & conuenit
& 12.b.24. iterum turba, ita vt non possent
Lu.11. (21 neq; panem manducare. † Et cũ
b.15. audissent sui, exierunt tenere eũ.
dicebant enim, Quoniã in furo-
22 rem versus est. † Et scribæ qui ab
Ierosolymis descenderant, dice-
bant, Quoniã Beel-zebub habet,
& quia in principe dæmoniorum
eijcit dæmonia. † Et conuocatis
D eis, in parabolis dicebat illis,
Quomodo potest satanas satanã
23 eijcere? † Et si regnũ in se diuida-
tur, non potest regnum illud sta-
24 re. † Et si dom' super semetipsum
dispertiatur: non potest domus
25 illa stare. † Et si satanas consurre-
xerit in semetipsum, dispertitus
est, & non poterit stare, sed finem
26 habet. † Nemo potest vasa fortis
ingressus in domum *diripere, ni- *eius l.
si prius fortẽ alliget, & tunc do-
27 mũ eius diripiet. † ‖ Amen dico Mt.12.c.31
vobis, quoniam omnia dimitten Lu. 12.b.10
tur filijs hominum peccata, & 1. Ioh.1.
blasphemiæ quibus blasphema- d.16.
28 uerint. † qui autem blasphema-
uerit in Spiritum sanctum, non
*habet remissionem in æternum, *habebit
29 sed reus erit æterni delicti. † Quo-
niam dicebant, Spiritum im-
30 mundum habet. † ‖ Et veniunt Mt.12.c.46
mater eius & fratres: & foris stan Lu.8.c.19.
tes miserunt ad eum vocantes
31 eum: † & sedebat circa eum tur-
ba: & dicunt ei, Ecce mater tua &
32 fratres tui foris quærunt te. † Et
respondens eis, ait, Quæ est ma-
33 ter mea & fratres mei? † Et cir-
cunspiciens eos qui in circuitu
eius sedebant, ait, Ecce mater
34 mea & fratres mei. † Qui enim
fecerit voluntatẽ Dei: hic frater
meus & soror mea & mater est.

CAP. IIII.

1 ET iterũ cœpit docere ad ma- Mat.13.a.1.
A re: & congregata est ad eum Luc.8.a.4.
turba multa, ita vt nauim ascen-
dens sederet in mari, & omnis
2 turba circa mare super terram e-
rat: † & docebat eos in parabolis
multa, & dicebat illis in doctri-
3 na sua, † Audite: ecce, exijt semi-
4 nans ad seminandum. † Et dum
seminat, aliud cecidit circa viam,
& venerũt volucres cęli, & come-
5 derũt illud. † Aliud verò cecidit
super

super petrosa vbi nõ habuit terram multam: & statim exortũ est, quoniã non habebat altitudinem
6 terræ, † & quando exortus est sol, exæstuauit, & eò quòd non habe-
7 bat radicem, exaruit. † Et aliud cécidit in spinas, & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fru-
8 ctum non dedit. † Et aliud cécidit in terram bonam: & dabat fructum ascẽdentem & crescentem, & afferebat vnum "triginta', vnum
9 "sexaginta' & vnum "centum'. † Et dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat. † Et cùm esset singularis interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam.
11 † Et dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis
12 omnia fiunt: † ‖ vt videntes videãt, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant, ne quando conuertantur & dimittantur eis
13 peccata. † Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes
14 parabolas cognoscetis? † Qui seminat: verbum seminat. † Hi au-
15 tem sunt qui circa viam, vbi seminatur verbum, & cùm audierint, confestim venit satanas, & aufert verbum quod seminatum est in
16 cordibus eorum. † Et hi sunt similiter qui super petrosa seminãtur: qui cùm audierint verbum, statim
17 cum gaudio accipiunt illud, † & non habent radicem in se, sed temporales sunt, deinde orta tribulatione & persecutione propter ver
18 bum, confestim scandalizãtur. † Et alij sunt qui in spinis seminantur:
19 hi sunt qui verbũ audiunt, † & ærũnę seculi, & ‖ deceptio diuitiarũ, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & si-
20 ne fructu efficitur. † Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum & suscipiunt, & fructificant, vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum
21 centum. † Et dicebat illis, ‖ Nũquid venit lucerna vt sub modio ponatur? aut sub lecto? nón ne vt super
22 candelabrum ponatur? † ‖ Non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur: nec factum est occultum, "sed vt in palam veniat'.
23 † Si quis habet aures audiendi, au-
24 at. † Et dicebat illis, Videte quid audiatis. ‖ In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & ad-
25 ijcietur vobis'*. † ‖ Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet, etiam quod habet aufere-
26 tur ab eo. † Et dicebat, Sic est regnum Dei, quemadmodum si ho-
27 mo iaciat semẽtem in terram, † & dormiat, & exurgat nocte & die, & semẽ germinet, & increscat dũ
28 nescit ille. † Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumen-
29 tum in spica. † Et cùm *se produxerit fructus: statim mittit fal-
30 cem, quoniam adest messis. † Et di-
D cebat, Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabi-
31 mus illud? † Sicut granum sinapis, quod cùm seminatum fuerit in terra, minus est omnibus semini-
32 bus quæ sunt in terra: † & cùm "seminatum' fuerit, ascendit*, & fit maius omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita vt possint sub
33 vmbra eius aues cæli habitare. † Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterãt
34 audire: † sine parabola autem non loquebatur eis: seorsum autem di-
35 scipulis suis differebat omnia. † Et ait illis in illa die, cùm serò esset
36 factum, Transeamus contrà. † ‖ Et dimittentes turbam, assumpsit eum ita vt erat in naui: & aliæ na-
37 ues erant cũ illo. † Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur
38 nauis. † Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi, Magister, non
39 ad te pertinet quia perimus? Et exurgens cõminatus est vento, &

Ma.5.b.1.5 Lu.8.c.16. & 11.c.33. Mt.10.c.26 Lu.8.c.17. "quod non veniat in palàm. ..8. *Qui audi tis 1. Mat.7.a.2. Lu.6.f.38. Mt.13.b.12 & 25.c.29. Lu.8.c.18. & 19.c.26. *ex *natum *in arborẽ Mt.13.c.34 Mt.8.d.23. Lu.8.c.22.

dixit mari: Tace, obmutesce. Et
cessauit ventus, & facta est tran
40 quillitas magna.†Et ait illis, Quid
timidi estis? nec dum habetis fi-
dem?Et timuerũt timore magno,
& dicebant ad alterutrum, quis,
putas, est iste, quia & ventus & ma
re obediunt ei.

CAP. V.

1 ET venerunt tran. fretum ma-
Mt.8.d.28 ris in regionem Gerasenorum.
2 †Et exeunti ei de naui, statim oc-
Lu.8.d.26 currit de monumentis homo in
3 spiritu immundo. † qui domicili-
A um habebat in monumentis, &
neq; catenis iam quisquam pote-
4 rat eum ligare,†quoniam sæpe cõ-
pedibus & catenis vinctus, diru-
pisset catenas, & compedes cõmi-
nuisset, & nemo poterat eum do-
5 mare, †& semper die ac nocte in
monumentis & in montibus erat,
clamans & concidens se lapidi-
6 bus. † Videns autem Iesum à lon-
7 ge, cucurrit & adorauit eum: † &
clamans voce magna, dixit: Quid
mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi?
adiuro te per Deum ne me tor-
8 queas.†Dicebat enim illi, Exi spi-
ritus immunde ab homine. Et in-
terrogabat eum, Quod tibi no-
9 men est? † Et dicit ei, Legio mihi
10 nomen est, quia multi sumus. † Et
deprecabatur eum multum, ne se
11 expelleret extra regionem. † ‖ E-
Mt.8.d.30. rat autem ibi circa montem grex
12 porcorum magnus, pascẽs. †Et de-
B precabantur eum spiritus, dicen-
Luc.8.d.32 tes, Mitte nos in porcos, vt in eos
13 introeamus. †Et cõcessit eis statim
Iesus. Et exeũtes spiritus immun-
di, introierunt in porcos: & ma-
gno impetu grex præcipitatus est
in mare, ad duo millia, & suffoca-
14 ti sunt in mari.†Qui autem pasce-
bant eos, fugerunt, & nuntiaue-
runt in ciuitatem & in agros. Et
egressi sunt videre quid esset facti:
15 † & veniunt ad Iesum, & vident
illum qui a dæmonio vexabatur,
sedentem, vestitum, & sanę men-
16 tis, & timuerunt. †Et narrauerunt
illis, qui viderant, qualiter factum
esset ei qui dæmonium habuerat,
17 & de porcis.† Et rogare cœperunt Lu.8.d.37. Ac.16.d.21.
eum, vt discederet de finibus eo-
18 rum. † Cumque ascenderet na-
uim, cœpit illum deprecari: qui
à dæmonio vexatus fuerat vt es-
19 set cum illo,† & non admisit eum,
sed ait illi, Vade in domum tuam
ad tuos, & annuntia illis quanta
tibi Dominus fecerit, & misertus
20 sit tui.†Et abijt, & cœpit prædica-
re in Decapoli quanta sibi fecis-
set Iesus: & omnes mirabantur.
21 †Et cùm transcendisset Iesus in na
C ui rursum trans fretum, conuênit
turba multa ad eum, & erat circa
22 mare. † ‖ Et venit quidam de ar- Mt.9.c.18. Lu.8.f.41.
chisynagogis nomine Iairus, & vi-
dens eum, procidit ad pedes eius,
23 † & deprecabatur eum multum, di
cẽs: Quoniã filia mea in extremis
est, Veni, impone *manus super e- *manum.
24 am, vt salua sit & viuat. † Et abijt
cum illo, & sequebatur eum turba
25 multa, & comprimebãt eum. † ‖ Et Le.15.d.24 Mt.9.c.20.
mulier quæ erat in profluuio san- Lu.8.f.43.
26 guinis annis duodecim, †& fuerat
multa perpessa à compluribus me
dicis, & erogauerat omnia sua,
nec quicquam profecerat, sed ma-
27 gis deterius habebat: †cùm audis-
set de Iesu, vênit in turba retrò, &
28 tetigit vestimentum eius. † dice-
bat enim, Quia si vel vestimen-
29 tum eius tetigero, salua ero. † Et
confestim siccatus est fons sangui
nis eius, & sensit corpore quia sa-
30 nata esset à plaga.† Et statim Iesus
in semetipso cognoscens virtu-
tem quæ exierat de illo, conuer-
sus ad turbam, aiebat, Quis tetigit
31 vestimenta mea? † Et dicebant ei
discipuli sui: Vides turbam com-
primentem te, & dicis, Quis me
32 tetigit?†Et circunspiciebat videre
33 eam quæ hoc fecerat.†Mulier verò
timens & tremens, sciens quod
factũ esset in se: venit & procidit
ante

ante eum, & dixit ei omnem ve-
34 ritatem. ¶ Ille aũt dixit ei, ‖ Filia,
Lu.7.g.50. fides tua te saluã fecit, vade in pa-
35 ce, & esto sana à plaga tua. † Adhuc
'ab archi- eo loquente veniunt 'ad archisy-
synagogo. nagogum' dicentes, Quia filia tua
9. mortua est: quid vltrà vexas magi
36 strum? Iesus autem audito verbo
Lu.8.g.49. quod dicebatur, ait archisynago-
go, Noli timere: tantũmodo cre-
37 de. † Et non admisit quenquam se
sequi, nisi Petrum & Iacobum &
38 Iohannem fratrem Iacóbi. † Et ve-
niunt in domum archisynago-
39 gi, & videt tumultum, & flen-
tes, & eiulantes multùm. † Et in-
Mt.9.c.24. gressus, ait illis, Quid turbamini
40 & ploratis? ‖ puella non est mor-
tua, sed dormit. † Et irridebant
E eum. Ipse verò eiectis omnibus,
assumit patrem & matrem puel-
læ, & qui secum erant, & in-
41 grediuntur vbi puella erat iacens.
Act.9.g.40 † Et tenens manum puellæ, ait
illi, ‖ Thalitha cumi, quod est in-
42 terpretatum, Puella (tibi dico)
surge, † & confestim surrexit pu-
ella, & ambulabat, erat autem an-
43 norum duodecim, & obstupue-
'iussit. runt stupore magno. † Et præce-
pit illis vehementer, vt nemo
id sciret, & 'dixit' dari illi man-
ducare.

CAP. VI.

1 ET egressus inde, abijt in patri-
Mt 13.g.54 am suam, & sequebantur eum
2 discipuli sui, † & facto sabbatho
A cœpit in synagoga docere, & mul-
Lu.4.c.16. ti audientes admirabantur in do-
Ioh.4.f.44 ctrina eius, dicentes: Vnde huic
hæc omnia? & quæ est sapientia
quæ data est illi, & virtutes tales
quæ per manus eius efficiuntur?
3 † ‖ Nonne hic est faber, filius Ma-
Ioh.6.c.41 riæ, frater Iacóbi & Ioseph & Iu-
dæ & Simónis? nónne & sorores
eius hic, nobiscum sunt? Et scan-
4 dalizabantur in illo. † Et dicebat
Mt.13.g.57 illis Iesus, ‖ Quia non est prophe
Lu.4.d.24 ta sine honore, nisi in patria sua, &
in domo sua, & in cognatione sua. Ioh.4.f.44
5 † & non poterat ibi virtutẽ vllam
facere nisi paucos infirmos impo-
6 sitis manibus curauit, † & mirabatur propter incredulitatẽ eorum,
‖ & circuibat castella in circuitu Mt.9.d.53.
7 docens. † ‖ Et vocauit duodecim, & Lu.13.d.22
cœpit eos mittere binos, & da- Mt.10.a.1.
bat illis potestatem spirituum im Su.3.b.14.
8 mundorum. † Et præcepit eis ne
B quid tollerent in via, nisi virgam
tantùm, non peram, non panem,
9 neque in zona æs, † sed calceato
‖ sandalijs, & ne induerentur dua Luc. 9.a.1.
10 bus tunicis. † Et dicebat eis, Quo- Act.12.b.8.
cunque introieritis in domum,
illic manete donec exeatis inde.
11 † ‖ & quicunque non recepe- Mt.10.b.14
rint vos, - nec audierint vos, -.7.
‖ exeuntes inde, excutite pulue- Luc. 9.a.5.
rem de pedibus vestris in testi-
12 monium illis. † Et exeuntes prę- Act.13.g.51
dicabant vt pœnitentiã agerent, &.18.b.6.
13 † & dæmonia multa eijciebant, &
‖ vngebant oleo multos ægros, Lu. 5.c.14.
14 & 'sanabant'. † ‖ Et audiuit rex 'sanaban-
Herodes (manifestum enim fa- tur.
ctum est nomen eius) & dicebat, Mt.14.a.1.
Quia Iohãnes Baptista resurrexit Luc. 9.a.7.
à mortuis, & propterea virtutes
15 operantur in illo. † Alij autem di-
C cebant, Quia Elias est. Alij verò
dicebant, Quia propheta est, qua-
16 si vnus ex prophetis. † ‖ Quo au- Mt.14.a.2.
dito, Herodes ait: Quem ego de-
collaui Iohannem, hic à mortu-
17 is resurrexit. † ‖ Ipse enim He- Lu.3.d.19.
rodes misit ac tenuit Iohannem,
& vinxit eum in carcerem pro-
pter Herodiadem vxorẽ Philippi
18 fratris sui, quia duxerat eam. † Di-
cebat enim Iohannes Herodi,
‖ Non licet tibi habere vxorem Le.18.b.16
19 fratris tui. † Herodias autem insi-
diabatur illi: & volebat occidere
20 eũ, nec poterat. † Herodes enim
metuebat Iohannem, sciens eũ vi-
rum iustũ & sanctum, & custodie-
bat eum, & audito eo multa facie-
21 bat, & libenter eum audiebat. † Et
cùm dies opportunus accidisset,

*in natali suo 8. Herodes natalis sui cœnam fecit principibus & tribunis & primis
22 Galilææ. † Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus: rex ait puellæ, Pe-
23 te à me quod vis: & dabo tibi. †& iurauit illi. ‖ Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. † Quæ cùm exisset, dixit
24 matri suæ: Quid petam? At illa dixit, Caput Iohannis Baptistæ. Est.5.b.6.



25 † Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens, Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.
26 † Et cõtristatus est rex. Propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contri-
27 stare: † sed misso speculatore præcepit afferri caput eius in disco,
28 & decollauit eum in carcere. †Et attulit caput eius in disco: & dedit illud puellæ, & puella de-
29 dit matri suæ. † Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt
30 corpus eius, & posuerunt illud in monumento. † Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia quæ egerant & do-
31 cuerant. †‖Et ait illis, Venite seor-
Mt.14.b.11 sum in desertum locũ, & requie-
Lu.9.a.10. scite pusillum. Erant enim qui veniebant & rediẽt multi, & nec spatium manducandi habebant.
32 † Et ascendentes in nauim, abierunt in desertum locum seorsum.
33 † Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurre-
34 runt illuc, & præuenerũt eos. †‖Et exiens, vidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere mul-
35 ta. † ‖ Et cùm iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, di-
36 centes, Desertus est locus hic, & iam hora præterijt: † ‖ dimitte illos, vt eũtes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos man-
37 ducent. † Et respondens ait illis. ‖Date illis vos manducare. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducentis denarijs panes: & dabim illis
38 manducare. †Et dicit eis: Quot panes habetis? ite & videte. Et cùm cognouissent, dicunt, ‖ Quinq;, & duos pisces. † Et præcepit illis
39 vt accumbere facerent omnes secun-

Est.5.b.6. Mat.14.b.15 Lu.9.b.12. Mat.14.b. 16. Lu.9.b.13. Ioh.6.a.9.

secundum contubernia super vi-
40 ride fœnum. † Et discubuerunt
in partes per centenos & quinqua
41 genos. † Et acceptis quinq; panib.
F & duobus piscibus: intuens in cę-
lum benedixit, & fregit panes, & A
dedit discipulis suis, vt ponerent
ante eos: & duos pisces diuisit om
42 nibus. † Et manducauerunt om-
43 nes, & saturati sunt. † Et sustule-
runt reliquias fragmentorū duo-
decim cophinos plenos: & de pis-
Mat.14.c. 44 cibus. † ‖ Erant autem qui mandu
21. caverant quinq; millia virorum.
Ioā.6.b. 45 † Et statim coëgit discipulos suos
10 ascendere nauim, vt præcederent
eum trans fretum ad Bethsaidam:
dum ipse dimitteret populum.
46 † Et cùm dimisisset eos, abijt in
47 montem orare. † Et cum serò esset
erat nauis in medio mari, & ipse
48 solus in terra. † Et videns eos labo
rantes in remigando (erat enim
ventus cōtrarius eis) & circa quar
tam vigiliam noctis venit ad eos
ambulans super mare: & volebat
49 præterire eos. † At illi vt viderunt
eum ambulantem super mare, pu
tauerunt phantasma esse, & excla
50 mauerunt. † Omnes enim vide-
G runt eum, & conturbati sunt. Et
statim locutus est cum eis, & di-
xit eis, Confidite, ego sum: noli-
51 te timere. † Et ascendit ad illos in
nauim, & cessauit ventus. Et plus
52 magis intra se stupebant: † non e-
nim intellexerunt de panibus: e-
rat enim cor eorum obcæcatum.
53 † Et cùm transfretassent venerūt
in terram Genezareth: & appli-
54 cuerunt. † Cumque egressi essent
Mt.14.d.35 de naui, continuò cognouerunt
55 eum: † & percurrentes vniuersam
regionem illam, cœperunt in gra
batis eos qui se malè habebāt cir-
cunferre, vbi audiebāt eum esse.
56 † Et quocunque introibat in vicos
vel in villas aut ciuitates, in pla-
teis ponebant infirmos, & depre-
cabantur eum, vt vel fimbriam
vestimenti eius tangerent, & B
quotquot tangebant eum, salui
fiebant.

CAP. VII.

1 ET conueniunt ad eum Pharisæi & quidam de Scribis, veni
2 entes ab Ierosolymis. † ‖ Et cùm Mat.5.a.2
vidissent quosdam ex discipulis
eius communibus manibus, id est
non lotis manducare panes, vitu
3 perauerunt. † Pharisæi enim, &
omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint
manus, non manducant, tenentes
4 traditionem seniorum: † & à foro,
nisi baptizentur, non comedunt:
& alia multa sunt quę tradita sunt
illis seruare, baptismata calicum
& vrceorum, & æramentorum &
5 lectorum. † Et interrogabant eū
Pharisæi & Scribæ, Quare discipu
li tui nō ambulant iuxta traditio-
nem seniorum, sed communibus
6 manibus manducant panē? † At il
le respondens, dixit eis, Bene pro
phetauit Isaias de vobis hypocri-
tis, sicut scriptū est, ‖ Populus hic la Isa.29.d.13
bijs me honorat, cor aūt eorum lō
7 gè ^est à me. † In vanum autē me ^abest 1.
colunt, docentes doctrinas ^præ- ^&
8 cepta hominum. † Relinquentes
enim mandatum Dei, teneris tra-
ditiones hominū, baptismata vr-
ceorum & calicum: & alia similia
9 his facitis multa. † Et dicebat illis,
Bene irritum ^facitis præceptum ^feciſtis
Dei, vt traditionem vestrā serue-
10 tis. † Moyses enim dixit, ‖ Honora Ex.20.b.12
patrem tuum, & matrem tuā: &, De.5.b.16
Qui maledixerit patri vel matri, Eph.6.a.2
11 morte moriatur. † Vos autem dici Ex.21.c.16
tis, Si dixerit homo patri aut ma- Leu.20.b.9
tri, Corban, (quod est donū) quod Pr.20.c.20
12 cunq; ex me, tibi profuerit: † &
vltrà non dimittitis eum quicquā
13 facere patri suo aut matri: † reicin
dentes verbum Dei per traditio-
nem vestram, quam tradidistis, &
similia huiusmodi multa facitis.
14 † ‖ Et aduocans iterum turbam, di Mat.15.b
cebat illis, Audite me omnes, & 10.
15 intelligite. † Nihil est extra homi-

nem introiens in eum, quod possit eũ coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ cõ
16 municant hominem. † Si quis habet aures audiendi, audiat. † Et
17 cùm introisset in domũ à turba, interrogabant eum discipuli eius
18 parabolam. † Et ait illis, Sic & vos
C imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest
19 eum communicare: † quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgãs om-
20 nes escas? † Dicebat aũt quoniam
21 quæ de homine exeunt, illa communicãt hominem. † ‖ Abintus. n.
Gen. 6. d. 5 & 8. d. 21 de corde hominũ malæ cogitatio
22 nes procedunt, adulteria, fornica
23 tiones, homicidia, † furta, auaritiæ, nequiriæ, dolus, impudicitiæ,
24 oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. † Omnia hæc mala
Mt. 15. c. 21 abintus procedunt, & communi
25 cant hominem. † ‖ Et inde surgens abijt in fines Tyri & Sidonis: & in
26 gressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. † Mulier enim statim vt audiuit de eo,
27 cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad
28 pedes eius. † Erat enim mulier gẽtilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmonium eijceret
29 de filia eius. † Qui dixit illi; Sine prius saturari filios, non est enim
30 bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. † At illa respõ-
D dit, & dixit illi, Vtique Domine nam & catelli comedunt sub mẽ-
31 sa de micis puerorum: † Et ait illi, Propter hunc sermonem vade, ex
32 ijt dæmonium à filia tua. † Et cùm abijsset domum suam, inuenit puellam iacentem supra lectum, &
33 dæmonium exijsse. † Et iterũ exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilęę inter me
Mat. 9. d. 32 dios fines Decapoleos. † ‖ Et addu
Lu. 11. b. 14 cunt ei surdum & mutũ: & deprecabantur eum vt imponat illi ma
33 num. † Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius: † & suspiciens in
34 cælũ, ingemuit: & ait illi, Ephphe
35 tha, quod est adaperire. † Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius, &
36 loquebatur rectè. † Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem
37 eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, † & eo amplius admirabantur, dicentes, ‖ Benè om- Gen. 1. d. 31 Eccl. 39. c. 21.
nia fecit: & surdos fecit audire & mutos loqui.

CAP. VIII.

1 IN diebus illis iterum cum turA ba multa esset *, nec haberent * cum Iesu
quod manducarent: conuocatis
2 discipulis, ait illis, † Misereor super turbam; quia ecce iam triduo
3 sustinẽt me, nec habent quod mã ducent: † & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in
4 via: quidam enim ex eis de longè venerunt. † Et respondерunt ei discipuli sui, Vnde illos quis pote
5 rit hic saturare panibus in solitudine? † Et interrogauit eos, Quot
6 panes habetis? Qui dixerunt, Septem. † Et præcepit turbæ discũbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit:
& dabat discipulis suis vt appone
7 rent, & apposuerunt turbæ. † Et habebant pisciculos paucos: & ip-
8 sos benedixit, & iussit apponi. † Et manducauerunt & saturati sunt:
& sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.
9 † Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimi
10 sit eos. † ‖ Et statim ascendens na Mt. 15. d. 39
B uim cum discipulis suis, venit in
11 partes Dalmanutha. † ‖ Et exierũt Mat. 16. a. 1
Pharisæi, & cœperunt conquire- Lu. 11. g. 54
re cum eo, quærentes ab illo si-
12 gnum de cælo, tentantes eum. † Et ingemiscens spiritu, ait, Quid generatio ista signum quærit? Amẽ
dico

dico vobis, si dabitur generationi
13 isti signum. † Et dimittens eos, a-
scendit iterum nauim, & abijt
14 trans fretum. † ‖ Et obliti sunt pa-
Mt.16.a.5. nes sumere, & nisi vnum panem
15 non habebant secum in naui. † Et
præcipiebat eis, dicens, Videte &
cauete à fermento Pharisæorum,
16 & fermento Herodis. † Et cogita-
bant ad alterutrũ, dicentes, Quia
17 panes non habemus. † Quo cogni
to, ait illis Iesus, Quid cogitatis,
quia panes non habetis? nondum
cognoscitis nec intelligitis? adhuc
18 cæcatum habetis cor vestrum? † o-
Su.6.f.41. culos habentes non videtis? & au
Ioã.6.b.11. res habentes non auditis? ‖ Nec
19 recordamini † quando quinque
C panes fregi in quinque millia, &
quot cophinos fragmẽtorum ple-
nos sustulistis? Dicunt ei, Duode-
20 cim. † Quando & septem panes in
quatuor millia, quot sportas frag-
mentorum tulistis? Et dicunt ei,
21 Septem. † Et dicebat eis, Quomo
22 do nondum intelligitis? † Et veni
unt Bethsaidã, & adducunt ei cæ-
cũ, & rogabant eum vt illum tan-
23 geret. † Et apprehensa manu cæci
eduxit eum extra vicum: & expu-
ens in oculos eius impositis mani
bus suis, interrogauit eum si quid
24 videret. † Et aspiciens, ait, Video
homines velut arbores, ambulan
25 tes. † Deinde iterum imposuit ma
nus super oculos eius: & cœpit vi-
dere, & restitutus est, ita vt clare
26 videret omnia. † Et misit illum in
domum suam, dicens, Vade in do
mũ tuam: & si in vicum introieris
27 nemini dixeris. † ‖ Et egressus est
Mt.16.b.13 Iesus & discipuli eius in castella
Cæsareæ Philippi, & in via inter-
rogabat discipulos suos, dicẽs eis,
Luc.9.b.18 ‖ Quem me dicunt esse homines?
28 † Qui responderunt illi dicentes, *
* Alij Ioannẽ Baptistam, alij Eliam, alij
verò quasi vnum de prophetis.
29 † Tunc dicit illis, Vos verò quem
D me esse dicitis? Respõdens Petr⁹,
30 ait ei, Tu es Christus. † Et commi-
natus est eis ne cui dicerent de il-
31 lo. † Et cœpit docere eos quoniam
oportet filium hominis pati mul
ta, & reprobari à senioribus & à
summis sacerdotibus & Scribis, &
occidi: & post tres dies resurgere.
32 † Et palam verbum loquebatur.
Et apprehendens eũ Petrus, cœpit
33 increpare eum. † Qui conuersus,
& videns discipulos suos, commi-
natus est Petro, dicens, Vade re-
tro me satana, quoniam nõ sapis
quæ Dei sunt, sed quæ sunt homi-
34 num. † Et cõuocata turba cum dis-
cipulis suis, dixit eis, ‖ Si quis vult Mt.10.d 38
me sequi, deneget semetipsum: & & 16.d.24.
tollat crucẽ suam, & sequatur me. Luc.9.c.23.
35 † Qui enim voluerit animam su- & 14.f.27.
am saluam facere, perdet eam: qui Lu.17.g 33.
aũt perdiderit animam suam pro Ioan.12.d.
pter me & Euangelium, saluam fa 25.
36 ciet eam. † Quid enim proderit
homini, si lucretur mundum to-
tum, & detrimentum animæ suæ
37 faciat? † Aut, quid dabit homo cõ-
38 mutationis pro anima sua? † Qui Mt.10.d 33
enim me ^confusus' fuerit, & ver Lu.9.d.2[illegible].
ba mea in generatione ista adul- & 12.b.9.
tera & peccatrice: & filius homi- ^confessus
nis ^confundetur' eum, cùm vene ^confitebi
rit in gloria patris sui cum ange- tur
lis sanctis.

CAP. IX.

1 A ET dicebat illis, Amen dico vo
bis, quia sunt quidam de hic
stantibus qui non gustabunt mor
tem: donec videant regnum Dei
2 veniens in virtute. † ‖ Et post dies Mt.16.d.27
sex ^assumit' Iesus Petrum & Ia- Lu.9.d.27
cobum & Iohannem: & ducit il- Mt.17.a.1
los in montem excelsum seorsum Lu.9.d 18.
solos, & transfiguratus est coram ^assumpsit
3 ipsis. † Et vestimẽta eius facta sunt
splendentia & candida nimis ve-
lut nix, qualia fullo non potest
4 super terram candida facere. † Et
apparuit illis Elias cũ Moyse: & e-
5 rant loquentes cum Iesu. † Et re-
spondens Petrus, ait Iesu, Rabbi,
bonum est nos hic esse: & facia-
mus

mus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum.
6 † Non enim sciebat quid diceret:
7 erant enim timore exterriti: † &
8 facta est nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens, Hic est filius meus charissimus: audite
9 illum. † Et statim circũspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantùm secum. † ‖ Et de-
Mat. 17. b. 9. scendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent, narrarent: nisi cùm filius ho-
10 minis à mortuis resurrexerit. † Et verbum continuerunt apud se: cõquirẽtes quid esset, Cùm à mortu-
11 is resurrexerit. † Et interrogabant
Mal. 4. a. 5. eum, dicentes: Quid ergo dicunt Pharisæi & Scribæ, quia Eliam o-
12 portet venire primùm? † Qui respondens, ait illis, Elias cum venerit primò, restituet omnia: & quo
Isa. 53. a. 3. modò ‖ scriptum est in filium ho-
Mal. 4. b. 5. minis, vt multa patiatur & contẽ-
Mat. 17. (13 natur. † ‖ Sed dico vobis quia & E-
b. 12. lias venit (& fecerunt illi quęcun-
C quę voluerũt) sicut scriptũ est de
14 eo. † Et veniens ad discipulos suos, vidit turbã magnã circa eos, &
15 Scribas conquirentes cũ illis. † Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerunt: & accurrentes, salutabant e-
16 um. † Et interrogauit eos: Quid in
17 ter vos conquiritis? † Et respon-
Mt. 17. b. 34 dens vnus de turba, dixit, Magi-
Lu. 9. a. 37. ster, attuli filium meum ad te ha-
18 bentẽ spiritum mutum: † qui vbicunq; eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit, & dixi discipulis tuis vt eijcerent illum, & nõ potue-
19 rũt. † Qui respondens eis, dixit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar?
20 afferte illum ad me. † Et attulerũt eum. Et cùm vidisset eũ, statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terram, volutabatur spumans.
21 † Et interrogauit patrẽ eius, Quan-
D tum temporis est ex quo ei hoc ac-
22 cidit? At ille ait, Ab infãtia: † & frequenter eũ in ignem & in *aquas misit, vt eum perderet: sed si quid
23 potes, adiuua nos, misert' nostri. † Iesus autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credẽti.
24 † Et continuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine, adiuua incredulita-
25 tem meam. † Et cùm videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicẽs illi, Surge & mute spirit', ego prę cipio tibi, exi ab eo: & amplius
26 ne introeas in eum. † Et exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia
27 mortuus est. † Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum: & surrexit.
28 † Et cũ introisset in domũ, discipuli eius secretò interrogabant eum, Quare nos nõ potuim'
29 eijcere eũ? † Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in
30 oratione & ieiunio. † ‖ Et inde profecti prætergrediebantur Galilæã: nec volebat quẽquam scire.
31 † ‖ Docebat autẽ discipulos suos:
E & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominũ, & occident eũ, & occisus tertia die resurget. † At illi ignorabãt
32 verbum: & timebant interrogare
33 eum. † Et venerunt Capharnaum, Qui cũ domi *esset' interrogabat
34 eos, Quid in via tractabatis? † At illi tacebant: siquidem in via inter se disputauerant: ‖ quis eorum
35 maior esset. † Et residens vocauit duodecim: & ait illis, Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. † Et ac-
36 cipiens puerũ, statuit eum in medio eorũ: quem cùm cõplexus esset, ait illis. † Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo: me recipit: & quicunque
37 me susceperit: nõ me suscipit, sed
38 eũ q̃ misit me. † ‖ Respondit illi Io-
F hannes, dicens, Magister, vidim' quen-

*aquam

Mat. 18. a. 1.
Lu. 9. f. 46

Lu. 9. f. 49.
Mat. 9. f. 38

quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui non sequitur
39 nos, & prohibuimus eum. † Iesus autem ait, Nolite prohibere eum.
1.Cor.12.a.1. ‖ nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò
40 malè loqui de me, † qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.
41 † ‖ Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ * in nomine meo, quia Christi estis: amen
*frigidæ. Matt.10.d.42. dico vobis, nō perdet mercedem
42 suam. † ‖ Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis
Mat.18.a.6 Lu.17.a.2. si circūdaretur mole asinaria collo eius, & in mare mitteretur.
43 † ‖ Et si scandalizauerit te manus
Mat.5.c.30 & 18.a.2. tua, abscinde illam: bonum est tibi debilem introire in vitā, quàm
duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibi-
44 lem, † ‖ vbi vermis eorum nō mo-
Esaie 66.g.42. ritur, & ignis non extinguitur.
45 † Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonum est tibi claudum introire in vitam æternam
quàm duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextingui-
46 bilis, † vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.
47 † Quòd si oculus tuus scandalizat
te, eijce eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei,
quàm duos oculos habentem, mit-
48 ti in gehennam ignis, † vbi vermis eorum non moritur, & ignis
49 non extinguitur. † ‖ Omnis enim
Leu.2.c.13. igne salietur, & omnis victima
50 sale salietur. † ‖ Bonū est sal, quòd
Mat.5.b.13 Lu.14.g.35. si sal insulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis sal, &
pacem habete inter vos.

CAP. X.

1 ET inde exurgens, venit in fi-
A nes Iudææ vltra Iordanem: &
Mat.19.a.1 cōueniunt iterum turbæ ad eum.
& sicut consueuerat, iterum do-
2 cebat illos. † Et accedentes Pharisæi, interrogabant eum, Si licet
virovxorem dimittere: tentantes
3 eum. † At ille respondens, dixit
eis, Quid vobis præcepit Moyses?
4 † Qui dixerunt, ‖ Moyses permi-
Deu.24.a.1 sit libellum repudij scribere & di-
5 mittere. † Quibus respondens Iesus, ait, Ad duritiam cordis vestri
6 scripsit vobis præceptū istud. † ab
initio autē creaturæ ‖ masculum Ge.1.d.27.
7 & fœminā fecit eos Deus. † ‖ Pro-
Matt.19.a. pter hoc, relinquet homo patrem 4.
suum & matrem: & adhærebit ad Ge.2.d.24.
8 vxorem suam, † & erunt duo in 1.Cor.6.d.
carne vna. Itaque iam non sunt 16.
9 duo, sed vna caro. † ‖ Quod ergo Eph.5.g.31.
Deus coniunxit, homo non sepa- 1.Cor.7.b.
10 ret. † Et in domo iterum discipu- 10.
li eius de eodem interrogauerūt
11 eum. † Et ait illis, Quicunque di-
B miserit vxorem suam & aliam du-
xerit: adulterium committit su-
12 per eam. † Et si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœ-
13 chatur. † ‖ Et offerebat illi par- Mat. 19. b.
uulos, vt tangeret illos. Discipu- 13.
li autem comminabātur offeren- Lu.18.c.15.
14 tibus. † Quos cū videret Iesus, indignè tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos. talium enim est regnū
15 Dei. † Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.
16 † Et complexans eos, & imponēs manus super illos, benè dicebat
17 eos. † Et cùm egressus esset in *viā, *viam 5.
C procurrens quidam genu flexo
ante eum rogabat eum*, ‖ Magi- *dicens.
ster bone, quid faciam vt vitam Matt.19.c.
18 æternam percipiam? † Iesus autem
dixit ei, Quid me dicis bonum? Lu.18.d. 18
Nemo bonus, nisi vnus Deus. Ex.20.c.13.
19 † ‖ Præcepta nosti, Ne adulteres,
Ne occidas, Ne furēris, Ne falsum
testimonium dixeris, Ne fraudem
feceris, Honora patrem tuum &
20 matrem. † At ille respondens, ait
illi, Magister, hęc omnia obseruaui à iuuentute mea. † Iesus autem
21 intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei, Vnum tibi deest: vade, quę-

cun-

cunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cæ
22 lo: & veni, sequere me. † Qui contristatus in verbo, abijt mœrens.
erat enim habens multas possessiones. † Et circunspiciens Iesus,
23 ait discipulis suis, Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum
24 Dei introibunt. † Discipuli autem D obstupescebant in verbis eius. At Iesus rursus respondens ait illis, Filioli, quàm difficile est cõfidentes in pecunijs, in regnum Dei in-
25 troire. † Facilius est camelum per foramen acus tranfire, quam di-
26 uitem intrare in regnũ Dei. † Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos, Et quis potest saluus
27 fieri? † Et intuens illos Iesus, ait, Apud homines impossibile est: sed non apud Deum. omnia enim
28 possibilia sunt apud Deum. † ‖ Et
Mt.19.d.27 cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos
Lu.18.e.28. dimisimus omnia, & secuti sumus
29 te. Respondens Iesus, ait, † Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & pro
30 pter Euangelium: † qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus: & in secu-
31 lo futuro vitam æternam. † ‖ Mul-
Mt.19.d.30 ti autem erunt primi, nouissimi,
32 & nouissimi primi. † Erant autem E in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant.
Mt.20.c.17 ‖ Et assumens iterum duodecim,
Lu.18.f.31. cœpit illis dicere quæ essent ei e-
33 uentura. † Quia ecce ascendimus Ierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum
34 gentibus, † & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die
35 resurget. † ‖ Et accedunt ad eum Iacõbus & Iohannes filij Zebedei, dicẽtes, Magister, volumus vt
quodcunq; petierimus facias no-
36 bis. † At ille dixit eis, Quid vultis
37 vt faciam vobis? † Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedea-
38 mus in gloria tua. † Iesus autem F ait eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo ego ba-
39 ptizor, baptizari? † At illi dixerunt ei, Possumus. Iesus autem ait eis, Calicem quidẽ quem ego bibo bibetis, & baptisma quo ego
40 baptizor, baptizabimini: † sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, nõ est meum dare vobis, sed quibus paratum est. † ‖ Et
41 dientes decem, cœperunt indi-
42 gnari de Iacõbo & Iohanne. † Iesus autẽ vocans eos, ait illis, ‖ Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum potestatẽ habent
43 ipsorum. † Non ita est autem in vobis, sed quicunq; voluerit fieri
44 maior, erit vester minister, † & quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus.
45 † Nam & filius hominis nõ venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. ‖ Et ve-
46 niunt Iericho: & proficiscente eo de Iericho, & discipulis ei & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta
47 viam mendicans. † Qui cùm audisset quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare & dicere, Iesu fili
48 Dauid, miserere mei. † Et comminabantur ei multi, vt taceret. At ille multò magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. † Et stans
49 Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes ei, Animæquior esto, surge, vocat te.
50 † Qui proiecto vestimento suo e-
51 xiliens, vênit ad eum. † Et respondens Iesus dixit illi, Quid tibi vis fa-

Mt.20.c.20
Mt.19.d.29. Lu.18.f.30.
Mt.20.c.29. Lu.18.f.35.

faciam? Cæcus autē dixit ei, Rab-
52 boni vt videam. † Iesus autem ait illi, Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

CAP. XI.

1 ET cùm appropinquarent Ieroso-
A lymæ & Bethaniæ ad mon-
Mat.21.a.1. tem oliuarum, mittit duos ex dis-
2 cipulis suis, † & ait illis, Ite in ca-
Lu.19.c.19. stellū quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatū, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum, & adducite. † Et si quis vobis
3 dixerit, Quid facitis? dicite quia Dño necessarius est: & continuò
4 illum dimittet huc. † Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt
5 eum. † Et quidā de illic stantibus
'dicebat 6. 'dicebant' illis, Quid facitis sol-
6 uentes pullum? † Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus, &
7 dimiserunt eis. ‖ Et duxerūt pul-
Ioha.12.b. lum ad Iesum, & imponūt illi ve-
14. stimenta sua, & sedit super eum.
8 † Multi autē vestimēta sua straue-
runt in via: alij autem frondes cę-
9 debant de arboribus, & sterne-
B bant in via. † Et qui præibant &
Mat.21.a.9 qui sequebātur clamabāt, dicētes, Hosan-na, ‖ benedictus qui venit
10 in nomine Domini. † benedictum
Lu.19.f.38. quod venit regnum patris nostri
11 Dauid, Hosan-na in excelsis. ‖ Et
Ps.117.d.24 introiuit Ierosolymam in tem-
Mt.21.a.10 plum, & circunspectis omnibus,
Lu.19.g.45 cùm iam vespera esset hora, exijt
12 in Bethaniam cum duodecim. † Et
alia die cùm exirent à Bethania,
13 esurijt. † Cumque vidisset à longe
Mt.21.b.19 ficum habētem folia, venit si quid
forte inueniret in ea. Et cùm venisset ad eam, nihil inuēnit præter folia. nō enim erat tempus fi-
14 corū. † Et respōdens dixit ei, Iam nō amplius in æternum ex te frūctum quisquam manducet. Et au-
15 diebant discipuli eius. † Et veni-
C unt Ierosolymam Et cùm introisset in templum, cœpit eijcere vēdentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendētiū columbas euertit,
16 † & non sinebat vt quisquā transferret vas per templum. † & docebat, dicens eis, Nónne scriptū est,
‖ Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Isa.56.b.7.
‖ Vos autem fecistis eam spelun- Ier.7.b.11.
18 cam latronum. † Quo audito, primi cipes sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum: quoniam vniuersa turba admirabatur super
19 doctrina eius. † Et cùm vespera facta esset, egrediebatur de ciui-
20 tate. † Et cùm manè transirent, Mt.21.b.19
viderunt ficum aridam factam à
21 radicibus. † Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui ma-
22 ledixisti, aruit. † Et respondens Iesus, ait illis, Habetē fidem Dei. † a-
23 men dico vobis, quia quicunquē dixerit huic mōti, Tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei.
24 † ‖ Propterea dico vobis, omnia Mat.7.a.7.
quæcunq; orantes petitis, creditē & 21.b.22.
quia accipietis, & euenient vobis. Lu.11.b.9.
25 † ‖ Et cùm stabitis ad orandum, Mt.6.b.14.
dimittite si quid habetis aduersus & 18.d.35.
aliquem': vt & pater vester qui
in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. † Quod si vos non dimi-
26 seritis: nec pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vē-
27 stra. † Et veniunt rursus Ierosolymam. Et cùm ambularet in tem- Mt.21.b.15.
plo, accedunt ad eum summi sa- Luc.20.a.1.
28 cerdotes & Scribæ & seniores, † & dicunt ei, In qua potestate hęc facis? & quis dedit tibi hāc potestatem vt ista facias? † Iesus autem
29 respondens, ait illis, Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi: & dicam vobis in qua potestate hæc faciā.
30 † Baptismus Iohannis, de cælo erat,

erat, an ex hominibus? Respon-
31 dete mihi. † At illi cogitabant se-
cum, dicentes, Si dixerimus de 14
cælo, dicet, Quare ergo non cre-
32 didistis ei? † Si dixerimus ex ho-
timemus. minibus, timebit populum. omnes enim habebant Iohannem
33 quia vere propheta esset. † Et respõdentes dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

CAP. XII.

1 ET cœpit illis in parabolis lo-
A qui, Vineam pastinauit homo,
Mt.21.d.33. & circundedit sepem, & fodit la-
Lu.20.b.9. cum, & ædificauit turrim, & loca-
Isaie 5. a.1. uit eam agricolis, & peregrè pro-
2 fectus est. † Et misit ad agricolas
Ier.2. d.21. in tempore seruum, vt ab agricо-
3 lis acciperet de fructu vineæ. † Qui
apprehensum eum eciderunt: &
4 dimiserunt vacuum. † Et iterum
misit ad illos alium seruum: & il-
lum in capite vulnerauerunt, &
5 contumelijs affecerunt. † Et rur-
sum alium misit, & illum occide-
runt, & plures alios, quosdam cæ-
dentes, alios verò occidentes.
6 † Adhuc ergo vnum habēs filium
charissimum, & illum misit ad eos
nouissimum, dicens, Quia reue-
7 rebuntur filium meum. † Coloni
autem dixerunt ad inuicem, Hic
est hæres, venite, occidamus eum:
8 & nostra erit hæreditas. † Et ap-
prehendentes eum, occiderunt:
9 & eiecerunt extra vineam. † Quid
ergo faciet Dominus vineæ? Ve-
niet, & perdet colonos, & dabit
10 vineam alijs. † Nec scripturã hanc
Ps.117.d.21 legistis: ‖ Lapidem quem repro-
Isa.28.d.16 bauerunt ædificantes, hic factus
11 est in caput anguli, † A Domino
Act.4.b.11. factum est istud, & est mirabile in
12 oculis nostris? † Et quærebant eum
Ro.9.g 33. tenere, & timuerunt turbam. cog-
.Pet.2.a.8. nouerunt enim quoniam ad eos
B parabolam hanc dixerit. Et reli
13 cto eo abierunt, † ‖ Et mittunt ad
eum quosdam ex Pharisæis & He- Mt.21.d.42
rodianis, vt eum caperent in ver- Matt.22.b.
bo. † Qui venientes dicunt ei, Ma- 15.
gister, scimus quia verax es, & nõ Lu.20.d.20
curas quenquam: nec enim vides
in faciem hominum, sed in veri-
tate viam Dei doces: licet dare tri-
butum Cæsari, an non dabimus?
15 † Qui sciens versutiam illorum,
ait illis, Quid me tentatis? affer-
te mihi denarium vt videam. † At
16 illi attulerunt ei. Et ait illis, Cu-
ius est imago hæc, & inscriptio?
17 Dicunt ei, Cæsaris. † Respondens
autem Iesus dixit illis, ‖ Reddite Ro.13.b.7.
igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: &
quæ sunt Dei, Deo. Et mirabã-
18 tur super eo. † ‖ Et venerunt ad Matt.22.c.
eum Sadducæi qui dicunt resur- 23.
rectionem non esse: & interroga- Lu.20.d.27
19 bant eum dicentes: † Magister,
Moyses nobis scripsit, ‖ vt si cuius Deu.25.a.5
frater mortuus fuerit, & dimise-
rit vxorem, & filios non reliquе-
rit: accipiat frater eius vxorem
ipsius, & resuscitet semen fratri
20 suo. † Septem ergo fratres erant,
& primus accepit vxorem, & mor
21 tuus est non relicto semine. † Et
secundus accepit eam, & mortuus
est: & nec iste reliquit semen. Et
22 tertius similiter. † Et acceperunt
eam similiter septem, & non reli-
querunt semen. Nouissima om-
23 nium defuncta est & mulier. † In
resurrectione ergo cùm resurre-
xerint, cuius de his erit vxor? Se-
ptem enim habuerunt eam vxo-
24 rem. † Et respondens Iesus, ait il-
C lis, Nonne ideo erratis, non scien
tes scripturas, neque virtutē Dei?
25 † Cùm enim à mortuis resurre-
xerint, neq; nubent, neq; nuben-
tur, sed sunt sicut angeli * in cælis. * Dei.
26 † De mortuis autem quòd resur-
gant, non legistis in libro Moysi,
super rubum quomodo dixerit il-
li Deus inquiens: ‖ Ego sum Deus Exo.3.b.6.
Abraham, & Deus Isaac, & Deus Mat.22.d.
Iacob? † Non est Deus mortuorũ, 32.
27 sed viuorum. Vos ergo multum Lu.20.f.37.
erra-

28 erratis. † Et accessit vnus de Scribis qui audierat illos conquirentes.& videns quoniam bene illis
reſponderit , interrogauit eum
quod eſſet primum omniũ man-
29 datum. † Ieſus aũt reſpondit ei,
Deu.6.a.4. Quia primum omniũ mandatum
noſter(30 eſt. ‖ Audi Iſrael, Dominus Deus
Domin⁹ 7. tuus,Deus' vnus eſt. † Et diliges
veſter Dominum Deum tuum ex toto
Deus 4. corde tuo,&ex tota anima tua,&
Le.19.d.18. ex tota mente tua, & ex tota vir-
Mat.22.(31 tute tua. Hoc eſt primum man-
d.39. datum.† Secundum autem ſimile
Ro.13.c.9. eſt illi,‖ Diliges proximum tuum
Gal.5. tanquam teipſum. Maius horum
c.14. (32 aliud mandatum non eſt. † Et ait
Iac.2.b.8. illi Scriba, Bene Magiſter, in ve-
ritate dixiſti, quia vnus eſt Deus,
33 & non eſt alius præter eum. † Et
vt diligatur ex toto corde, & ex
toto intellectu, & ex tota anima,
& ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam ſeipſum,
maius eſt omnibus holocautoma
34 tibus & ſacrificijs. † Ieſus autẽ videns quòd ſapienter reſpondiſſet,dixit illi, Non es longè à regno Dei. Et nemo iam audebat
35 eum interrogare. † ‖ Et reſpondẽs
Mat. 22.d. D Ieſus,dicebat, docens in templo,
42. Quomodo dicunt Scribæ Chri-
Lu.20.g.41 (36 ſtum filiũ eſſe Dauid? † Ipſe enim
Pſ.109.a.1. Dauid dicit in Spiritu ſancto,
‖ Dixit Dominus Domino meo,
ſede à dextris meis,donec ponam
inimicos tuos ſcabellum pedum
37 tuorum. † Ipſe ergo Dauid dicit
eum Dñm:& vnde eſt filius eius?
Et multa turba eum libenter au-
38 diuit.† Et dicebat eis in doctrina
Mt.23.a.6. ſua, ‖ Cauete à Scribis,qui volũt
Lu.11.f.43. in ſtolis ambulare, & ſalutari in
& 20. (39 foro,†& in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcu-
40 bitus in cœnis:† qui deuorant domos viduarum ſub obtentu prolixæ orationis: hi accipient pro-
41 lixius iudicium. † Et ſedens Ieſus
Luc.21.a.1. contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs
in gazophylacium,& multi diuites iactabant multa. † Cùm ve-
42 niſſet autem vidua vna pauper,
miſit duo minuta, quod eſt qua-
43 drans: † & conuocans diſcipulos
ſuos, ait illis, Amen dico vobis,
quoniam vidua hæc pauper plus
omnibus miſit qui miſerunt in
44 gazophylacium. † Omnes enim
ex eo quod abundabat illis,miſerunt : hæc verò de penuria ſua
omnia quæ habuit, miſit totum
victum ſuum.

CAP. XIII.

1 ET cùm egrederetur de tem- Mt.24.a.1.
A plo,ait illi vnus ex diſcipulis Luc.21.a.5.
ſuis,Magiſter,aſpice quales lapi-
2 des, & quales ſtructuræ. † Et reſpondens Ieſus,ait illi, Vides has
omnes magnas ædificationes?
‖ Non relinquetur lapis ſuper la- Luc.19.g.
3 pidem qui non deſtruatur.† Et cũ 44.
ſederet in monte oliuarum contra templum, interrogabant eũ
ſeparatim Petrus & Iacõbus &
4 Iohannes & Andreas.† Dic nobis,
quando iſta fient? & quod ſignũ
erit quando hæc omnia incipi-
5 ent conſummari? † Et reſpondẽs
Ieſus cœpit dicere illis, ‖ Videte, Eph.5.b.6.
6 ne quis vos ſeducat. † multi enim 2.Th.2.a.3
venient in nomine meo dicentes, quia ego ſum: & multos ſe-
7 ducent. † Cùm audieritis autem
bella & opiniones bellorum, ne
timueritis.oportet enim hęc fie-
8 ri:ſed nondum finis. † Exurget e-
B nim gens contra gentem, & regnũ ſuper regnum:& erunt terræ
motus per loca,& fames.Initium
9 dolorũ hæc. † Videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in
concilijs, & in ſynagogis vapula-
* bitis,& ante præſides & reges ſtabitis propter me,in teſtimonium
10 illis. † Et in oẽs gentes primùm
oportet prædicari euangelium.
11 † ‖ Et cũ duxerint vos tradentes, Mt.10.b.19
nolite præcogitare quid loquami Lu.12.b.11.
ni:ſed quod datũ vobis fuerit in & 21.c.14.

illa hora, id loquimini. non enim vos estis loquentes: sed Spiritus
12 sanctus. † Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filij in parentes,
13 & morte afficient eos. † Et eritis odio omnibus, propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit. † ‖ Cũ
Da.9.g. 27 autem videritis abominationem
Mat. 24.b. desolationis stantem, ‖ vbi non
16. 34 debet (qui legit, intelligat) tunc
Lu.21.d.21 qui in Iudæa sunt, fugiant in mõtes: † & qui super tectum, ne descendant in domum, nec introe-
16 at vt tollat quid de domo sua: † & qui in agro erit, non reuertatur retro, tollere vestimentum suũ.
17 † Væ autem prægnantibus & nu-
18 trientibus in illis diebus. † Orate
19 verò vt hyeme non fiant. † Erunt
C enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quã condidit Deus vsq;
20 nunc, neq; fient. † Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies.
21 † ‖ Et tunc si quis vobis dixerit,
Mat.24.d. Ecce, hic est Christus, ecce illic: ne
16. (22 credideritis. † Exurgent enim
Lu.21.b.8. pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabũt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam
23 electos. † Vos ergo videte, ecce
24 prædixi vobis omnia. † ‖ Sed in il-
Eze.32.b.7 lis diebus post tribulationẽ illam
Isa.13.b.10. sol contenebrabitur, & luna non
Ioel 2. (25 dabit splendorem suum: † Et stel-
c.10.g.31.& læ cæli erunt decidentes, & vir-
3.c.15. tutes quæ in cælis sunt, mouebũtur. † Et tunc videbũt filiũ hominis venientem in nubibus, cum
27 virtute multa & gloria. † ‖ Et tunc
Mt.24.c.31 mittet angelos suos, & congrega
D bit electos suos à quatuor vẽtis, à summo terræ vsq; ad summũ cæ-
28 li. † A ficu autem discite parabolã. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit æstas.
29 † sic & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in
30 ostijs. † Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc,
31 donec omnia ista fiant. † Cælum & terra transibunt: verba autem
32 mea non transibunt. † De die autẽ illo vel hora nemo scit, neq; angeli in cęlo, neq; filius. nisi pater.
33 † ‖ Videte, vigilate, & orate: nesci- Mat. 24.d.
34 tis enim quando tẽpus sit. † Sicut 42.
homo qui peregrè profectus reliquit domũ suã: & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, & iani
35 tori præcepit vt vigilet. † Vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat: sero, an media nocte: an galli cantu, an ma-
36 ne) † ne cùm venerit repente, in-
37 ueniat vos dormientes. † Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

CAP. XIIII.

1 ERat autem Pascha & Azyma Mt.26.a.2.
A post biduũ: & quærebant sum Luc.22.a.1
mi sacerdotes & Scribæ quomodo eum dolo tenerent & occide-
2 rent. † Dicebant enim, Non in die festo, ne fortè tumultus fie-
3 ret 'populi'. † ‖ Et cùm esset Betha 'in populo
niæ in domo Simõnis Leprosi, & Mt.26.a.6.
recumberet, venit mulier habens Ioh.12.a.1.
alabastrum vnguenti nardi 'spica 'pistici 2.
ti' pretiosi: & fracto alabastro, ef- Mt.26.a.8
4 fudit super caput eius. † ‖ Erant Ioan. 2.4.
autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes, Vt
quid perditio ista vnguenti facta
5 est? † Poterat enim vnguentum istud vænundari plus quã trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et
6 fremebant in eam. † Iesus autem dixit, Sinite eam: quid illi molesti estis? Bonũ opus operata est in
7 me. † semper enim pauperes 'habebitis habetis vobiscũ: & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me aũt
8 non semper habetis. † Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere
9 corpus meum in sepulturã. † Amẽ dico

dico vobis, vbicunq; prædicatum
fuerit Euangelium istud in vni-
uerso mundo, & quod fecit hæc,
10 narrabitur in memoriã eius.† ‖Et
B Iudas Iscariotes vnus de duode-
Mat. 26. b. 14. cim abijt ad summos sacerdotes,
(11 vt proderet eum illis.† Qui audi-
Lu. 22. a. 4 entes gauisi sunt: & promiserunt
ei pecuniam se daturos. Et quære
Mat. 26. b. 16. bat quomodo ‖ illum opportunè
(12 traderet.† Et primo die Azymo-
Lu. 22. a. 6. rũ quando pascha immolabant,
dicunt ei discipuli, Quò vis eam⁹,
& paremus tibi vt manduces pa-
13 scha?† Et mittit duos ex discipu-
lis suis: & dicit eis, Ite in ciuitatẽ:
& occurret vobis homo lagenam
aquæ baiulans, sequimini eum:
14 † & quocunq; introierit, dicite
domino domus quia magister di
cit, Vbi est refectio mea, vbi pa-
cha cũ discipulis meis manducẽ?
15 † Et ipse vobis demonstrabit cœ-
naculũ grande, stratũ: & illic pa-
16 rate nobis.† Et abierunt discipu-
li eius, & venerunt in ciuitatem:
& inuenerunt sicut dixerat illis,
17 & parauerunt pascha.† ‖ Vespere
Mat. 26. b. 20. aũt facto, venit cum duodecim.
(18 † Et discumbẽtibus eis & mandu-
Lu. 22. b. 14 cantibus, ait Iesus, Amen dico vo
Ioh. 13. c. 21 bis, quia vn⁹ ex vobis tradet me,
19 qui mãducat mecum.† At illi cœ-
C perunt contristari, & dicere ei
20 singulatim, Nunquid ego? † Qui
Lu. 22. c. 21 ait illis, ‖ vnus ex duodecim qui
-.8. intingit mecum-manum' in ca-
21 tino. † & filius quidem hominis
Ps. 40. c. 10. vadit ‖ sicut scriptum est de eo: vę
Act. 1. c. 16. autem homini illi per quem fili-
Mat. 26. b. 24. us hominis "tradetur'. bonum e-
rat ei, si non esset natus homo il-
"tradi-(22 le.† Et manducantibus illis, ‖ ac-
tur 1. cepit Iesus panem: & benedicens
1. Cor. 11. c. 24. fregit, & dedit eis, & ait, Sumite,
(23 hoc est corpus meum. † Et acce-
pto calice, gratias agens dedit
24 eis, & biberunt ex illo omnes.† Et
ait illis, Hic est sanguis meus no-
ui testamenti, qui pro multis ef-
25 fundetur. † Amen dico vobis,

quia iam non bibam de*genimi- *hoc
ne vitis vsq; in diem illum cùm
illud bibam (nouum) in regno
26 Dei.† Et hymno dicto exierunt
27 in montem oliuarum. † Et ait eis
Iesus, ‖ Omnes scandalizabimini Io. 16. d. 32.
-in me' in nocte ista: quia scriptũ -.10.
est: ‖ Percutiam pastorem: & di- Za. 13. a. 7.
28 spergentur oues. † Sed postquàm
resurrexero, ‖ præcedam vos in Inf. 16. b. 7.
29 Galilæam.† Petrus autem ait illi,
Et si omnes scandalizati fuerint:
30 sed non ego.† Et ait illi Iesus, A-
D men dico tibi, quia tu hodie in
nocte hac, priusquam gallus vo-
cem bis dederit, ter me es negatu
31 rus.† At ille amplius loquebatur,
Et si oportuerit me simul com-
mori tibi, non te negabo. Simili-
32 ter autem & omnes dicebãt.† ‖ Et Mat. 26. d. 36.
veniunt in prædium, cui nomen
Getsemani. Et ait discipulis suis,
33 ‖ Sedete hic donec orem. † Et as- Luc. 22. d. 40.
sumit Petrum & Iacóbum & Io-
hannem secum: & cœpit pauere
34 & tædere.† Et ait illis, Tristis est
anima mea vsque ad mortem: su-
35 stinete hic & vigilate.† Et cũ pro
cessisset paululum, prócidit super
terram: & orabat vt si fieri pos-
36 set, transirer ab eo hora: † & di-
xit, Abba, pater, omnia tibi pos-
sibilia sunt: transfer calicem hũc
à me. sed non quod ego volo, sed
37 quod tu.† Et venit, & inuenit eos
dormientes. Et ait Petro, Simon,
dormis? non potuisti vna hora vi-
38 gilare? † Vigilate, & orate vt non
intretis in tentationem. Spiritus
quidem promptus est, caro verò
39 infirma.† Et iterum abiens orauit
40 eundem sermonem, dicens. † Et
reuersus, denuò inuenit eos dor-
mientes (erant enim oculi eorũ
grauati) & ignorabant quid re-
41 sponderent ei. † Et venit tertiò,
E & ait illis, Dormite iám & requie
scite. Sufficit, venit hora. ecce
filius hominis tradetur in manus
42 peccatorum.† Surgite, eamus. ec-
ce, qui me tradet, prope est.

43 †Et adhuc eo loquente venit Iudas Iscarióthes, vnus de duode-
Mat. 26. d. cim,& cum eo‖ turba multa cum
47. gladijs & ligнis,* à summis sacer-
Lu. 22. c. 47 dotibus & Scribis & senioribus.
Io. 18. (44 †Dederat autem traditor eius si-
a. 3. gnum eis dicens, Quemcunque
*missi. osculatus fuero, ipse est: tenete
45 eum,& ducite caute.† Et cùm ve-
niſſet, ſtatim accedens ad eum,
ait,Rabbi. & oſculatus eſt eum.
46 † At illi manus iniecerunt in eũ:
47 & tenuerunt eum. † Vnus autem
quidam de circumſtantibus educens gladium, percuſſit ſeruum
ſummi ſacerdotis: & amputauit
48 illi auriculam. † Et reſpõdens Ieſus,ait illis,Tanquam ad latronẽ
exiſtis cum gladijs & lignis com-
49 prehendere me? †quotidiè eram
apud vos in templo docens,& nõ
me tenuiſtis. Sed vt impleantur
50 ſcripturæ. †‖ Tunc diſcipuli eius
Mt. 26. f. 56 relinquentes eum, omnes fuge-
51 runt.† Adoleſcens autem quidam
ſequebatur eum amictus ſindo-
F ne ſuper nudo:& tenuerunt eum:
52 †At ille reiecta ſindone, nudus
53 profugit ab eis.†‖ Et adduxerunt
In. 22. f. 54. Ieſum ad ſummum ſacerdotem:
Io. 18. c. 13. & conuenerunt omnes ſacerdo-
54 tes & Scribæ & ſeniores. † Petrus autem à longe ſecutus eſt eũ vſq;
intrò in atrium ſummi ſacerdotis: & ſedebat cum miniſtris ad
55 ignem,& calefaciebat ſe.†‖ Sum-
Mt. 26. f. 59 mi verò ſacerdotes & omne concilium quærebãt aduerſus Ieſum
teſtimonium, vt eum morti tra-
56 derent,nec inueniebant. † Multi
enim teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum:& conuenien
57 tia teſtimonia non erant.† Et quidam ſurgentes,falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum,dicẽ-
58 tes,† Quoniam nos audiuimus eũ
Io. 2. d. 19. dicentem,‖ Ego diſſoluam tem-
*poſt plum hoc manufactum & *per'
triduum aliud non manufactum,
59 ædificabo.† Et non erat conueni-
60 ens teſtimonium illorum. † Et exurgẽs ſummus ſacerdos in medium,interrogauit Ieſum, dicẽs,
Non reſpondes quicquam ad ea
61 quæ tibi obijciuntur ab his? † Ille autem tacebat, & nihil reſpõdit.
Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu es
Chriſtus filius Dei benedicti? Mt. 24. c. 30.
62 † Ieſus autem dixit illi, Ego ſum,
G ‖& videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis*, & ve- *Dei.
63 nientem cum nubibus cæli.† Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua,ait,Quid adhuc deſyderamus teſtes? † Audiſtis blaſphemiam, quid vobis videtur?
Qui omnes condemnauerunt eũ
65 eſſe reum mortis: † Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum
cædere,& dicere ei, Prophetiza,
& miniſtri alapis eum cædebant. Mt. 16. g. 69
66 †‖ Et cùm eſſet Petrus in atrio deorſum,venit vna ex ancillis ſum- Lu. 22. f. 55.
67 mi ſacerdotis. † & cùm vidiſſet Io. 11. c. 17.
Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum, ait, Et tu cum Ieſu
68 Nazareno eras. † At ille negauit,
dicens, Neque ſcio, neque noui
quid dicas. Et exijt foras ante a- Mt. 26. g. 71
69 trium:& gallus cantauit. †‖ Rurſus autem cùm vidiſſet illum ancilla, cœpit dicere circumſtanti-
70 bus,Quia hic ex illis eſt. † At ille Lu. 22. f. 58
iterum negauit. ‖ Et poſt puſillũ Ioh. 18. c. 25
rurſus qui aſtabant, dicebant Petro, Verè ex illis es: nam & Gali-
71 læus es. † Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia neſcio hominem iſtũ quem dicitis.
72 † Et ſtatim gallus iterum cãtauit. Mar. 26. g.
‖ Et recordatus eſt Petrus verbi 75.
quod dixerat ei Ieſus,Priusquàm Io. 18. d. 27
gallus cantet bis, ter me negabis.
Et cœpit flere.

CAP. XV.

1 ET confeſtim,manè conſilium Mt. 27. a. 1.
A facientes ſummi ſacerdotes Lu. 22. g. 66
cum ſenioribus & Scribis & vni- Io. 18. d. 28
uerſo concilio, vincientes Ieſum,

sum, duxerunt & tradiderunt Pi-
2 lato.‡Et interrogauit eum Pilat⁹.
Tu es rex Iudæorum ? At ille re-
3 spōdens, ait illi, Tu dicis. ‡‖ Et ac-
Mt.27.b.17 cusabant eum summi sacerdotes
4 in multis. ‡ ‖ Pilatus autem rut-
Lu.23.a.6. sum interrogauit eum, dicens:
Io.18.f.33. Non respōdes quicquam? vide in
5 quantis te accusant. ‡ Iesus autem
amplius nihil respondit, ita vt mi
6 raretur Pilatus. ‡ Per diem autem
festum solebat dimittere illis v-
num ex vinctis quemcunq; petis-
7 sent.‡Erat autem qui dicebatur Ba
rabbas, qui cum seditiosis erat vin
ctus, qui in seditione fecerat ho-
8 micidium.‡Et cùm ascendisset tur
ba, cœpit rogare, sicut semper fa-
9 ciebat illis.‡ Pilat⁹ autē respondit
eis, & dixit: Vultis dimittā vobis
10 regem Iudæorum? ‡ Sciebat enim
quòd per inuidiam tradidissent
11 eum summi sacerdotes. ‡ Pontifi-
ces autem concitauerunt turbam,
B vt magis Barabbam dimitteret e-
12 is.‡‖Pilatus autem iterum respon
Mt.27.c.28 dens, ait illis: Quid ergo vultis fa-
13 ciam regi Iudæorum?‡‖At illi ite-
Lu.23.c.14. rum clamauerunt: Crucifige eum.
14 ‡Pilatus verò dicebat illis, Quid
Io.18.g.39 enim mali fecit? At illi magis cla-
& 19.a.6. mabant, Crucifige eum. ‡ Pilatus
15 autem volens populo satisfacere,
dimisit illis Barabbam, & tradidit
Iesum flagellis cæsum vt crucifi-
16 geretur.‡‖ Milites autem duxerūt
Mt.27.c.27 eum in atrium prætorij, & conuo-
17 cant totam cohortem,‡& induunt
Io.19.a.2. eum purpura, & imponunt ei, ple
18 ctentes spineam coronam.‡Et cœ
perunt salutare eum, Aue rex Iu-
19 dæorum. ‡ Et percutiebant caput
eius arundine, & conspuebant e-
um, & ponētes genua, adorabant
20 eum. ‡ Et postquam illuserunt ei,
exuerunt illum purpura, & indue
runt eum vestimentis suis, & edu-
cunt illum vt crucifigerent eum.
21 ‡‖Et angariauerunt prætereuntem
Mt.27.d.32 quempiam Simónem Cyrenæ-
Lu.23.d.26 um, venientem de villa, patrem
Alexandri & Rufi, vt tolleret cru-
22 cem eius.‡‖Et perducunt illum in Mt.27.d.33
Golgatha locum quod est inter- Lu.23.c.33.
23 pretatum, Caluariæ locus.‡ Et da- Io.19.c.17.
bāt ei bibere myrrhatum vinum, Mt.27.c.35.
24 & non accepit.‡‖Et crucifigentes Lu.23.d.34
C eum, diuiserunt vestimenta eius, Io.19.d.23.
mittentes sortem super eis, quis
25 quid tolleret. ‡ Erat autem hora
26 tertia: & crucifixerunt eum.‡ Et
erat titulus causæ eius inscriptus,
27 REX IVDÆORVM.‡Et cum
eo crucifigunt duos latrones, v-
num à dextris, & alium à sinistris
28 eius.‡Et impleta est scriptura quæ
dicit, ‖ Et cum iniquis reputatus Is. 51. d. 12.
29 est.‡ Et prætereuntes blasphema-
bant eum, mouentes capita sua, &
dicentes: Vah, ‖qui ˢdestruit' tem- Ioh.2.c.19.
plum*, & in trib. diebus ˢædificat': ˢdestruis.
30 ‡ saluum fac temetipsum descen- *Dei.
31 dens de cruce.‡ Similiter & sum- ˢreædificas
mi sacerdotes illudentes, & alter-
utrum cum Scribis dicebant, Ali-
os saluos fecit, seipsum non po-
32 test saluum facere.‡ Christus rex
Israel descendat nunc de cruce, vt
videamus & credamus. Et qui cum
eo crucifixi erant, conuitiabantur
33 ei.‡Et facta hora sexta. tenebræ fa
ctæ sunt per totam terram vsque
34 in horam nonam.‡ Et hora nona
exclamauit Iesus voce magna, di-
cens: ‖ Eloi, eloi, lamma sabactha- Psa. 21. a.1.
ni? quod est interpretatum, Deus Mt.27.c.46
meus, Deus meus, vt quid dereli-
35 quisti me?‡ Et quidam de circum-
D stantibus audientes dicebant, Ec-
36 ce, Eliam vocat. ‡ Currens autem
vnus, & implens spongiam ‖ ace- Ps.68. c.20
to, circumponensq; calamo, po-
tum dabat ei, dicens: Sinite, videa
mus si veniat Elias ad deponen-
37 dum eum.‡Iesus autem emissa vo-
38 ce magna expirauit.‡Et velū tem-
pli scissum est in duo, à summo vs-
39 que deorsum.‡Videns autem cen-
turio qui ex aduerso stabat, quia
sic clamans expirasset, ait: Verè hic
homo filius Dei erat. ‡‖ Erant au-
40 tem & mulieres de longe aspici- Mt.17.f.55

entes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris,
41 & Ioseph Mater, & Salome, † &
Luc. 8.a.2. cum esset in Galilæa, ‖ sequebantur eum & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam. † ‖ Et cùm iam
Mt.27.g.57 sero esset factum (quia erat Para-
43 sceue, quod est ante sabbathū) †ve
Lu. 23.g.50 nit Ioseph ab Arimathæa nobilis
Io.19.g.38. decurio, qui & ipse erat expectās regnum Dei & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu.
44 † Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito centurione, interrogauit eū si iā mortu⁹ esset.
45 †Et cùm cognouisset à cēturione,
46 donauit corpus Ioseph. † Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.
47 † Maria autem Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur.

CAP. XVI.

1 ET cùm transisset sabbathum,
A Maria Magdalene & Maria Ia-
Mt.28. a.1. cobi, & Salome emerunt aroma-
Lu.24. a.1. ta, vt venientes vngerent Iesum.
2 †Et valde mane vna sabbathorum
Io.20.a.1. veniunt ad monumentum, orto
3 iam sole. † Et dicebāt ad inuicem: Quis reuoluit nobis lapidem ab
4 ostio monumenti? † Et respicientes viderunt reuolutum lapidem.
5 Erat quippe magnus valde. † ‖ Et in
Mt. 28.a.5. troeuntes in monumentum, vi-
Lu.24.a.4. derunt iuuenem sedentem in dex
Io.20. c.14. tris, coopertum stola candida: &
6 obstupuerunt. † Qui dicit illis, Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus vbi posue-
7 runt eum. † Sed ite, dicite discipu-
B lis eius & Petro, ‖ quia ᵃ præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbi-
8 tis, ‖ sicut dixit vobis. † At illæ exeuntes, fugerunt de monumēto, in uaserat enim eas tremor & pauor, & nemini quicquam dixerunt, ti-
9 mebant enim. † Surgens autē ma-
nè prima sabbathi, ‖ apparuit primò Mariæ Magdalenæ, ‖ de qua e-
10 iecerat septem dæmonia. † Illa vadens nuntiauit his qui cum eo fue-
11 rant, lugentibus & flentibus. † Et C illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt.
12 † Post hæc autem ‖ duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia
13 effigie, euntibus in villam, † & illi euntes nuntiauerunt cæteris: nec
14 illis crediderunt. † ‖ Nouissimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia ijs qui viderant eum resurre-
15 xisse, non crediderunt. Et dixit eis, ‖ Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creatu-
16 ræ. † Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non
17 crediderit, condemnabitur. † Signa autem eos qui crediderint, D hæc sequentur: ‖ In nomine meo ‖ dæmonia eijcient, ‖ linguis lo-
18 quentur nouis, † ‖ Serpentes tollent, Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. ‖ Super ægros manus imponent: & bene
19 habebunt. † Et Dominus quidem Iesus postquam loquutus est eis, ‖ assumptus est in cælum, & ᵇ sedit
20 à dextris Dei. † Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

ᵃ præcedet Mt.26.c.32 Su. 14.c.28

ᵇ sedet. Io.20.d.19. Luc. 24.a.2.

Lu.24.b.11

Lu.24.c.36 Io.20.c.19.

Mat.28.d. 19.

Act. 16. d. 18. Act.2.a.4. & 10.g.46. Act.28.a.5. Act.28.b.8

Lu.24.g.51

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAP. I.



1 A QVONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem
2 quæ in nobis completæ sunt rerum: † sicut tradiderũt nobis qui ab initio ipsi viderũt & ministri fuerunt sermo
3 nis, † visum est & mihi assequuto omnia à principio diligẽter, ex ordine tibi scribere‖ optime Theo
4 phile, † vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, ve-
5 ritatem. † Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice‖ Abia: & vxor illius de filiabus Aaron,
6 & nomen eius Elisabeth. † Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine
7 querela, † & non erat illis filius, eò quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus su-
8 is. † Factum est autem, cùm sacerdotio fungeretur * in ordine *Zacharias
9 vicis suæ ante Deum, † secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt ‖incensum poneret ingres- Ex.30.c.17.
10 sus in templum Domini. † ‖ & Le.16.d.17 omnis multitudo populi erat o-
11 rans foris hora incensi. † Apparuit autem illi Angelus Domini, ‡ans
12 à dextris altaris incensi. † Et Zacharias turbatus est, videns, & timor
13 irruit super eum. † Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, ‖ & vocabis Inst.f.36.
14 nomen eius Iohannem: † & erit
B gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.

15 ‡ erit enim magnus coram Domi-
no,& vinum & ſiceram nõ bibet:
& ſpiritu ſancto replebitur ad-
16 huc ex vtero matris ſuæ.‡& mul-
tos filiorum Iſrael conuertet ad
17 Dominum Deum ipſorum, ‡ &
Mt.11.b.14 ipſe præcedet ante illum ‖ in ſpi-
Mal.4.b.6. ritu & virtute Eliæ:‖ vt conuertat
corda patrum in filios,& incredu-
los ad prudentiam iuſtorum, pa-
rare Domino plebem perfectam.
18 ‡ Et dixit Zacharias ad angelum,
Vnde hoc ſciam? ego enim ſum ſe
nex,& vxor mea proceſſit in die-
19 bus ſuis. ‡ Et reſpondens ange-
lus, dixit ei, Ego ſum Gabriel qui
aſto ante Deum,& miſſus ſum lo-
qui ad te,& hæc tibi euangeliza-
20 re.‡Et ecce, eris tacens,& non po-
teris loqui vſque in diem quo
hæc fiant, pro eò quòd non cre-
didiſti verbis meis, quæ implebũ
21 tur in tempore ſuo.‡Et erat plebs
expectans Zachariam,& miraban
tur quòd tardaret ipſe in templo.
22 ‡ Egreſſus autem non poterat lo-
C qui ad illos, & cognouerũt quòd
viſionem vidiſſet in templo. Et
ipſe erat innuens illis,& perman-
23 ſit mutus. ‡ Et factum eſt: vt im
pleti ſunt dies officij eius, abijt in
24 domum ſuam. ‡ Poſt hos autem
dies concepit Eliſabeth vxor e-
ius,& occultabat ſe menſib.quin-
25 que, dicens: ‡ Quia ſic fecit mi-
hi Dominus in diebus quibus re-
ſpexit auferre opprobrium me-
26 um inter homines.‡In menſe au-
tem ſexto, miſſus eſt angelus Ga-
briel à Deo in ciuitatem Galilææ,
27 cui nomen Nazareth,‡‖ad virginẽ
Mt.1.c.18. deſponſatam viro, cui nomẽ erat
Ioſeph, de domo Dauid:& nomẽ
28 virginis Maria. ‡Et ingreſſus ange
lus, ad eam dixit: Aue gratia plena
Dñs tecũ, benedicta tu in mulieri-
29 bus.‡Quæ cùm "audiſſet', turbata
"vidiſſet 2. eſt in ſermone eius, & cogitabat
30 qualis eſſet iſta ſalutatio. ‡ Et ait
angelus ei, Ne timeas Maria,
inueniſti enim gratiam apud De-
31 um.‡‖ecce cõcipies in vtero,& pa- Iſa.7.c.14.
ries filium:‖& vocabis nomẽ eius Inf.2.c.21.
32 Ieſum. ‡ hic erit magnus: & fi- Mr.1.d.21.
lius Altiſſimi vocabitur, & da-
bit illi Dominus Deus ſedem
33 Dauid patris eius:‡‖ & regnabit Da.7.d.14.
in domo Iacob in æternum, & & g.27.
34 regni eius non erit finis. ‡ Dixit Mic.4.b.7.
D autem Maria ad Angelum: Quo-
modo fiet iſtud, quoniam virum
35 non cognoſco? ‡ Et reſpondens
angelus, dixit ei, Spiritus ſan-
ctus ſuperueniet in te, & virtus
Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideo-
que & quod naſcetur ex te ſan- ..8.
36 ctum, vocabitur filius Dei. ‡ Et
ecce Eliſabeth cognata tua,& ipſa
concepit filium in ſenectute ſua,
& hic menſis, ſextus eſt illi quæ
37 vocatur ſterilis, ‡ quia non erit
impoſſibile apud Deum omne
38 verbum. ‡ Dixit autem Maria,
Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſe-
cundum verbum tuum. Et diſceſ-
39 ſit ab illa angelus.‡ Exurgens au-
tem Maria in diebus illis, abijt in
montana cum feſtinatione in ci-
40 uitatem Iuda: & intrauit in do-
mum Zachariæ, & ſalutauit Eli-
41 ſabeth. ‡Et factum eſt: vt audiuit
ſalutationem Mariæ Eliſabeth, ex
ultauit infans in vtero eius,& re-
pleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth:
42 ‡& exclamauit voce magna,& di-
xit, Benedicta tu inter mulieres,
& benedictus fructus ventris tui.
43 ‡Et vnde hoc mihi, vt veniat ma-
44 ter Domini mei ad me? ‡ Ecce e-
E nim vt facta eſt vox ſalutationis
tuæ in auribus meis, exultauit in
45 gaudio infans in vtero meo, ‡&
beata quæ "credidit' quoniam per "credidiſti
ficientur ea quæ dicta ſunt "ei' à "tibi.
46 Domino.‡Et ait Maria:
Magnificat anima mea Dñm.
47 ‡Et exultauit ſpiritus meus, in
Deo ſalutari meo.
48 ‡ Quia reſpexit humilitatem
ancillę ſuæ, ecce enim ex hoc bea
tam me dicent omnes genera-
tiones.

‡Quia

49 † Quia fecit mihi magna qui
petens est, & sanctum nomen e-
ius.
† Et misericordia eius ᵃ à proge
nie in progenies', timentibus
eum.
† Fecit potentiam in ‖ brachio
suo: ‖ dispersit superbos mēte cor
dis sui.
† Deposuit potentes de sede, &
exaltauit humiles.
† ‖ Esurientes impleuit bonis:
& diuites dimisit inanes.
† Suscepit Israel puerum suum,
ᵃ recordatus' misericordiæ suæ.
† ‖ Sicut locutus est ad patres
nostros, Abraham & semini eius
in secula.
† Mansit autem Maria cum illa
quasi mensibus tribus: & reuersa
est in domum suam.
† Elisabeth autem impletum est
tempus pariendi: & peperit fili-
um. † Et audierunt vicini & cog-
nati eius quia magnificauit Do-
minus misericordiam suam cum
illa, ‖ & congratulabantur ei. † Et
factum est: in die octauo vene-
runt circuncidere puerum, & vo-
cabant eum nomine patris sui,
60 Zachariam. † Et respondens ma-
ter eius, dixit, Nequaquam, sed
61 vocabitur Iohannes. † Et dixe-
runt ad illam, Quia nemo est in
cognatione tua qui vocetur hoc
62 nomine. † Innuebant autem pa-
tri eius, quem vellet vocari eum,
63 † Et postulans pugillarem, scri-
psit, dicens, ‖ Iohannes est nomen
64 eius. Et mirati sunt vniuersi. † A-
pertum est autem ilicò os eius, &
lingua eius, & loquebatur benedi
65 cens Deum. † Et factus est timor
super omnes vicinos eorum: & su
per omnia montana Iudææ diuul
66 gabantur omnia verba hæc: † &
posuerunt omnes qui audierant
in corde suo, dicētes, Quis, putas,
puer iste erit? Etenim manus Do-
67 mini erat cum illo. † Et Zacha-
rias pater eius repletus est Spiri-
tu sancto: & prophetauit di-
cens:
68 † ‖ Benedictus Dominus Deus Inf.2.d.30
G Israel: quia visitauit & fecit redē- Mat.1.d.2
ptionem ᵃ plebis' suæ: ᵃ plebi 7.
69 † ‖ Et erexit cornu salutis no- Ps.131.d.17.
bis, in domo Dauid pueri sui.
70 † ‖ Sicut locutus est per os san- Ps.73.c.12.
ctorum, qui à seculo sunt prophe-
tarum eius.
71 † ‖ Salutem ex inimicis nostris, Ier.23.a.6.
& de manu omnium qui oderunt & 30.b.10.
nos.
72 † Ad faciendam misericordiā
cum patribus nostris: & memora-
ri testamenti sui sancti.
73 † ‖ Iusiurādum quod iurauit ad Ge.22.c.16
Abraham patrem nostrum, datu- Ier.31.f.33.
rum se nobis. Heb.6.c.13
74 † Vt sine timore de manu inimi & d.17.
corum nostrorum liberati, seruia 1.Pet.1.c.15
mus illi.
75 † In sanctitate & iustitia coram
ipso, omnibus diebus nostris.
76 † ‖ Et tu puer, propheta Altissi- Mal.4.b 5
mi vocaberis: ‖ præibis enim an- Supr.b.17.
te faciem Domini parare vias e-
ius.
77 † Ad dandam scientiam salutis
plebi eius, in remissionem pecca-
torum eorum.
78 † Per viscera misericordiæ Dei
nostri, in quib. visitauit nos ‖ Ori Zac.3.9
ens ex alto. & 6.c.12.
79 † Illuminare his q in tenebris, Mal.4.a.2
& in vmbra mortis sedent: ad di-
rigendos pedes nostros in viam
pacis.
80 † Puer autem crescebat, & con-
fortabatur spiritu, & erat in deser
tis vsque in diem ostensionis suæ
ad Israel.

CAP. II.

1 FActum est autem, in dieb⁹ illis
A exijt edictum à Cæsare Augu-
sto, vt describeretur vniuersus or
2 bis. † Hæc descriptio prima, fa-
cta est à præside Syriæ Cyrino.
3 † Et ibant omnes vt profiterētur,
4 singuli in suam ciuitatem. † Ascen

ᵃ In generationē & generatio (50 nem 1.
ᵃ In progenies & (51 progenies 7.
Is.51.b.9 (52 Ps.32.b.10
Is.29.c.(53 15.
Ps.33.b.(54 11.
2.Re.2.(55 b.5.
ᵃ memorari 10. (56
Is.30.d. (F 18.& 41.b.
8.& 54.(57 b.5.
Ier.31.(58 a.3.& d.20
Psa.131.c.11
Ge.17.(59 c.19.& 22.
c.16.
Supr.b.14.
Supr.b.13.

dit autem & Ioseph à Galilæa de
in 1. ciuitate Nazareth, in Iudæam, Mich.5.a.2
ciuitatem Dauid quæ vocatur Mat.2.a.6. ‖ Beth-lehem : eò quòd esset de Ioã.7.f.42.
domo & familia Dauid:

5 † Vt profiteretur cum Maria desponsata vxore sibi prægnante.

6 †Factum est autem, cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret.

7 †Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat * eis locus in diuersorio.

8 † Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes Vigilias noctis super gregem suum.

9 † Et ecce, angelus Domini B stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos, & timuerunt timore magno.

10 †Et dixit illis angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.

11 †Quia natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.

12 † Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.

13 †Et subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentium:

14 †Gloria in altissimis Deo: & in
*in 4. terra pax * hominibus bonæ voluntatis.

15 † Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cælum, pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Beth-lehem, & videamus hoc verbum quod factũ
* quod fecit Dñs & ostẽdit. (16 est, * quod Dominus ostendit nobis.

† Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio.

17 †Videntes autem cognouerunt C de verbo quod dictum erat illis de puero hoc.

18 † Et omnes qui audierunt, mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

19 †Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

20 †Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant sicut dictum est ad illos.

21 †‖ Et postquam consummati Ge.17.b.12
sunt dies octo vt circuncideretur puer: ‖ vocatum est nomen Leu.12.a.3
eius Iesus, quod vocatum est ab Sup.1.c.31.
angelo, priusquàm in vtero conciperetur. Mat.1.d.21

22 † Et postquam impleti sunt dies purgationis eius ‖ secundum Leu.12.a.6
legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino:

23 †(Sicut scriptum est in lege Domini, ‖ Quia omne masculinum Exo.13.a.2.
adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.) Num.8.c.16.

24 †Et vt darent hostiam ‖ secun- Leu.12.b.8
dum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

25 †Et ecce: homo erat in Ieru-
D salem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo.

26 †Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

27 †Et venit in Spiritu in templũ. Et cùm inducerent puerum Iesum

sum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.

28 † Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit:

29 † Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuū in pace.

30 † Quia viderunt oculi mei salutare tuum:

31 † Quod parasti ante faciem omnium populorum:

32 † Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

33 † Et erat pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo.

34 † Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius:

Isa.8.c.14. Ro.9.g.32. 1.Pe.2.b.8. ‖ Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur:

35 † (Et tuam ipsius animam pertransibit gladius) vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

36 † Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septē à virginitate sua.

37 † Et hæc vidua * vsque ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiēs nocte ac die.

38 † Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus qui ‘Ieruſalē 25. expectabant redemptionem ‘Israel'.

39 † Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth.

40 † Puer autem crescebat, & confortabatur * plenus sapientia: & * spiritu 1. gratia Dei erat in illo.

41 † Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, ‖ in die solenni Paschæ. Exo. 23.c. 15.& 34.b. 17. Deu.16.a.1

42 † Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis in Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi:

43 † Consummatisque diebus, cùm redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius.

44 † Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei: & requirebant eum inter cognatos & notos.

45 † Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum.

46 † Et factum est: post triduum G inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

47 † ‖ Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Mt.7.d.28. Mar.1.b.22 Inf.4.c.32 Ioā.7.b.15

48 † Et videtes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolētes quærebamus te.

49 † Et ait ad illos, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse?

50 † Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.

51 † Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis

illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.
52 †Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

CAP. III.

1 ANno aũt quintodecimo imA perij Tyberij Cęsaris, procurante Pontio Pilato Iudæã, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituręę & Trachonitidis regionis, & Ly2 sania Abilinæ tetrarcha, †sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum Domini super Iohannem Zacharię filium,
3 in deserto. †‖ Et venit in omnem
Mat. 3. a. 1 regionem Iordanis, prædicãs, bap
Mar. 1. a. 3 tismum pœnitentiæ in remissio-
4 nem peccatorum: †sicut scriptum
B est in libro sermonum Isaiæ Pro-
Isa. 40. a. 3 phetæ. ‖ Vox clamãtis in deserto:
Ioh. 1. c. 23 Parate viam Domini, rectas faci-
5 te semitas eius: †omnis vallis im-
plebitur: & omnis mons & collis
humiliabitur: & erunt praua in di
6 recta: & aspera in vias planas: † &
videbit omnis caro salutare Dei.
7 †Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipso,
Mat. 3. b. 7 ‖ Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura i-
8 ra? †Facite ergo fructus dignos
pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham.
Dico enim vobis quia potens est
Deus de lapidibus istis suscitare fi
9 lios Abrahæ. †Iam enim securis
arboris ad radicem arborum posita est.
Omnis ergo arbor non faciẽs fruexciditur ctum bonũ, excidetur, & in ignẽ
& in ig (10 mittetur'. †Et interrogabant eum
nem mitti turbæ, dicentes, Quid ergo facie-
tur 1. (11 mus? †Respondens autẽ, dicebat
lac. 2. c. (C illis, ‖ Qui habet duas tunicas, det
15. non habenti: & qui habet escas si-
1. Io. 3. c. (12 militer faciat. †Venerunt autem
17. & publicani vt baptizarentur: &
dixerunt ad illum, Magister, quid
13 faciemus? †At ille dixit ad eos, Nihil amplius quã quod constitutũ
14 est vobis, faciatis. †Interrogabãt autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti e-
15 stote stipendijs vestris. †Existimã
D te autem populo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioãne, ne fortè ipse esset Christus:
16 †respondit Iohannes, dicens omnibus, ‖ Ego quidem aqua baptizo Mat. 3. c. 11
vos: veniet autẽ fortior mẽ, cuius Mar. 1. a. 8
non sum dignus soluere corrigiã Ioh. 1. d. 26
calceamentorum eius: ‖ ipse vos Acto. 1. a. 5
baptizabit in Spiritu sancto, & & 11. b. 16
17 igni: †‖ cuius ventilabrũ in manu & 19. a. 4
eius, & purgabit aream suam: & con Mat. 3. c. 12
gregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni
18 inextinguibili. †Multa quidem &
alia exhortans euangelizabat po-
19 pulo. †‖ Herodes autem tetrarcha Mat. 14. a. 3
cùm corriperetur ab illo de Hero Mar. 6. c. 17
diade vxore fratris sui, & de omni
20 bus malis quæ fecit Herodes: †ad-
iecit & hoc super omnia, & inclu
21 sit Iohannem in carcerem. †Factũ Mat. 3. c. 13
E est aũt cùm baptizaretur omnis Mar. 1. a. 9
populus, & Iesu baptizato & orã- Ioh. 1. d. 32
22 te, apertum est cælum: † & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox
de cælo facta est: ‖ Tu es filius me Isa. 42. a. 1
us dilectus: in te complacuit mi- Mat. 4. d. 17
23 hi. † Et ipse Iesus erat incipiens & 17. a. 5.
quasi annorum triginta: ‖ vt puta Inf. 9. d. 33
batur, filius Ioseph, qui fuit Heli, 2. Pe. 1. c. 19
24 † qui fuit Matthat, qui fuit Leui, Mt. 13. g. 55
qui fuit Melchi, qui fuit Iãne, qui Mar. 6. a. 3
25 fuit Ioseph, † qui fuit Matthathię, Inf. 4. d. 22
qui fuit Amos, qui fuit Naum, q Ioh. 1. f. 45
26 fuit Hesti, qui fuit Magge, † qui & 6. c. 42.
fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Io-
27 seph, qui fuit Iuda, † qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, q fuit
28 Neri, † qui fuit Melchi, qui fuit
Addi, qui fuit Cosam, qui fuit El
29 madan, qui fuit Her, † qui fuit

Iesu

Ieſu, qui fuit Eliézer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Le-
30 ui, † qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona,
31 qui fuit Eliacim, † qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matthata, qui fuit Nathan, qui fuit
Mar.1.a.6. 32 Dauid, † qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Sal-
33 mon, qui fuit Nahaſſon, † qui fuit
G Aminadab, qui fuit Aram, qui
34 fuit Eſrõ, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, † qui fuit Iacob, qui fuit
C 35 Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, † qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit
36 Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, † qui fuit Cainan, qui fuit
37 Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, † qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui
38 fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, † qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAP. IIII.

1 IEſus autem plenus Spiritu ſan-
A cto, regreſſus eſt à Iordane: &
Mat.4.a.1. agebatur in Spiritu in deſerto,
2 † diebus quadraginta, & tentaba-
Mat.1.b.12 tur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis, & conſumma-
3 tis illis *poſteà eſurijt. † Dixit autem il-
*poſteà 1. li diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. † Et reſpon-
4 dit ad illum Ieſus, Scriptum eſt.
*viuit. Deu.8.a.2. ‖ Quia nõ in ſolo pane *viuet' homo, ſed in omni verbo Dei. † Et
Mat.4.a.4. 5 duxit illum diabolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento
6 temporis, † & ait illi, Tibi dabo
B poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorum: quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. † Tu
7 ergo ſi adorauueris coram me, erũt
8 tua omnia. † Et reſpondens Ieſus, Deu.6.g.13 & 10.d.20. dixit illi, Scriptum eſt, ‖ Dominum Deum tuum adorabis, & illi
9 ſoli ſeruies. † Et duxit illum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorſum.
10 † Scriptum eſt enim quòd Angelis ſuis mandauit de te, vt conſer- Pſ.90.c.11.
11 uent te: † & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapi-
12 dem pedem tuum. † Et reſpondens Ieſus, ait illi, Dictũ eſt, ‖ Non Deu.6.c.16
tentabis Dominum Deum tuum.
13 † Et conſummata omni tentatione diabolus receſſit ab illo, vſque
14 ad tempus. † Et regreſſus eſt Ieſus Mt.4.b.12.
C in virtute Spiritus in Galilæam: Mr.1.b.14.
& fama exijt per vniuerſam re- Ioh.4.f.43.
15 gionem de illo. † Et ipſe docebat in ſynagogis eorum, & magnifi-
16 cabatur ab omnibus. † ‖ Et venit Matt.13.g.
Nazareth vbi erat nutritus, & in- 54.
trauit ſecundum conſuetudinem Mar.6.a.1.
ſuam die ſabbathi in ſynagogam:
17 & ſurrexit legere. † Et traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi
18 ſcriptum erat: † ‖ Spiritus Domini Pſal.61.d.1
ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit
19 me, ſanare contritos corde, † prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annũ
Domini acceptum, & diem retri-
20 butionis. † Et cùm plicuiſſet li-
D brum, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium in ſynagoga oculi e-
21 rant intendentes in eum. † Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodiè impleta eſt hæc ſcriptura
22 in auribꝰ veſtris. † Et omnes teſtimoniũ illi dabãt, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebãt de ore ipſius, & dicebant, Nónne
23 hic eſt filius Ioſeph? † Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem, Medice, cura teipſum: quanta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua.
24 † Ait autem, Amen dico vobis: ‖ quia nemo propheta acceptus Ioh.4.f.44
25 eſt in patria ſua. † In veritate dico vobis, ‖ multæ viduæ erant in 3.Re.17.b.
dic- 9.

diebus Eliæ in Israel, quando
Iac.5.d.18. ‖ clausum est cælum annis tribus
& mensibus sex, cùm facta esset
26 fames magna in omni terra: † & ad nullã illarum missus est Elias,
nisi in Sarepta Sidonię, ad mulie-
27 rem viduam. † Et ‖ multi leprosi
E erant in Israel sub Eliseo prophe-
4.Reg.5.d. ta: & nemo eorum mundatus est
14. 28 nisi Naaman Syrus. † Et repleti
sunt omnes in synagoga ira, hæc
29 audientes. † Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & ad-
duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipi-
30 tarent eum. † Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.
31 † ‖ Et descendit in Capharnaum
Mt.4.b.13. ciuitatem Galilææ: ibiq; docebat
32 illos sabbathis. † ‖ Et stupebant in
Mr.1.b.21. doctrina eius: quia in potestate
33 erat sermo ipsius. † ‖ Et in synago-
F ga erat homo habens dæmonium
Mr.7.d.28. immundum: & exclamauit voce
34 magna, † dicens: Sine, quid nobis
Mr.2.c.23. & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te qui sis, Sanctus
35 Dei. † Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Et cùm proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo, ni-
36 hilq; illum nocuit. † Et factus est pauor in omnibus, & colloquebatur ad inuicem, dicẽtes, Quod est hoc verbum quia in potestate & virtute imperat immundis spiri-
37 tibus, & exeunt? † Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum
38 regionis. † Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum
Mt.8.b 14. Simonis. ‖ Socrus autem Simonis
Mr.1.c.30. tenebatur magnis febribus: & ro-
39 gauerunt illum pro ea. † Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Et continuò surgens,
40 ministrabat illis. † Cùm autem
G sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat
41 eos. † Exibant autem dæmonia à multis, clamãtia & dicentia, Quia tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. † Facta autem
42 die, ‖ egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebãt eum, & venerunt vsq; ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab
43 eis. † Quibus ille ait, Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. † Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

Mat.1.c.34

Mr.1.d.45.

CAP. V.

1 FActum est autem, cùm turbæ
A irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus
2 stagnum Genesareth. † Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant,
3 & lauabant retia. † Ascendens autem in vnam nauem quæ erat Simõnis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, docebat
4 de naucula turbas. † Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simõnem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. † Et respondens
5 Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in verbo autem tuo la-
6 xabo rete. † Et cùm hoc fecissent,
B concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autẽ
7 rete eorum. † Et annuerunt sociis qui erant in alia naui vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas: ita
8 vt *mergerentur. † Quod cùm vi- *penè
deret Simon Petrus, prócidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia
9 homo peccator sum Domine. † Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erant, in ca-
10 ptura piscium quam ceperãt. † Similiter autem Iacóbum & Iohannem filios Zebedæi, qui erant socij Simõnis. Et ait ad Simõnem Iesus: Noli timere, ex hoc iam,

Mt.4.c.18.
Mr.1.b.16.

ho-

11 homines eris capiens. † Et subductis ad terram nauibus, relictis
12 omnibus secuti sunt eum. † Et fa-
Mat.8.a.2. C ctum est, cùm esset in vna ciuita-
Mr.1.d.40. tum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in
.5. faciem, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare.
13 † Et extendens manum, tetigit eum, dicens, Volo, Mundare. Et
confestim lepra discessit ab illo.
14 † & ipse præcepit illi vt nemini diceret: sed, Vade, ostende te sa-
Leu.14.a.4 cerdoti, & offer pro emundatione tua ‖ sicut præcepit Moyses, in
15 testimonium illis. † Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmi-
16 tatibus suis. † Ipse autem secede-
17 bat in desertum, & orabat. † Et factum est in vna dierum, & ipse
D sedebat docens, Et erant Pharisæi sedentes & legis doctores qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos.
18 † Et ecce viri portantes in lecto
Mat.9.a.2. hominem qui erat paralyticus: &
Mar.2.a.3. quærebant eum inferre, & ponere ante eum. † Et non inuenien-
19 tes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium, ante Ie-
20 sum. † Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi pec-
21 cata tua. † Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, ni-
22 si solus Deus? † Vt cognouit autem
E Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos, Quid cogita-
23 tis * in cordibus vestris? † Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? † Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum
25 tuam. † Et confestim consurgens coram illis, tulit * in quo iacebat: lectum & abijt in domum suam, magnificans Deum. † Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia
27 hodie. † Et post hæc exijt, & vidit Mat.9.a.9.
F publicanum nomine Leui, sedentem ad Telonium, & ait illi, Se-
28 quere me. † Et relictis omnibus,
29 surgens secutus est eum, † & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorũ, & aliorum qui cum
30 illis erant discumbentes. † Et mur Mr.9.b.11.
murabant Pharisæi & Scribæ eo- Mr.2.b.16.
rum, dicentes ad discipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?
31 † Et respondens Iesus, dixit ad illos, Non egent qui sani sunt, me-
32 dico: sed qui male habent. † Non 1.Tim.1.c.
veni vocare iustos, sed peccatores 15.
33 ad pœnitentiam. † At illi dixerũt ad eum, ‖ Quare discipuli Iohan- Mr.9.b.14.
nis ieiunant frequenter, & obse- Mr.2. c. 1.
crationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt & bibunt?
34 † Quibus ipse ait, Numquid
G potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare?
35 † Venient autem dies: & cùm ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc
36 ieiunabunt in illis diebus. † Dicebat autem & similitudinem ad illos, quia nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus. alioquin & nouum rumpit, & veteri non conue
37 nit commissura à nouo. † ‖ Et ne- Mr.9.b.17.
mo mittit vinum nouum in v- Mr.2.c.22.
tres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt. † sed
38 vinum nouũ in vtres nouos mittendum est: & vtraq; conseruan-
39 tur. † Et nemo bibens vetus, statim vult nouum. dicit enim, Vetus melius est.

CAP.

CAP. VI.

1 FActum est autem in ‖ Sabba-
A tho secundo, primo, cùm trã-
Mat.12.a.1 iret per sata, vellebant discipuli
Mr.2.d.23. eius spicas, & manducabant con-
2 fricantes manibus. † Quidam au-
tem Pharisæorum dicebant illis,
Quid facitis quod non licet in
3 sabbathis? † Et respondens Iesus
ad eos, dixit, Nec hoc legistis
quod fecit Dauid, cùm esuisset
4 ipse & qui cum illo erant. † ‖ quo-
1.Re.21.b. modo intrauit in domum Dei, &
6. panes propositionis sumpsit, &
manducauit, & dedit his qui cum
ipso erant, quos non licet man-
Ex.29.c.32. ducare ‖ nisi tãtùm sacerdotibus?
5 † Et dicebat illis, Quia dominus
Leu.8.f.31. est filius hominis, etiam sabba-
& 24.b. (6 thi. † Factum est autem & in alio
9. sabbatho, vt intraret in synago-
Mt.12.a.10 gam, & doceret. ‖ Et erat ibi ho-
Mar.3.a.1. mo, & manus eius dextra erat a-
7 rida. † Obseruabant autem Scri-
bæ & Pharisæi si in sabbatho cu-
8 rauit: vt inuenirent vnde accusa-
rent eum. † Ipse verò sciebat co-
gitationes eorum, & ait homini D
qui habebat manum aridam, Sur-
9 ge, & sta in medium. Et surgens,
stetit. † Ait autem ad illos Iesus,
B 'Interrogo' vos, si licet sabbathis
'Interroga benefacere an malè: animam sal-
bo 3. 10 uam facere an perdere? † Et circ-
cunspectis omnibus dixit homi-
ni, Extende manum tuam. Et ex-
tẽdit, & restituta est manus eius.
11 † Ipsi autem repleti sunt insipien-
tia, & colloquebantur ad inuicẽ,
12 quidnam facerent 'Iesu. † Factum
*de est autem in illis diebus, exijt in
montem orare, & erat pernoctãs
13 in oratione Dei. † ‖ Et cùm dies
Mat.10.a.1. factus esset, vocauit discipulos
Mr.3.b.13. suos, & elegit duodecim ex ipsis,
& 6.a.7. quos & Apostolos nominauit.
14 † Simónem quem cognominauit
Infr.9.a.1. Petrum, & Andream fratrem e-
ius, Iacobum & Iohannem, Phi-
15 lippum & Bartholomæum, † Mat-
thæum & Thomam, Iacobum Al-
phei, & Simónem qui vocatur Ze
16 lotes, † & Iudam Iacobi, & Iudam
Iscarióthen, qui fuit proditor.
17 † Et descendens cum illis stetit in
C loco campestri, & turba discipu-
lorum eius, & multitudo copiosa
plebis ab omni Iudæa & Ierusa-
lem, & maritima & Tyri & Si-
18 donis, † qui venerant vt audirent
eum, & sanarentur à languoribus
suis. Et qui vexabantur à spiriti-
19 bus immundis, curabantur. † Et
omnis turba quærebat eum tan-
gere: quia virtus de illo exibat, &
20 sanabat omnes. † ‖ Et ipse eleua- Mat.5.a.2.
tis oculis in discipulos suos, dice-
bat, Beati pauperes, quia vestrum
21 est regnum Dei. † ‖ Beati qui nunc Isa.65.b.13
esuritis: quia saturabimini. ‖ Bea- Isai.61.a.3.
ti qui nunc fletis: quia ridebitis. & 66.b.10.
22 † ‖ Beati eritis cùm vos oderint Mat.5.a.11.
homines, & cũ separauerint vos,
& exprobrauerint, & eiecerint
nomen vestrum tãquam malum,
propter filium hominis. † Gaude-
23 te in illa die & exultate: ecce e-
nim merces vestra multa est in
cælo, secundum hæc enim facie-
24 bant Prophetis patres eorũ. † ‖ Ve- Am.6.a.1.
runtamen væ vobis diuitibus,
'qui habetis consolationem ve- 'qui
stram. † ‖ Væ vobis qui saturati Eccl.31.a.8
25 estis: quia esurietis. Væ vobis qui Isa.65.c.13.
ridetis nunc: quia lugebitis &
26 flebitis. † 'Væ cùm benedixerint vo- 'væ vobis
bis' omnes homines. secundum cùm bene-
hæc enim faciebant 'pseudopro- dixerint
phetis' patres eorum. † Sed vobis 'prophetis
27 dico qui auditis, ‖ Diligite ini-
micos vestros: benefacite his qui
28 oderunt vos. † Benedicite male- Mat.5.c.44.
dicentibus vobis, & orate pro ca- Mat.5.f.39.
lumniantibus vos. † ‖ Et qui te 1.Cor.6.b.
29 percutit in maxillam, præbe 'ei '& 7.
alteram. ‖ Et ab eo qui aufert ti-
bi vestimentum, etiam tunicam
30 noli prohibere. † Omni autem pe-
tenti te, tribue, & qui aufert quæ
31 tua sunt, ne repetas. † ‖ Et prout Mat.7.b.12
vultis vt faciant vobis homines, To.4.c.16.
&

33 & vos facite illis similiter. † ‖ Et
Mat.5.g.46. si diligitis eos qui vos diligunt:
quæ vobis est gratia? nam & pec-
catores, diligentes se diligunt.
33 † Et si benefeceritis his qui vobis
E benefaciunt: quę vobis est gratia?
siquidem & peccatores hoc faci-
34 unt. † ‖ Et si mutuum dederitis
Mat.5.g.42. his à quibus speratis recipere:
Deu.15.b.8. quæ gratia est vobis? nam & pec-
catores peccatoribus fœnerãtur,
35 vt recipiant æqualia. † ‖ Verumta-
Mat.5.g.44 men diligite inimicos vestros:
benefacite & mutuum date, ni-
hil inde sperantes: & erit mer-
ces vestra multa, & eritis filij Al-
tissimi: quia ipse benignus est su-
36 per ingratos & malos. † Estote er-
37 go misericordes: sicut & pater
Mat.7.a.1. vester misericors est. † Nolite iu-
dicare, & non iudicabimini. no-
lite condemnare, & non con-
demnabimini. Dimittite, & di-
38 mittemini. † Date, & dabitur vo-
bis: mensuram bonam & con-
fertam & coagitatam & super ef-
Mat.8.a.2. Mr.4.c.24. fluentem dabunt in sinũ vestrũ.
39 ‖ Eadẽ quippe mensura qua men-
si fueritis, remetietur vobis. † Di-
F cebat autem illis & similitudinẽ:
Mt.15.b.14 ‖ Nunquid potest cæcus cæcum
ducere? nónne ambo in foueam
40 'cadunt'? † Non est discipulus
'cadent s. super magistrum: perfectus au-
tem omnis erit, si sit sicut magi-
41 ster eius. † ‖ Quid autem vides fe-
Mt.10.c.24 Io.13.b.16. & 15.c.(42 20. stucam in oculo fratris tui: trabẽ
autem quæ in oculo tuo est, non
consyderas? † Aut quomodo po-
tes dicere fratri tuo, Frater, sine,
Mat.7.a.3. eijciam festucam de oculo tuo:
ipse in oculo tuo trabem non vi-
dens? Hypocrita, eijce primũ tra-
bem de oculo tuo: & tunc perspi-
cies vt educas festucam de oculo
43 fratris tui. † ‖ Non est enim arbor
Mat.7.c.17 bona quæ facit fructus malos: ne-
que arbor mala faciens fructum
44 bonum. † ‖ Vnaquæque enim ar-
Mat.7.c.16 & 12.c.33. bor de fructu suo cognoscitur.
Neq; enim de spinis colligunt
ficus: neq; de rubo vindemiant
45 vuam. † Bonus homo de bono the
G sauro cordis sui profert bonũ: &
malus homo de malo thesauro
profert malum. Ex abundantia
enim cordis, os loquitur. † Quid
46 autem vocatis me ‖ Domine, Do- Mat.7.c.21.
mine: & non facitis quæ dico? Ro.12.b.13.
47 † Omnis qui venit ad me, & audit Iac.1.d.22.
sermones meos, & facit eos: ostẽ-
48 dam vobis cui similis sit. † Similis
est homini ædificanti domum,
qui fodit in altum, & posuit fun-
damentum super petram, inun-
datione autem facta, illisum est
flumen domui illi, & non potuit
eam mouere: fundata enim erat
49 super petram. † Qui autem audit,
& non facit: simili est homini æ-
dificanti domum suam super ter-
ram sine fundamento: in quam
illisus est fluuius: & continuo cẽ-
cidit, & facta est ruina domus il-
lius magna.

CAP. VII.

1 CVm autem implesset omnia
A verba sua in aures plebis, ‖ in- Mat.8.a.5.
2 trauit Capharnaum. † Centurio- Io.4.f.46.
nis autem cuiusdam seruus malè
habens, erat moriturus: qui illi
3 erat pretiosus. † Et cùm audisset
de Iesu, misit ad eum seniores Iu-
dæorum, rogans eum vt veniret,
4 & 'saluaret seruum eius. † At illi 'sanaret t.
cùm venissent ad Iesum, rogabãt
eum solicitè, dicentes ei, Quia di-
5 gnus est vt hoc illi præstes. † dilig-
it enim gentem nostram: & sy-
nagogam ipse ædificauit nobis.
6 † Iesus autem ibat cum illis. Et cũ
iam non longè esset à domo, mi-
sit ad eum centurio amicos, di-
cens, ‖ Domine, noli vexari. Non Mat.8.a.8.
enim sum dignus vt sub tectum
7 meum intres. † propter quod &
meipsum non sum dignum arbi-
tratus vt venirem ad te: sed dic
verbo, & sanabitur puer meus.
8 † nam & ego homo sum sub pote-
B state constitutus, habens sub me

milites,&dico huic,vade,& vadit:
& alij,veni,&venit:& seruo meo,
9 fac hoc,& facit.† Quo audito, Ie-
sus miratus est: & conuersus, se-
quentibus se turbis, dixit,Amen
dico vobis, nec in Israel tantam
10 fidem inueni.† Et reuersi qui mis
Ps.106.d.20 si fuerant domum: ‖ inuenerunt
11 seruum qui languerat,sanum.†Et
Sa.16. b.12 factum est:deinceps ibat *in ciui-
*Iesus tatem quæ vocatur Naim: & ibāt
cum eo discipuli eius & turba co-
12 piosa. † Cùm autem appropin-
quaret portæ ciuitatis, ecce de-
functus efferebatur, filius vnicus
matri suæ: & hæc, vidua erat, &
turba ciuitatis multa cum illa.
13 †Quàm cùm vidisset Dñs, miseri-
cordia motus super eam, dixit il-
14 li,Noli flere. † Et accessit, & teti-
C git loculū.Hi aūt qui portabant,
steterunt.Et ait,Adolescens, tibi
15 dico,surge. † Et resedit qui erat
mortuus,& cœpit loqui. Et dedit
16 illū matri suæ: † Accepit aūt oēs
timor: & magnificabant Deū di-
Lu.24.c.19 centes, ‖ Quia propheta magnus
Ioh.4. c.19 surrexit in nobis:& quia Deus vi-
& 6.b. (17 sitauit plebem suam. † Et exijt
14.& 7. f. hic sermo in vniuersam Iudæam
40. de eo, & in omnem circa regio-
18 nem. † Et nuntiauerunt Iohanni
discipuli eius de omnibus his.
19 † Et conuocauit duos de discipu-
Mt.12. a. 2. lis suis Iohannes: & misit ad Ie-
sum,dicens, Tu es qui venturus
es:an alium expectam⁹ ?† Cùm au
20 tem venissent ad eū viri,dixerūt,
Iohannes Baptista misit nos ad
te, dicens, Tu es qui venturus es:
21 an alium expectamus? † In ipsa
autem hora,multos curauit à lan-
guoribus & plagis, & spiritibus
malis:& cæcis multis donauit vi-
22 sum. † Et respondens, dixit illis,
D Euntes renuntiate Iohanni quæ
Isa.29.f.18 audistis & vidistis?‖ Quia cæci vi-
& 33. a. 5. dent, claudi ambulant, leprosi
mundantur,surdi audiunt, mor-
Mr.15.d.30 tui resurgunt, ‖ pauperes euan-
23 gelizantur: † & beatus est qui-
cunq; nō fuerit scandalizatus in
24 me. † ‖ Et cùm discessissent nūtij Isa.61. a.1.
Iohannis, cœpit de Iohanne di- Mt.11. a.7.
cere ad turbas, Quid existis in de-
sertum videre?arundinem vento
25 *moueri? † Sed quid existis vide- *agitatam
re? hominem mollibus vestimē-
tis indutum? Ecce, qui in veste
pretiosa sunt & delitijs,in domi-
26 bus regum sunt.†Sed quid existis
videre? prophetam? Vtique dico
27 vobis,& plusquā prophetam.†hic
est de quo scriptum est:‖Ecce mit Mal.4.a.1.
to angelum meum ante faciem Mt.11. b.10
tuam,qui præparabit viam tuam Mar.1.a.2.
28 ante te.† Dico enim vobis,maior
inter natos mulierum propheta
Iohanne Baptista nemo est. qui
aūt minor est in regno Dei, ma-
29 ior est illo.†Et omnis populus au-
E diens & publicani, iustificauerūt
Deum, baptizati baptismo Io-
30 hannis.† Pharisæi autem, & legis
periti consilium Dei spreuerunt
in semetipsos, non baptizati ab
31 eo. † Ait autem Dominus, Cui ..11.
ergo similes dicam homines ge- Mt.11.b.16
nerationis huius, & cui similes
32 sunt? † Similes sunt pueris seden-
tibus in foro, & loquentibus ad-
inuicem,& dicentibus, Cantaui-
mus vobis tibijs, & non saltastis:
lamentauimus, & non plorastis.
33 † ‖ Venit autem Iohannes Bapti- Mat.3.a.4.
sta‖neq; manducans panem, ne- Mar.1.a.6.
que bibens vinum: & dicitis,
34 Dæmonium habet. † Venit filius
hominis manducans & bibens:
& dicitis, Ecce homo deuorator
& bibens vinum, amicus publi-
35 canorum & peccatorum. † Et iu-
stificata est sapientia ab omni-
36 bus filijs suis. † Rogabat autem
F illum quidā de Pharisæis vt man-
37 ducaret cum illo. † Et ingressus
domum Pharisæi discubuit. † ‖ Et Mr.16.a.3.
ecce mulier quæ erat in ciuitate, Mr.14.a.3.
peccatrix,vt cognouit quod *ac- Ioh.12.a.3.
cubuisset in domo Pharisæi, at- *Iesus
38 tulit alabastrum vnguenti: † &
stans retro secus pedes eius, la-
chrymis

chrymis cœpit rigare pedes eius,
& capillis capitis sui tergebat, &
osculabatur pedes eius, & vnguẽ-
39 to vngebat. † Videns autem Pha-
risæus qui vocauerat eũ, ait intra
se, dicens, Hic si esset propheta,
sciret vtique quæ & qualis est
40 mulier quæ tangit eum, quia pec-
catrix est. † Et respondens Ie-
sus, dixit ad illum, Simon, ha-
beo tibi aliquid dicere. At ille ait,
41 Magister, dic. † Duo debitores
erant cuidam fœneratori: vnus
debebat denarios quingentos, &
42 alius quinquaginta. † Non ha-
bentibus illis vnde redderent,
donauit vtrisque. Quis ergo eum
43 plus diligit? † Respondens Si-
G mon dixit, Æstimo quia is cui
44 plus donauit. At ille dixit ei, Re-
ctè iudicasti. † Et conuersus ad
mulierem, dixit Simõni, Videns
hanc mulierem? Intrani in do-
mum tuam, aquam pedibus me-
is non dedisti: hæc autem lachry-
45 mis rigauit pedes meos, & capil-
lis suis terſit. † Osculum mihi non
dedisti: hæc autem ex quo intra-
ui, non cessauit osculari pedes
46 meos. † Oleo caput meum non
vnxisti: hæc autem vnguento
47 vnxit pedes meos. † Propter quod
dico tibi, Remittuntur ei pec-
cata multa, quoniam dilexit mul
tum. Cui autem minus dimitti-
48 tur, minus diligit. † Dixit autem
Mat.9.a.2. ad illam, ‖ Remittuntur tibi pec-
49 cata. † Et cœperunt qui simul ac-
cumbebant, dicere intra se, Quis
50 est hic qui etiam peccata dimit-
Mr.5.c.34. tit? † Dixit autem ad mulierem, Fi
des tua te saluam fecit: vade in
pace.

CAP. VIII.

1 A ET factum est deinceps, & ipse
iter faciebat per ciuitates &
castella prædicans & euangeli-
zans regnum Dei: & duodecim
2 cum illo, † & mulieres aliquæ quę
erãt curatæ à spiritibus malignis
& infirmitatibus, ‖ Maria quæ Mr.16.c.9
vocatur Magdalene, de qua se-
3 ptem dæmonia exierant, † & Io-
hanna vxor Chusæ procuratoris
Herodis, & Susanna, & aliæ mul-
tæ quæ ministrabant ei de facul-
4 tatibus suis. † Cùm autem turba Mat.13.a.3
plurima conueniret, & de ciuita- Mar.4.a.2.
tibus properarent ad eum, dixit
5 per similitudinem: † Exijt qui
seminat, seminare semen suum.
& dum seminat, aliud cecidit se-
cus viam, & conculcatum est, &
volucres cæli comederunt illud.
6 † Et aliud cecidit supra petram: &
natum aruit, quia non habebat
7 humorem. † Et aliud cecidit inter
spinas: & simul exortæ spinæ
8 suffocauerunt illud. † Et aliud ce-
B cidit in terram bonam: & or-
tum, fecit fructum centuplum.
Hæc dicens clamabat, Qui habet
9 aures audiendi, audiat. † ‖ Inter- Mt.13.a.10
rogabant autem eum discipuli e- Mr.4.b.10
10 ius, quæ esset hæc parabola. † Qui- Isa.6.c.9.
bus ipse dixit, Vobis datum est Mr.13.b.14
nosse mysterium regni Dei, cæte- Mr.4.b.12.
ris autem in parabolis, ‖ vt vidẽ- Io.12.f.40.
tes non videant, & audientes nõ Acto.28.f.
11 intelligant. † Est autem hæc pa- 26.
rabola: Semen est verbum Dei. Ro.11.b.2.
12 † Qui autem secus viam: hi sunt
qui audiunt. deinde venit diabo-
lus, & tollit verbum de corde eo-
13 rum, ne credentes salui fiant. † Nã
qui supra petram: qui cùm audie-
rint, cum gaudio suscipiunt ver-
bum; & hi radices non habent
'quia' ad tempus credunt, & in 'qui 2.
tempore tentationis recedunt.
14 † Quod autem in spinas cecidit,
hi sunt qui audierunt, & à soli-
citudinibus & diuitijs, & volupta-
tibus vitæ, euntes, suffocantur, &
15 non referunt fructum. † Quod
autem in bonam terram: hi sunt
qui in corde bono & optimo au-
dientes verbum retinent, & fru-
16 ctum afferũt in patientia. † Nemo Mt.5.b.15.
C cãt lucernã accẽdens, operit eam Mr.4.c.21.
vase, aut subtus lectum ponit: sed

Mt.10.c.26 ſupra candelabrum ponit, vt in-
Mr.4. (17 trantes videant lumen: † Non eſt
c.22. enim occultum quod non mani-
Mt.13.b.12 feſtetur: nec abſconditum quod
& 25.c. 29. non cognoſcatur, & in palàm ve-
18 niat. †‖ Videte ergo quomodo au-
Mr.4. c.25. diatis. Qui enim habet, dabitur
Mat. 12. d. illi: & quicunq; non habet, etiam
46. quod putat ſe habere, auferetur
19 ab illo. † ‖ Venerunt aũt ad illum
Mar.3.d.31 mater & fratres eius: & non pote
20 rant adire eum præ turba. † Et
nuntiatum eſt illi, Mater tua &
fratres tui ſtant foris, volentes te
21 videre. † Qui reſpondens, dixit
ad eos, Mater mea & fratres mei,
hi ſunt qui verbum Dei audiunt
22 & faciunt. † Factum eſt autem in
Mat.8.c.23 vna dierum: & ipſe aſcendit in
Mr.4. d.36 nauiculam, & diſcipuli eius, & ait
ad illos, Transfretemus trans ſta-
23 gnum. Et aſcenderunt. † Et naui-
D gantibus illis obdormiuit, & de-
ſcendit procella venti in ſtagnũ,
'compelle & 'complebantur', & periclita-
bãtur. (24 bantur. † Accedentes autem ſuſ-
citauerunt eum, dicentes, Præce-
ptor, perimus. At ille ſurgens, in-
crepauit ventum & tempeſtatem
aquæ: & ceſſauit: & facta eſt tran-
25 quillitas. † Dixit aũt illis, Vbi eſt
fides veſtra? Qui timentes, mirati
ſunt ad inuicem, dicentes, Quis,
putas, hic eſt, quia & ventis &
26 mari imperat, & obediunt ei? † Et
Mt.8.d.28 nauigauerunt ad regionem Ge-
Mar. 5.a.1. raſenorum, quæ eſt contra Gali-
27 læam. † Et cũ egreſſus eſſet ad ter-
rã, occurrit illi vir quidam qui ha
bebat dæmonium iam tempori-
bus multis, & veſtimento non in
duebatur, neque in domo mane-
28 bat, ſed in monumentis. † Is vt vi-
dit Ieſum, procidit ante illũ: & ex
clamans voce magna, dixit, Quid
mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſ-
ſimi? obſecro te ne me torqueas.
29 † Præcipiebat enim ſpiritui im-
mũdo vt exiret ab homine. Mul-
tis enim temporibus arripiebat
illum, & vinciebatur catenis, &
compedibus cuſtoditus: & ruptis
vinculis agebatur à dæmonio in
30 deſerta. † Interrogauit autem
E illum Ieſus dicens, Quod tibi no-
men eſt? At ille dixit, Legio. quia
intrauerant dæmonia multa in
31 eum. † Et rogabant illum ne im-
peraret illis vt in abyſſum irent.
32 † ‖ Erat autem ibi grex porcorum Mt.8.d.30. Mar.5.a.11
multorum paſcentium in mon-
te: & rogabant eum vt permit-
teret eis in illos ingredi. Et per-
33 miſit illis. † Exierunt ergo dæmo-
nia ab homine, & intrauerunt in
porcos: & impetu abijt grex per
præceps in ſtagnum, & ſuffocatus
34 eſt. † Quod vt viderunt factum
qui paſcebant, fugerunt: & nun-
tiauerunt in ciuitatem & in vil-
35 las. † Exierunt autẽ videre quod
factum eſt: & venerunt ad Ieſum,
& inuenerunt hominem ſeden-
tem à quo dæmonia exierant, ve-
ſtitum, ac ſana mente ad pedes e-
36 ius, & timuerunt. † Nuntiauerũt
autem illis & qui viderant, quo-
modo ſanus factus eſſet à legio-
37 ne. † Et rogauerunt illum omnis
multitudo regionis Geraſeno-
rum vt diſcederet ab ipſis: quia
magno timore tenebatur. Ipſe au
tẽ aſcendens nauim, reuerſus eſt.
38 † Et rogabat illum vir à quo dæ-
F monia exierant, vt cum eo eſſet.
Dimiſit autem eum Ieſus, dicẽs,
39 † Redi in domum tuam, & narra
quanta tibi fecit Deus. Et abijt ꝑ
vniuerſam ciuitatem, prædicans
40 quanta illi feciſſet Ieſus. † Factum
eſt autem: cùm redijſſet Ieſus, ex-
cepit illum turba. Erant autem
41 omnes expectantes eum. † Et ec- Mat.9.c.18
ce venit vir cui nomen Iairus, & Mr.5.b.22
Ipſe princeps ſynagogæ erat: &
cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum
42 vt intraret in domum eius, † quia
vnica filia erat ei ferè annorum
duodecim, & hæc moriebatur. Et
contigit, dum iret, à turbis com-
43 primebatur. † Et mulier quædam
erat in fluxu ſanguinis ab annis
duo-

duodecim, quæ in medicos erogauerat omnẽ substãtiam suam, nec
44 ab vllo potuit curari: † accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius, & confestim stetit fluxus
45 sanguinis eius. † Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & di-
46 cis, Quis me tetigit? † Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis, nam ego
47 noui virtutem de me exijsse. † Videns autem mulier, quia non latuit, tremens vènit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmo-
48 dum confestim sanata sit. † At ipse dixit ei: Filia, fides tua saluam te
49 fecit: vade in pace. † Adhuc illo loG quente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens eis, Quia
50 mortua est filia tua, noli vexare illum. † Iesus autem audito hoc verbo respondit patri puellę, Noli timere, crede tantùm, & salua erit.
51 † Et cùm venisset domum, non permisit intrare secũ quenquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Iohannem, & patrem & matrem
52 puellæ. † Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit:
53 Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit. † Et irridebant
54 eum, scientes quòd mortua esset. † Ipse autem tenens manum
55 eius clamauit, dicens: Puella surge. † Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuò. Et iussit illi
56 dare manducare. † Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

CAP. IX.

1 A Conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem
Mt.10.a.1. & potestatem super omnia dæmo-
2 nia, & vt languores curarent. † Et
Mt.3.b.13. misit illos prędicare regnum Dei,
3 & sanare infirmos. † Et ait ad illos: Mt.10.a.9.
Nihil tuleritis in via, neq; virgam, neq; peram, neq; panem, ne Mar. 6.a.8
que pecuniam, neq; duas tunicas
4 habeatis. † Et in quâcunq; domum intraueritis, ibi manete, & inde
5 ne exeatis. † Et quicunq; non receperint vos: ‖ exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedũ vestrorum excutite in testimonium
6 supra illos. † Egressi aũt circuibat per castella euangelizantes & cu-
7 rantes vbique. † Audiuit autem Mt. 14.a.1.
Herodes tetrarcha omnia quæ fie Mr.6.b.14
bant ab eo, & hæsitabat eo quòd diceretur à quibusdam, Quia Io-
8 hannes surrexit à mortuis: † à quibusdam vero, Quia Elias apparuit: ab alijs autem, Quia prophe-
9 ta vnus de antiquis surrexit. † Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui. Quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quęrebat vide-
10 re eum. † Et reuersi Apostoli, nar- Mt.14.b.13
rauerunt illi quæcunq; fecerunt, Mr.6.d.31.
& assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Beth-
saidæ. † Quòd cùm cognouissent
11 B turbæ, secutæ sunt illũ, & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant sanabat. † Dies autem cœperat de-
12 clinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi: ‖ Dimitte turbas, vt Mt.14.b.15
euntes in castella villasq; quæ cir- Mr.6.c.36.
ca sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumꝰ.
13 † Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt: ‖ Nõ Ioh.6.b.9.
sunt nobis plus quàm quinq; panes, & duo pisces: nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hãc
14 turbam escas. † Erant autem ferè viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discũbere per cõuiuia quinquagenos.
15 † Et ita fecerunt, & discumbere fe-
16 cerunt omnes. † Acceptis autem quinq; panibus & duob. piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis

pulis ſuis, vt ponerent ante tur-
17 bas.†Et manducauerũt omnes:&
ſaturati ſunt. Et ſublatũ eſt quod
ſuperfuit illis,fragmentorum co-
18 phini duodecim.†‖Et factum eſt,
Mt.16.b.13 cùm ſolus eſſet orans, erant cum
Mr. 8. c.17 illo & diſcipuli, & interrogauit
illos,dicẽs: Quem me dicunt eſſe
19 turbæ?†At illi reſpõderunt, & di-
xerunt,Iohannem Baptiſtam,alij
C autẽ Eliã,alij verò quia vnus Pro
20 pheta de priorib.ſurrexit. † Dixit
autem illis: Vos autem quem me
eſſe dicitis? Reſpõdens Simon Pe
21 trus dixit:Chriſtum Dei.† At ille
increpans illos, præcepit ne cui
22 dicerent hoc:†dicens:‖Quia opor
Mt.16.c.23 tet filium hominis multa pati,&
Mr.8.d.31. reprobari à ſenioribus & princi-
pibus ſacerdotum & Scribis, &
occîdi, & tertia die reſurgere.
23 †‖ Dicebat autem ad omnes, Si
Mt.10.d.38 quis vult poſt me venire, abne-
& 16. d.24 get ſemetipſum, & tollat crucem
ſuam quotidiè, & ſequatur me.
24 †Qui enim voluerit animã ſuã ſal
Mr.8. d.34 uam facere,perdit illam,nam qui
In. 14.f. 27 perdiderit animã ſuam propter
& 17. g.33. me:ſaluã faciet illam,†quid enim
25 proficit homo, ſi lucretur vniuer-
Io. 12. d.25 ſum mundum, ſe autem ipſum
perdat, & detrimentum ſui faci-
26 at?†‖Nã qui me erubuerit & me-
Mt.10. c.33 os ſermones,hunc filius hominis
Mr.8. d.38 erubeſcet cùm venerit in maie-
2. Tim. 2. ſtate ſua & patris, & ſanctorum
b 12. (27 angelorum.†‖ Dico autem vobis
Mt.16.d.28 verè,ſunt aliqui hîc ſtantes, qui
Mar.9.a.1. non guſtabunt mortem, donec
28 videant regnum Dei. †‖ Factum
D eſt autem poſt hæc verba ferè di-
Mt. 17. a.1. es octo,& aſſumpſit Petrũ & Iacô
Mr. 9.a. 2. bum & Iohannem, & aſcendit in
29 montẽ vt oraret.† Et facta eſt, dũ
oraret, ſpecies vult⁹ eius, altera,
& veſtitus eius albus & refulgẽs.
30 †Et ecce duo viri loquebantur cũ
illo. Erant autem Moyſes & Eli-
31 as,†viſi in maieſtate, & dicebant
exceſſum eius, quem comple-
32 turus erat in Ieruſalem. † Petrus
verò, & qui cum illo erant, gra-
uati erant ſomno.Et euigilantes,
viderunt maieſtatem eius, & du-
33 os viros qui ſtabant cum illo. †Et
factum eſt: cùm diſcederent ab
illo, ait Petrus ad Ieſum: Præce-
ptor, Bonum eſt nos hîc eſſe:&
faciamus tria tabernacula, vnum
tibi,& vnum Moyſi, & vnũ Eliæ,
34 neſciens quid diceret.† Hæc autẽ
E illo loquente, facta eſt nubes, &
obumbrauit eos,& timuerunt,in
35 trantibus illis in nubem. † Et vox
facta eſt de nube,dicens:‖ Hic eſt Mat.3.d.17
filius meus dilectus, ipſum audi- 2.Pe.1.c.17
36 te.†Et dũ fieret vox, inuentus eſt
Ieſus ſolus. Et ipſi tacuerunt, &
nemini dixerunt in illis diebus
37 quicquã ex his quæ viderãt. †‖Fa- Mt.17.b.14
ctum eſt aũt in ſequenti die, de- Mr.9.c.17.
ſcendentibus illis de mõte,occur
38 rit illi turba multa. † Et ecce vir illis.
de turba exclamauit,dicens: Ma-
giſter,obſecro te, reſpice in filiũ
39 meum quia vnicus mihi eſt, † &
ecce ſpiritus apprehendit eum,
& ſubitò clamat, & elidit, & diſ-
ſipat eum cũ ſpuma, & vix diſce-
40 dit dilanians eum. † & rogaui diſ-
cipulos tuos,vt eijcerent illum,&
41 non potuerunt.† Reſpondeus au-
tem Ieſus, dixit: O generatio in-
fidelis & peruerſa, vſquequo ero
apud vos & patiar vos? Adduc huc
42 filium tuum. † Et cùm accederet,
eliſit illi dæmonium, & diſſipa-
uit. Et increpauit Ieſus ſpiritum
immundum, & ſanauit puerum,
43 & reddidit illum patri eius.†Stu-
pebant autem omnes in magni-
tudine Dei, omnibusque miran-
tibus in omnibus quæ faciebat,
44 dixit ad diſcipulos ſuos, †Ponite
vos in cordibus veſtris ſermones
iſtos,filius enim hominis futu-
rum eſt vt tradatur in manus ho-
45 minum.† At illi ignorabant ver-
F bum iſtud, & erat velatum ante
eos,vt non ſentirent illud: & ti-
mebant eum interrogare de hoc
46 verbo. †‖ Intrauit autem cogita- In.22.c.24
tio

Mt. 18. a. 1. tio in eos, quis eorum maior es-
47 set. † At Iesus videns cogitationes
Mr. 9. c. 34. cordis illorum apprehendit pue-
48 rum, & statuit illum secus se, † & ait illis: Quicunq; susceperit pue
rum istum in nomine meo, me A
recipit, & quicūq; me receperit,
recipit eum qui me misit. Nā qui
minor est inter vos omnes, hic
49 maior est. † Respondens autem Io
hannes dixit: Præceptor, vidimus
quendam in nomine tuo eijcien-
tem dæmonia, & prohibuimus
eum, quia non sequitur nobis-
50 cum. † Et ait ad illum Iesus: No-
lite prohibere, qui enim non est
51 nos, pro aduersum nos, pro vobis est. † Fa-
nobis 6. ctum est autem dum cōplerentur
dies assumptionis eius, & ipse fa-
ciem suam firmauit vt iret in Ie-
52 rusalem. † Et misit nuntios ante
G conspectū suū, & euntes, intraue-
runt in ciuitatē Samaritanorum
53 vt pararent illi. † Et non recepe-
runt eum, quia facies eius erat e-
54 untis in Ierusalem. † Cùm vidis-
sent autem discipuli ei⁹, Iacobus,
& Iohannes, dixerunt: Dñe, vis
dicimus vt ignis descendat de cæ
55 lo, & consumat illos? † Et cōuersus
increpauit illos, dicens: Nescitis
56 cuius spiritus estis? ‖ Filius homi-
Ioh. 3. b. 17. & 12. g. 47. nis non venit animas perdere,
sed saluare. Et abierunt in aliud
57 castellum. † Factum est autem am-
bulantib. illis in via, dixit quidā
Mt. 8. c. 19. ad illum, ‖ Sequar te quocunq; ie-
58 *Domine ris*. † Dixit illi Iesus: Vulpes foueas
& 8. habent, & volucres cæli nidos, fi-
lius autem hominis non habet
59 *suum. vbi caput* reclinet. † Ait autem ad
alterum, Sequere me. Ille autem
60 dixit, Dñe, permitte mihi primū
ire & sepelire patrem meum. † Di
xit q; ei Iesus: Sine vt mortui se-
peliant mortuos suos, tu autem
61 vade, *annuntia regnum Dei. † Et
*& ait alter, Sequar te Domine, sed
62 permitte mihi primum renuntia
re his qui domi sunt. † Ait ad illū
Iesus: Nemo mittens manum su-
am ad aratrum, & respiciens re-
tro, aptus est regno Dei.

CAP. X.

1 POsthæc autem designauit Do-
minus & alios septuaginta du
os, & misit illos binos ante faci-
em suā in omnem ciuitatem & lo
2 cum quò erat ipse venturus. † Et
dicebat illis, ‖ Messis quidem mul Mt. 9. d. 37
ta: operarij autem pauci. Rogate
ergo dominum messis, vt mittat
3 operarios in messem suam. † ‖ Ite: Mat. 10. b.
ecce ego mitto vos sicut agnos in- 16.
4 ter lupos. † ‖ Nolite portare saccu- Mar. 6. a. 8
lum, neq; peram, neq; calceamen
ta, ‖ & neminem per viā salutaue- 4. Reg. 4. c.
5 ritis. † In quamcunq; domum in- 29.
trueritis, primum dicite, pax hu-
6 ic domui. † & si ibi fuerit filius pa-
cis, requiescet super illum pax ve-
stra: sin autem ad vos reuerte-
7 tur. † In eadem autem domo ma-
nete edentes & bibentes quæ a-
pud illos sunt. ‖ dignus est enim Mt. 10. b. 10
B operari⁹ mercede sua. Nolite trā- De. 24. c. 14
8 sire de domo in domum. † Et in 1. Ti. 5. c. 18.
quamcunq; ciuitatem intraueritis,
& susceperint vos, manducate
9 quæ apponuntur vobis, † & curate
infirmos qui in illa sunt, & dicite
illis, Appropinquauit in vos re-
10 gnum Dei. † In quamcunque au-
tem ciuitatem intraueritis, &
non susceperint vos, exeuntes
11 in plateas eius dicite, † ‖ Etiam Act. 13. g. 51
puluerem qui adhæsit nobis de
ciuitate vestra, extergim⁹ in vos,
tamen hoc scitote quia appro-
12 pinquauit regnum Dei. † Dico
vobis, quia Sodomis in die illa re-
13 missi⁹ erit, quā illi ciuitati. † ‖ Væ Mt. 11. c. 21.
C tibi Corozaim, vę tibi Beth-saida,
quia si in Tyro & Sidone factæ
fuissent virtutes quæ factæ sunt
in vobis, olim in cilicio & cinere
14 sedentes pœnituissent. † Veruntā-
men Tyro & Sidoni remissius e-
15 rit in iudicio, quàm vobis. † Et tu
Capharnaum vsque ad cælum
exaltata, vsque ad infernum de-

16 mergêris.† ‖ Qui vos audit,me au-
Mat. 10. d. dit:& qui vos ſpernit,me ſpernit.
40. Qui autẽ me ſpernit, ſpernit eum
17 qui miſit me. † Reuerſi ſunt au-
Io.13.c.20. tem ſeptuaginta duo cum gaudio,
dicentes, Domine, etiam dæmo-
nia ſubijciuntur nobis in nomine
[18 tuo.†Et ait illis,Videbam ſatanam
19 ſicut fulgur de cælo cadentem.†Ec
ce,dedi vobis poteſtatem calcan-
di ſupra ſerpentes, & ſcorpiones,
& ſuper omnem virtutem inimi-
20 ci,& nihil vobis nocebit.†Verun-
tamen in hoc nolite gaudere,quia
ſpiritus vobis ſubijciuntur: gau-
dete autem quòd nomina veſtra
21 ſcripta ſunt in cælis.†‖ In ipſa ho-
[D ra exultauit ᵃ ſpiritu', & dixit,
Mt.11.d.25 Confiteor tibi pater, Domine
ᵃ in ſpiritu cæli & terræ, quòd abſcondiſti
ſancto. hæc à ſapientibus & prudentibus,
& reuelaſti ea parvulis. Etiam pa-
ter quoniam ſic placuit ante te.
[22 † Omnia mihi tradita ſunt à pa-
tre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius,niſi pater:& quis ſit pater, niſi filius, & cui voluerit filius re-
23 uelare. † Et conuerſus ad diſci-
pulos ſuos, dixit, ‖ Beati oculi Mt.13.b.16
qui vident quæ vos videtis.† Di-
24 co enim vobis, quod multi pro-
phetæ & reges voluerunt vide-
re quæ vos videtis, & non vide-
runt,& audire quæ auditis,& non Mt.22.d.35
25 audierunt. † Et ecce quidam Le- Mr.12.c.28
E giſperitus ſurrexit tentans illum,
& dicens,Magiſter, quid faciendo
26 vitam æternam poſſidebo? † At ille
dixit ad eũ,In lege quid ſcriptum
27 eſt? quomodo legis? † Ille reſpon- Deu.6.a.5.
dens dixit, ‖ Diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex omni-
bus viribus tuis, & ex omni men-
te tua: & proximum tuum ſicut
[28 teipſum. † Dixitq; illi, Recte re-
29 ſpondiſti: hoc fac & viues. † Il-
le autem volens iuſtificare ſe-
ipſum,dixit ad Ieſum: Et quis eſt
30 meus proximus? † ᵃ Suſcipiens au- ᵃ Suſpici-
tem Ieſus,dixit:Homo quidam de ens.
Ierico descendebat ab Ieruſalem in Ieri-
cho,& incidit in latrones,qui etiã
F deſpoliauerunt eum,& plagis im-



poſitis abierunt ſemiuiuo relicto.
31 † Accidit autem vt ſacerdos qui-
dam deſcenderet eadem via,& vi-
32 ſo illo præteriuit.† Similiter & Le
uita,cùm eſſet ſecus locum,& vi-
33 deret eum, pertranſijt. † Samari-
tanus

tanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum,
34 misericordia motus est. † Et appropiãs alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius
35 egit. † Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunq; supererogaueris, ego cùm
36 rediero reddam tibi. † Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones?
37 † At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Va
38 de, & tu fac similiter. † Factum est autem dum irent, & ipse intrauit
G in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit
39 illum in domum suam, † & huic erat soror nomine Maria: quæ etiam sedens secus pedes Domini,
40 audiebat verbum illius. † Martha autem satagebat circa frequẽs ministerium: quæ stetit & ait, Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solã ministrare?
41 dic ergo illi, vt me adiuuet. † Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. † Porrò vnum
42 est necessariũ. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

1 A Et factum est: cùm esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, sicut
2 docuit & Iohannes discipulos suos. † Et ait illis, ¶ Cùm oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. * † pa-
3 nẽ nostrum quotidianum da nobis * hodie, † & dimitte nobis pec-
4 cata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne
5 nos inducas in tentationem. † Et ait ad illos, Quis vestrûm habebit amicum, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi, Amice, commoda
6 mihi tres panes, † quoniã amicus meus venit de via ad me, & nõ ha-
7 beo quod ponã ante illũ: † & ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iã ostiũ clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare
8 tibi. † Et si ille perseuerauerit pulsans, dico vobis, etsi non dabit illi surgẽs eò quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen e-
B ius surget, & dabit illi quotquot
9 habet necessarios. † ¶ Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. † Omnis enim
10 qui petit, accipit: & q quærit, inue-
11 nit, & pulsanti aperietur. † ¶ Quis autem ex vobis patrẽ petit panẽ, & nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? † Aut si petierit o-
12 uum: nunquid porriget illi scor-
13 pionem? † Si ergo vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quãto magis pater vester * de
* cælestis cælo dabit spiritũ bonũ petenti-
14 bus se? † ¶ Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutũ. Et cũ eiecisset dæmoniũ, locutus est mut*:
15 & admiratæ sunt turbæ. † ¶ Quidã autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit
16 dæmonia. † Et alij tentantes, signũ
17 de cælo quærebant ab eo. † Ipse au-
C tem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in se diuisum, * desolabitur, & domus su-
18 pra domum * cadet. † Si autem & satanas in seipsum diuisus est: quo * cadit
5. modo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæ-
19 monia. † Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideò ipsi, iudices vestri erunt. † Porrò si in digito Dei
20 eijcio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. † Cùm fortis armatus custodit atrium suum:

b 5 in pa-

Mat.6.b.9 * Fiat vo(3 lũtas tua, sicut in cæ(4 lo & in terra 4. * quotidie 20. (5

22 in pace sunt ea quæ possidet. † Si
autem fortior eo superueniens vi
aufert 8. cerit eum: vniuersa arma eius au
feret in quibus confidebat, & spo
distri- (23 lia eius distribuet. † Qui non est
buit 7. mecum, contra me est. & qui non
24 colligit mecum, dispergit. † Cùm
immundus spiritus exierit de ho-
mine, perãbulat per loca inaquo-
sa, quærens requiem. Et non inue
niens dicit, Reuertar in domum
25 meam vnde exiui. † Et cùm vene-
eam rit, inuenit scopis mundatam &
26 ornatam. † Tunc vadit, & assumit
D septem alios spiritus nequiores
se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt
nouissima hominis illius peiora
27 prioribus. † Factum est aũt cũ hæc
diceret, extollens vocẽ quędã mu
lier de turba, dixit illi, Beatus ven
ter qui te portauit, & hubera quæ
28 suxisti. † At ille dixit, Quinimò
beati qui audiunt verbum Dei, &
29 custodiunt illud. † Turbis autem
Mt.12.c.39 concurrentibus cœpit dicere, ‖ Ge
Ioã.2.a. 2. neratio hæc, generatio nequam
3.Rom.10. est: signum quærit, & signum nõ
4.1. dabitur ei nisi signum Ionæ Pro-
2.Pa.9.(30 phetæ. † ‖ Nam sicut fuit Ionas si-
4.1. gnum Niniuitis: ita erit & filius
31 hominis generationi isti. † ‖ Regi
na austri surget in iudicio cum vi
ris generationis huius, & condem
nabit illos: quia venit à finib. ter-
ræ audire sapientiam Salomonis,
& ecce plus quàm Salomon hîc.
32 † Viri Niniuitæ surgent in iudicio
cũ generatione hac, & condemna
Ion.3.b.5. bunt illã: ‖ quia pœnitentiam ege
Mt.5.b.15. runt ad prædicationẽ Ionæ, & ec-
Mr.4.c.(33 ce plus quã Ionas hîc. † ‖ Nemo lu
21. cernam accẽdit, & in abscondito
E ponit, neq; sub modio: sed supra
candelabrum. vt qui ingrediũtur,
34 lumen videant. † ‖ Lucerna corpo
Mt.6.a.22. ris tui, est oculus tuus. Si oculus
tuus fuerit simplex, totum corpus
tuum lucidum erit; si autem ne-
quam fuerit, etiam corpus tuũ te-
35 nebrosum erit. † Vide ergo ne lu-
men quod in te est, tenebræ sint.

36 † Si ergo corpus tuum totum luci
dum fuerit non habens aliquam
partem tenebrarum: erit lucidũ
totum, & sicut lucerna fulgoris il
37 luminabit te. † Et cùm loquere-
tur, rogauit illum quidã Phari-
sæus vt pranderet apud se. Et in-
38 gressus recubuit. † Pharisæus au-
tem cœpit intra se reputans di-
cere, quare non baptizatus esset
39 ante prandium. † Et ait Dominus
ad illũ, ‖ Nunc vos Pharisæi quod Mt.23.c.25
deforis est calicis & catini munda
tis: quod autem intus est vestrum,
plenum est rapina & iniquitate.
40 † Stulti nónne qui fecit quod de-
foris est, etiam id quod deintus
41 est, fecit? † Veruntamen quod
F supersit, date eleemosynam: &
ecce omnia munda sunt vobis.
42 † Sed væ vobis Pharisæis, quia de-
cimatis mentam & rutam & omne olus: & præteritis iudicium &
charitatem Dei. hæc autem opor-
tuit facere, & illa non omittere.
43 † ‖ Væ vobis Pharisæis, quia diligi Inf.20.g.
tis primas cathedras in synagogis 46.
& salutationes in foro. † Væ vobis Mt.23.a.6.
44 quia estis vt monumenta quæ Mr.12.d.38
non apparent, & homines ambu-
45 lantes supra, nesciunt. † Respon
dens autem quidã ex Legisperitis,
ait illi, Magister, hæc dicens etiã
46 contumeliam nobis facis. † At ille
ait, Et vobis Legisperitis væ: ‖ qa Mt.23.a.4.
oneratis homines oneribus quæ
portare non possunt, & ipsi vno
digito vestro non tangitis sarci-
47 nas. † Væ vobis, qui ædificatis
monumenta Prophetarum: pa-
tres autem vestri occiderũt illos.
48 † Profectò testificamini quod con
sentitis operibus patrum vestro-
G rum: quoniam ipsi quidem eos oc
ciderunt, vos autem ædificatis
49 eorum sepulchra. † Propterea &
sapientia Dei dixit, Mittam ad il
los Prophetas & Apostolos, & ex
illis occident & persequentur:
50 † vt inquiratur sanguis omnium
Prophetarum, qui effusus est à cõ-
sti-

stitutione mundi à generatione
53 ista,† ‖ à sanguine Abel, vsque ad
Ge.4.b.8. sanguinem Zacharię qui perijt in
2.Pa.24.c. ter altare & ædem. Ita dico vo-
ai. bis,requiretur ab hac generatio-
52 ne. † Væ vobis Legisperitis, quia
tuliſtis clauem scientiæ,ipſi nō in
troiſtis,& eos qui introibant pro
53 hibuiſtis.† Cùm autem hæc ad il-
los diceret,cœperunt Phariſæi &
Legisperiti graniter inſiſtere , &
54 os eius opprimere de multis,† in-
ſidiantes ei, & quærentes aliquid
capere de ore eius, vt accuſarent
eum.

CAP. XII.

1 MVltis autem turbis circunſtã
A tibus,ita vt ſe inuicem con-
Mt.16.a.6. culcarent, cœpit dicere ad diſci-
Mr.8.b.15. pulos ſuos, ‖ Attendite à fermen-
Mt.10.c. to Phariſæorum,quod eſt hypocri
26. (2 ſis.† ‖ Nihil 'autem' opertum eſt,
Mr.4.c.21. quod non reueletur: neq; abſcon
'enim(3 ditum,quod non ſciatur.† Quoni
am quæ in tenebris dixiſtis,in lu-
mine dicentur: & quod in aurem
locuti eſtis in cubiculis, prædica-
4 bitur in tectis.† Dico aũt vobis a-
micis meis, Ne terreamini ab his
q occidunt corpus,& poſt hæc nõ
habent amplius quid faciant.
5 † Oſtendam autem vobis quem ti
meatis:timete eum qui poſtquam
occiderit,habet poteſtatem mit-
tere in gehennam: ita dico vobis,
6 hunc timete.† Nónne quinq; paſ
ſeres veneunt dipondio: & vnus
ex illis non eſt in obliuione corã
7 Deo:† Sed & capilli capitis veſtri
B mere: multis paſſeribus pluris e-
8 ſtis. † ‖ Dico autem vobis,Omnis
Mt.10.c.32 quicunq; confeſſus fuerit me co-
Mr.8.d.38. rã hominib.& filius hominis cõfi
2.Ti.2.b. tebitur illum coram angelis Dei.
12. 9 † ‖ qui autem negauerit me coram
Mt.12.c.32 hominib.negabitur coram ange-
10 lis Dei.† ‖ Et omnis qui dicit ver-
Mr.3.d.28. bum in filium hominis, remitte-
tur illi: ei autem qui in Spiritum
sanctum blaſphemauerit,non re-
11 mittetur. † ‖ Cũ aũt inducent vos Mt.10.b.19
in ſynagogas,& ad magiſtratus & Mr.13.b.11
poteſtates,nolite ſoliciti eſſe qua
liter, aut quid reſpondeatis, aut
12 quid dicatis. † Spiritus enim ſan-
ctus docebit vos in ipſa hora quid
13 oporteat vos dicere. † Ait autem
ei quidam de turba, Magiſter, dic
fratri meo vt diuidat mecum hæ-
14 reditatem.† At ille dixit ei,Homo
quis me conſtituit iudicẽ aut diui
15 ſorem ſuper vos? † Dixitq; ad il-
los,Videte & cauete ab omni aua
ritia:quia non in abundantia cu-
iuſdam vita eius eſt , ex his quæ
16 poſſidet.† Dixit autem ſimilitudi-
nem ad illos,dicens,‖ Hominis cu Ecc.31.c.19
iuſdam diuitis huberes fructus a-
17 ger attulit:† & cogitabat intra ſe
C dicens, Quid faciam, quia non ha
beo quò congregem fructus me-
18 os? † Et dixit,Hoc faciam: deſtruã
horrea mea, & maiora faciam: &
illuc congregabo omnia quæ na-
19 ta ſunt mihi,& bona mea: † & di-
cam animæ meæ, Anima, habes
multa bona poſita in annos pluri
mos:requieſce,comede,bibe,epu
20 lare:† Dixit aũt illi Deꝰ,Stulte,hac
nocte animã tuã repetũt à te:quæ
21 aũt paraſti,cuius erunt? † Sic eſt q
ſibi theſaurizat,& non eſt in Deũ
22 diues. † Dixitq́ue ad diſcipulos
ſuos,Ideò dico vobis:‖ Nolite ſoli Pſ.54.d.25.
citi eſſe animæ veſtræ quid man- Mt.6.d.25.
ducetis:neq; corpori quid indua- 1.Pe.5.b.7.
23 mini. † Anima plus eſt quàm eſ-
ca,& corpus plus quàm veſtimen-
24 tum. † Conſyderate coruos, quia
non ſeminant neque metunt,qui
bus non eſt cellarium neq; hor-
reum,& Deus paſcit illos. Quan-
tò magis vos pluris eſtis illis?
25 † Quis autem veſtrũ cogitãdo po-
teſt adijcere ad ſtaturam ſuam cu-
26 bitum vnũ? † Si ergo neq; quod
minimũ eſt poteſtis,quid de cæte
27 ris ſoliciti eſtis? † Conſyderate li-
D lia quomodo creſcunt:non labo-
rant,neq; nent:dico autem vobis

nec

nec Salomon in omni gloria sua
vestiebatur sicut vnum ex istis.
28 † Si aũt fœnum quod hodie est in
agro, & cras in clibanum mittitur
Deus sic vestit: quanto magis vos,
29 pusillæ fidei. † Et vos nolite quæ-
rere, quid mãducetis, aut quid bi-
batis: & nolite in sublime tolli:
30 † hæc enim omnia gentes mundi
quærunt. Pater autem vester scit
31 quoniam his indigetis. † Verunta
-.20. men quærite primum regnum
& iustitiã Dei: & hæc omnia adijcientur
eius. 32 vobis. † Nolite timere pusillus
Mt.19.c.21 grex, qa cõplacuit patri vestro da-
33 re vobis regnũ. † Vendite quæ pos
Mt.6.c.20. sidetis, & date eleemosynã. ‖ Faci
te vobis sacculos qui non vetera-
scunt, thesaurum non deficientẽ
in cælis, quo fur nõ appropiat, ne
34 que tinea corrũpit. † Vbi n. the-
E saurus vester est, ibi & cor vestrũ
35 erit. † Sint lumbi vestri præcincti,
-.14 & lucernæ ardentes in manib. ve
36. stris, † & vos similes hominib. exe-
pectantibus dñm suum quando
reuertatur à nuptijs: vt cùm vene
rit & pulsauerit, confestim aperi-
37 ant ei. † Beati serui illi, quos cùm
venerit Dñs, inuenerit vigilãtes:
amen dico vobis, quòd præcinget
se, & faciet illos discumbere, &
38 transiens ministrabit illis. † Et si
venerit in secunda vigilia, & si in
tertia vigilia venerit, & ita inue-
39 nerit: beati sunt serui illi. † ‖ Hoc
Mt.14.d.43 autem scitote, quoniam si sciret
paterfamiliãs qua hora fur veni-
Ap.16.c.15 ret, ‖ vigilaret vtiq;, & non sine-
40 ret perfodi domum suam. † Et vos
estote parati: quia qua hora nõ pu
41 tatis, filius hominis veniet. † Ait
aũt ei Petrus, Domine, ad nos di-
cis hanc parabolam: an & ad om-
42 nes? † Dixit autem Dñs, Quis, pu-
tas, est fidelis dispensator & pru-
cõstituet 2 dens, quem constituit Dominus
supra familiam suam, vt det illis
43 in tempore tritici mensurã? † Bea
tus ille seruus, quem cùm venerit
44 Dñs, inuenerit ita facientem. † Ve
F rè dico vobis, quoniã supra om-
nia quæ possidet, cõstituet illum.
45 † Quòd si dixerit seruus ille in cor
de suo, Moram facit dominus me
us venire: & cœperit percutere
seruos & ancillas, & edere & bibe
46 re, & inebriari: † veniet dominus
serui illius in die qua non sperat,
& hora qua nescit, & diuidet eum,
partemq; eius cum infidelib. po-
47 net. † Ille autem seruus qui cogno
uit voluntatem domini sui, & nõ
præparauit, & non fecit secundũ
voluntatem eius: vapulabit mul-
48 tis. † qui autem non cognouit, &
fecit digna plagis: vapulabit pau-
cis. Omnia aũt cui multum datũ
est, multum quæretur ab eo: & cui
commendauerunt multum, plus
49 petent ab eo. † Ignem veni mitte-
re in terrã: & quid volo, nisi vt ac-
50 cendatur? † Baptismo autem ha-
G beo baptizari: & quomodo coar-
51 ctor, vsq; dũ perficiatur? † ‖ Putatis Mat. 10. d.
quia pacem veni dare in terram? 34.
Non, dico vobis: sed separationẽ.
52 † erunt enim ex hoc, quinque in
domo vna diuisi, tres in duos, &
53 duo in tres: † diuidentur pater in
filium, & filius in patrem suum:
mater in filiam, & filia in matrẽ,
socrus in nurum suam, & nurus in Mat.16.d.2
54 socrũ suã. † ‖ Dicebat aũt & ad tur
bas, Cùm videritis nubem orien-
tem ab occasu, statim dicitis, Nim
55 bus venit: & ita fit: † & cùm austrũ
flantem, dicitis, Quia æstus erit:
56 & fit. † Hypocritæ, faciem cæli &
terræ nostis probare: hoc autem
tempus quomodo non proba-
57 tis? † Quid autem & à vobisipsis
non iudicatis quod iustum est? Mat.5.d.25
58 † ‖ Cùm autem vadis cum aduer-
sario tuo ad principem, in via da
operam liberari ab illo: ne fortè
trahat te ad iudicem, & iudex tra-
dat te exactori, & exactor mittat
59 te in carcerem. † Dico tibi, non ex
ies inde, donec etiam nouis-
simum minutum
reddas.

CAP.

CAP. XIII.

1 A Derant autem quidam ipso
A in tempore, nuntiantes illi
de Galilæis, quorum sanguinem
Pilatus miscuit cum sacrificijs eo-
2 rum. † Et respondens dixit illis,
Putatis quòd hi Galilæi præ om-
nibus Galilęis peccatores fuerint,
3 quia talia passi sunt? † Non, dico
vobis: sed nisi pœnitentiam ha-
bueritis, omnes similiter peribi-
4 tis. † Sicut illi decem & octo su-
pra quos cecidit turris in Siloë, &
occidit eos, putatis quia & ipsi
B debitores fuerint præter omnes
5 homines habitãtes in Ierusalem?
† Non, dico vobis: sed si pœniten-
tiam non habueritis, omnes simi-
6 liter peribitis. † Dicebat autem
hanc similitudinem, Arborem fi-
ci habebat quidam plantatam in
vinea sua: & venit quærens fru-
7 ctum in illa, & non inuenit. † Di-
xit autem ad cult orẽ vineæ, Ecce
anni tres sunt ex quo venio quæ-
rens fructum in ficulnea hac, &
non inuenio. Succide ergo illam.
8 vt quid etiam terram occupat? † At
ille respondens dicit illi, Domi-
ne, dimitte illam & hoc anno, vs-
C que dum fodiam circa illam, &
9 mittam stercora. † & si quidem
fecerit fructum: sin autem, in fu-
10 turum succides eam. † Erat autem
docens in synagoga eorum sabba-
11 this. † Et ecce mulier quæ habe-
bat spiritum infirmitatis annis
decem & octo: & erat inclinata,
nec omnino poterat sursum re-
12 spicere. † Quam cùm videret Ie-
sus, vocauit eam ad se, & ait illi,
Mulier dimissa es ab infirmitate
13 tua. † Et imposuit illi manus, &
confestim erecta est, & glorifica-
14 bat Deum. † Respondens autem
archisynagogus, indignans quia
sabbatho curasset Iesus, dicebat
turbæ, Sex dies sunt in quibus o-
portet operari. in his ergo veni-
te, & curamini: & non in die sab-
15 bathi. † Respondens autem ad il-
D lum Dominus, dixit, 'Hypocrita', 'hypocri ç
vnusquisq; vestrûm sabbatho nõ
soluit bouem suum, aut asinum à
16 præsepio, & ducit adaquare? † Hãc
autem filiam Abrahæ quam alli-
gauit satanas, ecce, decem & octo
annis non oportuit solui à vincu-
17 lo isto die sabbathi? † Et cùm hæc
diceret, erubescebant omnes ad-
uersarij eius: & omnis populus
gaudebat in vniuersis quæ glo-
18 riosè fiebant ab eo. † ‖ Dicebat er- Mt.13.d.31.
go, Cui simile est regnum Dei, & Mr.4.c.30.
19 cui similе æstimabo illud? † Simi-
le est grano sinâpis, quod acceptũ
homo misit in hortum suum, &
creuit: & factum est in arborem
magnam, & volucres cæli requie-
20 uerunt in ramis eius. † Et iterum Mt.13.c.33.
dixit, Cui simile æstimabo regnũ
21 Dei? † Simile est fermento, quod
E acceptum mulier abscondit in fa-
rinæ sata tria: donec fermentare-
22 tur totum. † Et ibat per ciuitates
& castella, docens, & iter faciens
23 in Ierusalem. † Ait autem illi quí-
dam, Domine, si pauci sunt qui
saluantur? Ipse autem dixit ad il-
24 los, † Contendite intrare per an- Mt.7.b.13.
gustam portam: quia multi, dico
vobis, quærent intrare, & non po
25 terunt. † Cùm autem intrauerit Mt.25.a 10.
paterfamiliãs, & clauserit ostium,
& incipietis foris stare, & pulsa-
re ostium, dicentes, Domine, aper-
i nobis: & respondens dicet vo-
26 bis, Nescio vos vnde sitis: † tunc
incipietis dicere, Manducauimus
coram te & bibimus, & in platéis
27 nostris docuisti. † Et dicet vobis,
F Nescio vos, vnde sitis: discedite à
me omnes operarij iniquitatis.
28 † ibi erit fletus & stridor dentium: Mt.7.c.23.
cùm videritis Abraham & Isaac & 25.d.41.
& Iacob, & omnes Prophetas in Psal.6.b.9
regno Dei, vos autem expelli fo-
29 ras. † Et venient ab Oriẽte & Oc- Mt.19.d.30
cidente & Aquilone & Austro, & & 20.b.16.
30 accumbent in regno Dei. † Et ec- Mr.10.d.31
ce sunt nouissimi qui 'erunt' pri- 'erant
mi,

mi, & sunt primi, qui 'erunt' no-
31 uissimi. † In ipsa die accesserunt
quidam Pharisæorũ, dicentes illi,
Exi & vade hinc: quia Herodes
32 vult te occidere. † Et ait illis, Ite,
G & dicite vulpi illi, Ecce eijcio dæ-
monia & sanitates perficio hodiè
& cras, & tertia die consummor.
33 † Veruntamen oportet me hodiè
& cras & sequenti die ambulare:
quia non capit prophetam perire
34 extra Ierusalem. † Ierusalem, Ie-
Mt.23.d.37 rusalem, quæ occidis Prophetas,
& lapidas eos qui mittuntur ad
te, quoties volui congregare filios
tuos quemadmodum auis nidum
35 suum sub pennis, & noluisti? † Ec-
ce relinquetur vobis domus ve-
stra deserta. Dico autẽ vobis, quia
non videbitis me donec veniat
Inf.19.f.38 cùm dicetis, Benedictus qui ve-
nit in nomine Domini.

CAP. XIIII.

1 ET factum est, cùm intraret Ie-
A sus in domum cuiusdam prin-
cipis Pharisæorum sabbatho mã-
ducare panem, & ipsi obseruabãt
2 eum. † Et ecce homo quidam hy-
3 dropicus erat ante illum. † Et re-
spondens Iesus dixit ad Legispe-
ritos & Pharisæos, dicens, Si licet
4 sabbatho curare? † At illi tacuerũt.
ipse verò apprehensum sanauit
5 eum, ac dimisit. † Et respondens
ad illos dixit, Cuius vestrũm asi-
nus aut bos in puteum cadet: &
non continuò extrahet illum die
6 sabbathi? † Et non poterant ad hęc
7 respondere illi. † Dicebat autem
B & ad inuitatos parabolam, inten-
dens quomodo primos accubitus
8 eligerent, dicens ad illos: † Cùm
inuitatus fueris ad nuptias, non
discumbas in primo loco: ne for-
tè honoratior te sit inuitatus ab
9 illo: † & veniens is qui te & illum
vocauit, dicat tibi, Da huic locũ:
& tunc incipias cum rubore no-
10 uissimum locum tenere: † sed cùm
vocatus fueris, vade, recumbe in
nouissimo loco: vt cùm venerit
qui te inuitauit, dicat tibi, Ami-
ce, ascende superius. Tunc erit ti- Pro.25.a.7.
C bi gloria coram simul discumben
11 tibus: † quia omnis qui se exaltat
humiliabitur: & qui se humiliat,
12 exaltabitur. † Dicebat autem &
ei qui se inuitauerat, Cùm facis Mt.23.b.12
prandium aut cœnam, noli voca- Inf.18.c.14
re amicos tuos, neq; fratres tuos, Tob.4.b.7
neq; cognatos, neq; vicinos diui- Pro.3.a.9.
tes: ne fortè te & ipsi reinuitent,
13 & fiat tibi retributio. † Sed cùm
facis conuiuium, voca pauperes,
14 debiles, claudos, & cæcos, † & bea-
tus eris, quia non habent retri-
buere tibi: retribuetur enim tibi
15 in resurrectione iustorum. † Hæc
cùm audisset quidã de simul dis-
cumbẽtibus, dixit illi, Beatus qui
D 'manducabit' panẽ in regno Dei. 'mãducat'
16 † At ipse dixit ei, Homo quidam 1.
fecit cœnam magnam, & vocauit Mt.22.a.2.
17 multos. † Et misit seruum suum Apo.19.b.
hora cœnæ dicere inuitatis vt ve- 9.
nirent, quia iam parata sunt om-
18 nia. † Et cœperunt simul omnes
excusare. Primus dixit ei, Villam
emi, & necesse habeo exire & vi-
dere illam, rogo te, habe me ex-
19 cusatum. † Et alter dixit, Iuga bo-
um emi quinque, & eo probare
illa, rogo te, habe me excusatum.
20 † Et ali⁹ dixit, Vxorẽ duxi, & ideo
21 non possum venire. † Et reuersus
E seruus, nũtiauit hæc domino suo.
Tunc iratus paterfamilias, dixit
seruo suo, Exi citò in plateas &
vicos ciuitatis, & pauperes ac de-
biles & cęcos & claudos introduc
22 huc. † Et ait seruus, Domine, fa-
ctum est vt imperasti, & adhuc lo-
23 cus est. † Et ait Dominus seruo,
Exi in vias & sepes: & compelle
intrare, vt impleatur domus mea.
24 † Dico autem vobis, quòd nemo
virorum illorum qui vocati sunt,
25 gustabit cœnã meam. † Ibant autẽ
turbæ multæ cum eo: & cõuersus
26 dixit ad illos, † ‖ Si quis venit ad Mt.10.d.37
me, & non odit patrem suum &
ma-

matrem, & vxorem & filios, & fra
tres & sorores, adhuc autem & a-
nimam suam: non potest meus
27 esse discipulus. † ‖ Et qui non ba-
F iulat crucem suam, & venit post
Mt.10.d.30 me, non potest meus esse discipu-
& 16.d.(28 lus. † Quis enim ex vobis volens
14. turrim ædificare, 'non' prius se-
'nónne dens cōputat sumptus qui neces-
Mr.8.d.34. sarij sunt, si habeat ad perficien-
29 dum: † ne posteà quā posuerit fun
damentū, & nō potuerit perfice-
re, omnes qui vident, incipiant
30 illudere ei, † dicētes, Quia hic ho-
mo cœpit ædificare, & nō potuit
31 consummare? † Aut quis rex itu-
G rus cōmittere bellum aduersus a-
lium regem, non sedens prius co-
gitat, si possit cum decem milli-
bus occurrere ei, qui cum viginti
32 millibus venit ad se? † alioquin ad-
huc illo lōgè agente, legationem
mittens, rogat ea quæ pacis sunt.
33 † Sic ergo omnis ex vobis qui non
renuntiat omnibus quæ possidet,
non potest meus esse discipulus.
34 † ‖ Bonum est sal. Si autem sal.* e-
35 uanuerit, in quo condietur? † Ne-
Mt.5.b.13. que in terram, neq; in sterquili-
Mr.9.g.50. nium vtile est, sed foras mitte-
*quoque tur. Qui habet aures audiendi, au-
diat.

CAP. XV.

1 ERant autem appropinquātes
A ei publicani & peccatores vt
2 audirent illum. † Et murmurabāt
Pharisæi & Scribæ, dicētes, Quia
hic peccatores recipit, & mandu-
3 cat cum illis. † Et ait ad illos para-
4 bolā istam, dicens, † ‖ Quis ex vo-
Mt.18.b.12 bis homo qui habet cētum oues:
& si perdiderit vnam ex illis, nō-
ne dimittit nonagintanouem in
deserto, & vadit ad illam quæ pe-
5 rierat donec inueniat eam? † Et
cùm inuenerit eam, imponit in
6 humeros suos gaudens: † & veniēs
B domum conuocat amicos & vici-
nos, dicens illis, Congratulamini
mihi, quia inueni ouem meam
7 quæ perierat. † Dico vobis quòd
ita gaudium erit in cælo super v-
no peccatore pœnitentiam agen-
te, quàm super nonagintanouē iu
stis qui non indigent pœnitētia.
8 † Aut quę mulier habēs drachmas
decem: si perdiderit drachmam v-
nam, nónne accendit lucernā, &
'cuertit' domū, & quærit diligen- 'auertit t.
9 ter, donec inueniat*? † Et cùm in- *eam
uenerit, conuocat amicas & vici-
nas, dicens, Cōgratulamini mihi,
quia inueni drachmā quam per-
10 dideram. † Ita, dico vobis, gaudiū
C erit coram angelis Dei super vno
peccatore pœnitentiam agente.
11 † Ait autem, Homo quidam ha-
12 buit duos filios: † & dixit adoles-
centior ex illis patri, Pater, da
mihi portionem substantiæ quæ
me cōtingit. Et diuisit illis sub-
13 stantiam. † Et nō post multos dies,
congregatis omnibus adolescen-
tior filius peregrè profectus est
in regionem longinquam: & ibi
dissipauit substantiam suam vi-
14 uendo luxuriose. † Et postquam
D omnia 'consummasset', facta est 'dissipasset
fames valida in regione illa, & 1.
15 ipse cœpit egere. † Et abijt, & ad-
hæsit vni ciuium regionis illius.
Et misit illum in villā suam vt pa-
16 sceret porcos. † Et cupiebat imple
re ventrem suum de siliquis quas
porci manducabant: & nemo illi
17 dabat. † In se autem reuersus di-
xit, Quāti mercenarij * patris mei *in domo.
abundant pānibus: ego autem hîc
18 fame pereo. † Surgā, & ibo ad pa-
trem meū, & dicā ei, Pater pecca-
19 ui in cælū & corā te: † iam nō sum
dignus vocari filius tuus: fac me
sicut vnum de mercenarijs tuis.
20 † Et surgens venit ad patrē suum.
E Cùm autē adhuc lōgè esset, vidit
illū pater ipsius, & misericordia
motus est, & accurrens cecidit su-
per collum eius, & osculatus est
21 eum. † Dixitq; ei filius, Pater, pec-
caui in cælum & coram te, iam nō
sum dignus vocari filius tuus.
† Di-

22 † Dixit autē pater ad seruos suos:
Citò proferte stolam primam, &
induite illum, & date annulum
in manum eius, & calceamenta in
23 pedes eius: † & adducite vitulum
F saginatum, & occidite, & mandu-
24 cemus, & epulemur, † quia hic fi-
lius meus mortuus erat & reuixit:
perierat & inuentus est. Et cœpe-
25 runt epulari. † Erat autem filius
eius senior in agro, & cùm veni-
ret & appropinquaret domui, au-
26 diuit symphoniam & chorum: † &
vocauit vnum de seruis, & inter-
27 rogauit quid hæc essent. † Isque
dixit illi, Frater tuus venit, & oc-
cidit pater tuus vitulum saginatū,
28 quia saluum illum recepit. † In-
dignatus est autem, & nolebat in-
troire. Pater ergo illius egressus
29 cœpit rogare illum. † At ille re-
G spondens, dixit patri suo, Ecce tot
annis seruio tibi, & nunquā man-
datum tuum præteriui, & nun-
quam dedisti mihi hœdū vt cum
30 amicis meis epularer: † sed post-
quam filius tuus hic, qui deuora-
uit substantiam suam cum mere-
tricibus venit, occidisti illi vitu-
31 lum saginatum. † At ipse dixit il-
li, Fili, tu semper mecum es, & o-
32 mnia mea tua sunt. † epulari au-
tem & gaudere oportebat, quia
frater tuus hic, mortuus erat,
& reuixit: perierat, & inuentus
est.

CAP. XVI.

1 DIcebat autem & ad discipu-
A los suos, Homo quidam erat
diues qui habebat villicum: & hic
diffamatus est apud illum, quasi
2 dissipasset bona ipsius. † Et voca-
uit illum, & ait illi, Quid hoc au-
dio de te? redde rationem villica-
tionis tuæ: iam enim non poteris
3 villicare. † Ait autem villicus in-
tra se, Quid faciam, quia dominus
meus aufert à me villicationem?
fodere non valeo, mendicare eru-
4 besco. † Scio quid faciam, vt cùm
amotus fuero à villicatione, reci-
5 piant me in domos suas. † Conuo-
catis itaque singulis debitoribus
domini sui, dicebat primo, Quan-
6 tum debes domino meo? † At il-
B le dixit, Centum cados olei. Di-
xitq; illi, Accipe cautionē tuam,
& sede, citò scribe quinquaginta.
7 † Deinde alij dixit, Tu verò quan-
tum debes? Qui ait, Centum co-
ros tritici. Ait illi, Accipe literas
8 tuas, & scribe octoginta. † Et lau-
dauit dominus villicum iniquita-
tis, quia prudenter fecisset quia
filij huius seculi prudentiores fi-
lijs lucis in generatione sua sunt.
9 † Et ego vobis dico, facite vobis
amicos de mammona iniquita-
C tis, vt cùm defeceritis, recipiant
10 vos in æterna tabernacula. † Qui
fidelis est in minimo, & in maio-
ri fidelis est: & qui in modico ini-
quus est, & in maiori iniquus est.
11 † Si ergo in iniquo mammóna fi-
deles non fuistis: quod verum est
12 quis credet vobis? † Et si in alieno
fideles non fuistis: quod vestrum
13 est, quis dabit vobis? † Nemo ser- Mt.6.c.24.
uus potest duobus dominis serui-
re, aut enim vnum odiet, & alte-
rum diliget: aut vni adhærebit, &
alterum contemnet. non potestis
14 Deo seruire & mammónæ. † Au-
diebant autem omnia hæc Phari-
sæi qui erant auari, & deridebant
15 illum. † Et ait illis, Vos estis qui
D iustificatis vos coram hominibus:
Deus autem nouit corda vestra,
quia quod hominibus altum est,
16 abominatio est ante Deum. † ‖ Lex Mt.11.b.12.
& prophetæ, vsq; ad Iohannem.
ex eo regnum Dei euangelizatur,
17 & omnis in illud vim facit. † ‖ Fa- Mt.5.c.28.
ciliùs est autem cælum & terram
præterire, quàm de lege vnum a-
18 picem cadere. † ‖ Omnis qui di- Mat.5.e.32.
mittit vxorem suam, & alteram Mt.10.b.11.
ducit, mœchatur: & qui dimissam 1.Cor.7.b.
19 à viro ducit, mœchatur. † Homo 10.
E quidam erat diues "&" indueba- "qui
tur purpura & bysso: & epulaba-
tur

20 tur quotidiè ſplendidè. † Et erat
quidam mendicus nomine Laza-
rus, qui iacebat ad ianuam eius,
21 vlceribus plenus: † cupiens ſatu-
rari de micis, quæ cadebant de
mēſa diuitis, *ſed & canes venie- *& nemo
illi dabat.



22 bant, & lingebant vlcera eius. † Fa
ctū eſt aūt vt moreretur mendi-
cus, & portaretur ab angelis in ſi-
num Abrahæ. Mortuus eſt autem
& diues: & ſepultus eſt in inferno. † Eleuans autem oculos ſuos
23 cū eſſet in tormentis, vidit Abra-
ham à longè, & Lazarum in ſinu
24 eius: † & ipſe clamans dixit, Pater
Abraham, miſerere mei, & mitte
F Lazarum vt intingat extremum
digiti ſui in aquam, vt refrigeret
linguam meam quia crucior in
25 hac flamma. † Et dixit illi Abra-
ham, Fili, recordare quia recepi-
ſti bona in vita tua, & Lazarus ſi-
militer mala: nunc aūt hic conſo-
26 latur, tu verò cruciaris. † & in his
omnibus, inter nos & vos chaos
magnū firmatū eſt: vt hi qui vo-
lunt hinc tranſire ad vos, nō poſ-
ſint, neque inde huc tranſmeare.
27 † Et ait, Rogo ergo te pater vt mit
28 tas eum in domū patris mei. † ha-
beo enim quinq; fratres, vt teſte
tur illis, ne & ipſi veniant in hūc
29 locum tormentorum. † Et ait illi
Abrahā, Habent Moyſen & pro-
30 phetas: audiant illos. † At ille di-
G xit, Non, pater Abrahā: ſed ſi quis
ex mortuis ierit ad eos, pœniten-
31 tiam agent. † Ait aūtem illi, Si
Moyſen & prophetas non audi-
unt, neq; ſi quis ex mortuis reſur
rexerit credent.

CAP. XVII.

1 ET ait ad diſcipulos ſuos, Im-
A poſſibile eſt vt non veniant
ſcandala: ‖ væ autem illi per quē Mt.18.a.7.
2 veniunt. † ‖ Vtilius eſt illi ſi lapis Mr.9.f.42.
molaris imponatur circa collum
eius, & proijciatur in mare, quàm
vt ſcandalizet vnum de puſillis
3 iſtis. † Attendite vobis, ‖ Si pec- Mt.18. c 21
cauerit in te' frater tuus, increpa Le.19.d.17
illum: & ſi pœnitentiam egerit, Ec.19.b 13
4 dimitte illi. † Et ſi ſepties in die -.18.
peccauerit in te, & ſepties in die
conuerſus fuerit ad te, dicēs, Pœ-
5 nitet me, dimitte illi. † Et dixe-
runt Apoſtoli Dño, Adauge no-
6 bis fidem. † ‖ Dixit autem Domi- Mt.17.c.20
B nus, Si haberetis fidem ſicut gra-

num sinâpis, diceretis huic arbo-
ri moro, Eradicare & transplan-
tare in mare: & obediret vobis.
7 † Quis autem vestrûm habens ser
boues uum arantem aut pascentem,
qui regresso de agro dicat illi,
8 Statim transi, recumbe: † & non
dicit ei, Para quod cœnem, & præ
cinge te, & ministra mihi donec
manducem & bibam, & post hæc
9 tu manducabis & bibes? † Nun-
C quid gratiam habet seruo illi,
quia fecit quæ ei imperauerat?
10 Non puto. † Sic & vos cùm fece-
ritis omnia quæ præcepta sunt
vobis, dicite, Serui inutiles sum⁹
quod debuimus facere, fecimus.
11 † Et factum est, dum iret in Ieru-
salem, transibat per mediam Sa-
12 mariam & Galilæam. † Et cùm
ingrederetur quoddam castellũ,
occurrerunt ei decem viri lepro-
13 si, qui steterunt à longe: † & leua-
uerunt vocem, dicentes, Iesu præ
14 ceptor, miserere nostri. † Quos vt
Le.24.a.2. vidit, dixit, Ite, ‖ ostendite vos
D sacerdotibus. Et factum est: dum
15 irent, mundati sunt. † Vnus autẽ
ex illis, vt vidit quia mundatus
est: regressus est, cum magna vo-
16 ce magnificans Deum, † & cé-
cidit in faciem ante pedes eius,
gratias agens: & hic erat Samari-
17 tanus. † Respondens aũt Iesus, di-
xit, Nonne decem mundati sunt?
18 & nouem vbi sunt? † Non est in-
uentus qui rediret, & daret glo-
19 riam Deo, nisi hic alienigena. † Et
ait illi, Surge, vade: quia fides tua
20 te saluum fecit. † Interrogatus
autem à Pharisæis quando venit
regnum Dei: respondit eis, & di-
xit, Non venit regnum Dei cum
21 obseruatione: † neque dicent, Ec-
ce hic, aut ecce illic. Ecce enim
22 regnum Dei intra vos est. † Et ait
E ad discipulos suos, Venient dies
quando desideretis videre vnum
diem filij hominis: & non videbi
23 tis. † ‖ Et dicent vobis, Ecce hic &
Mt.24.b.13 ecce illic. Nolite ire neq; secte-
24 mini. † nam sicut fulgur coruscãs Mt.13.c.21.
de sub cælo, in ea quæ sub cælo
sunt, fulget: ita erit filius homi-
25 nis in die sua. † Primum autem
oportet illum multa pati, & re-
26 probari à generatione hac. † ‖ Et Mt.24.c.73
sicut factum est in diebus Noë, Gen.7.a.5.
ita erit & in diebus filij hominis.
27 † Edebant & bibebant, vxores du
F cebant & dabantur ad nuptias
vsq; in diem qua intrauit Noë in
arcam: & venit diluuium, & per-
28 didit omnes. † Similiter ‖ sicut fa- Gen.19.c.
ctũ est in diebus Lot: Edebant & 24.
bibebant, emebant & vendebãt,
29 plantabant & ædificabant: † qua
die autem exijt Lot à Sodomis,
pluit ignem & sulphur de cælo, &
30 omnes perdidit: † secundum hæc
erit qua die filius hominis reue-
31 labitur. † In illa hora qui fuerit
G in tecto, & vasa eius in domo, ne
descendat tollere illa: & qui in a-
gro, similiter non redeat retro.
32 † Memores estote vxoris Lot. Su.9.c.24.
33 † ‖ Quicunq; quæsierit animam Mt.10.d.39
suam saluam facere, perdet illã: Mr.8.d.35.
& quicunque perdiderit illam, Io.12.d.25
34 viuificabit eam. Dico vobis, ‖ in Mat.24.d.
illa nocte erũt duo in lecto vno: 40.
vnus assumetur, & alter relinque 1.Thi.4.d.
35 tur: † duæ erunt molentes in v- 17.
num: vna assumetur, & altera re-
linquetur. duo in agro: vnus as- 2.
sumetur, & alter relinquetur.
36 † Respondentes dicunt illi, † Vbi
37 Domine? Qui dixit illis, Vbicun-
que fuerit corpus, illuc congrega-
buntur & aquilæ.

CAP. XVIII.

1 Dicebat autem & parabolã ad
A illos quoniam oportet ‖ sem- Ec.18.a.22
2 per orare & non deficere, † dicẽs, 1.Th.5.c.
Iudex quidam erat in quadam 17.
ciuitate, qui Deum non timebat,
& hominem non reuerebatur.
3 † Vidua autem quædam erat in ci-
uitate illa: & veniebat ad eũ, di-
cens, Vindica me de aduersario
4 meo. † Et nolebat per multũ tem-
pus,

pus, Post hæc autem dixit intra
se, Etsi Deum non timeo, nec ho-
5 minem reuereor: † tamen quia
B molesta est mihi hæc vidua, vin-
dicabo illam ne in nouissimo ve-
6 niens sugillet me. † Ait autem Do
minus, Audite quid iudex iniqui
7 tatis dicit. † Deus aũt non faciet
vindictam electorum suorũ cla-
mantium ad se die ac nocte: &
8 patientiam habebit in illis? † Di-
co vobis quia cito faciet vindictã
illorũ. Veruntamẽ filius hominis
veniens, putas, inueniet fidem in
9 terra? † Dixit aũt & ad quosdam
qui in se cõfidebant tanquam iu-
sti, & aspernabantur cæteros pa-
10 rabolam istam: † * Duo homines
* dicens. ascendebant in templũ vt orarẽt:
vnus Pharisæus, & alter Publica-
11 nus. † Pharisæus stans, hæc apud se
orabat: Deus gratias ago tibi, quia
non sum sicut cæteri hominum:
raptores, iniusti, adulteri: velut
12 etiã hic publicanus. † ieiunio bis
in sabatho: decimas do omnium
13 quæ possideo. † Et Publicanus à
C longe stans, nolebat nec oculos
ad cælum leuare, sed percutiebat
pectus suum, dicens, Deus propi-
14 tius esto mihi peccatori. † Dico vo
bis, descendit hic iustificatus
Lu.14.b.11. in domũ suã ab illo. ‖ quia omnis
Mt.23.b.12 qui se exaltat, humiliabitur: &
15 qui se humiliat, exaltabitur. ‖ Af-
Mr.19.b.3. ferebant autem ad illum & infan
Mr.10.b.13 tes, vt eos tãgeret. Quod cùm vi-
derent discipuli, increpabant il-
16 los. † Iesus autẽ conuocans illos,
dixit, Sinite pueros venire ad
me, & nolite vetare eos. talium
17 est enim regnum Dei. † Amẽ dico
D vobis, quicunque non acceperit
18 regnum Dei sicut puer, non intra
Mt.17.c.16 bit in illud. † ‖ Et interrogauit eũ
Mr.10.b.17 quidam princeps, dicens, Magi-
19 ster bone, quid faciẽs vitam ẽter-
nam possidebo? † Dixit autem ei
Iesus, Quid me dicis bonum? ne-
20 mo bonus nisi solus Deus. † Man-
Ex.20.b.13 data nosti: ‖ Nõ occides, Nõ mœ
chaberis, Non furtum facies, Nõ
falsum testimonium dices, Hono
21 ra patrem tuum & matrem. † Qui
ait, Hæc omnia custodiui à iuuẽ-
22 tute mea. † Quo audito, Iesus ait
ei, Adhuc vnum tibi deest: om-
nia quæcunque habes vende, &
da pauperibus, & habebis thesau-
rum in cælo: & veni, sequere me!
23 † His ille auditis, contristatus est:
24 quia diues erat valde. † Videns au-
E tem Iesus illum tristem factum,
dixit, Quàm difficilè, qui pecuni-
as habent, in regnum Dei intra-
25 bunt: † Faciliùs est enim came-
lum per foramen acus transire,
quàm diuitem intrare in regnũ
26 Dei. † Et dixerunt qui audiebant,
27 Et quis potest saluus fieri? † Ait il-
lis, Quæ impossibilia sunt apud
homines, possibilia sunt apud
28 Deum. † Ait autem Petrus, Ecce,
nos dimisimus omnia, & secuti
29 sumus te. † Qui dixit eis, Amen
dico vobis, nemo est qui reliquit
domum aut parentes, aut fratres,
aut vxorem, aut filios propter re-
30 gnum Dei, † & non recipiat mul-
to plura in hoc tempore, & in se-
31 culo venturo vitã æternã. † ‖ As- Mt.20.b.17
F sumpsit autem Iesus duodecim, Mt.20.c.1 &
& ait illis, Ecce ascendimus Iero-
solymam, & consummabuntur
omnia quæ scripta sunt per pro-
32 phetas de filio hominis. † tradẽ-
tur enim Gentibus, & illude-
tur, & flagellabitur, & cõspuetur:
33 † & postquã flagellauerint, occi-
dent eum, & tertia die resurget.
34 † Et ipsi nihil horum intellexe-
runt, & erat verbũ istud abscon-
ditum ab eis, & non intelligebãt
35 quæ dicebantur. † ‖ Factum est Mat.20.d.
G aũt, cùm appropinquaret Ieri- 29.
cho, cæcus quidam sedebat secus Mar.10.g.
36 viam, mendicans. † Et cùm audi- 46.
ret turbam prætereuntem, inter-
37 rogabat quid hoc esset. † Dixerũt
aũt ei quod Iesus Nazarenus trã-
38 siret. † Et clamauit, dicens, Iesu
39 fili Dauid miserere mei. † Et

qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse verò multò magis clamabat, Fili Dauid miserere
40 mei. † Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cùm appropinquasset, interrogauit illum,
41 † dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine vt videam.
42 † Et Iesus dixit illi, Respice, fi-
43 des tua te saluum fecit. † Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

1 ET ingressus perambulabat Ie-
2 richo. † Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publi-
3 canorum, & ipse diues. † & quæ-
A rebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia sta-
4 tura pusillus erat. † Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde e-
5 rat transiturus. † Et cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zachæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.
6 † Et festinans descendit, & exce-
7 pit illum gaudens. † Et cũ viderẽt oẽs, murmurabant, dicẽtes quòd ad hominem peccatorem diuer-
8 tisset. † Stans autem Zachæus, di-
B xit ad 'Dominum', Ecce dimidiũ
'Iesum. bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem de fraudaui, reddo quadruplum.
9 † Ait Iesus ad eum, Quia hodie
sal' domui huic facta est: eò quòd
10 & ipse filius sit Abrahæ. † ‖ Venit
Mt.18.b.12 enim filius hominis quærere &
11 saluũ facere quod perierat. † Hæc illis audientibus adijciens, dixit parabolam, eò quòd esset prope Ierusalem, & quia existimarent quòd confestim regnum Dei ma-
12 nifestaretur. † Dixit ergo. ‖ Homo
Mat. 25. b. quidam nobilis abijt in regio-
14. C nem longinquam accipere sibi
13 regnum, & reuerti. † Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Nego-
14 tiamini dum venio. † Cives autẽ eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes, Nolumus hũc regnare super nos.
15 † Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniã vt sciret quan-
16 tum quisq; negotiatus esset. † Venit autem primus, dicens, Dñe, mna tua decem mnas acquisiuit.
17 † Et ait illi, Euge bone serue, quia
D in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciui-
18 tates. † Et alter venit, dicens, Domine, mna tua fecit quinque
19 mnas. † Et huic ait, Et tu esto su-
20 per quinq; ciuitates. † Et alter venit dicẽs, Dñe, ecce mna tua quã
21 habui repositam in sudario. † timui enim te, quia homo austẽrus es: tollis quod non posuisti, & me
22 tis quod non seminasti. † Dicit ei, De ore tuo te iudico serue nequã. sciebas quod ego homo austẽrus sum, tollens quod non posui, &
23 metens quod non seminaui: † & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtiq; exegissem illam?
24 † Et astantibus dixit, Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem
25 mnas habet. † Et dixerunt ei, Do-
26 mine, habet decẽ mnas. † ‖ Dico aũt vobis, quia omni habenti dabitur: ab eo aũt qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.
27 † Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite
28 ante me. † ‖ Et his dictis, præcede-
29 bat ascendens Ierosolymam. † Et factum est, ‖ cùm appropinquasset ad Bethphage & Bethaniã ad montem qui vocatur olineti, mi-
30 sit duos discipulos suos, † dicens,
E Ite in castellũ quod contra 'est: in
'vos quod introeuntes, inuenietis pullum asinæ alligatũ, cui nemo vnquam

Sup. 8. c. 18 Mt. 13. b. 12

Mt. 4. c. 25. & abundabit.

Mat. 21. c. 1.

Mr. 11. a. 1.

quam hominum sedit: soluite il-
31 lum, & adducite. † Et si quis vos in
terrogauerit, Quare soluitis? sic di
cetis ei, Quia Dominus operam e-
32 ius desyderat. † Abierũt autem qui
missi erant, & inuenerunt sicut di
33 xit illis. stantẽ pullũ. † Soluentibus A
autem illis pullum, dixerunt dñi
eius ad illos: Quid soluitis pullũ?
34 † At illi dixerũt, Quia Dominus e-
35 um necessarium habet. † Et duxe-
F runt illum ad Iesum. Et iactantes
36 vestimenta sua supra pullum, im-
posuerunt Iesum. † Eunte autem il
lo substernebant vestimenta sua
37 in via. † Et cùm appropinquaret
iam ad descensum montis oliue-
ti, cœperunt omnes turbæ discẽ-
dentium gaudẽres laudare Deum
voce magna, super omnibus quas
38 viderant virtutibus, † dicentes: Be-
nedictus qui venit rex in nomine
Domini, pax in cælo: & gloria in
39 excelsis. † Et quidam Pharisæorum
de turbis, dixerunt ad illum: Ma-
gister increpa discipulos tuos.
40 † Quibus ipse ait: Dico vobis, quia
si hi tacuerint, lapides clamabũt.
41 † Et vt appropinquauit, videns
42 ciuitatem, fleuit super illam, di-
cens: † Quia si cognouisses & tu, &
G quidem in hac die tua, quæ ad
pacem tibi: nunc autem abscondita
43 sunt ab oculis tuis. † Quia
venient dies in te, & circunda-
bunt te inimici tui vallo, & cir-
cundabunt te, & coangustabunt
44 te vndiq;, † & ad terram prosternẽt te, & filios tuos qui in te sunt.
Mt.24.a.2. Mr.13.a.2. ‖ & non relinquent in te lapidem super lapidẽ: eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. † Et
Isa.21.a.6. Mal.21.b.12 45 ingressus in templum, cœpit eijcere vendẽtes in illo & ementes,
Marc.11.b. 15. 46 † dicens illis: Scriptum est, ‖ Quia domus mea, domus orationis est, ‖ Vos autem fecistis illam spelunca latronum † Et erat docens
Isa.56.c.7. Ier.7.b.11. 47 quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & Scribe, & Principes plebis quærebant illum perdere, † & non inueniebant quid
48 facerent illi, Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

CAP. XX.

ET factum est, in vna dierũ do- Mt.21.b.23
1 cente illo populum in templo, Mr.11.d.27
& euangelizante, conuenerunt
principes sacerdotum & Scribæ
2 cum senioribus, † & aiunt dicen-
tes ad illũ: Dic nobis, in qua pote-
state hæc facis? aut, Quis est qui de
3 dit tibi hanc potestatem? † Respõ-
dens aũt Iesus, dixit ad illos: Inter
rogabo vos & ego vnum verbum.
4 Respondete mihi, † Baptismus Io-
hannis de cælo erat, an ex homini
5 bus? † At illi cogitabant intra se,
dicentes, Quia si dixerimus de cæ-
lo, dicet, Quare ergo non credidi-
6 stis illi? † Si autem dixerimus ex ho
minibus, plebs vniuersa lapidabit
nos: certi sunt enim Iohannẽ pro-
7 phetam esse. † Et responderunt se
8 nescire vnde esset. † Et Iesus ait il-
lis: Neq; ego dico vobis in qua po
9 testate hæc facio. † Cœpit autem
B dicere ad plebem parabolã hanc:
‖ Homo * plantauit vineam, & lo- Mt.21.c.35
cauit eam colonis, & ipse peregrè Mr.12.a.1.
10 fuit multis temporibus. † Et in tẽ- Isai.5.a.1.
pore * misit ad cultores seruum, vt Ier.2.d.21.
de fructu vineæ darent illi. Qui * quidam
cæsum dimiserunt eum inanem. * vinde-
11 † Et addidit alterum seruum mit- miæ 6.
tere. Illi autem hunc quoq; cædẽtes & afficientes contumelia dimi
12 serunt inanẽ. † Et addidit tertium
mittere: qui & illum vulnerantes
13 eiecerunt. † Dixit aũt dominus vi-
neæ: Quid faciam? mittam filium
meum dilectũ: forsitan cùm hunc
14 viderint, verebuntur. † Quem cùm
C vidissent coloni, cogitauerunt in-
tra se, dicentes, Hic est hæres, occi-
damus illum, vt nostra fiat hære-
15 ditas. † Et eiectum illum extra vi-
neam, occiderunt. Quid ergo fa-
16 ciet illis dominus vineæ? † veniet
& perdet colonos istos, & dabit vi
neam alijs. Quo audito, dixerunt

17 illi, Absit. † Ille aũt aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scri-
Ps.117. c.21 ptum est. ‖ Lapidẽ quẽ reprobaue
Act.4. b.11 runt ædificantes, hic factus est in
18 caput anguli? † Omnis qui cecide-
Ro.9.g.33. rit super illũ lapidem, conquassa-
1.Pe.2.b.8. bitur. super quem autem cecide-
19 rit, comminuet illum. † Et quære-
Isa.28. d. bãt principes sacerdotũ & Scribę mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum. cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit
20 similitudinẽ hanc. ‖ Et obseruan-
D tes, miserũt insidiatores qui se iu
Mar. 21.d. stos simularẽt, vt caperent eũ in
42. (vt 6. sermone, & traderent illũ prin-
21 cipatui & potestati præsidis. † Et
Mt.22.b.18 interrogauerunt eũ dicentes: Ma
Mr.12.b.13 gister, scimꝰ quia rectè dicis & do
22 ces: & nõ accipis personã, sed viã
23 Dei in veritate doces, † licet nobis tributũ dare Cæsari an non? † Cõ-
24 siderans aũt dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis? † Ostendite mihi denarium. Cuius habet
25 imaginem & inscriptionem? Re spondentes dixerunt: Cæsaris. † Et
Ro.13.b.7. ait illis: ‖ Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei,
26 Deo. † Et non potuerunt verbum eius reprehendere corã plebe: &
E mirati in responso eius, tacue-
27 runt. † ‖ Accesserunt autẽ quidam
Mt.22.c.23 Sadducæorum qui negant esse re-
Mt.12.b.18 surrectionem, & interrogauerũt
28 eum, † dicentes: Magister, Moyses
Deu.25.a.3 scripsit nobis, ‖ Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, &
29 suscitet semen fratri suo. † Septem A
ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est sine
30 filijs. † Et sequens accepit illam,
31 & ipse mortuus est sine filio. † Et tertius accepit illam. Similiter &
omnes septem, & non reliquerũt
32 semẽ, & mortui sunt. † Nouissimè
33 omnium mortua est & mulier. † In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor? siquidem septem ha-
34 buerunt eam vxorem. † Et ait illis Iesus: Filij huius seculi nubunt, &
35 traduntur ad nuptias: Illi verò F qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neq;
36 nubunt, neq; ducunt vxores, † neque vltra mori poterunt, æquales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis.
37 † Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostẽdit secus rubum, sicut dicit ‖ Dñm, Deum Abraham, & Exo.3.b.6. Mt. 22.d.
38 Deũ Isaac, & Deum Iacob. † Deus 32.
* autem non est mortuorum, sed Mt. 22. c.
viuorum. omnes enim viuunt ei. 26.
39 † Respondentes aũt quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister, be-
40 ne dixisti. † Et amplius non audebant eum quicquã interrogare.
41 † Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Christum, filium esse Da-
42 uid? † & ipse Dauid dicit in libro Mt.22.d.
G Psalmorum, ‖ Dixit Dominus Do-
mino meo, sede à dextris meis, 44.
43 † donec ponã inimicos tuos, scã- Mr.12.d.36
44 bellum pedum tuorum? † Dauid Psa.109.a.1
ergo Dñm illum vocat: & quomo
45 do filius eius est? † Audiente autem omni populo, dixit discipu-
46 lis suis. † Attendite à Scribis qui Mt.23. a.6. Mr.12.d.38
volunt ambulare in stolis, & a- Lu.11.f.43.
mant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, &
47 primos discubitꝰ in cõuiuijs. † qui deuorant domos viduarum. simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

CAP. XXI.

Mr.12.d.41

1 RESpiciẽs autem, vidit eos qui A mittebant munera sua in ga-
2 zophylaciũ diuites. † Vidit aũt & quandam viduam pauperculam,
3 mittentem æra minuta duo. † Et dixit, Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quam omnes mi-
4 sit. † nam omnes hi, ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem ha-
5 buit, misit. † Et quibusdam dicentibus

tibus de templo quòd bonis lapidib. & donis ornarũ esset, dixit,
6 †Hæc quæ videris: ‖ venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui nõ destruatur.
7 †Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum cùm fieri incipiêt? †Qui dixit, Videte ne seducamini. multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum, & tẽpus appropinquauit, no
9 lite ergo ire post eos. †Cùm autẽ audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, sed nondũ statim finis.
10 †Tunc dicebat illis: Surget gens
11 contra gentẽ, & regnum aduersus regnum, † & terræmotus magni
C erunt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresq; de cælo, & signa
12 magna erunt. † Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus suas, & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen
13 meum, † continget autem vobis
14 in testimonium. † Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodũ respondeatis.
15 te-go enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterũt resistere & cõtradicere omnes aduersarij vestri. †Trademini autem à parenti
D bus & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis,
17 †& eritis odio omnibus * propter
18 nomen meum, †& capillus de capite vestro non peribit. †In patientia vestra possidebitis animas
20 vestras. †Cùm autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem,
21 tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. †tunc qui in Iudæa
22 fugiant ad montes, & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam.
† quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt.
23 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus, erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. † Et cadẽt
24 in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalẽ calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum. †‖ Et e-
25 runt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonit' maris & fluctuum, † arescentibus hominibus
26 præ timore: & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. nam virtutes cælorum mouebuntur,
27 †& tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. † His autem fieri incipientib. respicite, & leuate capita vestra: ‖ quoniam ap
28 propinquat redemptio vestra. †Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneã & omnes arbores. †cùm
29 producunt iam ex se fructum, scitis, quoniam prope est æstas. † Ita
30 & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum
31 Dei. †Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec
32 omnia fiant. † Cælum & terra transibũt, verba autem mea non
33 transibunt. †‖ Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in
34 vos repentina dies illa. † tãquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. † Vigilate itaque omni
35 tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. †Erat autem diebus docens in
36 templo, noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur
37 Oliueti. †Et omnis populus 'manicabat' ad eum in templo audire eum.

'mane ibat 1.

'mane accelerabat 1

CAP. XXII.

1 APpropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur
2 Pascha, †& quærebãt principes sacerdo-

Mt.24.a.2. Mr.13.a.1.
Sup.19.g.44.
Mt.24.c.29 Mr.13.c.14. Isa.13.b.10. Ez.32.b.7. Ioel.3.c.15.
Ro.8.d.23.
Ro.13.d.11

Mt 26.a.2. cerdotum & Scribæ, quomodo e-
Mr. 14. a.1. um interficerent: timebant verò
3 plebē.‡‖ Intrauit autem Satanas in
Mr.25.b.14 Iudam qui cognominabatur Isca-
4 riótes, vnum de duodecim, † & a-
Mr.14.b.10 bijt, & locutus est cum principi-
bus sacerdotum & magistratibus,
quemadmodum illum traderet e-
5 is.‡Et gauisi sunt, & pacti sunt pe-
6 cuniam illi dare. † Et spopondit.
Et quærebat oportunitatem vt tra
7 deret illum sine turbis.‡‖Venit au
Mt.26.b.17 tem dies Azymorum, in qua ne-
8 cesse erat occidi pascha. † Et misit
B Petrum & Iohannem, dicens: E-
Mr.14.b.12 untes parate nobis pascha, vt man
9 ducemus.‡At illi dixerunt, Vbi vis
10 paremus?‡ Et dixit ad eos, Ecce
introeunt.bus vobis in ciuitatem,
*quidam occurret vobis homo, *amphoram
aquæ portans: sequimini eum in
11 domum in quam intrat, † & dice-
tis patrifamiliàs domus, Dicit ti-
bi Magister, Vbi est diuersorium,
vbi pascha cū discipuls meis man-
12 duce?‡ Et ipse ostendet vobis cœ-
naculum magnū stratum, & ibi pa
13 rate.‡ Euntes autem inuenerunt
sicut dixit illis, & parauerunt pa-
14 schā‡‖Et cùm facta esset hora, dis-
Mt.26.b.20 cubuit & duodecim Apostoli cum
15 eo,†& ait illis: Desiderio desidera-
Mr.14.b.17 ui hoc pascha manducare vobis-
16 cum, antequā patiar. † Dico enim
vobis, quia ex hoc nō manducabo
illud, donec impleatur in regno
17 Dei.‡ Et accepto calice gratias e-
git, & dixit: Accipite & diuidite
18 inter vos.‡dico enim vobis quod
non bibam de generatione vitis,
19 donec regnum Dei veniat. †‖Et
1.Cor. 11.c. accepto pane, gratias egit, & fre-
24. git, & dedit eis, dicens: Hoc est cor
pus meum, quod pro vobis datur,
hoc facite in meam commemora-
20 tionem.‡Similiter & calicem, post
quam cœnauit, dicens: Hic est ca-
lix nouum testamentum in san-
guine meo, qui pro vobis funde-
21 tur.‡‖Veruntamē ecce manus tra-
Mt.26.b.21 dentis me, mecum est in mensa.

22 † Et quidem filius hominis ‖ se- Mr.14.c.20
C cundum quòd definitum est, va- Io.13.b.18
dit, veruntamē væ homini illi per Ps.40.b.10
quem *tradetur'.† Et ipsi cœperūt *traditur
quærere inter se, quis esset ex eis
23 qui hoc facturus esset.† Facta est
autem & contentio inter eos, quis
24 eorum videretur esse maior.† Di-
xit autem eis:‖Reges gentium do- Mt.20.d.25
minantur eorum: & qui potestā- Mar.10.c
tem habent super eos, benefici vo- 42.
25 cantur.‡Vos autem non sic, sed qui *minor.
maior est in vobis, fiat sicut *iuni-
or', & qui præcessor est, sicut mi-
26 nistrator.‡Nam quis maior est, qui
recumbit, an qui ministrat? nonne
qui recumbit? Ego autem in me-
dio vestrùm sum, sicut qui minis-
27 trat:† vos autem estis qui perman
sistis mecum in tentationib. meis.
28 †Et ego dispono vobis sicut dispo-
29 suit mihi pater meus, regnum:† vt
edatis & bibatis super mensam
meam in regno meo, & sedeatis
super thronos iudicantes duode-
30 cim tribus Israël.† Ait autem Do- *Simoni
D minus: *Simon, Simon', ecce sata- Simon.
nas expetiuit vos vt cribraret si-
31 cut triticū:† ego autem rogaui pro
te, vt non deficiat fides tua: & tu
aliquando conuersus cōfirma fra-
32 tres tuos.† Qui dixit ei: Domine, Mar.26.c.
tecum paratus sum & in carcerem 34.
& in mortem ire.†‖Et ille dixit: Mr.14.c.30
33 Dico tibi Petre, non cantabit ho-
die gallus, donec ter abneges no-
34 se me. Et dixit eis,† Quando misi Mt.10.b.9.
vos ‖ sine sacculo & pera, & calcea
mentis: nunquid aliquid defuit
35 vobis?† At illi dixerunt, Nihil.
Dixit ergo eis: Sed nunc qui ha-
bet sacculum, tollat, similiter &
peram: & qui non habet, vendat
tunicam suam, & emat gladi-
36 um.† Dico enim vobis, quoniam Isa.53.d.12.
adhuc hoc‖quod scriptū est, opor-
tet impleri in me, Et cum ini-
quis deputatus est. Etenim ea
quæ sunt de me, finem habent.
37 †At illi dixerūt: Domine, ecce duo
gladij hic. At ille dixit eis, Satis
est.

39 est. † ‖ Et egressus ibat secundum
Mat.26.d. consuetudinem in montem oliua-
36. rum. Secuti sunt autem illum &
Mr.14.(40 discipuli. † Et cùm peruenissent ad
d.32. locum, dixit illis, Orate, ne intre-
Ioã.18. (41 tis in tentationem. † ‖ Et ipse a-
a 1. uulsus est ab eis quantum iactus
Mt.20.d.39 est lapidis: & positis genibus, ora-
Mr.14.(42 bat, † dicens, Pater, si vis, transfer
d.35. calicem istum à me. Veruntamen
43 non mea voluntas, sed tua fiat. † Ap
44 paruit autem illi angelus de cælo,
confortans eum. Et factus in ago-
45 nia, prolixius orabat. † Et factus
est sudor eius sicut guttæ sangui-
nis decurrentis in terram. † Et cũ
surrexisset ab oratione, & venis-
set ad discipulos suos, inuenit eos
46 dormientes præ tristitia. † Et ait
illis, Quid dormitis? surgite, ora-
te, ne intretis in tentationem.
47 † ‖ Adhuc eo loquente, ecce turba:
Mat.26.c. & qui vocabatur Iudas, vnus de
47. duodecim, antecedebat eos, & ap
Mr.14.c.43 propinquauit Iesu, vt oscularetur
Ioã.18. (48 eum. † Iesus autem dixit illi, Iuda,
a 3. osculo filium hominis tradis? † Vi
49 dentes autem hi qui circa ipsum
erant, quod futurum erat, dixerũt
ei, Domine, si percutimus in gla-
50 dio? † Et percussit vnus ex illis
seruum principis sacerdotum: &
amputauit auriculam eius dexte-
51 ram. † Respondens autem Iesus,
ait, Sinite vsq; huc. Et cùm tetigis-
set auriculam eius, sanauit eum.
52 † Dixit autem Iesus ad eos qui ve-
nerant ad se, principes sacerdo-
tum & magistratus templi, & se-
niores, Quasi ad latronem existis
53 cum gladijs & fustibus? † Cùm
quotidie vobiscum fuerim in tẽ-
plo, nõ extendistis manus in me:
sed hęc est hora vestra, & potestas
54 tenebrarũ. † ‖ Comprehendentes
Mt.26.f. 53 aũt eum, duxerũt ad domum prin
Mr.14.f.43 cipis sacerdotum: Petrus vero se-
Ioh.18. (55 quebatur à longe. † ‖ Accenso au-
c. 12. c. 24. tem igne in medio atrij, & circun
Mat.26.g. sedentibus illis, erat Petrus in me
69. 56 dio eorum. † Quem cùm vidisset
ancilla quædam sedentem ad lu- Mar. 14.
men, & eum fuisset intuita, dixit: g.66.
57 Et hic cum illo erat. † At ille ne- Ioh. 18.c.
gauit eum, dicens, Mulier, non no 25.
ui illum. † ‖ Et post pusillum alius Mt.26.g.73
videns eum, dixit, Et tu de illis es. Mr.14.g.70
Petrus vero ait, O homo nõ sum.
59 † Et interuallo facto, quasi horæ
vnius, ‖ alius quidam affirmabat, Ioh. 18.c.
dicens, Vere & hic cum illo erat: 26.
nã & Galilæus est. † Et ait Petrus,
60 Homo nescio quid dicis. Et conti-
nuo adhuc illo loquente cantauit
61 gallus. † Et conuersus Dominus
respexit Petrum. Et recordatus est
Petrus verbi Domini, sicut dixe-
rat, ‖ Quia prius quàm gallus can- Mt.26.e.34
ter, ter me negabis. † Et egressus Mr.14.c.30
62 foras Petrus flevit amarè. † Et vi- Ioã.13.d.38
63 ri qui tenebant * illum, illudebãt *Iesum.
64 ei, cædentes. † Et velauerunt eum,
& percutiebant faciem eius, & in-
terrogabant eum, dicentes, Pro-
phetiza, quis est qui te percussit?
65 † Et alia multa blasphemantes di-
cebant in eum. † ‖ Et vt factus est Mt.27.a.1.
66 dies, conuenerunt seniores ple- Mar.15.a 1.
bis & principes sacerdotũ & Scri Ioh.18.c.
bæ, & duxerunt illum in concili- 28.
67 um suum, dicentes, † Si tu es Chri-
stus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis
68 dixero, non credetis mihi: † si au-
tem & interrogauero, non respõ-
69 debitis mihi, neq; dimittetis. † Ex
hoc autem erit filius hominis se-
dens a dextris virtutis Dei. † Dixe-
runt autem omnes, Tu ergo es fi-
71 lius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia
ego sum. † At illi dixerunt, Quid
adhuc desyderamus testimoni-
um? ipsi enim audiuimus de ore
eius.

CAP. XXIII.

1 ET surgens omnis multitudo
A eorum duxerunt illum ad Pila
2 tum. † Cœperunt autem illum ac- Mt.27.a.2.
cusare, dicentes, Hunc inuenimus
subuertentem gentem nostram,
& ‖ prohibentem tributa dare Cę Mt.22.b.21
sari, & dicentem se Christum re- Mr.21.b.17

Mat.27. (3 gem esse,† ‖ Pilatus aũt interroga
b.11. uit eum,dicens,Tu es rex Iudæo-
Mar.15.a.2 rum?At ille respondens ait,Tu di
Ioh.18. (4 cis.† Ait aũt Pilatus ad principes
f.33. sacerdotum & turbas:Nihil inue-
5 nio causæ in hoc homine.† At illi
* Cõmouit inualescebãt dicẽtes, *Cõmouet'
populum docens per vniuersam
Iudęã,incipiẽs à Galilęa vsq; huc.
6 † Pilatus aũt audiens Galileam,in
terrogauit si homo Galilæus esset.
7 † Et vt cognouit q̃ de Herodis po
B testate esset, remisit eũ ad Hero-
dem,qui & ipse Ierosolymis erat
8 illis diebus.† Herodes autem viso
Iesu,gauisus est valdè,erat.n.cupi
ens ex multo tẽpore videre eum,
eò quòd audiret multa de eo : &
sperabat signum aliquod videre
9 ab eo fieri.† Interrogabat aũt eum
multis sermonib. At ipse nihil illi
10 respondebat.† Stabant aũt princi
pes sacerdotum & Scribę constan
11 ter accusantes eum. † Sprevit aũt
illũ Herodes cũ exercitu suo: & il
lusit indutum veste alba,& remi-
12 sit ad Pilatũ. † Et facti sunt amici
C Herodes & Pilatus in ipsa die: nã E
13 antea inimici erant adinuicẽ. † Pi
latus aũt conuocatis principibus
sacerdotum & magistratib.& ple-
14 be,† dixit ad illos, Obtulistis mi
hi hunc hominẽ, quasi auertentẽ
populũ:& ecce ego corã vobis in-
Io.18.g.38 terrogans, ‖ nullam causam inue-
19.a.4. ni in homine isto ex his in quib*
15 eũ accusatis.† Sed neq; Herodes:
16 nã remisi vos ad illũ,& ecce,nihil
17 dignum morte actũ est ei.† Emen
18 datum ego illũ dimittã.† Necesse
aũt habebat dimittere eis per diẽ
19 festũ, vnũ.† Exclamauit aũt simul
vniuersa turba,dicens,Tolle hũc,
& dimitte nobis Barabbam,† qui
20 erat propter seditionem quandã
factam in ciuitate & homicidiũ,
21 missus in carcerem.† Iterum autẽ
22 Pilatus loquutus est ad eos, volẽs
dimittere Iesum.† At illi succlama
bant,dicentes,Crucifige, crucifi-
ge eum.† Ille aũt tertio dixit ad il
los, ‖ Quid enim mali fecit iste? Mat.27.
nullam causam mortis inuenio in c.23.
eo:corripiã ergò illũ, & dimittã. Mr.15.b.14
23 † At illi instabant vocib. magnis
D postulãtes vt crucifigeretur:& in-
24 ualescebant voces eorum.† Et Pi
latus adiudicauit fieri petitionẽ
25 eorum.† Dimisit aũt illis eum qui
propter homicidium & seditionẽ
missus fuerat in carcerem, quem
petebant:Iesum verò tradidit vo- Mt.27.d.26
luntati eorum.† ‖ Et cum ducerẽt Mr.15.b.21
26 eum, apprehenderunt Simonem
quendam Cyrenensem venientẽ
de villa:& imposuerunt illi crucẽ
27 portare post Iesum.† Sequebatur
autem illum multa turba populi
& mulierum:quæ plangebant &
28 lamentabantur eum.† Conuersus
aũt ad illas Iesus, dixit, Filiæ Ieru
salem,nolite flere super me:sed su
per vos ipsas flete , & super filios
29 vestros.† Quoniam ecce, venient
dies,in quibus dicent, Beatæ ſteri
les,& ventres qui non genuerũt,
& hubera quæ non lactauerunt.
30 † Tunc incipient dicere montib. Isa.2.d.19.
‖ Cadite super nos:& collib. Ope- Ose.10.b.8
31 rite nos. † Quia si in viridi ligno Ap.6.d.16.
hæc faciunt:in arido quid fiet? 9.2.6.
32 † Ducebantur autẽ & alij duo ne- Mt.27.d.38
quam cum eo,vt interficerentur. Mr.15.b.27
33 † ‖ Et postquam venerunt in locũ Io.19.c.17
qui vocatur Caluariæ, ibi crucifi-
xerunt eũ:& latrones, vnũ à dex-
34 tris,& alterum à sinistris. † Iesus
autem dicebat,Pater,dimitte illis
non enim sciunt quid faciunt. Di
uidentes verò vestimẽta eius, mi-
35 serunt sortes. † Et stabat populus
*expectans' & deridebant eum *spectans
principes cum eis,dicentes, Alios
saluos fecit, se saluum faciat, si
hic est Christus , Dei electus.
36 † Illudebant autem ei & milites
accedentes, & acetum offerentes *&3.
37 ei,† *dicentes, Si tu es rex Iudæo-
38 rum,saluum te fac. † Erat aũt & su
perscriptio scripta super eum lite
ris Græcis,& Latinis, & Hebrai-
39 cis. Hic est rex Iudæorum. † Vnus

au-

autem de his qui pēdebant latro-
nibus, blasphemabat eum, dicēs,
Si tu es Chistus, saluū fac temetip
40 sum, & nos. † Respondens autem
alter increpabat eum, dicens, Ne-
que tu times Deum, quòd in eadē
41 damnatione es. † Et nos quidem
iustè, nam digna factis recipimus:
42 hic verò nihil mali gessit. † Et dice
bat ad Iesum, Domine, memento
mei, cùm veneris in regnum tuū.
43 † Et dixit illi Iesus, Amen dico ti-
bi: Hodie mecū eris in paradiso.
44 † Erat autem ferè hora sexta: & te
nebræ factæ sunt in vniuersam
terram vsque in horam nonam.
45 † Et obscuratus est sol: & velū tē-
46 pli scissum est medium. † Et cla-
Psa.30.a.6. mans voce magna Iesus ait. ‖ Pa-
ter, in manus tuas cōmendo spiri
tū meū. Et hæc dicens expirauit.
47 † Videns aūt Centurio quod factū
G fuerat, glorificauit Deum, dicens,
48 Verè hic homo iustus erat. † Et om
nis turba eorum qui simul aderāt
ad spectaculum istud, & videbant
quæ fiebant, percutientes pecto-
49 ra sua reuertebantur: † stabant au-
tem omnes noti eius à longè: &
mulieres quæ secutæ eum erant à
50 Galilæa hæc videntes. † ‖ Et ecce
Mat. 27. g. 57. vir nomine Ioseph qui erat decu-
51 rio, vir bonus & iustus, † hic non
Mr.15.g.43 consenserat consilio & actibus eo
Ioā.19.g.38 rum, ab Arimathæa ciuitate Iu-
dęæ, qui expectabat & ipse regnū
52 Dei. † hic accessit ad Pilarum, & pe
53 tijt corpus Iesu: † & depositum in
uoluit sindone, & posuit eum in
monumento exciso, in quo non-
dum quisquam positus fuerat.
54 † Et dies erat parascéues, & sabba
55 thum illucescebat. † Subsecutæ au
tem mulieres quæ cum eo vene-
rant de Galilæa, viderunt monu-
mentum, & quemadmodum posi
56 tum erat corpus eius. † Et reuertē-
tes parauerunt aromata & vnguē
ta: & sabbatho quidem silue-
runt secundum man-
datum.

CAP. XXIIII.

1 VNa autem sabbathi valdè dilu Mt.28.a.1.
A culo venerunt ad monumen Mr.16.a.2.
tum, portantes quæ parauerant Ioā.20.a.1.
2 aromata. † & inuenerūt lapidē re-
3 uolutū à monumento. † Et ingres
sæ, nō inuenerūt corpus Dñi Iesu.
4 † Et factū est: dum mente cōsterna
tę essent de isto, ecce duo viri ste-
terūt secus illas in veste fulgenti.
5 † Cū timerent aūt, & declinarent
vultum in terrā, dixerunt ad illas,
Quid quęritis viuentē cum mor-
6 tuis? † nō est hic, sed surrexit: recor
damini qualiter loquutus est vo-
7 bis, cū adhuc in Galilęa esset, † di-
cens, ‖ Quia oportet filiū hominis Mt.16.c 21.
tradi in manus hominū peccato- 17.c.23.
rum & crucifigi: & die tertia resur Mr.9. c. 31.
8 gere. † Et recordatæ sunt verborū Su.9. c. 20.
9 eius. † Et regressæ à monumento,
B nuntiauerunt hæc omnia illis vn
10 decim, & cæteris omnibus. † Erat
aūt Maria Magdeléne, & Iohan-
na, & Maria Iacobi, & cæteræ quę
cū eis erant, quæ dicebant ad A-
11 postolos hæc. † Et visa sunt ante il
los: sicut deliramētum verba ista,
12 & nō crediderunt illis. † Petrus au
tem surgens cucurrit ad monumē
tum: & procumbens vidit lin-
teamina sola posita, & abijt se-
cum mirans quod factum fuerat.
13 † ‖ Et ecce duo ex illis ibāt ipsa die Mr.16.c. 12
in castellū quod erat in spatio sta
diorum sexaginta ab Ierusalem,
14 nomine Emmaus: † & ipsi loque-
bantur ad inuicem de his omnib.
15 quæ acciderant. † Et factū est: dum
C fabularentur & secum quærerēt,
& ipse Iesus appropinquans ibat
16 cum illis: † oculi autem illorū te-
17 nebantur ne eum agnoscerēt. † Et
ait ad illos, Qui sunt hi sermones
quos confertis ad inuicem ambu
18 lantes, & estis tristes? † Et respon-
dens vnus cui nomen Cleophas,
dixit ei, Tu solus peregrinus es in
Ierusalem, & non cognouisti quæ
19 facta sunt in illa, his diebus? † Qui
bus

bus ille dixit, Quæ? Et dixerunt, de Iesu Nazareno, qui fuit vir pro
pheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo.
20 † Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationē mortis, & cru-
21 cifixerunt eum. † nos autem sperabamus quia ipse esset redemptu-
rus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc
22 facta sunt. † Sed & mulieres quæ-
D dam ex nostris, terruerunt nos, quę ante lucem fuerunt ad monu-
23 mentum, † & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorū vidisse, q
24 dicunt eum viuere. † Et abierunt quidam ex nostris ad monumentū: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non in-
25 uenerunt. † Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendū
in omnibus quæ loquuti sunt Pro-
26 phetæ. † Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriā G
27 suam? † Et incipiens à Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnib. scripturis quæ
28 de ipso erant. † Et appropinquauerunt castello quo ibant:
29 & ipse se finxit longius ire. † Et
E coëgerunt illum, dicentes, Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et in
30 trauit cum illis. † Et factum est, dū recumberet cum eis, accepit pa-
31 nem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. † Et aperti sunt oculi
eorum, & cognouerunt eum: & ip
32 se euanuit ex oculis eorū. † & dixerunt ad inuicem, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dū loqueretur in via, & aperiret nobis
33 scripturas? † Et surgentes eadē hora regressi sunt in Ierusalē: & inuenerunt congregatos vndecim,
34 & eos qui cum illis erant, † dicentes, Quod surrexit Dñs verè, & ap-
35 paruit Simoni. † Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractio-
36 ne panis. † ‖ Dum autem hæc loF quuntur, steterit Iesus in medio eorum, & dicit eis, Pax vobis: ego
37 sum, nolite timere. † Cōturbative rò & conterriti, existimabant se
38 spiritū videre. † Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascen-
39 dunt in corda vestra? † Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. † Et cùm
40 hoc dixisset, ostendit eis manus
41 & pedes. † Adhuc autem illis nō credentib. & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hic aliqd quod
42 manducetur? † At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mel
43 lis. † Et cùm manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.
44 † Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. † Tunc aperu-
45 it illis sensum, vt intelligerēt scri-
46 pturas. † & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis
47 tertia die, † & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.
48 † ‖ Vos autem testes estis horum.
49 † ‖ Et * ego mitto promissum patris mei in vos: ‖ vos aūt sedete in ciuitate, quo ad vsq; induamini
50 virtute ex alto. † Eduxit aūt eos foras in Bethaniam: & eleuatis ma-
51 nibus suis benedixit eis. † ‖ Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælū.
52 † Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno:
53 † & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum, Amen.

Mr.16.c.14 Ioā.20.c.19

Pſa.15.a.7.

Act.1.b.8. Io.14.d.26. 15.d.26. * ecce. Act.1.a.4. Ioā.15.d. Mr.16.d.19 Act.1.b.9.

Mat.

Mar.

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM.

CAP. I.



1 A IN principio erat verbum, & verbum erat
2 apud Deum, & Deus erat verbum. † Hoc erat in principio apud
3 Deum. † Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil
4 quod factum est: † in ipso vita e-
5 rat, & vita erat lux hominum: † & lux in tenebris lucet, & tenebræ
6 eam non cõprehenderunt. ‖ Fuit
Mat.3.a.2. homo missus à Deo, cui nomen e-
7 rat Iohannes. † Hic vênit in testi-
Mar.1.a.2. monium: vt testimonium perhi-
8 beret de lumine, vt omnes credè-
rent per illum. † non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de
9 lumine. † ‖ Erat lux vera, quæ il- Inf.3.c.19.
luminat omnẽ hominem venien-
10 tem in hunc mundũ. † in mun- ..5.
B do erat, & ‖ mundus per ipsum Heb.11.a 3
factus est, & mundus eum nõ cog-
11 nouit. † In propria venit, & sui eũ
12 non receperunt. † quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui
13 credunt in nomine eius. † qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.
14 † ‖ Et verbum caro factum est, & Mat.1.c 16.
habitauit in nobis (& vidimus Luc.2.a.7.
gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre) plenum gratiæ & ve-

15 veritatis.† Iohannes testimonium
perhibet de ipso, & clamat dicēs,
Hic erat quem dixi, Qui post me
venturus est, ante me factus est,
16 quia prior me erat. † ‖ Et de ple-
1.Ti.6.d.17 nitudine eius nos omnes accepi-
17 mus, & gratiam pro gratia. † quia
lex per Moysen data est, gratia &
veritas per Iesum Christum facta
18 est. † ‖ Deum nemo vidit vnquā:
C vnigenitus Filius qui est in sinu
1.Ioh.4.(19 Patris ipse enarrauit. † Et hoc est
c.12. ‖ testimoniū Iohannis, quādo mi-
1.Ti.6.c.16 serunt Iudæi ab Ierosolymis sacer
Inf.3.c.26. dotes & Leuitas ad eum, vt inter-
20 rogarent eum, Tu quis es? † Et con
Inf.3.d.28. fessus est, & non negauit: ‖ & con-
fessus est, Quia non sum ego Chri
21 stus. † Et interrogauerunt eum,
Quid ergo? Elias es tu? Et dixit,
Non sum. Propheta es tu? Et re-
22 spondit, Non. † Dixerunt ergo ei,
Quis es, vt responsum demus his
qui miserunt nos? quid dicis de te
23 ipso? † Ait, ‖ Ego vox clamantis in
Isa.40.a.3. deserto, dirigite viā Domini, sicut
24 dixit Isaias Propheta. † Et qui mis-
25 si fuerant, erant ex Pharisæis. † Et
Mat.3.a.3. interrogauerunt eum, & dixerūt
Mar.1.a.3. ei, Quid ergo baptizas, si tu nō es
Luc.3.a.4. Christus, neq; Elias, neq; Prophe
26 ta? † Respondit eis Iohannes, di-
D cens, baptizo in aqua: medius au-
tem vestrū stetit quem vos nesci-
27 tis. † ‖ Ipse est qui post me ventu-
Mat.3.c.11. rus est, qui ante me factus est: eu-
Mar.1.b.7. ius ego nō sum dignus, vt soluam
28 eius corrigiam calceamenti. † Hæc
Luc.3.d.16. in Bethania facta sunt trās Iorda-
Acto.1.a.5. nem, vbi erat Iohannes baptizās.
2.a.2.11 (29 † ᵃAltera die vidit' Iohānes Iesum
b.16.19.a.4 veniētem ad se, & ait, Ecce agnus
ᵃ Postera Dei, ecce qui tollit ᵃpeccatū' mun-
die vi- (30 di. † Hic est de quo dixi, Post me
det 3. venit vir, qui ante me factus est:
31 quia prior me erat. † & ego nescie-
ᵃpeccata. E bam eum, sed vt manifestetur ᵃin
ᵃIsraeli Israel' propterea veni ego in aqua
32 baptizans. † Et testimonium per-
Mat.3.d.16 hibuit Iohannes, dicens, ‖ Quia
Mar.1.b.10 vidi spiritum descēdentem quasi
columbam de cælo, & mansit su- Luc.3.c.22.
33 per eum. † Et ego nesciebam eum:
sed qui misit me baptizare in a-
qua, ille mihi dixit, Super quem
videris Spiritum descēdentem &
manentem super eum, hic est qui
34 baptizat in spiritu sancto. † Et ego
vidi, & testimonium perhibui,
35 quia hic est filius Dei. † Altera die
iterum stabat Iohannes, & ex dis-
36 cipulis eius duo. † Et respiciens
Iesum ambulantem, dicit, Ecce
37 agnᵒ Dei. † Et audierunt eum duo
discipuli loquētem, & secuti sunt
38 Iesum. † Conuersus autem Iesus,
& videns eos sequentes se, dicit
eis, Quid quæritis? Qui dixerunt
ei, Rabbi (quod dicitur interpre-
39 tatum magister) vbi habitas? † Di-
F cit eis, Venite, & videte. Venerūt
& viderunt vbi maneret, & apud
eum manserunt die illo: hora au-
40 tem erat quasi decima. † Erat au-
tem Andreas frater Simônis Pe-
tri vnus ex duobus qui audierant
à Iohanne, & sequuti fuerāt eum.
41 † Inuenit hic primum fratrem
suum Simônem, & dicit ei, Inue-
nimus Messiam, quod est inter-
42 pretatum Christus. † Et adduxit
eum ad Iesum. Intuitus autē eum
Iesus, dixit, Tu es Simon filius
ᵃIona': tu vocaberis Cephas, quod ᵃIohanna.
43 interpretatur Petrus. † ‖ In crasti- Gen.3.c.15
num voluit exire in Galilæam, & 49.b.10.
inuenit Philippum. Et dicit ei Ie- De.18.c.18.
44 sus, Sequere me. † Erat autē Phi- Isa.49.c.10
lippus à Bethsaida, ciuitate An- 45.b.8.
45 dreæ & Petri. † Inuenit Philippus Ier.23.a.5.
Nathanaël, & dicit ei, Quem ‖ scri Ezech.34.
psit Moyses in lege & ‖ Prophe- e.23.37.f.
tæ: inuenimus Iesum filium Io- 24.g.25.
46 seph, à Nazareth. † Et dixit ei Na- Da.9.f.24.
G thanaël, A Nazareth potest ali-
quid boni esse? Dicit ei Philip-
47 pus, Veni & vide. † Vidit Iesus Na-
thanaël venientem ad se, & dicit
de eo, Ecce verè Israëlita, in quo
48 dolus non est. † Dicit ei Natha-
naël, Vnde me nosti? ‖ Respondit
Iesus, & dixit ei, Prius quàm te
Phi-

Philippus vocaret, cùm esses sub
49 ficu, vidi te. † Respondit ei Na-
thanaël, & ait, Rabbi, tu es fi-
50 lius Dei, tu es rex Israel. † Re-
spondit Iesus, & dixit ei, Quia di-
xi tibi, Vidi te sub ficu, credis, ma-
51 ius his videbis. † Et dicit ei, Amē,
*à modo 1. amen dico vobis, * videbitis cæ-
Mt.24.c.32 lum apertum, & ‖ angelos Dei a-
28.d.18. scendentes, & descendentes, su-
pra Filium hominis.

CAP. II.

1 ET die tertia nuptiæ factæ sunt
A in Cana Galilææ: & erat ma-
2 ter Iesu ibi. † Vocatus est autem D
& Iesus, & discipuli eius ad nu-
3 ptias. † Et deficiente vino, dicit
mater Iesu ad eum, Vinum nō ha-
4 bent. † Et dicit ei Iesus, Quid mi-
hi & tibi est mulier? nondum ve-
5 nit hora mea. † Dicit mater eius
ministris, Quodcunque dixerit
6 vobis, facite. † Erant autem ibi la-
pideæ hydriæ sex positæ, secun-
dum purificationem Iudæorum,
capientes singulæ metretas binas
7 vel ternas. † Dicit eis Iesus, Im-
plete hydrias aqua. Et impleue-
runt eas vsq; ad summum. † Et di-
8 cit eis Iesus, Haurite nunc, & fer-
9 te architriclino. Et tulerunt. † Vt
B autē gustauit architriclinus aquā Inf.4.f.48
vinum factum, & nō sciebat vnde
esset, ministri autem sciebant qui
hauserant aquā: vocat sponsum ar-
10 chitriclinus, † & dicit ei, Omnis
homo primùm bonū vinū ponit,
& cùm inebriati fuerint, tunc id
quod deterius est. Tu autem ser-
uasti bonum vinum vsque adhuc.
11 † Hoc fecit initium signorum Ie-
sus in Cana Galilææ: & manife-
stauit gloriam suam, & credide-
12 runt in eum discipuli eius. † Post
hoc descendit Capharnaum ipse
& mater eius, & fratres eius, &
discipuli eius: & ibi manserunt
13 non multis diebus. † Et propè e-
rat Pascha Iudæorum, & ascendit
14 Iesus Ierosolymam: † & inuēnit

C in templo vendentes boues & o-
ues & colūbas, & numularios se-
15 dentes. † Et cùm fecisset quasi flagellū de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoq; & boues, & numulariorū effudit æs, & mēsas
16 subuertit. † Et his qui colūbas ven debant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domū negotiationis. † Recordati
17 sunt vero discipuli eius quia scriptū est: ‖ Zelus domus tuæ come- Ps.68.b.10.
18 dit me. † Respōderunt ergo Iudęi & dixerunt ei, Quod signū ostendis nobis quia hæc facis? † Respon-
19 dit Iesus, & dixit eis, ‖ Soluite tē- Mt.26.f.61
plū hoc, & in tribus diebus exci- 27.c.40.
20 tabo illud. † Dixerunt ergo Iudęi, Mr.14.f.58
Quadraginta & sex annis ædifica- 23.c.29.
tum est templū hoc, & tu in trib⁹
21 diebus excitabis illud? † Ille autē dicebat de templo corporis sui.
22 † Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, ‖ & crediderunt Ps.1.3.b.6
scripturæ, & sermoni quem dixit 56.b.9.
23 Iesus. † Cùm autē esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, vi-
24 dētes signa eius quæ faciebat. † Ipse autē Iesus nō credebat semet-
ipsum eis, eò quòd ipse nosset om-
25 nes: † & quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

1 ERat autē homo ex Pharisæis,
A Nicodemus nomine, princeps
2 Iudæorum. † Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum
3 eo. † Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, amē dico tibi, nisi quis *na- *renatus.
tus fuerit denuò, nō potest vide-
4 re regnū Dei. † Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci, cùm sit senex? nunquid po-
test

test in ventrem matris suę iterum
5 introire & *nasci? ‡ Respondit Ie-
*renasci. sus, Amen, amen dico tibi, nisi
quis renatus fuerit ex aqua & Spi-
sancto. ritu, non potest introire in re-
6 gnum Dei. ‡ Quod natum est ex
carne, caro est: &, quod natum est
7 ex spiritu, spiritus est: ‡ Non mi-
reris, quia dixi tibi, oportet vos
8 nasci denuò. ‡ Spiritus vbi vult
B spirat, & vocem eius audis, ‖ sed
*aut nescis vnde veniat *&' quò vadat:
Ps.134. a.8. sic est omnis qui natus est ex Spi-
9 ritu. ‡ Respondit Nicodemus, &
dixit ei, Quomodo possunt hæc
10 fieri? ‡ Respondit Iesus, & dixit
ei, Tu es magister in Israel, & hæc
11 ignoras? ‡ Amen, amen dico tibi,
quia quod scimus loquimur, & D
quod vidimus testamur, & testi-
monium nostrum non accipitis.
12 ‡ Si terrena dixi vobis & non cre-
ditis: quomodo si dixero vobis cę
13 lestia, credetis? ‡ Et nemo ascen-
dit in cælum, nisi qui descendit
de cælo, Filius hominis qui est in
14 cælo. ‡ ‖ Et sicut Moyses exalta-
Nu.21. c.9. uit serpentem in deserto: ita ex-
15 altari oportet filium hominis: ‡ vt
omnis qui credit in ipsum, non
pereat, sed habeat vitam æternã.
16 ‡ ‖ Sic enim Deus dilexit mundũ,
1. Ioh. 4.b. vt filium suum vnigenitum da-
9. ret: vt omnis qui credit in eum,
non pereat, sed habeat vitam æ-
17 ternam. ‡ Non enim misit Deus
filium suum in mundum, vt iudi-
cet mundum, sed vt saluetur mun
18 dus per ipsum. ‡ Qui credit in eũ,
C non iudicatur: qui autem nõ cre-
*credit. dit, iam iudicatus est, quia nõ *cre
didit' in nomine vnigeniti filij
19 Dei. ‡ Hoc est autem iudiciũ: quia
Sup. 1. a.9. ‖ lux venit in mundum, & dilexe-
runt homines magis tenebras
quàm lucem: erant enim eorum
20 mala opera. ‡ Omnis enim qui
*mala 5. *malè' agit, odit lucem, & non ve-
nit ad lucem, vt non arguantur o-
21 pera eius: ‡ qui autem facit veri-
tatem, venit ad lucem, vt manife-

stentur opera eius, quia in Deo
22 sunt facta. ‡ Post hæc venit Iesus
& discipuli eius in Iudæam ter-
ram: & illic demorabatur cum
23 eis, & ‖ baptizabat. ‡ Erat autem Infr.4.a.1.
& Iohannes baptizans in Aenon
iuxta Salim: quia aquæ multæ e-
rant illic, & veniebant, & bapti-
24 zabantur. ‡ Nondum enim mis-
sus fuerat Iohannes in carcerem.
25 ‡ Facta est autem quæstio ex dis-
cipulis Iohannis cum Iudæis de
26 purificatione. ‡ Et venerunt ad Io-
hannem, & dixerunt ei, Rabbi,
qui erat tecum trans Iordanem,
cui tu ‖ testimonium perhibuisti, Sup.1.c.19.
ecce hic baptizat, & omnes ve-
27 niunt ad eum. ‡ Respondit Iohan-
nes, & dixit, Non potest homo ac-
cipere quicquam nisi fuerit ei da-
28 tum de cælo. ‡ Ipsi vos mihi testi-
monium perhibetis, ‖ quod dixe- Sup.1.c.20.
rim, Non sum ego Christus: sed
29 quia missus sum ante illum. ‡ Qui
habet sponsam, sponsus est: ami-
cus autem sponsi qui stat & audit
eum, gaudio gaudet propter vo-
cem sponsi. Hoc ergo gaudium
30 meum impletũ est. ‡ Illum opor-
tet crescere, me autem minui.
31 ‡ Qui desursum venit, super om-
nes est. Qui est de terra, de terra
est, & de terra loquitur. Qui de
32 cælo venit, super omnes est. ‡ Et
quod vidit & audiuit, hoc testa-
tur, & testimonium eius nemo ac-
33 cipit: ‡ Qui *accepit eius testimo- *autem
nium, signauit quia Deus verax
34 est. ‡ Quem enim misit Deus, ver- Ro.3.a.4.
ba Dei loquitur. nõ enim ad men Inf.8.c.26.
35 suram dat Deus spiritum. ‡ Pater
diligit filium, & omnia dedit in
36 manu eius. ‡ ‖ Qui credit in Fili- 1.Ioha.5.b.
um, habet vitam æternam: qui 10.
autem incredulus est filio, non
videbit vitam, sed ira Dei manet
super eum.

CAP. IIII.

1 VT ergo cognouit Iesus quia
A audierunt Pharisæi quòd Ie-
sus

Iu.3.c.22. sus plures discipulos facit, & ‖ba-
2 ptizat, quàm Iohannes, † (quan-
quam Iesus non baptizaret, sed
3 discipuli eius) † reliquit Iudæam,
4 & abijt iterum in Galilæam † o-
portebat autem eum transire per
5 Samariam. † Venit ergo in ciuita-
Ge.33.d.19 tem Samariæ quæ dicitur Sichar:
48.d.22.(6 ‖iuxta prædiũ quod dedit Iacob,
Ios.24.g.32 Ioseph filio suo. † Erat autem ibi
fons Iacob. Iesus ergo fatigatus
ex itinere, sedebat sic supra fon-
6 tem. Hora erat *quasi sexta. † Ve-
*autem
7 nit mulier de Samaria haurire a-
quam. † Dicit ei Iesus, Da mihi bi-
8 bere. † Discipuli enim eius abie-
rant in ciuitatem, vt cibos eme-
9 rent. † Dicit ergo ei mulier illa Sa
B maritana: Quomodo tu Iudæus
cùm sis, bibere à me poscis, quæ
sum mulier Samaritana? non e-
nim coutuntur Iudæi Samarita-
10 nis. † Respondit Iesus & dixit ei:
Si scires donum Dei, & quis est
qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu
forsitan petisses ab eo, & dedis-
11 set tibi aquam viuam. † Dicit ei
mulier, Domine, neq; in quo hau
rias habes, & puteus altus est: vn-
12 de ergo habes aquam viuã? † Nun-
quid tu maior es patre nostro Ia-
cob, qui dedit nobis puteũ, & ip-
se ex eo bibit, & filij eius, & peco
13 ra eius? † Respondit Iesus, & dixit
ei, Omnis qui bibit ex aqua hac,
sitiet iterum: qui aũt biberit ex
14 aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet
in æternum, † sed aqua quam ego
dabo ei, fiet in eo fons aquæ sali-
15 entis in vitam æternã. † Dicit ad
C eũ mulier, Dñe, da mihi hanc a-
quam, vt non si iam: neq; veniam
16 huc haurire. † Dicit ei Iesus, Va-
de, voca virum tuum, & veni huc.
17 † Respondit mulier, & dixit, Non
habeo virum. Dicit ei Iesus, Be-
ne dixisti, quia nõ habeo virum.
18 † quinque enim viros habuisti: &
nunc quem habes, non est tu-
19 us vir, hoc verè dixisti. † Dicit ei
mulier, Domine, video quia Pro-
20 pheta es tu. † Patres nostri in mõ-
te hoc adorauerunt, & vos dici-
tis, ‖ quia Ierosolymis est locus De.12.a.6.
21 vbi adorare oportet. † Dicit ei Ie-
sus, Mulier crede mihi, quia ve-
niet hora, quando neq; in mon-
te hoc, neque in Ierosolymis ado
22 rabitis Patrem. † ‖ Vos adoratis 4.Re.17.c.
quod nescitis: nos adoram' quod 28.g.36.
scimus, quia salus ex Iudæis est.
23 † Sed venit hora, & nunc est, quã-
do veri adoratores adorabunt
Patrem in spiritu & veritate. Nã
& Pater tales quærit, qui adorent
24 eum. † Spiritus est Deus, & eos 2.Cor.3.d.
qui adorant eum, in spiritu & ve- 17.
25 ritate oportet adorare. † Dicit ei
D mulier, Scio quia Messias venit,
qui dicitur Christus, cùm ergo
venerit, ille nobis annuntiabit
26 omnia. † Dicit ei Iesus, Ego sum
27 qui loquor tecum. † Et continuò
venerunt discipuli eius: & mira-
bantur, quia cum muliere loque-
batur. Nemo tamen dixit, Quid
quæris, aut quid loqueris cum ea?
28 † Reliquit ergo hydriam suam
mulier: & abijt in ciuitatem, & di
29 cit illis hominibus, † Venite & vi-
dete hominẽ qui dixit mihi om-
nia quæcunq; feci. nunquid ipse
30 est Christus? † Exierunt ergo de
31 ciuitate, & veniebant ad eũ. † In-
terea rogabant eum discipuli, di-
32 centes, Rabbi, manduca. † Ille au-
tem dixit eis, Ego cibum habeo
manducare quem vos nescitis.
33 † Dicebant ergo discipuli adinui-
cẽ, Nũquid aliquis attulit ei man
34 ducare? † Dicit ei Iesus, Meus ci-
E bus est vt faciam voluntatem e-
ius qui misit me, vt perficiã opus
35 eius. † Nónne vos dicitis, quòd
adhuc quatuor menses sunt, &
messis venit? Ecce dico vobis, le-
uate oculos vestros, & videte re-
giones quia albæ sunt iã ad ‖ mes- Mt.9.d.37.
36 sem. † Et qui metit, mercedem ac- Luc.10.a.2.
cipit, & congregat fructũ in vitã
æternam: vt & qui seminat, simul
37 gaudeat & q metit. † In hoc enim

est verbum verum: quia alius est
qui seminat, & alius est qui me-
38 tit. † Ego misi vos metere quod
vos non laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum in-
39 troiſtis. † Ex ciuitate aũt illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunq; feci.
40 † Cùm venissent ergo ad illũ Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.
41 † Et multò plures crediderũt pro-
42 pter sermonem eius. † Et mulieri
F dicebant. Quia iam non propter tuam loquelam credimus. ipsi enim audiuimus, & scimus quia
43 hic est verè saluator mundi. † Post duos autem dies exijt inde: & a-
44 bijt in Galilæam. † Ipse enim Ie-
Mt.13.g.57 sus † testimonium perhibuit quia
Mar.6.a.4 Propheta in sua patria honorem
45 non habet. † Cùm ergo venisset
Lu.4.d.24. in Galilæam, exceperunt eũ Gali
Mt.4.b.12. læi, cùm omnia vidissent quæ fe-
Mt.1.b. 14 cerat Ierosolymis in die festo: &
Lu.4.b.14. ipsi enim venerant ad diem fe-
46 stum. † Venit ergo iterum in Ca-
Sup.2.b.9. na Galilææ, vbi fecit ‖ aquam vinum. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharna
47 um. † Hic cũ audisset quia Iesus ad
G ueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eũ vt descenderet & sanaret filium eius.
48 incipiebat enim mori. † Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & pro
49 digia videritis, nõ 'creditis'. † Di-
'credetis cit ad eum regulus, Domine, descende prius quã moriatur filius
50 meus. † Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat.
51 † Iam aũt eo descendẽte, serui oc currerunt ei: & nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret.
52 † Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima
53 reliquit eum febris. † Cognouit ergo pater, quia in illa hora erat in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. & credidit ipse & domus e-
54 ius tota. † Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cùm venisset à Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

1 POst hæc erat ‖ dies festus Iudæ- Le.23.a.5
rum, & ascendit Iesus Ieroso- De.16.a.1
2 lymam. † Est autem Ierosolymis
A super Probatica, piscina quæ cog
nominatur Hebraicè Bethsaida,
3 quinque porticus habens. † In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantiũ aquæ mo-
4 tum. † Angelus aũt Domini descendebat secundũ tempus in piscinã: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinã post motionem aquæ, sanus fiebat a
quacunq; detinebatur infirmita-
5 te. † Erat aũt quidã homo ibi triginta & octo annos habens in in-
6 firmitate sua. † Hunc cùm vidisset Iesus iacentẽ, & cognouisset, quia iã multum tempus haberet,
7 dicit ei, Vis sanus fieri? † Respon-
B dit ei languidus, Dñe, hominem nõ habeo, vt cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã: dũ ve-
8 nio enim ego, alius ante me de-
scendit. † Dicit ei Iesus, Surge,
9 tolle grabãtũ tuũ, & ambula. † Et
statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabãtũ suum, & ambu
labat. Erat autem sabbathum in
10 die illo. † Dicebant ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat, ‖ Sabbathũ Ex.20.b.8
est, ‖ non licet tibi tollere grabã- Ie.17.d.21
11 tum tuum. † Respondit eis, Qui
me sanum fecit, ille mihi dixit,
Tolle grabãtum tuũ, & ambula.
12 † Interrogauerunt ergo eũ, Quis
est ille homo qui dixit tibi, Tolle
13 grabãtum tuũ, & ambula? † Is aũt
qui sanus fuerat effectus, nesciẽbat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco-
14 † Postea inuenit eum Iesus in tẽ-
plo,

plo,& dixit illi, Ecce ſanus factus
es:iam noli peccare, ne deterius
15 tibi aliquid contingat. † Abijt il-
le homo,& nuntiauit Iudæis quia
Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum.
16 † propterea perſequebantur Iu-
dæi Ieſum, quia hæc faciebat in
17 ſabbatho. † Ieſus autem reſpon-
dit eis, Pater meus vſque modò
18 operatur:& ego operor. † Propte-
rea ergo magis quærebant eum
Iudæi interficere : quia non
ſolùm ſoluebat ſabbathum, ſed
& patrem ſuum dicebat Deum,
æqualem ſe faciens Deo. Reſpon-
19 dit itaq; Ieſus,& dixit eis, † Amē,
amen dico vobis, non poteſt fili-
us à ſe facere quicquam, niſi quod
viderit patrem facientem. quæ-
cunq; enim ille fecerit, hæc & fi-
20 lius ſimiliter facit. † Pater enim
D diligit Filiū,& omnia demōſtrat
ei quæ ipſe facit,& maiora his de
monſtrabit ei opera, vt vos mire-
21 mini. † Sicut enim Pater ſuſcitat
mortuos & viuificat: ſic & Filius
22 quos vult viuificat. † Neq; enim
Pater iudicat quenquā: ſed omne
23 iudicium dedit Filio, † vt omnes
honorificent Filium, ſicut hono-
rificant Patrem. qui non honori-
ficat Flium, non honorificat Pa-
24 trē, qui miſit illū. † Amen, amen
dico vobis, quia qui verbū meū
audit, & credit ei qui miſit me,
habet vitam æternam, & in iudi-
25 ciū non venit: ſed *tranſiet a mor
te in vitam. † Amen, amen dico
vobis, quia venit hora & nūc eſt,
quando mortui audient vocem
Filij Dei, & qui audierint, viuēt.
26 † Sicut enim Pater habet vitam
E in ſemetipſo: ſic dedit & Filio ha
27 bere vitam in ſemetipſo : † & po-
teſtatem dedit ei etiam iudicium
facere, quia filius hominis eſt.
28 † Nolite mirari hoc, quia venit
hora in qua omnes qui in monu-
mentis ſunt, audient vocē *eius,
29 † & procedent ‖ qui bona fecerūt,
in reſurrectionē vitæ: qui verò

*tranſijt 7.

*filij Dei

Mt.25.d.48

mala egerunt, in reſurrectionem
30 iudicij. † Non poſſum ego à me-
ipſo facere quicquam. Sicut au-
dio, iudico, & iudicium meum
iuſtum eſt. quia non quæro volū-
tatem meam, ſed voluntatem e-
31 ius qui miſit me. † Si ego teſtimo-
nium perhibeo de meipſo, teſti-
32 monium meū non eſt verū. † ‖ Ali
us eſt qui teſtimonium perhibet
de me & ſcio quia verū eſt teſti-
monium * quod perhibet de me.
33 † ‖ Vos miſiſtis ad Iohannē:& te-
34 ſtimoniū perhibuit veritati. † Ego
aūt non ab homine teſtimoniū ac
cipio: ſed hæc dico vt vos ſalui ſi-
35 tis. † Ille erat lucerna ardens & lu
cens. Vos aūt voluiſtis ad horam
36 exultare in luce eius. † Ego autem
habeo teſtimonium maius Iohā-
ne. Opera enim quæ dedit Pater,
vt perficiā ea: ipſa opera quæ ego
facio, teſtimonium perhibent de
37 me, quia pater miſit me: † & qui
F miſit me Pater, ‖ ipſe teſtimoniū
perhibuit de me. neq; vocē eius
vnquā audiſtis, neq; ‖ ſpeciē eius
38 vidiſtis. † & verbū eius non habe-
tis in vobis manens: quia quem
miſit ille, huic vos non creditis.
39 † Scrutamini ſcripturas, quia vos
putatis in ipſis vitam æternam
habere: & illæ ſunt quæ teſtimo-
40 nium perhibent de me: † & non
vultis venire ad me vt vitā habea
41 tis: † Claritatē ab hominibus nō
42 accipio. † Sed cognoui vos, quia
dilectionē Dei non habetis in vo-
43 bis. † Ego veni in nomine Patris
mei, & nō *accipitis me: ſi alius
venerit in nomine ſuo, illum ac-
44 cipietis. † Quomodo vos poteſtis
credere, qui gloriam abinuicem
accipitis: & gloriam quæ à ſolo
45 Deo eſt, non quæritis? † Nolite
putare quia ego accuſaturus ſim
vos apud Patrem: eſt qui accuſat
vos, Moyſes, in quo vos ſperatis.
46 † Si enim crederetis Moyſi: crede-
retis forſitan & mihi. de me enim
47 ‖ ille ſcripſit. † Si aūt illius literis

Mt.3.d.17.

*eius.

Sup.1.b.15 c.19.

Mt.3.d.17. 17.a.5. De.4.b.12.

*accepiſtis

Gen.3.e.15 22.d.18.& 49.b.10.

non creditis : quomodo verbis meis credetis?

CAP. VI.

De.18. c.15. (1 POst hæc ‖ abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberia-
Mat.14. b.13. (2 dis:† & sequebatur eum multitu-
(A do magna, quia videbant signa
Mr.6.e.32. quæ faciebat super his qui infir-
Lu.9.a. 10. (3 mabantur.† Subijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum dis-
4 cipulis suis.† Erat aũt proximum
Ex.12.c. 15. (5 ‖Pascha dies festus Iudæorũ.† Cũ subleuasset ergo oculos Iesus, &
Le. 23. a.5. vidisset quia multitudo maxima
De.16. a.2. venit ad eũ, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt mandu-
6 cent hi?† Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid
7 esset facturus.† Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorũ panes non sufficiunt eis, vt vnus-
8 quisq; modicũ quid accipiat.† Dicit ei vnus ex discipulis eius, An-
9 dreas frater Simônis Petri, † Est
Mt.14.c.17 puer vnus hic qui habet ‖ quinq; panes ordeacos, & duos pisces: sed
Mr.6.c.(10 hæc quid sunt inter tantos?† Di-
38. B cit ergo Iesus, Facite homines
Lu.9.b. 13. discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinq;
11 millia.† Accepit ergo Iesus panes: & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. similiter & ex
12 piscibus quantum volebant.† Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.
13 † Collegerunt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus ordeaceis*, quæ superfuerũt his qui man-
14 ducauerãt.† Illi ergo homines cũ vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant, Quia hic est verè propheta qui venturus est in
15 mundum.† Iesus ergo cùm cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regẽ: ‖ fugit iterum in montem ip-

* & duob⁹ piscibus.

16 se solus.† Vt autem serò factũ est, descenderunt discipuli eius ad
17 mare.† Et cũ ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum. & tenebræ iã factæ erãt: &
18 non venerat ad eos Iesus. † Mare aũt, vento magno flante, exurge-
19 bat.† Cùm remigassent ergo qua-
C si stadia vigintiquinq; aut triginta, vident Iesum ambulantem super mare, & proximum naui fie-
20 ri, & timuerũt.† Ille aũt dicit eis,
21 Ego sum, nolite timere. † Voluerũt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terram
22 quam ibant. † Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia nõ erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli
23 discipuli eius abijssent:† aliæ verò superuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias *agentes
24 Dño'. † Cùm ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neq; discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum
25 quærentes Iesum.† Et cũ inuenissent eũ trans mare, dixerunt ei,
26 Rabbi, quando huc venisti?† Re-
D spondit eis Iesus, & dixit, Amen, amen dico vobis, quæritis me nõ quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati
27 estis.† Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater si-
28 gnauit Deus. † Dixerunt ergo ad eum, Quid faciem⁹ vt operemur
29 opera Dei?† Respondit Iesus, & dixit eis, ‖ Hoc est opus Dei, vt
30 credatis in eũ quẽ misit ille.† Dixerũt ergo ei, Quod ergo tu facis signũ, vt videamus, & credamus
31 tibi? quid operaris?† Patres nostri manducauerunt manna in deserto, ‖ sicut scriptum est, ‖ Panem de
32 cælo dedit eis manducare.† Dixit ergo eis Iesus, Amen, amen dico vobis,

*agentes Deo.

Mt.14.c.1[illegible] Mr.6.f.4[illegible]
Sup.1.e.32. Mt.3.d.17. & 17.a.5. 1.Io.3.d.25
Ex.16.a.4. d.14. Nu.11.b.7.

vobis, non Moyses dedit vobis panẽ de cęlo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. † Panis enim Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitã mundo. † Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. † Dixit autem eis Iesus: ‖ Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquam. † Sed dixi vobis quia & vidistis me, & non creditis. † Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciam foras, † quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed volũtatem eius qui misit me. † Hæc est enim voluntas eius qui misit me, Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. † Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. † Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis * qui de cælo descendi: † & dicebant, ‖ Nónne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo descendi? † Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare inuicem: † nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. † Est scriptũ in Prophetis, ‖ Et erũt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. † Nõ quia patrem vidit quisquam, ‖ nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrem. † Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. † Ego sum panis vitæ. † Patres vestri ‖ manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. † Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. † Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. † Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicẽtes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? † Dixit ergo eis Iesus, Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. † Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. † Caro enim mea, verè est cib. & sanguis meus verè est potus. † qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. † Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrẽ: & qui mãducat me, & ipse viuet propter me. † Hic est panis qui de cęlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. † Hæc dixit in synagoga docẽs in Capharnaum. † Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt, Dura est hic sermo, & quis potest eum audire? † Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat? † Si ergo videritis ‖ Filium hominis ascendentem vbi erat prius? † Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. † Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum. † Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. † Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum

67 cum illo ambulabant. † Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nunquid
68 & vos vultis abire? † Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ
69 habes. † & nos credimus & cog-
Mt.16.c.16 nouimus, quia tu es Christus filius
70 us Dei. † Respondit eis Iesus, Nón
Mr.8.c.29 ne ego vos duodecim elegi, & ex
71 vobis vnus diabolus est? † Dicebat
Lu.9.c.20. autem Iudam Simónis Iscariótem. hic enim erat traditurus eum, cùm esset vnus ex duodecim.

CAP. VII.

*autem. (1 A Post hæc * ambulabat Iesus in
*Galilæa. 'Galilæam', non enim volebat
2 in *Iudæam ambulare: quia quæ-
*Iudæa 2. rebant eum Iudæi interficere. † Erat autem in proximo dies festus
3 Iudæorum, ‖ Scenopegia. † Dixe-
Le.23.f.34. runt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæā, vt
& discipuli tui videāt opera tua
4 quæ facis. † Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse
in palam esse, si hæc facis, ma-
5 nifesta teipsum mundo. † Neque enim fratres eius credebant in
6 eum. † Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est pa-
7 ratum. † Non potest mundus odisse vos. me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo
8 quod opera eius mala sunt. † Vos
B ascendite ad diem festum hunc.
*autem. ego * non ascendo 'ad diem festū
'nondum istū: quia meū tempus nondum
ascendā 3. impletum est. † Hæc cùm dixisset,
9 ipse mansit in Galilæa. † Vt autem
10 ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, nō manifestè, sed quasi in occulto.
11 † Iudæi ergo quærebāt eum in die
12 festo, & dicebant: Vbi est ille? † Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebāt, Quia bonus est. Alij autem dicebant,
13 Non, sed seducit turbas. † Nemo tamen palam loquebatur de illo,
14 propter metum Iudæorum. † Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat.
15 † Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cū non
16 didicerit? † Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea,
17 sed eius qui misit me. † Si quis vo-
C luerit volūtatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar. † Qui
18 à semetipso loquitur, gloriā propriā quærit, qui autem quærit gloriam eius qui misit eū, hic verax est, & iniustitia in illo non est.
19 † Nónne Moyses dedit vobis le-
gem, & nemo ex vobis facit le-
20 gem? † ‖ Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes, quis te quæ-
21 rit interficere? † Respondit Iesus, & dixit eis: Vnū opus feci, & oēs
22 miramini, † propterea Moyses dedit vobis circuncisionē: non quia ex Moyse est, sed ex patrib. & in
D sabbatho circunciditis hominē.
23 † Si circuncisionē accipit homo in sabbatho, vt nō soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanū feci in sabbatho?
24 † Nolite iudicare secundum faciem: sed ‖ iustum iudicium iudica-
25 te. † Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis, Nónne hic est quem
26 quærunt interficere? † Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt: Nunquid verè cognouerunt principes quia hic est Christus. † Sed
27 hunc scimus vnde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde
28 sit. † Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens, Et me scitis, & vnde sim scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui misit
29 me, quem vos nescitis. † Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me
30 misit. † Quærebant ergo eum ap-
E prehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. † De turba autem mul-

Ex.20.c.28 Sup.5.b.18. Le.12.a.3. Ge.17.b.10 De.1.c.16.

multi crediderunt in eum, & dicebat, Christus cùm venerit, nũquid plura signa faciet quàm quæ
32 hic facit. † Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc,
* sacerdotum 1. & miserunt principes * & Pharisæi ministros vt apprehenderent eum. †
33 Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui me
34 misit. † ‖ Quæretis me, & non inue-
Ia.33.d.33. nietis, & vbi ego sum, vos non
35 potestis venire. † Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eũ? nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gẽtes?
36 † Quis est hic sermo quem dixit,
F Quæretis me, & non inuenietis, A
& vbi sum ego, vos non potestis
37 venire? † In nouissimo autem ‖ die
Le.23.f.27. magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens, Si quis sitit, ve-
38 niat ad me, & bibat. † Qui credit
De.18.c.15 Ioe.2.g.28 in me ‖ sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ
39 viuæ. † (Hoc autem dixit de
Act.2.c.17 Spiritu quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim erat Spiritus - datus : quia Iesus
40 nondum erat glorificatus.) † Ex
Sanctus 4 illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est
41 verè propheta. † Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa ve-
42 nit Christus? † Nónne scriptura
G dicit, quia ex semine ‖ Dauid, &
Mic.5.a.2. de Beth lehem castello vbi erat
43 Dauid, venit Christus? † Dissen-
Mat.2.a 6. sio itaque facta est in turba pro-
44 pter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed
45 nemo misit super eum manus. † Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Pharisæos. Et dixerunt
46 eis illi: Quare non adduxistis il-
47 lum? † Responderunt ministri, Nunquam sic locutus est homo,
loquitur. sicut hic homo. † Responderunt
ergo eis Pharisæi, Nũquid & vos
48 seducti estis? † Nunquid ex principibus aliquis credidit in eũ, aut ex
49 Pharisæis? † Sed turba hæc quæ nõ
50 nouit legẽ, maledicti sunt. † Dixit Nicodemus ad eos, ‖ Ille qui venit Sup.3.a.2.
ad eum nocte, qui vnus erat ex
51 ipsis. † Nunquid lex nostra iudicat hominem: nisi prius audierit ab
ipso, & ‖ cognouerit quid faciat? De.17.b.2.
52 † Responderunt, & dixerunt ei: & 19.d.15.
Nunquid & tu Galilæus es? Scru- *scriptutare * & vide, quia à Galilæa pro- ras.
53 pheta nõ *surgit'. † Et reuersi sunt *surrexit 1
vnusquisq; in domum suam.

CAP. VIII.

1 IEsus autem perrexit in mõtem
2 Oliueti: † & diluculo iterum ve-
A nit in templum, & omnis popul*
venit ad eum, & sedens docebat
3 eos. † Adducunt autem Scribæ &
Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam
4 in medio, † & dixerunt ei, Magister, hæc mulier modò deprehen-
5 sa est in adulterio, † ‖ in lege autẽ Le.20.b.19
Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?
6 † Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum,
7 digito scribebat in terra. † Cùm ergo perseuerarent interrogantes eum: erexit se, & dixit eis,
‖ Qui sine peccato est vestrũ, pri- De.17.b.7
8 mus in illam lapidem mittat. † Et iterum se inclinans, scribebat in
9 terra. † Audientes autẽ*, vnus post *hæc.
vnum exibant, incipientes a senioribus: & remansit solus Iesus,
10 & mulier in medio stans. † Erigẽs autem se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt qui te accusabant? † nemo
11 te condemnauit? Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit autem Iesus:
Nec ego te condemnabo. Vade,
12 & iam amplius noli peccare. † Iterum ergo locutus est eis Iesus.
B dicens: ‖ Ego sum lux mundi, qui 1.Io.1.b.5.
sequitur me, non *ambulat in *ambulat
tenebris, sed habebit lumen vi- bit 5.

13 tæ.‡Dixerunt ergo ei Pharisæi:Tu
de teipso testimonium perhibes,
testimonium tuum nõ est verum.
14 ‡Respondit Iesus,& dixit eis:Et si
ego testimonium perhibeo de
meipso, verum est testimonium
meũ:quia scio vnde veni, & quò
vado,vos autem nescitis vnde ve-
15 nio,aut quò vado.‡Vos secundum
carnem iudicatis,ego non iudico
16 quenquam,‡& si iudico ego,iudi-
cium meum verum est, quia so-
lus non sum, sed ego & qui mi-
17 sit me, Pater. ‡ Et in lege vestra
De.17.b.6. scriptum est, ‖ quia duorum ho-
& 19. d.15. minum testimonium verum est.
18 ‡Ego sum qui testimonium perhi
Mt.12. b.16 beo de meipso, & testimonium
2.Co.13.a.1 perhibet de me, qui misit me Pa-
19 ter. ‡ Dicebant ergo ei: Vbi est
He.10.c.20. pater tuus?Respondit Iesus,Neq;
me scitis, neq; patrem meum,si
me sciretis, forsitã & patrem me-
20 um sciretis. ‡ Hæc verba locutus
est Iesus in gazophylazio,docens
in templo, & nemo apprehendit
eum, quia necdum venerat hora
21 eius. ‡ Dixit ergo iterum eis Ie-
C sus,Ego vado, & quæretis me,&
in peccato vestro moriemini.
Quò ego vado, vos non potestis
22 venire. ‡ Dicebant ergo Iudæi,
Nũquid interficiet semetipsum,
quia dicit,Quò ego vado,vos non
23 potestis venire? ‡ Et dicebat eis,
Vos de deorsum estis, ego de su-
pernis sum. Vos de mundo hoc e-
stis,ego non sum de hoc mundo.
24 ‡Dixi ergo vobis quia moriemini
in peccatis vestris,si enim nõ cre-
dideritis quia ego sum, moriemi-
25 ni in peccato vestro. ‡ Dicebant
ergo ei:Tu quis es? Dixit eis Ie-
*quia sus, Principium *qui & loquor
26 vobis.‡ Multa habeo de vobis lo-
*quòd 1. qui & iudicare, sed qui me misit
Sup.3.d.33. verax est, & ego quæ audiui ab
27 eo, hæc loquor in mundo. ‡ Et
Ro.3.a.4. non cognouerunt, quia patrem
*eius. (28 *eis dicebat Deum.‡ Dixit ergo
eis Iesus: Cùm exaltaueritis fili-
um hominis, tunc cognoscetis
quia ego sum, & à meipso facio
nihil, sed sicut docuit me pater,
29 hæc loquor:‡& qui me misit, me-
D cum est, & non reliquit me solũ,
quia ego, quæ placita sunt ei, fa-
30 cio semper. ‡ Hæc illo loquente,
31 multi crediderunt in eum.‡Dice-
bat ergo Iesus ad eos qui credide-
runt ei,Iudæos, Si vos manseritis
in sermone meo, verè discipuli
32 mei eritis: ‡ & cognoscetis verita-
33 tem,& veritas liberabit vos. ‡Re-
sponderunt ei: Semen Abrahæ su
mus,& nemini seruiuim' vnquã,
quomodo tu dicis, Liberi eritis?
34 ‡Respõdit eis Iesus, Amen,amen
dico vobis, quia ‖ omnis qui facit Ro.6.c.14
35 peccatum,seruus est peccati.‡ser- 2.Pet. 2.d
uus autem non manet in domo 19.
in æternum,filius manet in æter-
36 num.‡si ergo vos filius liberaue-
37 rit, verè liberi eritis. ‡ Scio quia
filij Abrahæ estis: sed quæritis
me interficere, quia sermo meus
38 non capit in vobis. ‡Ego quod vi-
E di apud patrem, loquor: & vos
quæ vidistis apud patrẽ vestrum,
39 facitis. ‡ Responderunt & dixe-
runt ei: Pater noster, Abraham
est. Dicit eis Iesus: Si filij Abra-
hæ estis, opera Abrahæ facite.
40 ‡Nunc autem quæritis me inter-
ficere hominem, qui veritatem
vobis locutus sum,quam audiui à
41 Deo,hoc Abraham nõ fecit.‡Vos
facitis opera patris vestri. Dixe-
runt itaq; ei,Nos ex fornicatione
non sumus nati. vnum patrẽ ha-
24 bemus Deum. ‡Dixit ergo eis Ie-
sus:Si Deus pater vester esset, di-
ligeretis vtique me. ego enim ex
Deo processi, & veni, neq; enim
à meipso veni, sed ille me misit.
43 ‡Quare loquelam meam non cog
noscitis? Quia non potestis audi
44 re sermonem meum.‡‖Vos ex pa- 1.Io.3. b.8.
F tre diabolo estis: & desideria pa-
tris vestri vultis facere. ille, ho-
micida erat ab initio,& in verita-
te nõ stetit: quia non est veritas
in

in eo: cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mẽdax
45 est, & pater eius. † Ego autem quia veritatem dico, non creditis mi-
46 hi. † Quis ex vobis ^arguet^ me de
^arguit 4. peccato? Si veritatem dico: quare
47 vos non creditis mihi? † ‖ Qui ex
1.Io.4.a.6. Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo
48 non estis. † Respondérunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nónne bene-
dicimus nos quia Samaritanus es
49 tu, & dæmonium habes? † Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo: sed honorifico patrem meũ,
50 & vos inhonorastis me. † Ego aũt non quæro gloriã meã: est q quæ-
51 rat, & iudicet. † Amen, amen dico vobis, si quis sermonẽ meum seruauerit, mortẽ non videbit in æter-
52 nũ. † Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus qa dæmoniũ habes. Abraham mortuus est & Prophetæ: & tu dicis, Si qs sermonẽ meũ seruauerit, nõgustabit mortem in
53 æternũ. † Nunquid tu maior es pa
G tre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quẽ
54 teipsum facis? † Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est pater meus qui
55 glorificat me, quẽ vos dicitis quia Deus vester est: † & non cognouistis eum, ego aũtẽ noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero similis vobis, mendax. Sed scio eũ,
56 & sermonem eius seruo. † Abrahã pater vester exultauit vt videret
diẽ meum: & vidit, & gauisus est.
57 † Dixerũt ergo Iudæi ad eũ, Quin quaginta annos nondum habes,
58 & Abraham vidisti? † Dixit eis Iesus, Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.
59 † Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.

CAP. IX.

1 ET præteriens Iesus vidit ho- .8.
A minem cæcum à natiuitate:
2 † & interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasce-
3 retur? † Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei
4 in illo. † Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est, venit nox, quando nemo po-
5 test operari: † quàmdiu sum in mũ-
6 do, lux sum mundi. † Hæc cùm dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum
7 super oculos eius, † & dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur Missus. Abijt ergo, & lauit: & venit videns.
8 † Itaque vicini & qui ^viderant^ ^videbat 7
B eum prius quia mẽdicus erat, dicebant, Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dice-
9 bant, Quia hic est. † Alij autem, Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat, Quia ego sum.
10 † Dicebant ergo ei, Quomodo a-
11 perti sunt tibi oculi? † Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui,
12 & vidi. † Et dixerunt ei, Vbi est
13 ille? Ait, Nescio. † Adducunt eum ad Pharisæos qui cæcus fue-
14 rat. † Erat autem sabbathum quando lutum fecit Iesus, & ape-
15 ruit oculos eius. † Iterum ergo
C interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super ocu-
16 los, & laui: & video. † Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo, qui sabbathũ nõ custodit. Alij autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat
17 inter eos. † Dicunt ergo cæco iterum, Tu, quid dicis de illo qui

perunt oculos tuos? Ille autem di-
18 xit, Quia propheta est. † Non cre-
diderunt ergo Iudæi de illo, quia
cæcus fuisset & vidisset: donec vo
cauerunt parentes eius qui vide-
19 rat, † & interrogauerunt eos, di-
centes, Hic est filius vester, quem
vos dicitis quia cæcus natus est?
20 Quomodo ergo nunc videt? † Re-
D sponderunt eis parentes eius, &
dixerunt, Scimus quia hic est fi-
lius noster, & quia cæcus natus
21 est: † quomodo autem nunc vi-
deat, nescimus, aut quis eius
aperuit oculos, nos nescimus,
ipsum interrogate: ætatem ha-
22 bet, ipse de se loquatur. † Hæc di-
xerunt parentes eius, quoniam ti
mebant Iudæos: iam enim consp
rauerant Iudæi, vt si quis eum
confiteretur esse Christum, extra
23 synagogam fieret. † Propterea pa-
rentes eius dixerunt, Quia ætа-
tem habet, ipsum interrogate.
24 † Vocauerunt ergo rursum homi-
E nem qui fuerat cæcus, & dixerunt
ei, Da gloriam Deo, nos scimus
25 quia hic homo peccator est. † Di-
xit ergo eis ille, Si peccator est ne
scio: vnum scio, quia cæcus cùm es
26 sem, modò video. † Dixerunt
ergo illi, Quid fecit tibi? quomo-
27 do aperuit tibi oculos? † Respon-
dit eis, Dixi vobis iam, & audi-
stis: quid iterùm vultis audire?
nunquid & vos vultis discipuli e-
28 ius fieri? † Maledixerunt ergo ei,
& dixerunt, Tu discipulus illius
sis: nos autem Moysi discipuli su-
29 mus. † Nos scimus quia Moysi lo-
cutus est Deus: hunc autem nesci-
30 mus vnde sit. † Respondit ille ho-
F mo, & dixit eis, In hoc enim mira
bile est quia vos nescitis vnde sit,
31 & aperuit meos oculos. † Scimus
autem quia peccatores Deus non
audit: sed si quis Dei cultor est, &
voluntatem eius facit, hunc exau
32 dit. † A seculo non est auditum
quia quis aperuit oculos cæci na-
33 ti. † Nisi esset hic à Deo, non pote
34 rat facere quicquam. † Respon-
derunt, & dixerunt ei, In peccatis
natus es totus, & tu doces nos? Et
35 eiecerunt eum foràs. † Audiuit Ie
G sus quia eiecerunt eum foràs: &
cùm inuenisset eum, dixit ei, Tu
36 credis in filium Dei? † Respondit
ille, & dixit, Quis est Domine, vt
37 credam in eum? † Dixit ei Iesus,
Et vidisti eum: & qui loquitur te-
38 cum, ipse est. † At ille ait, Credo
Domine. Et procidens adorauit
39 eum. † Et dixit ei Iesus, In iudicij
ego in hunc mundum veni: vt qui
non vident videant: & qui vi-
40 dent cæci fiant. † Et audierunt
quidam ex Pharisæis qui cum ip-
so erant: & dixerunt ei, Nunquid
41 & nos cæci sumus? † Dixit eis Ie-
sus, Si cæci essetis, non habe-
retis peccatum: nunc verò dicitis,
Quia videmus. Peccatum vestrum
manet.

CAP. X.

1 AMen, amen dico vobis, qui nō
A intrat per ostium in ouile o-
uium, sed ascendit aliunde: ille
2 fur est & latro. † Qui autem intrat
per ostium, pastor est ouium.
3 † Huic ostiarius aperit: & oues vo-
cem eius audiunt: & proprias o-
ues vocat nominatim, & edu-
4 cit eas. † Et cùm proprias oues e-
miserit, ante eas vadit: & oues il-
lum sequūtur, quia sciunt vocē e-
5 ius. † Alienam aūt nō sequuntur,
sed fugiunt ab eo: qa nō nouerūt
6 vocē alienorū. † Hoc prouerbium
dixit eis Iesus. Illi aūt non cogno
7 uerunt quid loqueretur eis. † Di-
B xit ergo eis iterum Iesus, Amē, a-
men dico vobis, qa ego sum ostiū
8 ouiū. † Omnes quotquot venerūt,
fures sunt & latrones: sed non au-
9 dierunt eos oues. † Ego sum osti-
um. Per me si quis introierit, sal-
uabitur: & ingredietur & egredie
10 tur, & pascua inuenier. † Fur non
venit nisi vt furetur & mactet &
perdat. Ego veni vt vitam habeāt,
&

11 & abundãtius habeant. † Ego sum
Is.40.c.11. pastor bonus. ‖ Bonus pastor ani-
Ez.34.c.23. & 37.f.(12 mam suam dat pro ouibus suis.
24. 12 † Mercenarius autẽ & q nõ est pa-
-5. stor, cuius non sunt oues propriæ,
videt lupum venientem, & dimit-
tit oues, & fugit: & lupus rapit, &
13 dispergit oues. † Mercenarius au-
C tem fugit, quia mercenarius est:
14 & non pertinet ad eum de oui-
bus. † Ego sum pastor bonus: &
cognosco meas, & cognoscunt me
15 meæ. † ‖ Sicut nouit me pater, &
Mt.11.d.27 ego agnosco patrem: & animam
Lu.10.d.22 meam pono pro ouibus meis.
-5. 16 † Et alias oues habeo quæ non
Mt.28.d.19 sunt ex hoc ouili: & illas oportet
Mr.16.d.15 me adducere, & vocem meam au-
Luc.24.g. dient, ‖ & fiet vnum ouile & vnus
47. 17 pastor. † Propterea me diligit pa-
Act.10.f.35 ter: ‖ quia ego pono animam me-
13.g.47 (18 am, vt iterum sumam eam. † Ne-
15.b.7. (D mo tollit eam à me: sed ego pono
Gal.1.b.9. eam à meipso: potestatem habeo
Ez.37.f.22. ponendi eam: & potestatem ha-
Isa.53.b.7. beo iterum sumendi eam. Hoc
mandatum accepi à patre meo.
19 † Dissensio iterum facta est inter
Iudæos propter sermones hos.
20 † Dicebãt autem multi ex ipsis, dæ-
monium habet & insanit: quid e-
21 um auditis? † Alij dicebant: Hæc
verba nõ sunt dæmoniũ habẽtis.
E nunquid dæmonium potest cæco
22 rum oculos aperire? † Facta sunt
1.Mac. 4.f. autẽ Encænia in Ierosolymis: &
36.59. 23 hyems erat. † Et ambulabat Iesus
in templo, in porticu Salomonis.
24 † Circundederunt ergo eum Iu-
dæi, & dicebant ei, Quousq; ani-
mam nostram tollis? si tu es Chri-
25 stus, die nobis palàm. † Respondit
eis Iesus, Loquor vobis: & nõ cre-
ditis: opera quæ ego facio in no-
mine patris mei, hæc testimoniũ
*sicut dixi 26 perhibent de me: † sed vos nõ cre-
vobis 1.(27 ditis, quia nõ estis ex ouib. meis*.
Oues meæ vocem meã audiunt:
& ego cognosco eas, & sequuntur
28 me. † Et ego vitam æternam do
F eis: & non peribunt in æternum,
&non rapiet eas quisquam de ma-
29 nu mea. † Pater meus *quod de- *qui dedit
dit mihi, maius' omnibus est: mihi ma-
& nemo potest rapere de manu ior 1.
30 patris mei. † Ego & pater vnum
31 sumus. † Sustulerunt *lapides Iu- *ergo ite-
32 dæi, vt lapidarent eum. † Respon- rum 4.
dit eis Iesus, Multa bona opera o-
stendi vobis ex patre meo, pro-
pter quod eorum opus me lapida-
33 tis? † Responderunt ei Iudæi, De
bono opere non lapidamus te,
sed de blasphemia: & quia tu ho-
mo cùm sis, facis teipsum Deum.
34 † Respondit eis Iesus, Nónne scri-
ptum est in lege vestra, quia ‖ E- Psa.81.b.6.
35 go dixi, dij estis? † Si illos dixit de
os, ad quos sermo Dei factus est, &
36 non potest solui scriptura: † quem
G pater sanctificauit & misit in mũ-
dum, vos dicitis, Quia blasphe-
mas: quia dixi, filius Dei sum?
37 † Si nõ facio opera patris mei: no-
lite credere mihi. † Si autem facio
38 & si mihi non vultis credere, ope-
ribus credite: vt cognoscatis &
credatis quia pater in me est, &
39 ego in patre. † Quærebant ergo
eum apprehendere: & exiuit de
40 manibus eorum. † Et abijt ite-
rum trans Iordanem in eum lo-
cum vbi erat Iohannes baptizans
primùm: & mansit illic. † & mul-
41 ti venerunt ad eum, & dicebant,
Quia Iohannes quidem signum
fecit nullum. Omnia autem quæ-
cunque dixit Iohannes de hoc, ve-
42 ra erant. † Et multi crediderunt
in eum.

CAP. XI.

1 ERat autem quidam languens
A Lazarus à Bethania, de castel-
lo Mariæ & Marthæ *sororis' ei'. *sororum
2 † (Maria autem erat ‖ quæ vnxit Mt.26.a.7.
Dominũ vnguento, & extersit pe- Luc.7.f.37.
des eius capillis suis: cuius frater Inf.12.a.3.
3 Lazarus infirmabatur.) † Mise-
runt ergo sorores eius ad eum di-
centes, Domine, ecce quẽ amas,
4 infirmatur. † Audiens autẽ Iesus
dixit

dixit eis, Infirmitas hæc non est
ad mortem, sed pro glotia Dei: vt
glorificetur filius Dei per eam.
5 ‡Diligebat autem Iesus Martham
& sororem eius Mariam & Laza-
6 rum.‡ Vt ergo audiuit quia infir-
mabatur, tunc quidem mansit in
7 eodem loco duobus diebus:‡ dein
de post hæc dicit discipulis suis,
8 Eamus in Iudæam iterum.‡ Dicũt
ei discipuli, Rabbi, nunc quære-
bant te Iudæi lapidare, & iterũ va
9 dis illuc? ‡ Respondit Iesus, Nõne
B duodecim sunt horæ diei? Si quis
ambulauerit in die, non offendit:
quia lucem huius mundi videt.
10 ‡ Si autem ambulauerit in nocte,
offendit, quia lux non est in eo.
11 ‡ Hæc ait, & post * hæc' dicit eis, La
* hoc zarus amicus noster dormit: sed
vado vt à somno excitem eum.
12 ‡ Dixerunt ergo discipuli eius, Do
13 mine, si dormit, saluus erit. ‡ Di-
xerat autem Iesus de morte eius:
illi autem putauerũt quia de dor-
14 mitione somni diceret. ‡ Tunc
ergo Iesus dixit eis manifestè, La-
15 zarus mortuus est:‡ & gaudeo pro
pter vos, vt credatis, quoniam nõ
16 eram ibi: sed eamus ad eum.‡ Di-
xit ergo Thomas qui dicitur Di-
dymus, ad condiscipulos, Eamus
17 & nos, vt moriamur cum eo.‡ Ve-
C nit itaque Iesus: & inuenit eum
quatuor dies iam in monumento
18 habentem.‡ Erat autem Bethania
iuxta Ierosolymam quasi stadijs
19 quindecim. ‡ Multi autem ex Iu-
dæis venerant ad Martham & Ma
riam, vt consolarentur eas de fra-
20 tre suo. ‡ Martha ergo vt audiuit
quia Iesus venit, occurrit illi: Ma-
21 ria autem domi sedebat. ‡ Dixit
ergo Martha ad Iesum, Domine si
fuisses hîc, frater meus non fuis-
22 set mortuus.‡ sed & nũc scio quia
quæcunq; poposceris à Deo, dabit
23 tibi Deus. ‡ Dicit illis Iesus, Re-
24 surget frater tuus. ‡ Dicit ei Mar-
Sup. 5.c.29 tha, Scio quia resurget ‖ in resur-
Lu.14.c.14. rectione, in nouissimo die.

25 ‡ Dixit ei Iesus, Ego sum resurre- Su.6.d.33.
ctio & vita: ‖ qui credit in me: e.47.
26 etiamsi mortuus fuerit, viuet:‡ &
omnis qui viuit, & credit in me,
non morietur in æternum. Cre-
27 dis hoc?‡ At illi, Vtique Domine,
D ego credidi, quia tu es Christus fi * viui
lius Dei * qui in - hunc' mundum -.7.
28 venisti. ‡ Et cùm hæc dixisset, ab-
ijt, & vocauit Mariam sororem su
am silentio, dicens, Magister ad-
29 est, & vocat te. ‡ Illa vt audiuit * surrexit
* surgit' citò, & venit ad eum.
30 ‡ Nondum enim venerat Iesus in
castellum: sed erat adhuc in illo
loco vbi occurrerat ei Martha.
31 ‡ Iudæi ergo qui erant cum ea in
domo, & consolabantur eam, cùm
vidissent Mariam quia citò surre-
xit & exijt, secuti sunt eam, dicen
tes, Quia vadit ad monumentum,
32 vt ploret ibi. ‡ Maria ergo cùm
venisset vbi erat Iesus, videns e-
um, cécidit ad pedes eius, & dicit
ei, Domine si fuisses hîc, non esset
33 mortuus frater meus. ‡ Iesus er-
go vt vidit eam plorantem, & Iu-
E dæos qui venerant cum ea ploran
tes, infremuit spiritu, & turba-
34 uit seipsum, ‡ & dixit: Vbi posui-
stis eum? Dicunt ei, Domine ve-
35 ni & vide. ‡ Et lachrymatus est
36 Iesus. ‡ Dixerunt ergo Iudæi, Ec-
37 ce quomodo amabat eum.‡ Qui-
dam autem ex ipsis dixerunt, Nõ
poterat hic ‖ qui aperuit oculos Sup.9.2.6.
cæci * facere vt hic non morere- * nati
38 tur? ‡ Iesus ergo rursus fremens in
semetipso, venit ad monumen-
tum: erat autem spelunca: & lapis
39 superpositus erat ei. ‡ Ait Iesus,
Tollite lapidem: Dicit ei Martha
sotor eius qui mortuus fuerat, Do
mine, iam fœtet, quatriduanus est
40 enim: ‡ Dicit ei Iesus, Nónne di-
xi tibi quoniam si credideris, vide
41 bis gloriam Dei? ‡ Tulerunt ergo
lapidem. Iesus autem eleuatis sur
sum oculis dixit, Pater, gratias a-
42 go tibi quoniam audisti me.‡ Ego
autẽ sciebã qa semper me audis,
sed

sed propter populum qui circunstat, dixi, vt credant quia tu me
43 misisti. † Hæc cùm dixisset, voce
F magna clamauit, Lazare, veni fo-
44 ras. † Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, Soluite
45 eum, & sinite abire. † Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariã & Marthã, & viderant, quæ fecit
46 Iesus, crediderunt in eum. † Quidam autẽ ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Ie-
47 sus. † Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebãt, Quid facim⁹, quia hic homo multa signa facit? † Si dimittim⁹ eum
& 2. sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrũ
49 locum & gentem. † Vnus autẽ ex
Inf. 18. c. 14. G ipsis ‖ Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis,
50 Vos nescitis quicquam. † nec cogitatis quia expedit ᵃnobis vt vnus moriatur homo pro populo,
51 & non tota gens pereat. † Hoc autem à semetipso nõ dixit: sed cùm esset pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat
52 pro gente: † & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant
53 dispersi, cõgregaret, in vnum. † Ab illo ergo die cogitauerunt vt in-
54 terficerent eum. † Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrẽ, & ibi morabatur cum
55 discipulis suis. † Proximum autem erat Pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctifica-
56 rent seipsos. † Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur adinuicẽ, in templo stantes, Quid putatis, quia non venit ad diem festum?
Dederant autẽ Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

CAP. XII.

1 IEsus ergo ante sex dies Paschæ Mt. 26. a. 6.
A vênit Bethaniam, vbi Lazarus Mr. 14. a. 3.
fuerat mortuus quem suscitauit
2 Iesus. † Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex discumben-
3 tibus cum eo. † Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguẽ-
4 ti. † Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariótes, qui erat eum
5 traditurus: † Quare hoc vnguentum nõ venijt trecentis denarijs,
6 & datum est egenis? † Dixit autẽ, hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebã-
7 tur portabat. † Dixit ergo Iesus,
B ᵇSine illam, vt in diem sepulturæ ᵇSinite
8 meæ seruet illud. † Pauperes enim semper habetis vobiscum: me au-
9 tem nõ semper ᵇhabebitis. † Cognouit ergo turba multa ex Iudæis ᵇhabetis 4.
quia illic est: & venerunt, nõ propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à
10 mortuis. † Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Laza-
11 rum interficerent: † quia multi propter illum abibant ex Iudæis,
12 & credebant in Iesum. † In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum, cùm audissent quia venit Iesus Ierosoly-
13 mam: † acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Hosan-na, benedictus qui venit in nomine Domi-
14 ni, Rex Israel. † ‖ Et inuenit Iesus Mt. 21. a. 7.
asellum, & sedit super eum, sicut Mar. 11. a. 7.
15 scriptum est, † Noli timere filia Lu. 19. f. 35.
Sion: ‖ ecce rex tuus venit sedens Zac. 9. b. 9.
16 super pullum asinæ. † Hæc nõ cogC nouerunt discipuli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus: tunc recordati sunt quia hæc erãt scripta de eo, & hæc fecerunt ei.

† Te-

17 † Testimonium ergo perhibebat
turba quæ erat cum eo quãdo La-
zarum vocauit de monumento,&
18 suscitauit eum à mortuis. † Pro-
ptereà & obuiam venit ei turba,
quia audierunt eum fecisse hoc
19 signum. † Pharisæi ergo dixerunt
ad semetipsos, Videtis quia nihil
proficimus? ecce mundus tot⁹ post
20 eum abijt. † Erant autem quidam
Gentiles ex his qui ascenderant
21 vt adorarent in die festo. † Hi er-
D go accesserunt ad Philippum qui
erat à Bethsaida Galilææ, & roga-
bant eum, dicentes: Domine, vo-
22 lumus Iesum videre. † Venit Phi-
lippus, & dicit Andreæ. Andreas
rursum & Philippus dixerunt Ie-
23 su. † Iesus autem respondit eis, di-
cens, Vênit hora, vt clarificetur
24 filius hominis. † Amen, amen dico
vobis, nisi granum frumenti ca-
25 dens in terrã, mortuũ fuerit: † ip-
sum solum manet. si autẽ mortuũ
Mt.10.d.31. fuerit, multũ fructum affert. ‖ Qui
& 16.d.27. amat animam suam, perdet eam:
Mr.8.d.35. & qui odit animam suam in hoc
Lu.9.c.24. mundo, in vitam æternã custodit
& 17.g.(26 eam. † Si quis mihi ministrat, me
33. sequatur: & vbi sum ego, illic &
minister meus erit. Si quis mihi
ministrauerit, honorificabit eum
27 pater meus. † Nunc anima mea
E turbata est. Et quid dicam? Pater,
saluifica me ex hac hora. Sed pro-
28 ptereà vêni in horam hanc. † Pa-
ter, clarifica nomẽtuum. Vênit er-
* dicens go vox de cælo *, Et clarificaui, &
29 iterum clarificabo. † Turba ergo
quę stabat & audierat, dicebat to-
nitruũ esse factum. Alij dicebant,
30 Angelus ei locutus est. † Respon-
dit Iesus, & dixit, Nõ propter me
hæc vox vênit, sed propter vos.
31 † Nunc iudicium est mundi: nunc
princeps hui⁹ mundi eijcietur fo-
32 râs. † Et ego si exaltat⁹ fuero à ter-
ra, omnia traham ad meipsum.
33 † (hoc autem dicebat significans
34 qua morte esset moriturus.) † Re-
spondit ei turba, Nos audiuimus
‖ ex lege, quia Christus manet in Ps.109.a.4.
æternum: & quomodo tu dicis, & 116.a.2.
Oportet exaltari filium hominis? Isa.40.b.6.
35 Quis est iste filius hominis? † Di- Ez.37.g.25.
F xit ergo eis Iesus, Adhuc modicũ
lumẽ in vobis est. Ambulate dum
lucem habetis, vt non vos tene-
bræ comprehẽdant: & qui ambu-
lant in tenebris, nescit quò vadat.
36 † Dum lucem habetis, credite in
lucem, vt filij lucis sitis. Hęc locu-
tus est Iesus, & abijt, & abscondit
37 se ab eis. † Cùm autem tanta signa
fecisset coram eis, non credebant
38 in eum: † vt sermo Isaiæ Prophe-
tæ impleretur, quem dixit, ‖ Do- Isa.53.a.1.
mine, quis credidit auditui no- Ro.10.c.16
stro? & brachiũ Domini cui reue-
39 latum est? † Propterea nõ poterãt
credere, quia iterum dixit Isaias,
40 † Excæcauit oculos eorũ, & indu- Isa.6.c.9.10
G rauit cor eorũ, vt nõ videant ocu- Mt.13.b.14
lis, & nõ intelligant corde, & con Mr.14.b.14
41 uertantur, & sanem eos. † Hæc di- Lu.8.b.19.
xit Isaias, quãdo vidit glorã eius, Ac.28.f.27.
42 & locutus est de eo. † Veruntamẽ Ro.11.b.1.
& ex principibus multi credide-
runt in eũ: sed propter Pharisæos
non confitebantur, vt è synagoga
43 non eijcerentur. † dilexerunt e-
nim gloriã hominum magis, quã
44 gloriam Dei. † Iesus autem clama-
uit, & dixit, Qui credit in me, nõ
credit in me, sed in eum qui misit
45 me. † Et qui videt me, videt eum
46 qui misit me. † Ego lux in mun-
dum veni, vt omnis qui credit in
47 me, in tenebris non maneat. † Et
si quis audierit verba mea, & non
custodierit: ego non iudico eum,
non enim veni vt iudicem mun-
dum, sed vt saluificem mundum.
48 † Qui spernit me, & non accipit
verba mea: habet qui iudicet eũ.
‖ sermo quem locutus sum, ille Mt.16.a.16
iudicabit eum in nouissimo die.
49 † Quia ego ex meipso non sum lo-
cutus, sed qui misit me Pater, ipse
mihi mandatum dedit quid dicã,
50 & quid loquar. † Et scio quia man
datum eius vita æterna est. Quæ
ergo

ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

1 ANte diem autē festū Paschæ,
A sciens Iesus quia venit hora
Mt.26.a.1. eius vt transeat ex hoc mundo ad
Mr.14.a.1. Patrem: cùm dilexisset suos qui
Luc.22.a.1. erant in mundo, in finem dilexit
2 eos. † Et cœna facta, cùm diabolus
iam misisset in cor, vt traderet eū
3 Iudas Simōnis Iscarlótes: † sciens
quia omnia dedit ei Pater in ma-
nus, & quia à Deo exiuit, & ad De-
4 um vadit: † surgit à cœna, & ponit
vestimenta sua. & cùm accepisset
5 linteum, præcinxit se. † Deinde
mittit 7. misit aquam in peluim, & cœpit
lauare pedes discipulorum, & ex-
tergere linteo quo erat præcin-
6 ctus. † Venit ergo ad Simonē Pe-
trum. Et dicit ei Petrus, Domine,
7 tu mihi lauas pedes? † Respondit
Iesus, & dixit ei, Quod ego facio,
tu nescis modò, scies autē posteà.
8 † Dicit ei Petrus, Non lauabis mi-
habes 4. hi pedes in æternum. Respondit
ei Iesus, Si non lauero te, nō habe-
9 bis partē mecum. † Dicit ei Si-
mon Petrus, Domine, nō tantùm
pedes meos: sed & manus, & ca-
10 put. † Dicit ei Iesus, Qui lotus est,
nō indiget nisi vt pedes lauet, sed
B est mundus totus. Et vos mundi e-
11 stis, sed nō omnes. † Sciebat enim
quisnam esset qui traderet eum.
propterea dixit, Non estis mundi
12 omnes. † Postquā ergo lauit pedes
eorum, & accepit vestimenta sua.
cùm recubuisset, iterum dixit eis,
13 Scitis quid fecerim vobis? † Vos vo
catis me Magister, & Domine: &
14 benè dicitis, sum etenim. † Si ergo
ego laui pedes vestros, dominus
& magister, & vos debetis alter
15 alterius lauare pedes. † Exemplū
enim dedi vobis, vt quemadmo-
dum ego feci vobis, ita & vos fa-
Inf.15.c.20 16 ciatis. ‖ Amen, amen dico vobis,
Mt.10.c.24 nō est seruus maior domino suo,
neque Apostolus maior est eo
17 qui misit illum. † Si hæc scitis, bea- Lu.6.f.49.
18 ti eritis si feceritis ea. † Non de
omnib⁹ vobis dico: ego scio quos
elegerim. Sed vt adimpleatur
scriptura, ‖ Qui manducat mecū Ps.40.b 10
C panem leuabit contra me calca- leuauit 3.
19 neum suum. † Amodo dico vobis,
prius quàm fiat: vt cùm factum
20 fuerit, credatis, quia ego sum. ‖ A- Mat. 10. d.
men, amen dico vobis, qui accipit 40.
si quem misero, me accipit: qui Lu.10.c.16.
autem me accipit, accipit eum qui
21 me misit. † Cùm hæc dixisset Ie-
sus, turbatus est spiritu, & prote-
status est, & dixit: ‖ Amen, amen Mt.26 b.21
dico vobis, quia vnus ex vobis Mr.14.b.17
22 tradet me. † Aspiciebant ergo ad Lu.22.b.21
inuicem discipuli, hæsitantes de In.13.c.
23 quo diceret. † ‖ Erat ergo recum-
bens vnus ex discipulis eius in si-
24 nu Iesu, quē diligebat Iesus. † In-
nuit ergo huic Simon Petrus, &
25 dixit ei, Quis est de quo dicit. † Ita-
que cùm recubuisset ille supra
pectus Iesu, dicit ei, Domine quis
26 est? † Respondit Iesus: Ille est cui
ego intinctū panē porrexero. Et
cùm intinxisset panem, dedit Iu-
27 dæ Simōnis, Iscariōte. † Et post buc
cellam, tunc introiuit in eum Sa-
tanas. Et dicit ei Iesus, Quod fa-
28 cis, fac citiùs. † Hoc autem nemo
sciuit discumbentium ad quid di-
29 xerit ei: † Quidam enim putabāt,
D quia loculos habebat Iudas, quod
dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus
sunt nobis ad diem festum: aut e-
30 genis vt aliquid daret. † Cùm er-
go accepisset ille buccellam, exi-
it continuò. Erat autem nox.
31 † Cū ergo exisset, dixit Iesus, Nūc
clarificatus est filius hominis: &
32 Deus clarificatus est in eo. † Si
Deus clarificatus est in eo, & De-
us clarificabit eum in semetipso
33 & continuò clarificabit eum. † Fi-
lioli, adhuc modicum vobiscum
sum. ‖ Quæretis me: & ‖ sicut dixi Sup.7.c.34
Iudæis: Quò ego vado, vos non Lc.13.d.33.
potestis venire: & vobis dico Mt.22.d.
34 modò. † ‖ Mandatum nouum Inf.15.b.

do

17 † Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quãdo Lazarum vocauit de monumento,& 18 suscitauit eum à mortuis. † Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc 19 signum. † Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus tot' post 20 eum abijt. † Erant autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant 21 vt adorarent in die festo. † Hi er- D go accesserunt ad Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, vo- 22 lumus Iesum videre. † Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Ie- 23 su. † Iesus autem respondit eis, dicens, Vênit hora, vt clarificetur 24 filius hominis. † Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti ca- 25 dens in terrã, mortuũ fuerit: ipsum solum manet. si autẽ mortuũ Mt.10.d.31. fuerit, multũ fructum affert. ‖ Qui & 16.d.27. amat animam suam, perdet eam: Mr.8.d.35. & qui odit animam suam in hoc Lu.9.c.24. mundo, in vitam æternã custodit & 17.g.(26 eam. † Si quis mihi ministrat, me 33. sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum 27 pater meus. † Nunc anima mea E turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed pro- 28 pterea vẽni in horam hanc. † Pater, clarifica nomẽtuum. Vênit er- * dicens go vox de cælo *, Et clarificaui, & 29 iterum clarificabo. † Turba ergo quę stabat & audierat, dicebat tonitruũ esse factum. Alij dicebant, 30 Angelus ei locutus est. † Respondit Iesus, & dixit, Nõ propter me hæc vox vênit, sed propter vos. 31 † Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur fo- 32 ras. † Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. 33 † (hoc autem dicebat significans 34 qua morte esset moriturus.) † Respondit ei turba, Nos audiuimus ‖ ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Ps.109.a.4. Isa.40.b.6. 35 Quis est iste filius hominis? † Di- Ez.37.g.25. F xit ergo eis Iesus, Adhuc modicũ lumẽ in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehẽdant: & qui ambulant in tenebris, nescit quo vadat. 36 † Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hęc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit 37 se ab eis. † Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant 38 in eum: † vt sermo Isaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit, ‖ Domine, quis credidit auditui nostro? & brachiũ Domini cui reuelatum est? † Propterea nõ poterãt 39 credere, quia iterum dixit Isaias, 40 † ‖ Excæcauit oculos eorũ, & indu- G rauit cor eorũ, vt nõ videant oculis, & nõ intelligant corde, & convertantur, & sanem eos. † Hæc di- 41 xit Isaias, quãdo vidit glorã eius, & locutus est de eo. † Veruntamẽ 42 & ex principibus multi crediderunt in eũ: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eijcerentur. † dilexerunt enim gloriã hominum magis, quã 44 gloriam Dei. † Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eum qui misit 45 me. † Et qui videt me, videt eum qui misit me. † Ego lux in mun- 46 dum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. † Et 47 si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum, non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluifícem mundum. 48 † Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eũ. ‖ sermo quem locutus sum, ille Mt.16.d.16 iudicabit eum in nouissimo die. 49 † Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicã, 50 & quid loquar. † Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo

Pf.109.a.4. Isa.40.b.6. Ez.37.g.25. Isa.53.a.1. Ro.10.c.16 Isa.6.c.9.10 Mt.13.b.14 Mr.14.b.12 Lu.8.b.10. Ac.28.f.27. Ro.11.b.8. Mt.16.d.16

ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

1 A Ante diem autē festū Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. ‡ Et cœna facta, cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eū Iudas Simônis Iscariótes: ‡ sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: ‡ surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. & cùm accepisset linteum, præcinxit se. ‡ Deinde 'misit' aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. ‡ Venit ergo ad Simonē Petrum. Et dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? ‡ Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modò, scies autē posteà. ‡ Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, nō 'habebis' partē mecum. ‡ Dicit ei Simon Petrus, Domine, nō tantùm pedes meos: sed & manus, & caput. ‡ Dicit ei Iesus, Qui lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed nō omnes. ‡ Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. propterea dixit, Non estis mundi omnes. ‡ Postquā ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua. cùm recubuisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? ‡ Vos vocatis me Magister, & Domine: & benè dicitis, sum etenim. ‡ Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. ‡ Exemplū enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. ‖ Amen, amen dico vobis, nō est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior est eo qui misit illum. ‡ Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. ‡ Non de omnib⁹ vobis dico: ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura, ‖ Qui manducat mecū panem 'leuabit' contra me calcaneum suum. ‡ Amodo dico vobis, prius quàm fiat: vt cùm factum fuerit, credatis, quia ego sum. ‡ ‖ Amen, amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. ‡ Cùm hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritū, & protestatus est, & dixit: ‖ Amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. ‡ Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. ‡ ‖ Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quē diligebat Iesus. ‡ Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est de quo dicit. ‡ Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Domine quis est? ‡ Respondit Iesus: Ille est cui ego intinctū panē porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Iudę Simônis, Iscarióte. ‡ Et post buccellam, tunc introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Iesus, Quod facis, fac citiùs. ‡ Hoc autem nemo sciuit discumbentium adquid dixerit ei: ‡ Quidam enim putabāt, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. ‡ Cùm ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox. ‡ Cū ergo exisset, dixit Iesus, Nūc clarificatus est filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. ‡ Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuò clarificabit eum. ‡ Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. ‖ Quæretis me: & ‖ sicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò. ‡ ‖ Mandatum nouum

Mt.26.a.1. Mr.14.a.1. Luc.22.a.1. 2 3 4 5 'mittit 7. 6 7 8 'habes 4. 9 10 B 11 12 13 14 15 16 Inf.15.c.20 Mt.10.c.24 17 18 C 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 D 30 31 32 33 34 Lu.6.f.40. Ps.40.b 10 'leuauit 3. Mat. 10. d. 40. Lu.10.c.16. Mt.26 b.13 Mr 14.b.11 Lu.22.b.21 Inf.23.d.20 Sup.7.c.34 Le.19.d.18. Mt.22.d.39 Inf.15.b.22

do

do vobis, Vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis
35 inuicem. † In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad inuicem.
36 † Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò vadis? Respondit Iesus, Quò
37 ego vado, non potes me modò sequi, sequēris autem posteà. † Dicit ei Petrus, Quare non possum
Mt.26.d.35 38 te sequi modò? ‖ animam meam pro te ponam. † Respondit ei Ie-
Mr.14.c.29 Lu.22.d.33. sus, Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

CAP. XIIII.

1 NOn turbetur cor vestrum.
A Creditis in Deum, & in me
2 credite. † In domo Patris mei mā-
*Et ait discipulis suis. siones multæ sunt. si quo minus, dixissem vobis, Quia vado parare
3 vobis locum. † Et si abiero, & præparauero vobis locum: Iterum venio & accipiam vos ad meipsum,
4 vt vbi sum ego, & vos sitis. † Et quò
5 ego vado scitis, & viam scitis. † Dicit ei Thomas, Domine, nescimus
6 quò vadis, & quomodo possumus viam scire? † Dicit ei Iesus: Ego sum via, & veritas, & vita. nemo
7 venit ad Patrem, nisi per me. † Si cognouissetis me, & patrē meum vtique cognouissetis: & amodò
*cognoscitis 1. *cognoscetis eum, & vidistis eum.
8 † Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit
9 nobis. † Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & non *cognouisti 1. *cognouisti me? Philippe, qui *videt me, videt & patrem. * Quomodo
*vidit me, vidit 4. tu dicis, Ostende nobis patrem?
*Et 2. creditis 10 † Non *credis' quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego
loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manēs,
11 ipse facit opera. † Non creditis
B quia ego in patre & pater in me
12 est? † Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrē va-
13 do. † ‖ Et quodcunq; petieritis *in nomine meo, hoc faciam, vt glo-
14 rificetur Pater in filio. † Si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam.
15 † Si diligitis me, manda-
16 ta mea seruate. † Et ego rogabo patrem, & alium paraclētum dabit vobis, vt maneat vobiscum in
17 æternum. † Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum, vos autē *cognoscitis eum, quia apud vos manebit, & in vo-
*cognosce tis.
18 bis erit. † Non relinquam vos or-
19 phanos, veniam ad vos. † Adhuc
C modicum, & mundus me iam nō videt. Vos autem videtis me, quia
20 ego viuo, & vos viuetis. † In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego
21 in vobis. † Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego dilegam eum, & manifestabo ei me-
22 ipsum. † Dicit ei Iudas, non ille Iscariótes, Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis
23 teipsum, & nō mundo? † Respondit Iesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, &
24 ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. † qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis,
25 non est meus, sed eius qui misit me, Patris. † Hæc locutus sum vobis apud vos manens. † Paracle-
26 tus autem Spiritus sanctus, quem
D mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero
27 vobis. † Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neq;
28 formidet. † Audistis quia ego dixi vobis,

* Patrem Inf.16.c.23 Mat.7.a.7. & 21.b.22. Mr.11.c.24

vobis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad Patrem: quia Pater
29 maior me est. † Et nūc dixi vobis
30 priùs quā fiat: vt cū factū fuerit, credatis. † Iam nō multa loquar
31 vobiscum. venit enim princeps mundi huius, & in me nō habet quicquā. † Sed vt cognoscat mun-
Act.2.c.22 dus quia diligo patrem: ‖ & sicut mandatū dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

CAP. XV.

1 EGo sum vitis vera: & Pater
2 meus agricola est. † Omnem
A palmitem in me, non ferentem
*tollit 1. fructum, *tollet' eum: & omnem
3 qui fert fructum, purgabit eum,
Su.13.a.10. vt fructum plus afferat. † Iam vos ‖ mundi estis propter sermonem
4 quem locutus sum vobis. † Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi mānserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis.
5 † Ego sum vitis: vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multum: quia sine me
6 nihil potestis facere. † Si quis in me nō manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligēt eū, & in ignē mittent, & ar-
7 det. † Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quod
8 cunque volueritis petetis, & fiet vobis. † In hoc clarificatus est Pa-
B ter meus: vt fructū plurimum afferatis, & efficiamini mei discipu-
9 li. † Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione
10 mea. † Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius
11 dilectione. † Hæc locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. † ‖ Hoc est præceptum meū,
Iu.13.d.34. vt diligatis inuicem, sicut dilexi
13 vos. † Maiorem hac dilectionem Eph.5.b.9.
nemo habet, vt animā suam po- 1.Th.4.b.9
14 nat quis pro amicis suis. † Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. † Iā non *dico'
15 C vos seruos: quia seru' nescit quid faciat dominus eius. Vos autē dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vo-
16 bis. † Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: & posui vos: vt ‖ eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis patrē in nomine meo,
17 det vobis. † ‖ Hæc mando vobis, 1.Ioh.3.a.1
18 vt diligatis inuicem. † Si mundus vos odit: scitote quia me prio
19 rē vobis odio habuit. † Si de mūdo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mun-
20 dus. † Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis. ‖ Non est Su.13.b.16
D seruus maior domino suo. ‖ Si me Mat.10.a.
persecuti sunt: & vos persequentur. si sermonē meū seruauerūt: Lu.6.f.40.
21 & vestrū seruabūt. † Sed hæc om- Mt.24.a.9.
nia facient vobis propter nomen meū: quia nesciunt eū qui misit
22 me. † Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem,
23 non habent de peccato suo. † Qui me odit: & Patrem meum odit.
24 † Si opera non fecissem in eis quę nemo alius fecit: peccatum non haberent. nunc autem & viderunt & oderunt & me & Patrem
25 meum. † Sed vt adimplearur sermo qui in lege eorum scriptus est: ‖ Quia odio habuerunt me Ps.24.d.19
26 gratis. † Cum autem venerit paraclētus, ‖ quem ego mittam vo- Luc.24.g.
bis à Patre, spiritum veritatis, qui 49.
à patre procedit, ille testimoni-
27 um perhibebit de me: † & vos testimonium *perhibetis: quia ab initio mecum estis. *perhibetis 4.

CAP. XVI.

1 HÆc locutus sum vobis, vt nō
2 scandalizemini. † Absq; sy-
A nagogis facient vos: sed venit ho
ra, vt omnis qui interficit vos,
arbitretur obsequium se præsta-
3 re Deo. † & hæc faciēt vobis: quia
non nouerunt Patrem, neq; me.
4 † Sed hæc locutus sum vobis: vt
cùm venerit hora eorum, remi-
niscamini, quia ego dixi vobis.
Hæc autem vobis ab initio non
5 dixi: quia vobiscum erā. † Et nunc
vado ad eum qui misit me, & ne-
mo ex vobis interrogat me: quò
6 vadis? † Sed quia hæc locutus sum
vobis, tristitia impleuit cor ve-
7 strum. † Sed ego veritatem dico
vobis. expedit vobis vt ego va-
dam. si enim non abiero, paracle-
tus non veniet ad vos: si aūt abie-
8 ro, mittam eum ad vos. † Et cùm
B venerit ille, arguet mundum de
peccato, & de iustitia, & de iudi-
9 cio. † de peccato quidē: quia non
'credide- 'credunt' in me. † de iustitia verò:
runt. (10 quia ad Patrem vado: & iam non
11 videbitis me. † de iudicio autem:
quia princeps huius mundi iam
12 iudicatus est. † Adhuc multa ha-
beo vobis dicere: sed nō potestis
13 portare modò. † Cū aūt venerit
ille Spiritus veritatis, docebit vos
omnē veritatē. non enim loque-
tur à semetipso: sed quæcunq; au-
diet loquetur, & quæ vētura sunt
14 annuntiabit vobis. † Ille me clari-
ficabit, quia de meo accipiet, & &
15 annuntiabit vobis. † Omnis quæ-
cunq; habet Pater, mea sunt. Pro
pterea dixi, quia de meo accipiet,
16 & annuntiabit vobis. † Modicum,
& iam non videbitis me: & iterū
modicum, & videbitis me: quia
17 vado ad Patrem. † Dixerunt ergo
ex discipulis eius ad inuicem,
Quid est hoc quod dicit nobis:
Modicum, & non videbitis me: &
iterum modicum, & videbitis
18 me: & quia vado ad Patrem? † Di-
cebant ergo, Quid est hoc quod
dicit, Modicum? nescimus quid
19 loquitur. † Cognouit autem Ie-
C sus, quia volebant eum interro-
gare: & dixit eis, De hoc quæritis
inter vos, quia dixi, Modicum, &
non videbitis me, & iterum mo-
20 dicum, & videbitis me. † Amen,
amen dico vobis, quia plorabitis,
& flebitis vos, mundus autē gau-
debit: vos autem cōtristabimini,
sed tristitia vestra vertetur in
21 gaudium. † Mulier cùm parit, tri-
stitiam habet, quia venit hora e-
ius: cùm autem peperit puerum,
iam non meminit pressuræ pro-
pter gaudium quia natus est ho-
22 mo in mundum. † Et vos igitur,
nunc quidem tristitiam habetis,
iterum aūt videbo vos, & gaude-
bit cor vestrum: & gaudiū vestrū
23 nemo tollet à vobis. † Et in illo
die me non rogabitis quicquam.
D ‖ Amen, amen dico vobis, si quid Sup. 14. b. 13.
perieritis patrē in nomine meo, Mat. 7. a. 7. & 21. b. 22.
24 dabit vobis. † Vsque modò non Mr. 11. c. 24.
petistis quicquā in nomine meo. Lu. 11. b. 9.
Petite & accipietis: vt gaudium Iac. 1. a. 5.
25 vestrum sit plenum. † Hæc in pro
uerbijs locutus sum vobis. Venit
hora cùm iam non in prouerbijs
loquar vobis, sed palàm de Pa-
tre annuntiabo vobis. † In illo
26 die in nomine meo petetis: &
non dico vobis quia ego rogabo
27 Patrem de vobis. † Ipse enim Pa-
ter amat vos, quia vos me ama-
stis, & credidistis quia ego à Deo
28 exiui. † Exiui à Patre, & veni in
mundum: iterum relinquo mun-
29 dum, & vado ad Patrem. † Dicunt
ei discipuli eius, Ecce, nunc pa-
làm loqueris, & prouerbium nul-
30 lum dicis. † nunc scimus quia
D scis omnia, & non opus est tibi vt
quis te interroget. in hoc credi-
31 mus quia à Deo existi. † Respon-
dit eis Iesus, Modò creditis. † Ec- Mt. 26. c. 31.
32 ce, venit hora, & iam vēnit vt di- Mr. 14. c. 27.
spergamini vnusquisque in pro-
pria, & me solum relinquatis: &
non

non sum solus, quia Pater mecum
33 est. † Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

CAP. XVII.

1 A HÆc locutus est Iesus: & sublevatis oculis in cælum, dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. † ‖ Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitã æternam.
Mat.28.d.19.
3 † Hæc est autem vita æterna, Vt cognoscant te solũ Deum verũ, & quem misisti Iesum Christum.
4 † Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti
5 mihi vt faciam: † & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate quam habui prius quam
6 mundus esset, apud te. † Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant: & mihi eos dedisti, & ser-
7 monem tuum seruauerunt. † Nũc cognouerunt quia omnia quæ de
8 disti mihi, abs te sunt: † quia verB ba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere quia à te exiui, & credide-
9 runt quia tu me misisti. † Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti mihi, quia
10 tui sunt. † Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus
11 sum in eis. † Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnũ: sicut & nos.
Iu.18.b.9.
12 † Cùm essem cum eis, ego seruabã eos in nomine tuo. ‖ Quos dedisti mihi custodiui: & nemo ex
13 eis perijt, nisi filius perditionis, Ps.40.b.10 & 108.a.8. ‖ vt scriptura impleatur. † Nunc aũt ad te venio: & hæc loquor in
14 mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. † Ego C dedi eis sermonem tuum, & mũdus eos odio habuit, quia non sunt de mũdo, sicut & ego nõ sum
15 de mũdo. † Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à ma
16 lo. † De mũdo nõ sunt: sicut & ego
17 non sum de mundo. † Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veri-
18 tas est. † Sicut tu me misisti in mũdũ & ego misi eos in mundum.
19 † Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in
20 veritate. † Nõ pro eis aũt rogo tãtùm, sed & pro eis qui credituri
21 sunt per verbũ eorum in me: † vt oẽs vnũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mũdus quia
22 tu me misisti. † Et ego claritatem D quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum su-
23 mus. † Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me di-
24 lexisti. † Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatẽ meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem
25 mundi. † Pater iuste, mũdus te nõ cognouit. ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me
26 misisti. † Et notum feci eis nomẽ tuum: & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAP. XVIII.

1 A HÆc cùm dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis trans Torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & dis-
2 cipuli eius. † Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conueni-
3 rat illuc cum discipulis suis. † ‖ Iudas ergo cùm accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros: venit illuc cum la-
4 ternis & facibus & armis. † Iesus itaque sciens omnia quæ ven-
Mat.26.c.36 Mar. 14.d.32. Lu.22.d.39 2.Reg.25.c.23. Mat.26.c.47 Mar.14.c.43. Lu.22.c.47

tura erant super se, processit, & di
5 xit eis, Quem quæritis? † Respon-
derunt ei, Iesum Nazarenum.
Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat
autem, & Iudas qui tradebant eũ,
6 cum ipsis. † Vt ergo dixit eis, Ego
B sum: abierunt retrorsum, & ceci-
7 derunt in terram. † Iterum ergo
interrogauit eos, Quem quæri-
tis? Illi autem dixerunt, Iesum
8 Nazarenum. † Respondit Iesus,
Dixi vobis, quia ego sum. si ergo
9 me quæritis, sinite hos abire. † Vt
impleretur sermo quem dixit,
Su.17.b.12 ‖ Quia quos dedisti mihi, non per
10 didi ex eis quenquam. † Simon er-
go Petrus habens gladium, edu-
xit eum: & percussit pontificis
seruum: & abscidit auriculã eius
dexteram. Erat autem nomẽ ser-
11 uo Malchus. † Dixit ergo Iesus Pe-
tro, Mitte gladium tuum in vagi-
nam, Calicem quem dedit mihi
12 pater, non bibam illum? † Cohors
*vis vt ergo: & tribunus & ministri Iu-
dæorum comprehenderunt Ie-
13 sum, & ligauerunt eum: † & addu
C xerunt eum ad ‖ Annam primũ:
Luc.3.a.2. erat enim socer Caiphæ, qui erat
14 pontifex anni illius. † Erat autẽ
Su.11.f.49 ‖ Caiphas, qui consilium dede-
rat Iudæis, Quia expedit vnum
15 hominem mori pro populo. † Se-
quebatur autem Iesum Simon
Petrus, & alius discipulus. Disci-
pulus autem ille erat notus pon-
tifici, & introiuit cum Iesu in a-
16 trium pontificis. † Petrus autem
Mt.26.f.58 stabat ad ostium foris. ‖ Exiuit
Mt.14.f.54 ergo discipulus *alius qui erat no
Lu.22.f.54 tus pontifici, & dixit ostiariæ: &
*ille 6. (17 introduxit Petrum. † Dicit ergo
Petro ancilla ostiaria, Nunquid
& tu ex discipulis es hominis isti
18 us? Dicit ille, Non sum. † Stabant
autem serui & ministri ad pru-
*calefie- nas, quia frigus erat, & *calefa-
bant 7. ciebant se. erat autem cum eis &
Petrus, stans, & calefaciens se.
19 † Pontifex ergo interrogauit Ie-
D sum de discipulis suis, & de do-
20 ctrina eius. † Respondit ei Iesus,
Ego palàm locutus sum mundo,
ego semper docui in synagoga, &
in templo quo omnes Iudæi con-
ueniunt: & in occulto locutus
21 sum nihil. † Quid me interrogas?
interroga eos qui audierunt quid
locutus sim ipsis: ecce, hi sciunt
22 quæ dixerim ego. † Hæc autem
cùm dixisset, vnus assistens mi-
nistrorum dedit alapam Iesu, di-
23 cens, Sic respondes pontifici? † Re-
spondit ei Iesus, Si malè locutus
sum, testimonium perhibe de ma
lo: si autem bene, quid me cædis? Mt.25.f.37
24 † ‖ Et misit eum Annas ligatum Mt.14.f.53
25 ad Caipham pontificem. † Erat Lu.22.f.54
E autem Simon Petrus stans, & ca- Mat.26.g
lefaciens se. ‖ Dixerunt ergo ei, Mt.2
Nunquid & tu ex discipulis eius 69. Mt.1
es? Negauit ille & dixit, Non Mar.14.g
26 sum. † Dicit ei vnus ex seruis pon 67. Lu.2
tificis, cognatus eius cuius absci- Lu.22.f.56
dit Petrus auriculam, Nonne ego
27 te vidi in horto cum illo? Iterum
ergo negauit Petrus: & statim gal
28 lus cantauit. † ‖ Adducunt ergo Mt.27.a.2.
Iesum *à Caipha in prætorium. *ad Cai-
Erat autem manè: & ipsi non in- pham.
troierunt in prætorium, vt non Mar.15.a.1
‖ contaminarentur, sed vt man- Luc.23.a.1.
ducarent pascha. † Exiuit ergo Pi- Acto.10.d.
29 latus ad eos foras, & dixit, Quam 28.& 11.
accusationẽ affertis aduersus ho- a.5.
30 minem hunc? † Responderunt, &
dixerunt ei, Si non esset hic ma-
lefactor, non tibi tradidissemus
31 eum. † Dixit ergo eis Pilatus, Ac-
F cipite eum vos, & secundum le-
gem vestram iudicate eum. Dixe-
runt ergo ei Iudæi, Nobis non li- Mt.20.c.18
cet interficere quenquã. † ‖ Vt ser
32 mo Iesu impleretur quem dixit,
significans qua morte esset mo-
33 riturus. † Introiuit ergo iterum in Mt.17.b.11
prætorium Pilatus, & vocauit Ie- Mr.15.a.2.
sum, & dixit ei, Tu es rex Iudæo- Lu.23.a.4.
rum? † Respondit Iesus, A teme-
tipso hoc dicis, an alij dixerunt
35 tibi de me? † Respondit Pilatus,
Nunquid ego Iudæus sum? Gens
tua,

tua, & pontifices tradiderunt te
36 mihi: quid feciſti? ¶ Reſpondit Ieſus: Regnum meum nō eſt de hoc
mundo, ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtiq;
decertarent vt non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum
37 non eſt hinc. ¶ Dixit itaq; ei Pila-
G tus: Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus, Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium
perhibeam veritati: omnis qui eſt
38 ex veritate, audit vocem meam. ¶ Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cùm hoc dixiſſet, iterum exiit ad Iudæos, & dicit eis: Ego
39 nullam inuenio in eo cauſam.
Mt.27.b.13 ¶ Eſt autem conſuetudo vobis, vt
Mt.15. a.6. vnum dimittam vobis in Paſcha,
40 vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? ¶ Clamauerunt
Lu.23.c.17. ergo rurſum omnes, dicentes: Nō hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

CAP. XIX.

1 TVnc ergo apprehendit Pila-
2 tus Ieſum, & flagellauit. ¶ ‖ Et
A milites plectentes coronam de
Mt.27.c.27. ſpinis, impoſuerunt capiti eius,
Mr.15.b.16. & veſte purpurea circundederūt
3 eum. ¶ Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum, & da-
4 bant ei alapas. ¶ Exiuit *iterum Pi-
*ergo 1. latus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quia nullā inuenio in eo cau-
5 ſam. ¶ Exiuit ergo Ieſus * portans
*foras. coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum, Et dicit eis, Ecce
6 homo. ¶ Cùm ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri, clamabant
-.6. dicentes: Crucifige, crucifige -eum'. Dicit ei Pilatus: Accipite eū vos, & crucifigite, ego enim non
7 inuenio in eo cauſam. ¶ Reſpon-
noſtram 2 derunt ei Iudæi, Nos legem habemus: & ſecundum legem de-
R bet mori, quia filium Dei ſe fecit.
8 ¶ Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc
9 ſermonem, magis timuit. ¶ Et ingreſſus eſt prætorium iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei.
10 ¶ Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſta-
11 tem habeo dimittere te? ¶ Reſpōdit Ieſus: Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam niſi tibi datum eſſet déſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius pecca-
12 tum habet. ¶ * Exinde quærebat *Et.
Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris,
C omnis *qui ſe regē facit, cōtradi- *enim.
13 cit Cæſari. ¶ Pilatus aūt cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóſtrotos,
14 Hebraicè autem Gabbatha. ¶ Erat autem paraſcéue Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis,
15 Ecce rex veſter. ¶ Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices, Non habemus regem, niſi
16 Cæſarem. ¶ Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum: & eduxe-
17 runt*. ¶ ‖ Et baiulans ſibi crucem *eum 3.
exiuit in eum qui dicitur Calua- Mt.27.d.33
riæ locum, Hebraicè * Golgatha: *autem.
18 ¶ vbi crucifixerunt eum, & cum Mr.15.b.22
eo alios duos hinc, & hinc, me- Lu.23.c.33.
19 dium autem Ieſum. ¶ Scripſit au-
D tem & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum, Ieſus Nazarenus Rex Iu-
20 dęorum. ¶ Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus: Et erat ſcriptum
21 Hebraicè, Græcè & Latinè. ¶ Dicebant ergo Pilato Pōtifices Iudęorū, Noli ſcribere Rex Iudæorum,
ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iu-
22 dæorum. ¶ Reſpondit Pilatus,
32 quod ſcripſi, ſcripſi. ¶ Milites ergo

cùm crucifixissent eum, accepe-
runt vestimenta eius (& fecerunt
quatuor partes, vnicuique militi
partem) & tunicam. Erat autem
tunica inconsutilis, dé super con-
24 texta per totum. † Dixerunt er-
E go ad inuicem: Non scindamus
eam, sed sortiamur de illa cuius
sit. Vt scriptura impleretur, di-
Mt.27.d.35 cens: ‖ Partiti sunt vestimenta
Mr.15.e.24. mea sibi, & in vestem meam mise
Lu.23.e.34 runt sortem. Et milites quidem
25 hæc fecerunt. † Stabant aũt iuxta
Psa.21.c.19 crucem Iesu mater eius, & soror
matris eius, Maria Cleopæ, & Ma-
26 ria Magdaléne. † Cùm vidisset er-
go Iesus matrem & discipulum
stantem quem diligebat, dicit ma
tri suæ: Mulier, Ecce filius tuus.
27 † Deinde dicit discipulo: Ecce ma-
ter tua. Et ex illa hora accepit eã
28 discipulus in *sua*. † Postea sciens
*suam. Iesus quia omnia iam consumma
Ps.68.c.22. ta sunt, ‖ vt consummaretur scri-
29 ptura, dicit: Sitio. † Vas ergo erat
positum aceto plenũ. Illi autem
spongiam plenam aceto, hyssopo
circumponentes, obtulerunt ori
30 eius. † Cùm ergo accepisset Iesus
F acetum, dixit: Consummatũ est,
Et inclinato capite tradidit spiri-
31 tum. † Iudæi ergo (quoniam Pa-
rasceue erat) vt non remanerent
in cruce corpora sabbatho (erat
enim magnus dies ille Sabbathi)
rogauerunt Pilatum vt frange-
rentur eorum crura, & tolleren-
32 tur. † Venerunt ergo milites, & pri
mi quidem fregerunt crura, &
alterius qui crucifixus est cum
33 eo. † Ad Iesum autem cùm ve-
nissent, vt viderũt eum iam mor-
tuum, non fregerunt eius crura,
34 † sed vnus militum lancea latus
eius aperuit, & continuò exiuit
35 sanguis & aqua. † Et qui vidit, te-
stimonium perhibuit, & verum
est testimonium eius. Et illa scit
quia vera dicit, vt & vos credatis.
36 † Facta sunt enim hæc, vt scriptu-
Ex.12.g.41 ra impleretur: ‖ Os non commi-
37 nuetis ex eo. † Et iterum alia scri- Nu.9.b.1.
ptura dicit, ‖ Videbunt in quem Zac.12.c.10
38 transfixerunt. † Posthæc aũt roga- Mt.27.g.57
uit Pilatũ Ioseph ab Arimathæa, Mr.15.d.42
G (eò quòd esset discipulus Iesu, oc- Lu.23.g.50.
cultus autem propter metum Iu-
dæorum) vt tolleret corpus Iesu.
Et permisit Pilatus. Venit ergo, &
39 tulit corpus Iesu. † Venit autem
& ‖ Nicodemus, qui venerat ad Ie Su.3.a.1.&
sum nocte primum, ferens mixtu 7.g.50.
ram myrrhæ & aloës, quasi libras
40 centum. † Acceperunt ergò corpus
Iesu, & ligauerunt illud linteis
cum aromatibus, sicut mos est Iu
41 dæis sepelire. † Erant aũt in loco
vbi crucifixus est, hort', & in hor-
to monumentum nouum, in quo
nondum quisquam positus erat.
42 † Ibi ergo propter Parascéuen Iu-
dæorum, quia iuxta erat monu-
mentum, posuerunt Iesum.

CAP. XX.

1 VNa autem sabbathi, Maria Mt.28.a.1.
A Magdaléne venit manè, cùm Mr.16.a.1.
adhuc tenebræ essent, ad monu- Lu.24.a.1.
mẽtum, & vidit lapidẽ sublatum
2 à monumento. † Cucurrit ergo, &
venit ad Simónem Petrum, & ad
alium discipulũ quem amabat Ie
sus, & dicit illis: Tulerunt Domi-
num de monumẽto, & nescimus
3 vbi posuerunt eum. † Exijt ergo
Petrus, & ille alius discipulus, &
4 venerunt ad monumẽtum. † Cur-
rebant autem duo simul, & ille a-
lius discipulus præcucurrit citius
Petro, & venit primus ad monu-
5 mentum. † Et cùm se inclinas-
B set, vidit posita linteamina, non
6 tamen introiuit. † Venit ergo Si-
mon Petrus sequens eum, & in-
troiuit in monumentum, & vidit
7 linteamina posita, † & sudariũ q̃
fuerat super caput eius, non cum
linteaminib. positum, sed separa-
tim inuolutum in vnum locum.
8 † Tunc ergò introiuit & ille disci-
pulus qui venerat primus ad mo-
numentum: & vidit & credidit.
† non-

9 †nondum enim sciebant scripturam, quia oportebat eum à mor-
10 tuis resurgere.†Abierunt ergo ite-
11 rũ discipuli ad semetipsos.† ‖ Ma-
C ria autem stabat ad monumẽtum
Mt.28.a 1. foris, plorans. Dum ergo fleret,
Mr.16.a.5. inclinauit se, ‖ & prospexit in mo-
12 numentum:† ‖ & vidit duos ange-
Lu.24.a.4. los in albis, sedentes, vnum ad ca-
put, & vnum ad pedes, vbi posi-
13 tum fuerat corpus Iesu. † Dicunt
ei illi, Mulier quid ploras? Dicit
eis, Quia tulerunt Dominum me-
um: & nescio vbi posuerunt eum.
14 † Hæc cùm dixisset, conuersa est
retrorsum, & vidit Iesum stantẽ,
15 & non sciebat quia Iesus est.†Di-
D cit ei Iesus, Mulier, quid ploras?
quem quæris? illa existimans quia
hortulanus esset, dicit ei, Domi-
ne, si tu sustulisti eum, dicito mi-
hi vbi posuisti eum, & ego eum
16 tollam.†Dicit ei Iesus: Maria, Cõ-
uersa illa dicit ei, Rabboni (quod
17 dicitur Magister.) † Dicit ei Iesus:
Noli me tangere (nondum enim
ascendi ad patrem meum.) vade
autem ad fratres meos, & dic eis,
Ascendo ad patrem meum, & pa-
trem vestrum, Deũ meũ & Deum
18 vestrũ. † Venit Maria Magdaléne
annuntians discipulis, Quia vidi
19 Dñm, & hæc dixit mihi. † ‖ Cum
E ergo serò esset die illo, vna sabba-
Mr.16.c.14 thorum, & fores essent clausæ, v-
Lu.24.c.36 bi erant discipuli congregati pro
1.Co.15.a.5 pter metum Iudæorum: venit Ie-
sus, & stetit in medio, & dicit eis,
20 Pax vobis. † Et cùm hoc dixisset,
ostendit eis manus & latus. Ga-
uisi sunt ergo discipuli viso Do-
21 *Iesus mino. †Dixit ergo eis *iterum: Pax
1. vobis, Sicut misit me pater, & e-
22 go mitto vos.† Hoc cùm dixisset,
insufflauit: & dicit eis: Accipite
23 Spiritum sanctum. † ‖ quorum re-
Mt.18.c.18. miseritis peccata, remittuntur ei-
is: & quorum retinueritis, reten-
24 ta sunt. † Thomas autem vnus ex
F duodecim, qui dicitur Didymus,
non erat cum eis quando venit
25 Iesus.† Dixerũt ergo ei alij disci-
puli, Vidimus Dñm. Ille autem
dixit eis: Nisi videro in manib. ei⁹
*fixurã' clauorũ, & mittã digitum *figuram 3
meũ in locũ clauorum, & mittam
manum meã in lat⁹ eius: non cre-
26 dã.†Et post dies octo, Iterũ erant
discipuli eius intus: & Thomas cũ
eis. Venit Iesus ianuis clausis, &
stetit in medio, & dixit: pax vo-
27 bis.†Deinde dicit Thomæ, Infer
G digitum tuum huc, & vide ma-
nus meas, & affer manum tuam,
& mitte in latus meum, & noli
28 esse incredulus, sed fidelis. † Re-
spondit Thomas & dixit ei: Do-
2 9minus meus & Deus meus.†Dicit
ei Iesus: Quia vidisti me Thoma,
credidisti, Beati qui nõ viderunt
30 & crediderunt. † ‖ Multa quidem In. 21.d.25.
& alia signa fecit Iesus in conspe-
ctu discipulorum suorum, quæ
non sunt scripta in libro hoc.
31 †Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Mt.4.c. 21.

CAP. XXI.

1 POstea manifestauit se iterum
A Iesus *ad mare Tiberiadis. Ma- *discipulis
2 nifestauit autem sic:† Erant simul 4.
Simon Petrus & Thomas qui di-
citur Didym⁹, & Nathanael qui
erat à Cana Galileæ, ‖ & filij Zebe Su.1.g.45.
dæi, & alij ex discipulis eius duo. Mt.4.c. 21.
3 †Dicit eis Simon Petrus, Vado pis- Mr.1.b.19.
cari. Dicunt ei, Venimus & nos
tecũ, & exierunt & ascenderũt in
nauim: & illa nocte nihil prẽdide-
4 runt. †Manè aũt iam facto stetit
Iesus in litore, nón tamen cogno-
5 uerũt discipuli quia Iesus est.†Di-
cit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid
pulmentarium habetis? Respon-
6 derunt ei, Non.†Dicit eis, ‖ Mitte- Luc. 5. a.4.
te in dexteram nauigij rete, & in
uenietis. Miserunt ergo: & iã non
valebant illud trahere præ mul-
7 titudine pisciũ.† Dicit ergo disci-
pulus ille quẽ diligebat Iesus, Pe-

tro, Dominus est. Simon Petrus
cùm audisset quia dominus est: tu
B nica succinxit se (erat enim nu-
8 dus) & misit se in mare. † Alij au-
tem discipuli nauigio venerunt
(non enim longè erant à terra,
sed quasi cubitis ducentis) tra-
9 hentes rete piscium. † Vt ergo de-
scenderunt in terram, viderunt
primas positas, & piscem super-
10 positum, & panem. † Dixit eis Ie-
sus, Afferte de piscibus quos pren
11 didistis nunc. † Ascendit Simon
Petrus, & traxit rete in terram,
plenum magnis piscibus, centum
quinquaginta tribus. Et cùm tan
ti essent, non est scissum rete. † Di
12 cit eis Iesus: Venite, prandete.
Et nemo audebat [a] discumbenti-
um' interrogare eum, Tu quis es?
13 scientes quia Dominus est. † Et
venit Iesus, [a] & accipit' panem, &
14 [a] dat' eis, & piscem similiter. Hoc
iam tertiò manifestatus est Iesus
C discipulis suis, cùm resurrexisset
15 à mortuis. † Cúm ergo prandis-
sent, dicit Simóni Petro Iesus, Si-
mon [a] Iohannis', diligis me plus
his? Dicit ei: Etiam Domine, tu
scis quia amo te. Dicit ei: Pasce
16 agnos meos. † Dicit ei iterum, Si-
mon [a] Iohannis' diligis me? Ait il-
li, Etiam Domine, tu scis quia a-
mo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.
17 † Dicit ei tertiò, Simon [a] Iohannis'
amas me? Contristatus est Petrus,

[a] discentium 1.
[a] accepit.
[a] dabat.
[a] Iona 2. & bis infrà.

quia dixit ei tertiò, Amas me? &
dixit ei: Domine, tu omnia [a] scis',
tu scis quia amo te. Dicit ei [a]: Pa-
18 sce oues meas. † Amen, amen dico
tibi, cùm esses iunior cingebas te,
& ambulabas vbi volebas, cùm
D autem senueris, extendes manus
tuas, & alius te cinget, & ducet
19 quò [a] non vis. † Hoc autem dixit
significans qua morte clarificatu-
rus esset Deum. Et cùm hoc dixis-
20 set, dicit ei: Sequere me. † Conuer
sus Petrus, vidit illum discipulum
quem diligebat Iesus, sequētem,
‖ qui & recubuit in cœna super
pectus eius, & dixit: Domine quis
21 est qui tradet te? † Hunc ergo cùm
vidisset Petrus, dicit Iesu: Domi-
22 ne, hic autem quid? † Dicit ei Ie-
sus: [a] Sic' eum volo manere donec
veniā, quid ad te, tu me sequere.
23 † Exiuit ergo sermo iste inter fra-
tres, quia discipulus ille non mo-
ritur. Et non dixit ei Iesus, Non
moritur, sed, [a] Sic' eum volo ma-
nere donec veniam, quid ad te?
24 † Hic est discipulus ille qui testi-
monium perhibet de his, & scri-
psit hæc: & scimus quia verum est
25 testimonium eius. † ‖ Sunt autem
& alia multa quæ fecit Iesus: quæ
si scribātur per singula, nec ipsum
arbitror mundum capere pos-
se eos qui scribendi
sunt, libros.

[a] nosti.
[a] Iesus 2.
2. Pet. 1. c.
[a] tu.
Su. 13. c. 25.
[a] Si 2.
[a] Si sic 2.
[a] Si 2.
[a] Si sic 3.
Su 20. g. 30.

ACTA

ACTA APOSTOLORVM.

CAP. I.

PRIMVM quidē sermonem feci de omnibus,ô Theophile,quæ cœpit Iesus facere & docere,† vsq; in diem qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctū, quos elegit, assumptus est:† quib.&præbuit seipsum viuum post passionē suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis,& loquens de regno Dei.† Et conuescens,‖ præcepit eis,ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris,‖ quam audistis(inquit)per os meum:† ‖ quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autē ‖ baptizabimini Spiritu sancto nō post multos hos dies.† Igitur qui conuenerant,† interrogabant eum,dicentes,Dñe,si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta,quæ Pater posuit in sua potestate:† sed ‖ accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & ‖ eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa,& Samaria, & vsque ad vltimum terræ. † ‖ Et cùm hæc dixisset,videntibus illis eleuatus est:& nubes suscepit eum ab oculis eorum. † Cumque intuerentur in cælum euntem illum,ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, † qui & dixerunt, Viri Galilæi , quid statis aspicientes in cælum?hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum , sic veniet quemadmodum vidistis eū euntē in cælum.† Tunc reuersi sunt Ierosolymā à monte qui vocatur Oliueti,qui est iuxta Ierusalem , sabbathi habens iter.† Et cùm introissent in cœnaculum, ascenderūt vbi manebant Petrus & Iohānes, Iacóbus & Andreas , Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus,Iacóbus Alphæi & Simon Zelótes,& Iudas Iacóbi:† hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu,& fratrib.eius.† In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit (erat aūt turba ˢhominum simul,fere centum viginti.)† Viri fratres, oportet impleri scripturam ‖ quā prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda,‖ qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum,† q connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius.† ‖ Et hic quidem possedit agrū de mercede iniquitatis, ‖ & suspēsus crepuit medius:& diffusa sunt omnia viscera eius. † Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Haeceldema,hoc est,ager sanguinis. † Scriptum est enim in libro Psalmorū: ‖ Fiat commoratio ˢeorum desertа, & non sit qui inhabitet in ea. ˢeius 4. ‖ Et episcopatum eius accipiat alter.† Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati,in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus,† incipiens à baptismate Iohānis vsq; in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.† Et statuerunt duos,Ioseph , qui vocabatur Barsa-

nominū 1.

Luc.24.g.49. Ioa.14.d.26 Mat.3.b.(5 11. Mar.1.b.8. Luc.3.c.(6 16. Ioā.1.d.(8 26. Inf.12.c.7. 16.19.a.4. Inf.2.a.2. a.4. Luc.24.g.48. Inf.2.e.(9 32. Mr.16.d.19 Lu.24.(10 g.51.

Pf.40.b.9. Ioā.13.b.18 18.a.3. Mt.25.a. Mt.27.a.5. Pf.68.c.26. Pf.108.b.8

Barsabas qui cognominatus est
24 Iustus: & Matthiam. † Et orantes dixerunt, Tu Domine qui corda
nosti omnium, ostende quem ele
25 geris ex his duobus vnum, † accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locū suum.
26 † Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

CAP. II.

1 ET cùm complerentur‖ dies Pẽ
Mat.3.c.11. tecostes, erant omnes pariter
Mr.1.b.8 (2 in eodem loco: †‖ & factus est re-
Luc 3 c. (A pentè de cælo sonus, tanquam ad
16. uenientis spiritus vehementis, &
Sup.1. a.8. repleuit totam domum vbi erant
Inf.11.b. (3 sedentes. † Et apparuerũt illis dis-
15.10.a. 6. pertitæ linguæ tanquam ignis, se
Ioh.7. f. (4 ditq; supra singulos eorũ: †‖ & repleti sunt omnes Spiritu sancto,
& cœperunt loqui varijs linguis
prout Spiritus sanctus dabat elo-
5 qui illis. † Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religio
si ex omni natione quæ sub cælo
6 est. † Facta aũt hac voce conuenit multitudo, & mẽte cõfusa est, quoniã audiebat vnusquisq; lingua
7 sua illos loquentes. † Stupebant
8 autem omnes, & mirabantur, dicentes, Nonne, ecce, omnes isti q
loquuntur, Galilæi sunt: † & quo-
audimus modo nos audiuimus vnusquisque linguã nostrã, in qua nati su
9 mus? † Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiã,
Iudæã, & Cappadociã, Pontum, &
10 Asiã, † Phrygiã, & Pamphyliã, Ægyptũ & partes Libyæ quæ est cir
11 ca Cyrenẽ, & aduenę Romani, † Iudæi quoq;, & Proselyti, Cretes &
audimus Arabes: audiuimus eos loquen-
12 tes nostris linguis magnalia Dei. † Stupebant autem omnes,
& mirabantur, adinuicem dicen-
13 tes, Quidnã vult hoc esse? † Alij au tẽ irridentes dicebãt, Quia musto

14 pleni sunt isti. † Stans autẽ Petrus cum vndecim, leuauit vocem suã, & locutus est eis, Viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalem vniuersi, hoc
C 15 vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. † Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cũ
16 sit hora diei tertia: † sed hoc est quod dictum est per Prophetam
17 Ioel, † ‖ Et erit in nouissimis dieb. (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnẽ: & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. † Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de
18 Spiritu meo, & prophetabunt: † &
19 dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinẽ & ignem, & vaporem fumi. † Sol
20 conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. † Et erit, ‖ omnis quicunque
21 inuocauerit nomen Domini, salD uus erit. † Viri Israelitæ, audite verba hæc, Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & signis quę fecit Deus per illũ in medio vestri,
22 sicut vos scitis: † hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affi-
23 gentes, interemistis. † quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. † Dauid enim di-
24 cit in eum: ‖ Prouidebam Dominum in conspectu meo, semper: quoniam à dextris est mihi ne cõ-
25 mouear. † Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. † Quoniam non de-
26 relinques animã meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum vide-
27 re corruptionem. † Notas mihi fecisti vias vitæ: replebis me lucunditate cũ facie tua. † Viri fratres,

Ioel 2.g.28 Esa.44.c.3

Ioel 2.g.32 Ro.10.c.13

*&5.

Psa.15.f.8

liceat

licẽat audenter dicere ad vos de
3.Re.2.b. patriarcha Dauid ‖ quoniam * de
10. *& 4. functus est,& sepultus: & sepul-
chrum eius est apud nos, vsq; in
30 hodiernum diem. † Propheta
igitur cùm esset,& sciret quia iure
Ps.131.c.11. iurãdo ‖ iurasset illi Deus de fru-
ctu lumbi eius sedere super sedẽ
31 eius: † prouidens locutus est de re
Ps.15.b.10. surrectione Christi,quia ‖ neque
Inf.13.c.25 derelictus est in inferno, ‖ ne-
que caro eius vidit corruptionẽ.
32 † Hunc Iesum resuscitauit Deus,
Sup.1.b.8. ‖ cuius omnes nos testes sumus.
33 † Dextera igitur Dei exaltatus, &
promissione Spiritus sancti acce-
*hoc donũ quod pta à Patre, effudit *hunc quem'
34 vos videtis & auditis. † Non enim
Dauid ascendit in cælum:dicit au-
Ps.109.a.3. tem ipse,‖ Dixit Dominus Domi-
35 no meo,sede à dextris meis: † Do-
nec ponam inimicos tuos scabel-
36 lum pedum tuorum. † Certissimè
sciat ergo omnis domus Israel qa
& Dominum eum , & Christum
fecit Deus,hunc Iesum,quem vos
37 crucifixistis. † His autem auditis
F cõpuncti sunt corde,& dixerũt
ad Petrum & ad reliquos Apostо-
los, Quid faciemus viri, fratres?
38 † Petrus verò ad illos ,Pœnitenti-
am (inquit) agite, & baptizetur
vnusquisque vestrũm in nomine
Iesu Christi in remissionem pec-
catorum vestrorum : & accipietis
39 donum Spiritus sancti. † Vobis e-
nim est repromissio , & filijs ve-
stris,& omnibus qui longe sunt,
quoscunq; aduocauerit Domin'
40 Deus noster. † Alijs etiam verbis
plurimis testificatus est,& exhor-
tabatur eos , dicens, Saluamini à
41 generatione ista praua. † Qui er-
go receperunt sermonem eius,ba
ptizati sunt : & appositæ sunt in
die illa animæ circiter tria millia.
42 † Erant autẽ perseuerantes in do-
ctrina Apostolorum,& communi
catione fractionis panis,& oratio
43 nibus. † Fiebat autem omni ani-
G mæ timor: multa quoque prodi-
gia & signa per Apostolos in Ieru
salem fiebant, & metus erat ma-
44 gnus in vniuersis. † Omnes etia-
am qui credebant, erant pariter,
& habebant omnia communia.
45 † Possessiones & substantias ven-
debant,& diuidebant illa omni-
46 bus,prout cuiq; opus erat.† Quo-
tidie quoque perdurantes vnani-
miter in templo , & frangentes
circa domos panem, sumebant ci
bum cum exultatione & simplici
47 tate cordis: † collaudantes Deum,
& habentes gratiam ad omnem
plebem. Dominus autem augebat
qui salui fierent quotidiè in id-
ipsum. 22

CAP. III.

1 PEtrus autem & Iohannes ascẽ-
debant in templum,ad horam
2 orationis nonam.† Et quidam vir
A qui erat claudus ex vtero matris
suæ,baiulabatur:quem ponebant
quotidiè ad portam templi, quæ
dicitur Speciosa, vt peteret elee-
mosynam ab introeuntibus in tẽ
3 plum.† Is cùm vidisset Petrum &
Iohannem incipientes introire
in templum, rogabat vt eleemo-
4 synam acciperet.† Intuens autem
in eum Petrus cum Iohanne, di-
5 xit,Respice in nos.† At ille inten-
debat in eos,sperans se aliquid ac
6 ceptũ ab eis. † Petrus aũt dixit,
Argentum & aurũ non est mihi,
quod autẽ habeo,hoc tibi do: In
nomine Iesu Christi Nazareni
7 surge,& ambula.† Et apprehensa
B manu eius dextra,alleuauit eum,
& protinus consolidatæ sunt ba-
8 ses eius & plantæ. † Et exiliens
stetit,& ambulabat:& intrauit cũ
illis in templum ambulãs, & exi-
9 liens,& laudans Deum. † Et vidit
omnis populus eum ambulãtem,
10 & laudantem Deum.† Cognosce-
bant aũt illũ,quòd ipse erat q ad
eleemosynam sedebat ad Specio-
sam portam tẽpli: & impleti sunt
stupore & extasi in eo quod con-
tigerat

11 tigerat illi. † Cùm teneret autem
viderent Petrum & Iohānem, cucurrit om
nis populus ad eos ad porticum
quæ appellatur Salomonis, stupē-
12 tes. † Videns aūt Petrus, respondit
ad populū, Viri Israelitæ quid mi-
ramini in hoc, aut nos quid intue
mini, quasi nostra virtute aut
potestate pietate fecerimꝰ hūc ambulare?
13 † Deus Abrahā, & Deꝰ Isaac, & De
us Iacob, Deus patrum nostrorū
glorificauit filiū suum Iesum, quē
vos quidem tradidistis & negastis
ante faciem Pilati, iudicante illo
14 dimittī. † ‖ Vos autem sanctum &
Mt.27.c.20 iustum negastis, & petistis virum
Mar.15. (15 homicidā donari vobis: † auctorē
b.11. verò vitæ interfecistis, quem De-
Lu.23.c.18. us suscitauit à mortuis, cuius nos
Ioh.18. (16 testes sumus. † Et in fide nominis
g.40. eius, hunc quē vos videtis & no
vidistis stis, confirmauit nomen eius: & fi
illi 1. des quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu
17 omnium vestrûm. † Et nūc fra
tres scio quia per ignorantiam fe
18 cistis, sicut & principes vestri. † De
quæ 5. us autem qui prænuntiauit per
os omniū prophetarū, pati Chri-
19 stum suum, sic impleuit. † Pœnite
mini igitur & cōuertimini, vt de-
20 leantur peccata vestra: † vt cùm
venerint tempora refrigerij à con
spectu Domini, & miserit eū qui
prædicatus est vobis Iesum Chri-
21 stum, † quem oportet quidem cæ-
D lum suscipere vsq; in tēpora resti
tutionis omniū quæ locutꝰ est De
us p os sanctorum suorū, à seculo
22 prophetarum. † Moyses quidē di-
Deu.18.c. xit, ‖ Quoniā prophetā suscitabit
15. vobis Dñs Deus vester de fratrib.
vestris tanquam me: ipsum audie
tis iuxta omnia quæcunque locu
23 tus fuerit vobis. † Erit autem, om
nis anima quæ non audierit pro-
phetam illum, exterminabitur de
24 plebe. † Et omnes prophetæ à Sa-
& 5. muel, & deinceps qui locuti sunt
25 annuntiauerunt dies istos. † Vos
estis filij prophetarum & testamē
ti quod disposuit Deus ad patres
nostros, dicens ad Abrahā, ‖ Et in Ge.12.2.&
semine tuo benedicentur omnes 21.b.12.22
familiæ terræ. † Vobis primum d.18.26.&
26 Deus suscitans Filium suum, mi- 4.
sit eum benedicentem vobis, vt
conuertat se vnusquisq; à nequi-
tia sua. ℣.

CAP. IIII.

1 LOquentibus autem illis ad po
A pulum, superuenerunt sacer-
dotes & magistratꝰ templi & Sad
2 ducæi, † dolentes quod docerent
populum, & annuntiarent in Je Iesu.
sum resurrectionem ex mortuis:
3 † & iniecerunt in eos manus, & po
suerunt eos in custodiam in cra-
4 stinum. erat. n. iam vespera. † Mul
ti autem eorum qui audierāt ver-
bum, crediderunt: & factus est nu
merus virorum quinque millia.
5 † Factum est autē in crastinum, vt
congregarentur principes eorum
& seniores & scribæ in Ierusalē.
6 † & Annas princeps sacerdotum,
& Caiphas & Iohannes, & Alexan
der, & quotquot erant de genere
7 sacerdotali. † Et statuentes eos in
B medio, interrogabāt, In qua virtu
te aut in quo nomine fecistis hoc
8 vos? † Tunc repletus Spiritu san-
cto Petrus, dixit ad eos, Principes
9 populi & seniores: † Si nos ho Israel 5.
die dijudicamur in benefacto ho- audite
minis infirmi, in quo iste saluus
10 factus est: † notum sit omnib. vo-
bis & omni plebi Israel, quia in
nomine Iesu Christi Nazareni,
quē vos crucifixistis, quem Deus
suscitauit à mortuis, in hoc iste a-
11 stat coram vobis sanus. † ‖ Hic est Ps.117.d.22
lapis qui reprobatus est à vobis e- Mt.21.d.42
dificantibus: qui factus est in ca- Mr.12.c.10
put anguli. † & non est in alio a- Lu.20.c.17.
liquo salus. Nec enim aliud no- If.28.d.16.
mē est sub cælo datū hominib. in 1.Pe.2.a.7.
12 quo oporteat nos saluos fieri. † Vi Ro.9.g.33.
C dentes autem Petri constantiam
& Iohannis, comperto quòd ho-
mines essent sine literis & idiotę,
ad-

admirabantur, & cognoscebant
eos quoniam cum Iesu fuerant,
14 † hominem quoq; videntes stantem cum eis qui curatus fuerat,
15 nihil poterant contradicere. † Iusserunt autem eos foràs extra concilium secedere: & conferebant
16 adinuicem, † dicentes, Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signũ factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem: manifestum est, & non
17 possumus negare. † Sed ne amplius diuulgetur in populum, cõminemur eis, ne vltrà loquantur
18 in nomine hoc vlli hominũ. † Et
D vocantes eos, denuntiauerunt ne omnino loquerentur, neque docerẽt in nomine Iesu. † Petrus verò & Iohannes respondentes, dixerunt ad eos, Si iustum est in cõspectu Dei, vos potius audire quã
20 Deum, iudicate. † nõ enim possumus quæ vidim' & audiuimus nõ
21 loqui. † At illi comminantes, dimiserunt eos non inuenientes quomodo punirent eos, propter populum, quia omnes glorificabant id quod factum fuerat, in eo
22 quod acciderat. † Annorum enim erat amplius quadraginta homo
23 in quo factum fuerat signũ istud sanitatis. † Dimissi autem vene-
E runt ad suos: & annuntiauerunt eis quanta ad eos principes sacer-
24 dotum & seniores dixissent. † Qui cùm audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixe-
'Deus 7. runt, Domine, * tu es qui fecisti cælum & terram, mare & omnia
25 quæ in eis sunt, † qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid pue
Psal. 2. 1. ri tui dixisti, ‖ Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt
26 inania? † Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnũ aduersus Dominum, & aduersus
27 Christum eius? † conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus & po-
28 pulus Israel, † facere quæ manus tua & consilium tuum decreue-
.6. runt fieri. † Et nunc Domine re-
F spice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui ver-
30 bum tuum, † in eo quòd manum tuam extendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen
31 sancti filij tui Iesu. † Et cùm orassent, motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebãtur ver-
32 bum Dei cum fiducia. † Multitudinis autem credentium erat cor
.5. vnum' & anima vna: nec quis-quam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant
33 illis omnia communia. † Et vir-
G tute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri': & gratia
.6 34 magna erat in omnibus illis. † Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pre-
35 tia eorum quæ vẽdebant, † & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. † Ioseph au-
36 tem qui cognominatus est *Barnabas ab Apostolis, (quod est interpretatum filius consolationis)
37 Leuites, Cyprius genere, † cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

*Barsabas.

CAP. V.

1 VIr autem quidam nomine A-
A nanias, cum Saphira vxore sua
2 vendidit agrum, † & fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua, & afferens partem quandam, ad pe-
3 des Apostolorum posuit. † Dixit autem Petrus*. Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de
4 pretio agri? † Nonne manens tibi manebat, & venúndatum in tua

*Ad Ananiam. *ad eum

tua erat potestate? Quare posuisti
in corde tuo hanc rem? Non es
mentitus hominibus, sed Deo.
5 † Audiens autē Ananias hæc ver-
ba, cecidit, & expirauit. Et factus
est timor magnus super omnes
6 qui audierunt. † Surgentes autem
iuuenes, amouerunt eum, & effe-
7 rentes sepelierunt. † Factum est
B autem quasi horarum trium spa-
tium, & vxor ipsius, nesciēs quod
8 factum fuerat, introiuit. † Respō-
.6. dit autē ei Petrus, Dic mihi mu-
lier', si tanti agrum vendidistis?
9 At illa dixit, Etiam tanti. † Petrus
autem ad eam, Quid vtiq; conue-
nit vobis tētare Spiritum Domi-
ni? Ecce, pedes eorum qui sepelie
runt virum tuum, ad ostium, &
10 efferent te. † Cōfestim cecidit an-
te pedes eius, & expirauit. Intran
tes autem iuuenes, inuenerunt
illam mortuam: & extulerunt, &
11 sepelierunt ad virum suum. † Et
factus est timor magnus in vni-
uersa ecclesia, & in omnes qui au-
12 dierunt hæc. † Per manus autem
C Apostolorum fiebāt signa & pro-
digia multa in plebe. Et erant v-
nanimiter omnes in porticu Sa-
13 lomonis. † Cæterorum autē nemo
audebat se coniungere illis: sed
14 magnificabat eos populus. † Ma-
gis autem augebatur credentium
in Domino multitudo virorū ac
15 mulierum: † ita vt in plateas eijce-
rent infirmos, & ponerent in le-
ctulis ac grabatis, vt veniente Pe-
tro saltem vmbra illius obumbra-
.5. ret quenquā illorum, & libera-
rentur omnes ab infirmitatibus
16 suis'. † Cōcurrebat autem & mul-
titudo vicinarū ciuitatū Ierusalē,
afferentes ægros & vexatos à spi-
ritibus immundis: qui curabātur
17 omnes. † Exurgens autē princeps
D sacerdotum & omnis qui cum il-
lo erat, quę est hæresis Sadduceo-
18 rum, repleti sunt zelo: † & iniece-
runt manus in Apostolos, & po-
suerunt eos in custodia publica.
19 † Angelus autem Domini per nō-
ctem aperiens ianuas carceris, &
20 educens eos, dixit: † Ite, & stantes
loquimini in templo plebi om-
21 nia verba vitæ huius. † Qui cùm
audissent, intrauerūt diluculo in
templum & docebant. Aduenies
autem princeps sacerdotū & qui
cum eo erant, conuocauerunt cō-
cilium & omnes seniores filiorū
Israel, & miserunt ad carcerem vt
22 adducerentur. † Cùm autem ve-
nissent ministri, & aperto carcere
nō inuenissent illos: reuersi nun-
23 tiauerunt, † dicentes: Carcerem
quidem inuenimus clausum cum
omni diligentia, & custodes stan-
tes ante ianuas: aperientes au-
tem, neminem intus inuenimus.
24 † Vt autem audierunt hos sermo-
E nes magistratus templi & princi-
pes sacerdotum, ambigebant de
25 illis quidnam fieret. † Aduenies
autem quidam nūtiauit eis: Quia
ecce viri quos posuistis in carce-
rem, sunt in templo stantes, &
26 docentes populum. † Tunc abijt
magistratus cum ministris, & ad-
duxit illos sine vi: timebant enim
27 populum ne lapidarentur. † Et
cùm adduxissent illos, statuerunt
in concilio. Et interrogauit eos
28 princeps sacerdotum, † dicens:
Præcipiendo præcepimus vobis
ne doceretis in nomine isto: &
ecce replestis Ierusalem doctrina
vestra, & vultis inducere super
nos sanguinem hominis istius.
29 † Respondens autē Petrus & Apo-
F stoli, dixerunt, Obedire oportet
30 Deo magis quā hominibus. † Deus
patrum nostrorum suscitauit Ie-
sum, quem vos interemistis, sus-
31 pendentes in ligno. † Hunc prin-
cipem & saluatorem Deus exal-
tauit dextera sua, ad dandam pœ-
nitentiam Israeli, & remissionem
32 peccatorum. † & nos sumus testes
horum verborum, & Spiritus san
ctus, quem dedit Deus omnibus
33 obedientibus sibi. † Hæc cùm au-
dissent,

dissent, dissecabantur, & cogita-
34 bant interficere illos. † Surgens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legisdoctor honorabilis vniuersæ plebi, 'pusillum iussit foràs ad breue homines fie-
foràs A- 35 ri'. † Dixitq; ad illos, Viri Israëlipostolos se tæ, attendite vobis super hominicedere (36 bus istis quid acturi sitis. † Ante
f. G hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorũ circiter quadringentorum, qui occisus est: & omnes qui credebãt ei, dissipati sunt,
37 & 'redacti' ad nihilum. † Post hũc
'redactus extitit Iudas Galilæus in diebus est 10. professionis, & auertit populum post se, & ipse perijt: & omnes
38 quotquot consenserunt ei, disper si sunt. † Et nunc itaq;' dico vo-
.1. bis, Discedite ab hominibus istis & sinite illos: quoniam si est ex hominibus consiliũ hoc aut opus,
39 dissoluetur: † si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere eos, ne fortè & Deo repugnare inueniamini. Consenserunt autem illi.
40 † Et conuocantes Apostolos, cæsis denuntiauerunt ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserũt eos.
41 † Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu
42 contumeliam pati. † Omni autem die nõ cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes Christum Iesum.

CAP. VI.

1 IN diebus autem illis crescente
A numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ
2 eorum. † Conuocantes autẽ duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt, Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, &
3 ministrare mensis. † Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constitu-
4 amus super hoc opus. † Nos verò, orationi & ministerio verbi
5 instantes erimus. † Et placuit ser-
B mo corã omni multitudine. Et elegerũt Stephanum virũ plenum fide & Spiritu sancto, &] Philip- Inf. 21.b.1.
pum, & Prochorum, & Nicanorẽ, & 'Timonem' & Parmenam, & 'Timotheum 12.
Nicolaum aduenã Antiochenum.
6 † Hos statuerunt ante cõspectum Apostolorum: & orantes impo-
7 suerunt eis manus. † Et verbum 'Dei' crescebat, & multiplicaba- 'Domini
tur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba
8 sacerdotum obediebat fidei. † Ste-
C phanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia &
9 signa magna in populo. † Surrexerunt autem quidã de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorũ, & eorum qui erant à Cilicis, & Asia, disputantes cum Stephano:
10 † & non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur.
11 † Tunc summiserunt viros, qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen &
12 Deum. † Commouerunt itaq; ple-
D bem, & seniores, & Scribas: & cõcurrentes rapuerunt eum, & ad-
13 duxerunt in cõcilium. † & statuerunt falsos testes qui dicerẽt, Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & legem.
14 † audiuimus enim eum dicẽtem, quoniam Iesus Nazarenus hic, destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis
15 Moyses. † Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem angeli.

CAP. VII.

1 DIxit autem princeps sacerdo-
A tum, Si hæc ita se habent?
2 † Qui ait, Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro

nostro Abrahæ cùm esset in Mesopotamia, prius quàm moraretur in Charan, † & dixit ad illum,
Gen.12.a.1 ‖ Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam
4 monstrauero tibi. † Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde postquã mortuus est pater eius, transtulit illũ
5 in terram istam, in qua nunc vos habitatis. † Et non dedit illi hæreditatem in ea nec passum pedis:
*sed '&' repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post
6 ipsum, cùm non haberet filium.
† Locutus est autem ~ ei' Deus,
~. 6. ‖ Quia erit semen eius accola in
Ge.15.c.15. terra aliena, & seruituti eos subijcient, & male tractabunt eos an-
7 nis quadringentis: † & gẽtem cui
*dicit Dominus. seruierint, iudicabo ego *dixit Deus'. & post hæc exibunt, & seruient mihi in loco isto. ‖ Et dedit
8
B illi testamentum circumcisionis,
Ge.17.b.10 ‖ & sic genuit Isaac, ‖ & circunci-
Ge.21. a.2. dit eum die octauo: & ‖ Isaac, Ia-
a.4. cob. & ‖ Iacob, duodecim Patriarchas. † Et Patriarchæ æmulantes,
9
Ge.25.c.24 ‖ Ioseph vendiderunt in Ægy-
d.20. 10 ptum & erat Deus cum eo: † & e-
Ge.29.d.32 ripuit eum ex omnibus tribula-
30.a.b.c.d. tionibus eius. & ‖ dedit ei gratiã
35.d.23. & sapientiam in conspectu Pha-
Ge.37.f.28 raonis regis Ægypti, & constituit
Ge.41.c.57 eum præpositũ super Ægyptum & super omnem domum suam.
11 † Venit autem fames in vniuer-
sam Ægyptum & Chanáan, & tri-
12 bulatio magna, & non inueniebant cibos patres nostri. † ‖ Cùm
Ge.42. a.2. audisset autem Iacob esse frumẽtum in Ægypto, misit patres no-
13 stros primùm: † & ‖ in secundo
Ge.45. a.3. cognitus est Ioseph à fratrib' suis,
a.4. & manifestatum est Pharaoni ge-
14 nus eius. † Mittens autem Ioseph, accersiuit Iacob patrem suum, &
*suam omnem cognationem *in anima-
15 bus septuaginta quinq;. † ‖ Et de-
Ge.46.a.1. scendit Iacob in Ægyptum, &
a.5. defunctus est *ipse* & patres nostri. † ‖ Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro ‖ quod
16 emit Abraham pretio argenti à filijs Hemor filij Sichem. † Cùm
17 autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ, ‖ creuit populus & multiplicatus est in Ægy-
18 pto, † quoadusque surrexit alius rex in Ægypto, qui non sciebat
19 Ioseph. † Hic circunueniens gen' nostrum, afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos, ne
20 viuificarentur. † ‖ Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus men-
21 sibus in domo patris sui. † Expósito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi
22 in filium. † Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum: & erat potens in verbis & in operi-
23 bus suis. † Cùm autem implerétur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius vt visita-
24 ret fratres suos filios Israel. † ‖ Et cùm vidisset quendam iniuriam patientem, vindicauit illum, & fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat, percusso Ægyptio.
25 † Existimabat autem intelligere fratres, quoniã Deus per manum ipsius daret salutem illis, at illi nõ
26 intellexerunt. † ‖ Sequenti verò die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens,
D Viri, fratres estis, vt quid nocetis
27 alterutrum? † Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens, Quis te constituit principem & iudicem super nos? † nun-
28 quid interficere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium? † Fugit autem Moyses in verbo isto, & factus est aduena in
29 terra-Madian, vbi generauit filios duos. † Et expletis annis quadraginta, ‖ apparuit illi in deser-
30 to montis Sina angelus in igne flammæ rubi. † Moyses autem vi-
31 dens, admiratus est visum. Et ac-

Gen.49.d. 32. Ge.50.b.7. Ge.23.c.16 Ioſ.24.g.32 Exo.1.a.7. Exo.2.a.2. He.11.c.24 Exo.2.b.12 Exo.2.b.13 Exo.3.a.2.

ce-

cedente illo vt consyderaret, fa-
32 cta est ad eum vox Domini*, †Ego
*dicens sum Deus patrum tuorum, Deus
Abraham, Deus Isaac, & Deus Ia-
cob. Tremefactus autem Moyses,
33 non audebat consyderare. † Di-
xit aũt illi Dominus, Solue cal-
ceamentum pedum tuorũ: locus
enim in quo stas, terra sancta est.
34 † Videns vidi afflictionem populi
mei qui est in Ægypto, & gemitũ
eorum audiui, & descendi libera-
-.5. re eos. Et nunc veni & mittam
35 te in Ægyptum. † Hunc Moysen,
quem negauerũt, dicentes, Quis
te cõstituit principem & ducem?
hunc Deus principem & redem-
ptorem misit, cum manu angeli
36 qui apparuit illi in rubo. † ‖ Hic
E eduxit illos faciens prodigia &
Exo.7.8.9. 10.11.14. Ex.16. signa in terra Ægypti, & in ru-
bro mari, & ‖ in deserto annis
(37 quadraginta. † Hic est Moyses qui
a1. dixit filijs Israel, ‖ prophetam sus-
De. 18.c.15 citabit vobis Deus de fratribus
Ex.19.a.3. d.19. vestris tanquam me: ipsum au-
(38 dietis. † Hic est qui fuit in ecclesia
in solitudine, cum angelo qui lo-
quebatur ei in monte Sina, & cũ
patribus nostris: qui accepit ver-
39 ba vitæ dare nobis. † Cui nolue-
runt obedire patres nostri: sed re-
pulerunt, & auersi sunt cordibus
40 suis in Ægyptum, † dicentes ad
Exo.32.a.1 Aaron: ‖ Fac nobis, Deos qui præ-
*Moysi e- cedant nos: *Moyses enim hic,
nim huic qui eduxit nos de terra Ægypti,
41 nescimus quid factum sit ei. † Et
uitulum fecerunt in diebus illis,
& obtulerunt hostiã simulachro,
& lætabantur in operibus manu-
42 um suarum. † Conuertit aũt De⁹,
& tradidit eos seruire militiæ cæ-
li, sicut scriptum est in libro Pro-
Am.5.g.25. phetarum: ‖ Nunquid victimas &
hostias obtulistis mihi annis qua
draginta in deserto, domus Isra-
43 el? † Et suscepistis tabernaculum
Moloch, & sydus Dei vestri Rem-
F pham, figuras quas fecistis, ado-
rare eas. Et transferam vos trans
44 Babylonem. † Tabernaculum te-
stimonij fuit patribus nostris in
deserto, sicut disposuit Deus ‖ lo-
quens ad Moysen, vt faceret illud
secundum formam quam vide-
45 rat. † ‖ Quod & induxerũt, susci-
entes patres nostri cum Iesu in
possessionẽ gentium, quas expu-
lit Deus à facie patrum nostrorũ,
46 vsq; in diebus Dauid, † ‖ qui in-
uenit gratiam ante Deum, & ‖ pe-
tijt vt inueniret tabernaculum
47 Deo Iacob. † ‖ Salomon autem
48 ædificauit illi domum. † Sed ‖ non
Excelsus in manufactis habitat,
49 sicut *propheta dicit: † ‖ Cælum
mihi sedes est: terra autem scabel
lum pedum meorum. Quam do-
mum ædificabitis mihi, dicit Do-
minus? aut quis locus requietio-
50 nis meæ est? Nónne manus mea
51 fecit hæc omnia? † Dura ceruice
& incircuncisis cordibus & auri-
bus, vos semper Spiritui sancto
*resistitis: sicut patres vestri, &
52 vos. † Quem prophetarum non
persequuti patres vestri? Et
G occiderunt eos qui prænuntia-
bant de aduentu Iusti, cuius vos
nunc proditores & homicidę fui-
53 stis: † qui accepistis legem in dis-
positione angelorum, & non cu-
stodistis. † Audientes autem hæc
54 dissecabantur cordibus suis, &
55 stridebant dentibus in eum. † Cũ
autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælũ, vidit glo-
riam Dei, & Iesum stantẽ à dex-
56 tris Dei. † Et ait, Ecce video cælos
apertos, & filium hominis stantẽ
57 à dextris *Dei. † Exclamantes aũt
voce magna, continuerunt aures
suas, & impetum fecerunt vnani-
58 miter in eum. † Et eijcientes eum
extra ciuitatem, lapidabant: &
testes deposuerunt vestimenta
sua secus pedes ‖ adolescentis qui
59 vocabatur Saulus. † Et lapidabãt
Stephanum inuocantem, & dicẽ-
tem: Dñe Iesu, suscipe spiritum
60 meum. † Positis autem genibus,

*resistitistis.

*virtutis

In.22.c.20

f clama-

v.3. clamauit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixisset, obdormiuit*. Saulus autem erat consentiens neci eius.

*in Domino.

CAP. VIII.

1 A FActa est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quę erat Ierosolymis, & oēs dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. ‡ Curauerunt autem Stephanum viri timorati & fecerunt planctū magnum super eum. ‡ Saulus aūt deuastabat ecclesiam: ꝑ domos intrans, ‖ & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiā. ‡ Igitur qui dispersi erant pertransibunt, euangelizantes verbum*. ‡ Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. ‡ Intendebant autē turbæ his quæ à Philippo dicebātur, vnanimiter audientes, & videntes signa quę faciebat. ‡ Multi enim eorū qui habebant spiritus immūdos, clamātes voce magna, exibant. Multi aūt paralytici & claudi curati sunt. ‡ Factū est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. ‡ Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum: ‡ cui auscultabant omnes à minimo vsq; ad maximum dicentes, Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna. ‡ Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magicis suis *dementasset eos. ‡ Cū verò credidissent Philippo euangelizanti de regno Dei: *&* nomine Iesu Christi, baptizabantur viri ac mulieres. ‡ Tunc Simon & ipse credidit: & cùm baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa & virtutes maximas fieri stupēs admirabatur. ‡ Cùm autē audissent Apostoli qui erant in Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrū & Iohannem. ‡ Qui cùm venissent, orauerūt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctū. ‡ Nondū enim in quenquā illorum venerat, sed baptizati tantū erant in nomine Domini Iesu. ‡ Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. ‡ Quum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorū, daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniā, ‡ dicens, Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunq; imposuero manus, accipiat Spiritum sanctū. ‡ Petrus aūt dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. ‡ Non est tibi pars, neque sors in sermone isto. cor enim tuum nō est rectum corā Deo. ‡ Pœnitentiā itaq; age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. ‡ In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. ‡ Respondens aūt Simon dixit: Precamini vos pro me ad Dñm, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis. ‡ Et illi quidem testificati, & loquuti verbū Domini redibant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant. ‡ Angelus autem Dñi loquutus est ad Philippum, dicens, Surge, & vade cōtra meridianum, ad viam quæ descendit ab Ierusalem in Gazam, hæc est deserta. ‡ Et surgēs abijt. Et ecce, vir Æthiops, eunūchus, potens *Candaces' reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Ierusalem: ‡ & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; Isaiam prophetam. ‡ Dixit autē Spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum. ‡ Accurrens autem Philippus, audiuit eum

In.22. a.4. c.19.

*Dei

*artibus 1.

*in

*Candacis 18.

eum legentem Isaiam Prophetam, & dixit: Putasne intelligis
31 quæ legis? † Qui aũt, Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum vt
32 ascenderet, & sederet secum. † Locus aũt scripturæ quam legebat,
Isa.53.b.7. F erat hic: ‖ Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se, sine voce sic
33 non aperuit os suum. † In humilitate iudicium eus sublatum est.
tolletur. Generationem eius quis enarrabit, quoniam tolletur de terra vi-
34 ta eius? † Respondens aũt eunũchus Philippo, dixit: Obsecro te,
35 de quo propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? † Aperiens aũt Philippus os suum, & incipiens à
36 scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. † Et dum irent per viam,
quid venerunt ad quandam aquam: & ait eunũchus, Ecce aqua, quis
37 prohibet me baptizari? † Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait,
Credo filiũ Dei esse Iesum Chri-
38 stum. † Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam, Philippus & eunũchus, & bapti-
39 zauit eum. † Cùm autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius nõ vidit eum eunũchus. Ibat autem
40 per viam suam gaudens. † Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

CAP. IX.

1 SAulus autẽ adhuc spirans mi-
A narum & cædis in discipulos
2 Domini, accessit ad principem Sacerdotum. † ‖ & petijt ab eo epi- Gal.1.c.8.
stolas in Damascum ad synago- Inf.22.a.5.
gas, vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos
3 perduceret in Ierusalem. † ‖ Et cũ In.22.b.6.
iter faceret: contigit vt appropin-



1.Cor.15.a.8. (4 1.Co.12.a.1. quaret Damasco. ‖ & subito circunfulsit eum lux de cælo. † ‖ Et cadens in terrã, audiuit vocem dicentẽ sibi, Saule, Saule quid me
5 persequeris? † Qui dixit, Quis es Domine? Et ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare.
6 † Et tremens ac stupens dixit, Domine, quid me vis facere? Et

B Dominus ad eum, Surge, & ingre
dere ciuitatem, & ibi dicetur ti-
7 bi quid te oporteat facere. † Viri
aũt illi qui comitabãtur cum eo,
ſtabãt ſtupefacti, audientes qui-
dẽ vocem, neminem autem vi-
8 dentes. † Surrexit autem Saulus
de terra, apertisq; oculis nihil vi
debat. Ad manus aũt illum tra-
hentes, introduxerunt Damaſcũ.
9 † Et erat *tribus diebus nõ vidẽs,
*ibi & non manducauit, neque bibit.
10 † Erat autem quidam diſcipulus
Damaſci, nomine Ananias: & di-
xit ad illũ in viſu Dñs, Anania. At
11 ille ait, Ecce ego Domine. † Et Do-
minus ad eum, Surge, & vade in
vicum qui vocatur Rectus: & que
re in domo Iudæ Saulum nomi-
ne Tharſenſem. ecce enim orat.
12 † (Etvidit virũ Ananiam nomine,
introeũtẽ, & imponentẽ ſibi ma-
13 nus vt viſum recipiat.) † Reſpon-
C dit autem Ananias, Domine, au-
diui à multis de viro hoc, quanta
mala fecerit ſanctis tuis in Ieru-
14 ſalem: † & hic habet poteſtatem
à principibus ſacerdotum alli-
gandi omnes qui inuocant no-
15 men tuum. † Dixit autem ad eum
Dominus, Vade, quoniam vas e-
lectionis eſt mihi iſte, vt portet
16 nomen meum coram gentibus &
regibus, & filijs Iſrael. † Ego enim
oſtendam illi quanta oporteat
17 eum pro nomine meo pati. † Et
abijt Ananias, & introiuit in do-
mum: & imponens ei manus, di-
xit, Saule frater, Dominus miſit
me Ieſus, qui apparuit tibi in via
18 qua veniebas: vt videas & impla
ris Spiritu ſancto. † Et confeſtim
D ceciderunt ab oculis eius tan-
quam ſquamæ, & viſum recepit.
19 & ſurgens baptizatus eſt. † Et cũ
ſumpſiſſet cibum, confortatus eſt.
gis prædi- Fuit autem cum diſcipulis qui
cabat 8. erant Damaſci, per dies aliquot.
20 † Et continuò ingreſſus in ſyna-
gogas, prædicabat Ieſum, quo-
21 niam hic eſt filius Dei. † Stupe-
bant autẽ omnes qui audiebant,
& dicebant, Nónne hic eſt qui
expugnabat in Ieruſalem eos qui
inuocabant nomen iſtud, & huc
ad hoc venit vt vinctos illos du-
ceret ad principes ſacerdotum?
22 † Saulus autem multò magis con-
ualeſcebat, & confundebat Iudæ-
os qui habitabant Damaſci, affir-
mans quoniam hic eſt Chriſtus.
23 † Cùm autem implerentur dies
multi, conſilium fecerunt Iudæi
24 vt eum interficerent. † Notæ au-
tem factæ ſunt Saulo inſidiæ eo-
rum. ‖ Cuſtodiebant autem & 2. Cor. 11. g
portas die ac nocte, vt eum in- 32.
25 terficerent. † Accipientes autem
eum diſcipuli *nocte, per murum *eius
dimiſerunt eum, ſubmittentes
26 in ſporta. † Cùm autem veniſſet
E in Ieruſalem, tentabat ſe iũgere
diſcipulis, & oẽs timebant eum,
non credentes quòd eſſet diſci-
27 pulus. † Barnabas aũt apprehen-
ſum illũ duxit ad Apoſtolos, &
narrauit illis quomodo in via vi-
diſſet Dñm, & quia locutus eſt ei,
& quomodo in Damaſco fiducia-
28 liter egerit in nomine Ieſu. † Et
erat cũ illis intrans & exiens in
Ieruſalẽ, & fiducialiter agens in
29 nomine Dñi. † Loquebatur quo-
que Gentibus, & diſputabat cum
Græcis: illi autem quærebant oc-
30 cidere eũ. † Quod cùm cognouiſ-
ſent fratres, deduxerunt eum Cę-
ſaréam, & dimiſerunt Tharſum.
31 † Eccleſia quidem per totam Iu-
dæã & Galilæam & Samariam ha
bebat pacẽ, & ædificabatur am-
bulãs in timore Dñi, & conſola-
tione ſancti Spiritus replebatur.
32 † Factũ eſt aũt, vt Petrus dũ tranſi-
ret vniuerſos, deueniret ad ſan-
33 ctos q habitabant Lyddæ. † Inue-
F nit aũt ibi hominem quendam,
nomine Æneam, ab annis octo
iacentem in grabãto, qui erat
34 paralyticus. † Et ait illi Petrus, Æ-
nea *ſanet' te Dñs Ieſus Chri- *ſanat
ſtus: ſurge, & ſterne tibi. Et con-
tinuò

35 tinuò surrexit. † Et viderunt eum omnes qui habitabant Liddæ, & Saróne, qui conuersi sunt ad Do-
36 minum. † In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat.
37 † Factum est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cùm lauissent, posuerunt eam in
38 cœnaculo. † Cùm autē propè esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, Ne pigriteris venire vsque ad
39 nos. † Exurgens autem Petrus ve-
G nit cum illis. Et cùm aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circunsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes, quas faciebat illis
40 Dorcas. † Eiectis autem omnibus foràs, Petrus ponens genua orauit, & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha surge. At illa aperuit oculos suos: & viso Petro, resedit.
41 † Dans autem illi manum, erexit eam. Et cùm vocasset sanctos &
42 viduas, assignauit eā viuam. † Notum autem factum est per vniuersam Ioppen, & crediderunt multi
43 in Domino. † Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simónem quendam coriarium.

CAP. X.

1 A VIr autem quidam erat in Cæsaréa, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Itali-
2 ca, † religiosus ac timens Deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & depre-
3 cans Deū semper: † is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, angelū Dei introeuntē ad se, & di-
4 centē sibi, Cornéli. † At ille intuens eum timore correptus, dixit: Quis es Dñe? Dixit autem illi: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriā in con-
5 spectu Dei. † Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simónem
6 quendam qui cognominatur Petrus. † hic hospitatur apud Simónē quendā coriarium, cui⁹ est domus iuxta mare. hic dicet tibi
7 quid te oporteat facere. † Et cùm discessisset angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum ex his qui illi parebant.
8 † Quibus cùm narrasset omnia,
9 misit illos in Ioppen. † Postera au-
B tem die iter illis facientibus, & appropinquantibus ciuitati, ascēdit Petrus in superiora, vt oraret
10 circa horam sextam. † Et cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eū mentis excessus: †
11 & vidit cælum apertum, & descēdens vas quoddam, velut linteū magnū, quatuor initijs submitti de cælo in terram,
12 † in quo erāt omnia quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cæ-
13 li. † Et facta est vox ad eum, Surge
14 Petre, occide, & manduca. † Ait autem Petrus: Absit Dñe, quia nunquam manducaui omne commu-
15 ne & immundum. † Et vox iterum secundò ad eum: *Quæ Deus purificauit tu commune ne dixeris. *Quod
16 † Hoc autem factum est per ter. Et
C statim receptū est vas in cælum.
17 † Et dum intra se hæsitaret Petrus, quidnam esset visio quam vidisset, ecce viri, qui missi erāt à Cornélio, inquirentes domū Simó-
18 nis, astiterūt ad ianuam. † Et cùm vocassent, interrogabāt si Simon, qui cognominatur Petrus, illic ha-
19 beret hospitium. † Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus
20 ei, Ecce viri tres quærunt te. † Sur Inf. 15. b. 7
ge itaque & descēde, & vade cum eis, nihil dubitans, quia ego misi
21 illos. † Descendens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce, ego sum quem quæritis: quę causa est, pro-
22 pter quam venistis? † Qui dixe-

runt: Cornelius Centurio, vir iustus & timens Deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorum, responsum accepit ab Angelo sancto accersire te in domum suã, & audire verba abs te.
23 ‡Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgẽs profectus est cum illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati
24 sunt eum. ‡Altera autem die introiuit Cæsaream. Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis suis, & necessarijs amicis. ‡Et factum est cùm introisset
25 Petrus, obuius venit ei Cornelius: & procidens ad pedes eius adorauit. ‡Petrus verò eleuauit e-
26 *eum um, dicens: Surge, & ego ipse homo sum. ‡Et loquens cum illo introuit, & inuenit multos qui conuenerant: ‡dixitque ad illos, Vos
27 28 scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenã, sed mihi ostendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem.
29 ‡Propter quod sine dubitatione E veni accersitus. Interrogo ergo
30 quam ob causam accersistis me? ‡Et Cornelius ait: A nudiusquarta die, vsq; ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste
31 candida, ‡& ait: Cornẽli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuę commemoratæ sunt in conspectu
32 Dei. ‡Mitte ergo in Ioppen, & accersi Simõnem qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simõnis corriarij iuxta mare.
33 ‡Confestim ergo misi ad te, & tu benefecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audire omnia quæcunque tibi præcepta sunt à Domino.
34 ‡Aperiens autem Petrus os suum,
F dixit: In veritate comperi ‖ quia
De.10.d.17 non est personarum acceptor Deus: ‡sed in omni gente, qui timet
35 2.Pa.19.c.7 eum, & operatus iustitiam, accep-
36 ptus est illi. ‡Verbũ misit Deus filijs Israel, annuntians pacem per Iesum Christũ: (hic est omnium Dũs.) ‡Vos scitis, quod factum est
37 verbum per vniuersam Iudæam, incipiens enim à ‖ Galilæa, post
38 baptismum quod prædicauit Iohannes: ‡Iesum à Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransiit
39 benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. ‡Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Ierusalem, quem occiderunt suspendẽtes in ligno.
40 ‡Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri.
41 ‡non omni populo, sed testibus prædestinatis à Deo: nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à mor-
42 tuis. ‡Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari quia ipse
G est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. ‡Huic ‖ omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.
44 ‡Adhuc loquẽte Petro verba hęc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebãt verbum. ‡Et obstupuerunt, & circumcisione fideles qui venerant cũ Petro, ‖ quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. ‡Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit
47 Petrus, ‡ Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? ‡Et iussit
48 eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus.

Iob 34. b.
Sap. 6.b.8.
Ec.35.b.16
Ro.2.b.11
Gal.2.b.6
Ep.6.b.8.
Col.3.d.25
1. Pet.4.c
17.
Mt.4.c.18
Lu.4.b.14

CAP. XI.

1 AVdierunt autem Apostoli & A fratres qui erãt in Iudæa, quo-
niam

niam & gentes receperunt verbũ
2 Dei.†Cùm aũt ascendisset Petrus
Ierosolymam, disceptabant ad-
uersus illum qui erant ex circun-
3 cisione,† dicentes, Quare introi-
sti ad viros præputium haben-
4 tes & manducasti cum illis? † in-
cipiens autem Petrus exponebat
5 illis ordinem, dicens: † Ego eram
in ciuitate Ioppe orans, & vidi
in excessu mentis visionem, de-
scendens vas quoddam velut lin-
teum magnum quatuor initijs
summitti de cælo, & venit vsque
6 ad me.†In quod intuens, consyde
rabam, & vidi quadrupedia terrę,
& bestias, & reptilia, & volatilia
7 cæli.†Audiui autem & vocem di-
centem mihi: Surge Petre, occi-
8 de & manduca.†Dixi autem, Ne-
quaquam Domine: quia* commu
ne aut immundum nunquam in-
9 troiuit in os meum. † Respondit
autem* vox secundò de cælo, Quæ
Deus mundauit, tu ne commune
10 dixeris. † Hoc autem factum est
per ter: & recepta sunt omnia rur
11 sum in cælum. † Et ecce viri tres
B confestim astiterunt in domo in
qua eram, missi à Cæsaréa ad me.
12 †Dixit autẽ spiritus mihi vt irem
cum illis, nihil hæsitans. Vene-
runt autem mecum & sex fratres
isti, & ingressi sumus in domum
13 viri.†Narrauit autem nobis quo-
modo vidisset angelum in domo
sua, stantem & dicentem sibi, Mit
te in Ioppen, & accersi Simónem,
14 qui cognominatur Petrus, †qui lo
quetur tibi verba in quibus sal-
uus eris tu & vniuersa domus tua.
15 †Cùm autem cœpissem loqui, cé-
cidit Spiritus sanctus super eos,
16 sicut & in nos in initio. † Recor-
datus sum autem verbi Domini,
sicut dicebat, ‖Iohannes quidem
baptizauit aqua. ‖ Vos autem ba-
17 ptizabimini Spiritu sancto. † Si
ergo eandem gratiam dedit illis
Deus, sicut & nobis qui credidi-
mus in Dominum Iesum Chri-

*omne 1.
*mihi 1.
Sup. 1.a.5.
Mt. 3.c.11.
Mar. 1.b.8.
Lu. 3.c.16.
Ioh. 1.d.25

C stum: ego quis eram, qui possem In. 19.a.4.
18 prohibere Deum? †His auditis ta-
cuerunt, & glorificauerunt De-
um, dicentes: Ergo & Gentibus
pœnitentiam dedit Deus ad vi-
19 tam.†Et illi quidem qui dispersi
fuerant à tribulatione quæ facta
fuerat sub Stephano, perambula-
uerunt vsq; Phœnicen & Cyprũ
& Antiochiam, nemini loquen-
20 tes verbum, nisi solis Iudæis. † E-
rant autem quidam ex eis viri
Cyprij, & Cyrenæi, qui cùm in-
troissent Antiochiam, loqueban
tur ad Græcos, annuntiantes Do-
21 minum Iesum. † Et erat manus
Domini cum eis, multusq; nume
rus credentium conuersus est ad
22 Dominum. † Peruénit autem ser-
mo ad aures ecclesiæ quæ erat Ie-
rosolymis, super istis: & miserunt
Barnabam vsq; ad Antiochiam.
23 †Qui cùm peruenisset, & vidisset
D gratiam Dei, gauisus est, & horta-
batur omnes * proposito cordis *in
24 permanere in Domino, † quia e-
rat vir bonus, & plenus Spiritu
sancto & fide. Et apposita est mul
25 ta turba Domino. † Profectus est
autem Tarsum, vt quæreret Sau-
26 lum: †quem cùm inuenisset, per-
duxit Antiochiam. Et annum to-
tum conuersati sunt ibi in eccle-
sia, & docuerũt turbam multam,
ita vt cognominarentur primum
Antiochiæ discipuli Christiani.
2 †In his autem diebus superuene-
runt ab Ierosolymis prophetæ
28 Antiochiam. † & surgens vnus ex
eis nomine Agabus, significabat
per Spiritum famem magnam fu-
turam in vniuerso orbe terrarũ,
29 quæ facta est sub Claudio*. †Disci *Cæsare 1.
puli autem, prout quis habebat,
proposuerunt singuli in ‖ mini- In. 12.d.24
sterium mittere habitantibus in
30 Iudæa fratribus, † quod & fece-
runt, mittentes ad seniores
per manus Barna-
bæ & Sauli.

CAP. XII.

1 EOdem autem tempore misit
A Herodes rex manus, vt afflige
2 ret quosdam de ecclesia. †Occidit
autem Iacobum fratrem Iohannis
3 gladio. †Videns aũt quia placeret
Iudæis, apposuit apprehendere &
Petrum. Erant autẽ dies Azymo-
4 rum. †Quem cùm apprehendisset,
* tradẽsq; misit in carcerem, * tradens quatuor quaternionib. militum * custodiendum, volens post pascha
(5 producere eum populo. † Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio aũt fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro
6 eo. † Cùm autẽ producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem. † Et ecce angelus
7 Dñi astitit: & lumen refulsit in habitaculo, percussoq; latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de
8 manibus eius. † Dixit autem angelus ad eum, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et
B dixit illi, Circunda tibi vestimen
9 tum tuum, & sequere me. †Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum: existimabat autem
10 se visum videre. †Transeuntes autem primã & secundam custodiã, venerũt ad portã ferreã quę ducit ad ciuitatẽ, quæ vltrò aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: & cõtinuò discessit an
11 gelus ab eo. † Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio verè quia misit Dñs angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.
12 †Cõsyderansq;, venit ad domum Mariæ matris Iohannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant
13 multi congregati & orantes. †Pulsante autem * eo * ostium ianuæ,
Petro 3.
C processit puella ad videndum, no
14 mine Rhode. †Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuã, sed intrò currens nuntia-
15 uit stare Petrum ante ianuam. †At illi dixerunt ad eam, Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant, Angelus eius
16 est. † Petrus autem perseuerabat pulsans. Cùm autẽ aperuissent, * ostium viderunt eum, & obstupuerunt.
17 †Annuens autem eis manu, vt tacerent, narrauit quomodo Dñs eduxisset eum de carcere, dixitq;: Nũtiate Iacobo & fratribus hęc. Et egressus abijt in alium locum.
18 †Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites, quidnam
19 factũ esset de Petro. †Herodes autem cùm requisisset eum, & non
D inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci, descendensq; à Iudæa in Cæsaream, ibi
20 commoratus est. † Erat autem iratus Tyrijs & Sidonijs. At illi vnanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eò quòd alerentur regiones eorũ
21 ab illo. † Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad e-
22 os. † Populus autem acclamabat,
23 Dei voces, & non hominis. †Confestim autem percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus
24 à vermibus, expirauit. † Verbum autem Domini crescebat & mul-
25 tiplicabatur. †Barnabas autem & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis expleto ministerio, assumpto Iohanne qui cognominatus est Marcus. Su. 12. d. 25

CAP. XIII.

1 ERant autem in ecclesia quæ e-
A rat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen qui erat In. 14. d. 25

erat Herodis Tetrarchæ collacta-
2 neus,& Saulus.† Ministrantib. au
tem illis Domino,& ieiunantib⁹, Ro.1.a.1.
dixit Spiritus sanctus:‖Segregate
mihi Saulum & Barnabam in o-
3 pus,ad quod assumpsi eos.† Tunc
ieiunantes & orantes, imponen-
tesq; eis manus,dimiserunt illos.
4 †Et ipsi quidam missi à Spiritu san
cto, abierunt Seleuciam, & inde
5 nauigauerunt Cyprum. † Et cùm
venissent Salaminam,prædicabat
verbum Dei in synagogis Iudæo-
rum. Habebant autem & Iohan-
6 nem in ministerio. † Et cùm per-
ambulassent vniuersam insulam
vsq; ad Paphum, inuenerunt quẽ
⁹Barien dam virum magum pseudopro-
phetam,Iudæum,cui nomen erat
7 ⁹Bar-iesu† qui erat cum Procon-
B sule Sergio Paulo viro prudente.
His accersitis Barnaba & Saulo,
desyderabat audire verbum Dei.
8 † Resistebat autem illis Elymas,
magus (sic enim interpretabatur
nomen eius) quærens auertere
9 Proconsulem à fide.† Saulus autẽ,
qui & Paulus,repletus Spiritu san
10 cto,intuens in eũ,† dixit, O plene
omni dolo, & omni fallacia, fili
diaboli, inimice omnis iustitiæ,
nõ desinis subuertere vias Dñi re-
11 ctas.† Et nunc ecce manus Domi-
ni super te,& eris cæcus, non vi-
dens solem vsq; ad tempus.Et cõ-
festim cecidit in eum caligo & te
nebræ,& circuiens quærebat qui
12 ei manũ daret. † Tunc Proconsul
cùm vidisset factum,credidit ad-
mirans super doctrina Domini.
13 †Et cùm à Papho nauigassent Pau
lus,& qui cum eo erant,venerunt
Pergen Pamphyliæ.Iohannes autẽ
discedens ab eis,reuersus est Iero
14 solymam.† Illi verò pertrãseuntes
C Pergen,venerunt Antiochiã Pisi-
diæ:& ingressi synagogam die sab
15 bathorum,sederunt. † Post lectio
nẽ autem legis & prophetarũ mi
serunt principes synagogæ ad eos
dicentes,Viri fratres,si quis est in
vobis sermo exhortationis ad plẽ
16 bem,dicite. †Surgens aũt Paulus,
& manu silentiũ indicens,ait,Vi-
ri Israelitæ,& qui timetis Deum,
17 audite:† Deus plebis Israel elegit
patres nostros,& plebem exalta-
uit cùm essent incolæ ‖ in terra- Exod.1.a.7
Ægypti,& in‖ brachio excelso e- Ex.15.c.16.
18 duxit eos ex ea,†& per quadragin 14.c.22.f.
ta annorum tempus mores eorũ 29.
19 sustinuit in deserto. † Et destru- Exo.16.a.2
ens gentes septem in terra Cha-
naan,‖ sorte distribuit eis terram Iosu.14.a.2
20 eorum, † quasi post quadringen-
tos & quinquaginta annos ; & Iud.3.b.9.
‖ post hæc dedit iudices, vsque ad
21 Samuel prophetam. † Et exinde 1.Re.8.a.5.
‖ postulauerunt regem,& dedit il 1.Reg.9.a.
lis Saul filium Cis,virum de tribu 16.c.17.10.
Ben-iamin,annis quadraginta. a.1.
22 † Et amoto illo , ‖ suscitauit illis 1.Re.16.a.
D Dauid regem:cui testimoniũ per- 1.c.13.
hibens,dixit,‖ Inueni Dauid fili- Ps.88.c.21.
um Iesse, virum secũdum cor me Isa.11.a.3.
um,qui faciet omnes voluntates Mat.3.a.1.
23 meas.† Huius Deus ex semine ‖ se Mar.a.2.
cundum promissionem eduxit Is- Luc.3.a.3.
24 rael saluatorem Iesum,†prædican
te Iohanne ante faciem aduentus
eius baptismum pœnitentiæ om-
25 ni populo Israel. † Cùm imple-
ret autem Iohannes cursum su-
um, dicebat, Quem me arbitra-
mini esse‖ non sum ego, sed‖ ec- Ioh.1.c.20.
ce venit post me, cuius non sum Mat.3.c.11.
dignus calceamenta pedum solue Mar.1.a.7.
26 re.† Viri fratres,filij generis Abra Luc.3.d.16.
ham,& qui in vobis timent Deũ, Ioh.1.d.1.
vobis verbum salutis huius mis-
27 sum est.† Qui enim habitabant Ie
rusalem,& principes eius hunc ig
norantes,& voces Prophetarum
quæ per omne sabbathum legun-
28 tur,iudicantes impleuerunt: † &
nullam causam mortis inuenien-
tes in eo,‖ petierunt à Pilato, vt Mat.27.c.
29 interficerent eum. † Cumq; con- 20.c.22.
E summassent omnia quę de eo scri Mr.15.b.13
pta erant,deponentes eum de li- Luc.23.c.
gno,posuerunt in monumento. 21.c.23.
30 † ‖ Deus verò suscitauit eũ à mor-

31 tuis tertia die: † ‖ qui visus est per
Ioh.19.a.6 dies multos his qui simul ascende
Mt.28.a.6. rant cum eo de Galilæa in Ierusa-
Mr.16.b.6. lem, qui vsque nunc sunt testes e-
Lu.24. (32 ius ad plebem. † Et nos vobis an-
a.5. nuntiamus eam quæ ad patres no
Ioh.20.(33 stros repromissio facta est: † quo-
a.1.19.c.19 niam hanc Deus adimpleuit filijs
*vestris *nostris, resuscitans Iesum, sicut
& in Psalmo secundo scriptum
Psa.2.b.7. est: ‖ Filius meus es tu, ego hodie
He.1.b.(34 genui te. † Quod autem suscita-
5.&5.b.5. uit eum à mortuis, amplius iam
Isa.55.a.3. non reuersurum in corruptionẽ,
Ps.15.b.19. ita dixit, ‖ Quia dabo vobis sancta
35 Dauid fidelia. † Ideoque & aliàs
Sup.2.c.31. dicit ‖ Non dabis Sanctum tuum
36 videre corruptionem. † Dauid e-
nim in sua generatione cùm ad-
9.Reg.2.b. ministrasset, voluntati Dei ‖ dor-
10. miuit, & appositus est ad patres
37 suos, & vidit corruptionem. † Quẽ
à mortuis verò Deus suscitauit, non vidit
38 corruptionem. † Notum igitur sit
F vobis viri fratres, quia per hunc
vobis remissio peccatorum annũ
&1. tiatur, ab omnibus quibus non
39 potuistis in lege Moysi iustificari.
† In hoc omnis qui credit, iustifica
40 tur. † Videte ergo ne superueni-
at vobis quod dictum est in Pro-
41 phetis, † ‖ Videte contemptores
Aba.1.b.5. & admiramini, & disperdimini:
quia opus operor ego in diebus
vestris, opus quod non credetis, si
42 quis enarrauerit vobis. † Exeun-
tibus autem illis rogabant vt se-
quenti sabbatho loquerentur sibi
43 verba hæc. † Cumque dimissa esset
synagoga, secuti sunt multi Iudeo
Deum. rum, & colentium aduenarum
Paulum & Barnabam: qui loquen
tes suadebant eis vt permanerent
44 in gratia Dei. † Sequenti verò sab
batho penè vniuersa ciuitas cõue
45 nit audire verbũ Dei. † Videntes
G autem turbas Iudæi, repleti sunt
zelo, & contradicebant his quæ à
Paulo dicebãtur blasphemantes.
46 † Tunc constanter Paulus & Bar-
nabas dixerunt: Vobis oportebat
primum loqui verbũ Dei: sed quo
niam repellitis illud, & indignos
vos iudicatis æternæ vitæ: ecce tõ
47 uertimur ad gẽtes. † Sic enim præ-
cepit nobis Dominus: ‖ Posui te Isa.46.b.6.
in lucem gentium, vt sis in salu-
tem vsque ad extremum terræ.
48 † Audientes autem gentes gauisæ
sunt, & glorificabant verbum Do-
mini: & crediderunt quotquot e-
rant præordinati ad vitã æternã.
49 † Disseminabatur aut verbũ Do-
mini per vniuersam regionem.
50 † Iudæi autem concitauerunt mu
lieres religiosas & honestas, &
primos ciuitatis, & excitauerunt
persecutionem in Paulum & Bar
nabam: & eiecerunt eos de finib.
51 suis. † ‖ At illi excusso puluere pe- Mr.10.b.14
dum in eos, venerunt Iconium. Mr.6.b.11.
52 † Discipuli quoq; replebãtur gau- Luc.5.a.5.
dio & Spiritu sancto.

CAP. XIIII.

1 FActum est autem Iconij vt si-
mul introirent synagogam Iu-
A dæorum & loquerentur, ita vt cre
deret Iudæorum & Græcorum co
2 piosa multitudo. † Qui verò in-
creduli fuerunt Iudæi, suscitaue-
runt, & ad iracundiam concitaue
runt animas Gentiũ aduersus fra
3 tres. † Multo igitur tẽpore demo-
rati sunt, fiducialiter agentes in
Domino testimonium perhiben-
te verbo gratiæ suę, dante signa &
4 † Diuisa est autem multitudo ciui
tatis: & quidam quidem erant cũ
Iudæis, quidam verò cũ Aposto-
5 lis. † Cùm autem factus esset impe *Et cõmo-
tus Gentilium & Iudæorum cum ta est om-
principibus suis, vt cõtumelijs af- nis multi-
6 ficerent, & lapidarent eos, † intel tudo in do
ligentes confugerunt ad ciuitates ctrina co-
Lycaoniæ Lystram & Derben, & rum. Pau-
B vniuersam in circuitu regionem, lus autem
7 & ibi euangelizantes erant. *Et & Barna-
quidam vir Lystris infirmus pedi bas mora-
bus sedebat, claudus ex vtero ma bantur Ly
tris suæ: qui nunquam ambulaue- stris.
rat.

8 rat.† Hic audiuit Paulum loquen-
tem. Qui intuitus eum, & videns
quia fidem haberet vt saluus fie-
9 ret,† dixit magna voce, Surge su-
per pedes tuos rectus. Et exiluit:
10 & ambulabat.† Turbæ aũt cùm vi
dissent quod fecerat Paulus, leua-
uerunt vocem suam Lycaonicè di
centes, Dij similes facti homini-
11 bus, descenderunt ad nos.† Et vo-
cabant Barnabam, Iouem: Paulũ
verò Mercurium, quoniam ipse
12 erat dux verbi. † Sacerdos quo-
que Iouis qui erat ante ciuitatẽ,
tauros & coronas ante ianuas af-
ferens, cum populis volebat sacri
13 ficare. † Quod vbi audierunt A-
C postoli Barnabas & Paulus, concis
sis tunicis suis exilierũt in turbas
14 clamantes, † dicentes, Viri, quid
hæc facitis? & nos mortales su-
mus, similes vobis homines, an-
Ps.145.2.6. nuntiantes vobis ab his vanis cõ-
Ap.14.b.7 uerti ad Deum viuum ‖ qui fecit
15 cælum, & terram, & mare, & om-
Psa.8.c.13. nia quæ in eis sunt: † qui in præ-
teritis generationibus ‖ dimisit
omnes gentes ingredi vias suas.
16 † Et quidem non sine testimonio
semetipsum reliquit, benefaciẽs
de cælo, dans pluuias, & tempora
fructifera, implens cibo & lætitia
17 corda 'nostra' † Et hæc dicentes,
vestra 1. vix sedauerunt turbas, ne sibi im-
18 molarent. † Superuenerunt autẽ
2.Cor.11.f. quidã ab Antiochia & Iconio Iu-
24.25. dæi: & persuasis turbis ‖ lapidan-
tesq; Paulum, traxerunt extra ci-
uitatẽ, existimantes eũ mortuum
19 esse.† Circundantib. aũt eum dis-
D cipulis, surgens intrauit ciuitatẽ
& postera die profectus est cum
20 Barnaba in Derben. † Cumque
euangelizassent ciuitati illi, & do
cuissent multos, reuersi sunt Ly-
stram & Iconium, & Antiochiam:
21 † confirmantes animas discipulo-
rum, exhortantesq; vt permane-
rent in fide, & quoniam per mul-
tas tribulationes oportet nos in-
22 trare in regnum Dei.† Et cum cõ-
stituissent illis per singulas eccle-
sias presbyteros, & orassent cum
ieiunationibus, commendauerũt
eos Domino in quem credide-
23 runt.† Transeuntesq; Pisidiam, ve
24 nerunt in Pamphyliam:† & loquẽ
tes verbum Domini in 'in Pergẽ'
25 descenderunt in 'Italiam'.† ‖ & in
de nauigauerunt Antiochiam, vn
de erant traditi gratiæ Dei in op'
26 quod compleuerunt. † Cùm autẽ
venissent, & congregassent eccle-
siam, retulerunt quanta fecisset
Deus cum illis, & quia aperuisset
27 Gentibus ostium fidei. † Morati
sunt autem tempus non modicũ
cum discipulis.

'Perge 1.
'Attaliam
Sup.13.a.1.

CAP. XV.

1 A ET quidam descendentes de Iu
dæa, docebant fratres: ‖ Quia
nisi circuncidamini secundũ mo-
rem Moysi, non potestis saluari.
2 † Facta ergo seditione non mini-
ma Paulo & Barnabæ aduersus il-
los, statuerunt vt ascenderẽt Pau-
lus & Barnabas, & quidam alij ex
alijs ad Apostolos & presbyteros
in Ierusalem, super hac quæstio-
3 ne.† Illi ergo deducti ab ecclesia
pertransibant Phœnicen & Sama
riam, narrantes conuersionem
Gentium: & faciebant gaudium
magnum omnibus fratribus.
4 † Cum autem venissent Ierosoly-
mam, suscepti sunt ab ecclesia &
ab Apostolis & senioribus, annũ-
tiantes quanta Deus fecisset cũ il
5 lis.† Surrexerunt aũt quidam de
hęresi Pharisęorũ qui crediderũt,
B dicentes, Quia oportet circunci-
di eos, præcipere quoque seruare
6 legem Moysi.† Conueneruntque
Apostoli & seniores videre de ver
7 bo hoc.† Cùm autẽ magna cõqui-
sitio fieret, surgens Petrus dixit ad
eos, ‖ Viri fratres, vos scitis quoni
am ab antiquis diebus Deus in no
bis elegit, per os meum audire
Gentes verbum Euangelij, & cre
8 dere. † Et qui nouit corda Deus,

Gal.5.a.2.
Su.10.b.20

Su.10.g.45 testimonium perhibuit,‖ dans il-
lis Spiritũ sanctum sicut & nobis:
9 † & nihil discreuit inter nos & il-
los, fide purificans corda eorum.
10 † Nũc ergo qd tẽtatis Deum, im-
ponere iugũ super ceruices disci-
pulorum, quod neq; patres nostri
11 neq; nos portare potuimus? † Sed
C per gratiam Dñi Iesu Christi cre-
dimus saluari, quemadmodum
12 & illi. † Tacuit autem omnis mul
titudo: & audiebant Barnabam &
Paulum narrantes quãta Deus fe-
cisset signa & prodigia in gentib.
13 per eos. † Et postquam tacuerunt,
respõdit Iacobus, dicens, Viri fra-
14 tres, audite me. † Simon narrauit
quemadmodum primum Deus vi
sitauit sumere ex gentibus popu-
15 lum nomini suo. † Et huic concor-
dant verba Prophetarũ, sicut scri-
16 ptum est: † ‖ post hæc reuertar, &
Amos 9. c. 11. reædificabo tabernaculum Da-
uid, quod decidit, & diruta eius
17 reædificabo, & erigam illud: † vt
D requirant cęteri hominum Domi
num, & omnes gentes super quas
inuocatum est nomen meum, di-
18 cit Dominus faciẽs hæc. † Notum
à seculo est Domino opus suum.
19 † Propter quod ego iudico, non in
quietari eos qui ex gentibus con
20 uertuntur ad Deum, † sed ‖ scribe-
Inf.15.c.29 re ad eos vt abstineant se à conta-
21.c.25. minationibus simulachorum, &
fornicatione, & suffocatis, & san-
21 guine. † Moyses enim à tempori-
bus antiquis habet in singulis ci-
uitatibus qui eum prædicent in
synagogis, vbi per omne sabbathũ
22 legitur. † Tũc placuit Apostolis &
seniorib. cum omni ecclesia, elige
re viros ex eis, & mittere Antio-
chiam cum Paulo & Barnaba, Iu-
dam, qui cognominabatur Barsa-
bas, & Silam viros primos in fra-
23 tribus, † scribentes per manus eo-
* epistolã rum *. APOSTOLI & seniores, fra
continen- tres, his qui sunt Antiochiæ & Sy
tẽ hæc 4. riæ & Ciliciæ fratribus ex gentib.
24 salutem. † Quoniam audiuimus,

E quia quidam ex nobis exeuntes,
turbauerũt vos verbis, euertentes
animas vestras, quibus non man-
25 dauimus: † placuit nobis colle-
ctis in vnum, eligere viros & mit-
tere ad vos cũ charissimis nostris
26 Barnaba & Paulo: † hominibus
qui tradiderunt animas suas pro
nomine Domini nostri Iesu Chri
27 sti. † Misimus ergo Iudam & Silã,
qui & ipsi vobis verbis referent
28 eadem. † Visum est enim Spiritui
sancto & nobis, nihil vltra impo-
nere vobis oneris quàm hæc ne-
29 cessaria: † vt ‖ abstineatis vos ab im Su.15.d.20.
molatis simulachrorum, & sangui Inf.21.c.25
ne, & suffocato, & fornicatione, à
quibus custodiẽtes vos, benè age-
30 tis. Valete. † Illi ergo dimissi descẽ
F derunt Antiochiã: & congregata
multitudine tradiderũt epistolã.
31 † Quam cùm legissent, gauisi sunt
32 super consolatione. † Iudas aũt &
Silas, & ipsi cùm essent prophetę,
verbo plurimo consolati sunt fra
33 tres, & confirmauerunt. † Facto au
tem ibi aliquãto tempore, dimissi
sunt cum pace à fratribus ad eos
34 q miserant illos. † Visum est autẽ
Silæ ibi remanere:- Iudas autẽ so ~.7.
35 lus abijt' *. † Paulus autem & Bar- * Ierusalẽ
nabas demorabantur Antiochiæ,
docentes, & euangelizantes cum
alijs pluribus verbum Domini.
36 † Post aliquot autem dies, dixit ad
G Barnabã Paulus, Reuertẽtes visi-
temus fratres per vniuersas ciui-
tates, in quibus prędicauimus ver
bum Domini, quomodo se habe-
37 ant. † Barnabas autem volebat se-
cum assumere & Iohannem, qui
38 cognominabatur Marcus. † Pau-
lus autem rogabat eum, (vt qui
discessisset ab eis de Pamphylia,
& non isset cum eis in opus*) non * quo missi fuerant 5.
debere recipi. † Facta est autem
dissensio, ita vt discederent abin-
uicẽ, & Barnabas quidem assum-
pto Marco nauigaret Cyprum.
40 † Paulus verò electo Sila profect'
est, traditus gratiæ Dei à fratrib'.
† Peram-

41 † Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias:
4. præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum'.

CAP. XVI.

1 PErvenit autem in Derben & A Lystram. Et ecce, discipulus 'cuiusdam quidam erat ibi nomine Timó- Iudææ 3. theus, filius mulieris 'viduæ' fide-
2 lis, patre Gentili. † Huic testimo-
nium bonum reddebant qui in Lystris erant & Iconio fratres.
3 † Hunc voluit Paulus secum pro-
ficisci: & assumens circuncidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quòd pater eius erat Gentilis.
4 † Cùm autem pertransirent ciui-
tates, tradebant eis custodire dog mata, quæ erant decreta ab Apo-
stolis & senioribus qui erant Ie-
5 rosolymis. † Et ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abunda-
6 bant numero quotidiè. † Trans- euntes autem Phrygiam & Gala-
tiæ regionem, vetati sunt à Spiri- *Dei tu sancto loqui verbum * in Asia.
7 † Cùm venissent autem in Mysiã, B tentabant ire in Bithyniam, & nõ
8 permisit eos Spiritus Iesu. † Cùm autem pertrãsissent Mysiam, de-
9 scenderunt Troadem: † & visio per noctem Paulo ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans, & de-
precans eum, & dicens: Transiens
10 in Macedoniam, adiuua nos. † Vt autem visum vidit, statim quæsi-
uimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos Deus
11 euangelizare eis. † Nauigantes autem à Troade, recto cursu veni-
mus Samothraciam, & sequenti
12 die Neapolim: † & inde Philippos: quæ est prima partis Macedoniæ 'cõferẽtes hac vrbe diebus aliquot 'consistẽ-
13 tes'. † Die autem sabbathorum e- C gressi sumus foràs portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse: & sedentes loquebamur mulie-
14 ribus quæ conuenerant. † Et quæ-
dam mulier nomine Lydia, pur-
puraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Do-
minus aperuit cor intendere his
15 quæ dicebantur à Paulo. † Cùm autem baptizata esset, & domus eius, deprecata est, dicens, Si iudi-
castis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & ma-
16 nete. Et coëgit nos. † Factum est autem euntibus nobis ad oratio-
nem, puellam quandam haben-
tem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnũ præ-
stabat dominis suis diuinando.
17 † Hæc subsecuta Paulum & nos, clamabat, dicens, isti homines ser
ui Dei excelsi sunt, qui annuntiãt
18 vobis viam salutis. † Hoc autem D faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conuersus, spiri-
tui dixit, Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exijt
19 eadem hora. † Videntes autẽ do-
mini eius quia exiuit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum
20 ad principes: † & offerentes eos magistratibus, dixerunt, Hi ho-
mines conturbant ciuitatem no-
strã, cùm sint Iudæi: † & annun-
21 tiant morem quem non licet nõ-
bis suscipere, neq; facere, cùm si-
22 mus Romani. † Et cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus scis-
sis tunicis 'eorum', iusserunt eos 'suis
23 virgis cædi. † Et cùm ‖ multas pla- 2. Cor. 11. f.
gas eis imposuissent, miserũt eos 25.
in ‖ carcerem, præcipientes custo- 1. Thess. 2.
di vt diligenter custodiret eos. 2.
24 † Quj cùm tale præceptum acce- Phil. 1. c. 13.
pisset, misit eos in interiorem car d. 29.
cerem, & pedes eorum strinxit li-
25 gno. † Media autem nocte, Paulus & Silas orãtes, laudabant Deum.
Et audiebant eos qui in custodia
26 erant. † Subitò verò terræmotus factus est magnus, ita vt moneren-
tur fundamenta carceris. Et stã-
tim aperta sunt omnia ostia: &

Vniuer-

vniuersorum vincula soluta sunt.
27 † Expergefactus autē custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se
28 interficere, æstimans fugisse vinctos. † Clamauit autem Paulus voce magna, dicens, Nihil tibi malefeceris: vniuersi enim hic su-
29 mus. † Petitoq; lumine introgressus est: & tremefactus procidit
30 Paulo & Silæ ad pedes: † & producens eos foràs, ait, Domini, quid me oportet facere vt saluus fiam?
31 † At illi dixerunt, Crede in Dñm
F Iesum, & saluus eris tu & domus
32 tua. † Et locuti sunt ei verbū Domini cū omnibus qui erant in do-
33 mo eius. † Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorum: & baptizatus est ipse, & omnis do-
34 mus eius continuò. † Cumq; perduxisset eos in domū suam, apposuit eis mēsam, & lætatus est cum
35 omni domo sua credens Deo. † Et cùm dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes, Di-
36 mitte homines illos. † Nuntiauit autem custos carceris verba hæc Paulo: Quia miserunt magistra-
37 tus vt dimittamini. nunc igitur exeuntes, ite in pace. † Paulus autem dixit eis, Cæsos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miserūt in carcerem, & nunc oc-
G culte nos eijciunt? Non ita, sed ve-
38 niant, & ipsi nos eijciant: † Nuntiauerunt autē magistratib⁹ lictores
39 verba hæc. Timueruntq; audito quòd Romani essent: † & venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de
40 vrbe. † Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & visis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.

CAP. XVII.

1 CVm autē perambulassent Am-
A phipolim & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat
2 synagoga Iudæorum. † Secundum cōsuetudinem autē Paulus introiuit ad eos, & per sabbatha tria
3 disserebat eis de scripturis: † adaperiens & insinuās quia Christū oportuit pati & resurgere à mortuis: & quia hic est Iesus Christus,
4 quem ego annuntio vobis. † Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silę, & de colentibus Gentilibus multitudo magna, & mulieres nobiles non
5 paucæ. † Zelantes autē Iudæi, assumentesq; de vulgo viros quosdā B malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatē, & assistentes domui Iasonis, quærebant eos producere
6 in populū. † Et cū nō inuenissent eos, trahebant Iasonem & quosdā fratres ad principes ciuitatis, clamantes: † Quoniā hi qui orbem
7 concitant, & huc venerunt, quos suscepit Iason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciant, regē aliū
8 dicentes esse, Iesum. † Concitauerunt autē plebē, & principes ciui-
9 tatis audientes hæc. † Et accepta satisfactione à Iasone & à cæteris,
10 dimiserunt eos. † Fratres vero cōC festim per noctē dimiserunt Paulum & Silā in Beroeam. Qui cùm venissent, in synagogam Iudæo-
11 rum introierunt. † (Hi autē erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ, qui susceperūt verbum cū omni auiditate, quotidiè scrutantes scripturas, si hæc ita se ha-
12 berent. † Et multi quidē crediderunt ex eis, & mulierū Gentilium
13 honestarū, & viri nō pauci.) † Cùm autem cognouissent in Thessalonica Iudæi, quia & Beroæ prædicatū est à Paulo verbū Dei, venerunt & illuc, commouētes & tur-
14 bantes multitudinem. † Statimq; D tunc Paulū dimiserunt fratres, vt iret vsq; ad mare: Silas autem &
15 Timotheus remāserunt ibi. † Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum vsq; ad Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum, vt quàm celeriter

orbem
vrbem

leriter venirent ad illum: profe-
16 cti sunt. † Paulus autem cùm Athe-
nis eos expectaret, incitabatur
spiritus eius in ipso, videns idolo-
17 latriæ deditam ciuitatem. † Disputabat igitur in synagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro, per
[a] audierãt. omnes dies ad eos qui [a] aderant.
18 † Quidam autem Epicurei & Stoici philosophi differebant cum eo, & quidam dicebant: Quid vult
[a] semini- [a] seminator verborum hic, dicerbius. re? Alij verò, Nouorum dæmoniorum videtur annuntiator esse:
19 quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis. † Et apprehensum
E eum, ad Areópagum duxerunt, dicentes, Possumus scire quæ est
hæc noua, quæ à te dicitur, doctri-
20 na? † noua enim quædam infers
auribus nostris. Volumus ergo
21 scire quidnã velint hæc esse. † (Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vo-
eabant nisi aut dicere, aut audire
22 aliquid noui.) † Stans autẽ Paulus
[a] superfti- in medio Areopagi, ait, Viri Athetiosio- nienses, per omnia quasi [a] superres 2. (23 stitiosos vos video. † Prætereniens enim & videns simulachra vestra,
inueni & aram in qua scriptum
erat, IGNOTO DEO. Quod
ergo ignorantes colitis, hoc ego
24 annuntio vobis. † ‖ Deus qui fecit
Gen. 1. a. 1. F mundũ & omnia quæ in eo sunt,
Sap. 7. f. 48 hic cæli & terræ cùm sit Domin⁹,
‖ non in manu factis templis ha-
25 bitat, † nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cùm ipse
det omnibus vitã & inspirationẽ,
26 & omnia: † fecitq; ex vno omne
genus hominum, inhabitare su-
per vniuersam faciem terræ, definiẽs statuta tempora & terminos
27 habitationis eorũ, † quærere Deũ
[a] & 1. si forte attractent eum [a] aut' inueniant, quamuis non longè sit ab
28 vnoquoq; nostrũ. † In ipso enim
viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam vestrorum poëta-
Aratus. rum dixerunt, ‖ Ipsius enim & ge-
29 nus sumus. † ‖ Genus ergo cùm si- Isa. 40. d. 18
mus Dei, non debemus æstimare
auro aut argento, aut lapidi sculpturæ artis & cogitationis homi-
30 nis, Diuinũ esse simile. † Et tem-
G pora quidẽ huius ignorantiæ despiciẽs Deus, nunc annuntiat hominibus vt omnes vbique pœni-
31 tentiam agant, † eò quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo
statuit, fidem præbens omnibus,
32 suscitans eum à mortuis. † Cùm audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem ir-
ridebant, quidam verò dixerunt,
33 Audiemus te de hoc iterum. † Sic
Paulus exiuit de medio eorum.
34 † Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

CAP. XVIII.

1 POst hæc egressus ab Athenis,
2 venit Corinthũ, † & inueniens
A quendã Iudæum, nomine Aquilã, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorẽ eius (eò quòd præcepisset Clau-
dius discedere omnes Iudæos à
3 Roma) accessit ad eos. † Et quia eiusdem erat artis, manebat apud
eos, & operabatur (erant autem
4 scenofactoriæ artis) † Et disputabat in synagoga per omne sabbathum, interponens nomẽ Domini Iesu, suadebatque Iudæis &
5 Græcis. † Cùm venissent autẽ dẽ
B Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum, Iesum.
6 † Contradicentibus autem eis & blasphemãtibus, excutiens vestimẽta sua, dixit ad eos, Sanguis vester super caput vestrum, mundus
ego, ex hoc ad Gentes vadam.
7 † Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdã, nomine Titi iusti,
colẽtis Deũ, cuius domus erat con-
iuncta

8 iuncta synagogæ. † Crispus autem
C archisynagogus credidit Domi-
no, cum omni domo sua: & multi
Corinthiorum audientes crede-
9 bant, & baptizabantur. † Dixit au-
tem Domin⁹ nocte per visionem
Paulo, Noli timere, sed loquere,
10 & nè taceas, † propter quod ego
sum tecum, & nemo apponetur
tibi vt noceat te: quoniam popu-
lus est mihi multus in hac ciuita-
11 te. † Sedit autem ⁹annum & sex
⁹ibi menses, docens apud eos verbum
12 Dei. † Gallione autem proconsu-
le Achaiæ, insurrexerunt vno ani-
mo Iudæi in Paulum, & adduxe-
13 runt eum ad tribunal, † dicentes,
Quia contra legem hic persuadet
14 hominibus colere Deum. † Inci-
D piente autem Paulo aperire os, di-
xit Gallio ad Iudæos, Si quidem
esset iniquum aliquid, aut facinus
pessimum ô viri Iudæi, rectè vos
15 sustinerem. † Si verò quæstiones
sunt de verbo & nominibus, &
legis vestræ, vosipsi videritis: Iu-
16 dex ego horum nolo esse. † Et mi-
17 nauit eos à tribunali. † Apprehen-
dentes autem omnes Sosthenem
principem synagogæ, percutie-
bant eum ante tribunal: & nihil
18 eorum Gallioni curæ erat. † Pau-
E lus verò cùm adhuc sustinuisset
dies multos, fratribus valefaciēs,
nauigauit Syriam, (& cum eo Pri-
Nu.6.c.18. scilla & Aquila,) qui sibi ‖ totон-
Iaf.21.d.24 derat in Cenchris caput. habebat
19 enim votum. † Deuenitq; Ephe-
sum, & illos ibi reliquit. Ipse ve-
rò ingressus synagogam, disputa-
20 bat cum Iudæis. † Rogantibus au-
tem eis, vt ampliori tempore ma-
21 neret, non consensit, † sed valefa-
ciens, & dicens, Iterum reuertar
ad vos Deo volente, profectus est
22 ab Epheso. † Et descendens Cæsa-
F ream, ascendit, & salutauit eccle-
siam, & descendit Antiochiam.
23 † Et facto ibi aliquanto tempore
profectus est, perambulans ex or-
dine Galaticam regionē & Phry-
giam, confirmans omnes discipu-
24 los. † Iudæus autem quidam, A-
pollo nomine, Alexandrinus ⁹genere, ⁹natione
vir eloquens, deuenit Ephe-
25 sum, potens in scripturis. † Hic e-
rat edoctus viam Domini, & fer-
uens spiritu loquebatur, & doce-
bat diligenter ea quæ sunt Iesu,
sciens tantùm baptisma Iohan-
26 nis. † Hic ergo cœpit fiducialiter
G agere in synagoga. Quem cùm au
dissent Priscilla & Aquila, assum-
pserunt eum, & diligentius expo-
suerunt ei viam ⁹Domini⁹. † Cum ⁹Dei⁹.
27 autem vellet ire Achaiam, exhor-
tati fratres, scripserunt discipulis
vt susciperent eum. Qui cùm ve-
nisset contulit multū his qui cre-
28 diderant. † Vehementer enim Iu-
dæos reuincebat, publicè ostendēs
per scripturas, esse Christum
Iesum.

CAP. XIX.

1 † FActum est autem cùm Apollo
A esset Corinthi, vt Paulus per-
agratis superioribus partibus ve-
niret Ephesum, & inueniret quos
2 dam discipulos, † dixitq; ad eos,
Si Spiritum sanctū accepistis cre-
dentes? At illi dixerunt ad eum,
Sed neque si Spiritus sanctus est,
3 audiuimus. † Ille verò ait, In quo
ergo baptizati estis? Qui dixerūt,
4 in Iohannis baptismate. † Dixit
autem Paulus: ‖ Iohannes bapti- Mat.3.c.11.
zauit baptismo pœnitentiæ po- Mar.1.b.8.
pulum, dicens: In eum qui ventu- Luc.3.c.16.
rus esset post ipsum vt crederent, Ioh.1.d.26
5 hoc est, in Iesum. † His auditis, ba- Sup. 1.2.5.
ptizati sunt in nomine Domini 11.b.16.19.
6 Iesu. † Et cùm imposuisset illis a.4.
manus Paulus, ‖ venit Spiritus Sup.2.a.4.
B sanctus super eos, & loquebantur
7 linguis, & prophetabant. † Erant
autem omnes viri ferè duodecim.
8 † Introgressus autem synagogam,
cum fiducia loquebatur per tres
menses, disputans & suadens de
9 regno Dei. † Cùm autem quidam
indurarentur, & non crederent,
male-

a viæ coram 1.

a maledicentes viam Domini coram' multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni
10 cuiusdam. † Hoc aũt factũ est per bienniũ, ita vt oẽs qui habitabãt in Asia, audirent verbũ Dũi, Iu-
11 dæi atq; Gentiles. † Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per
12 manum Pauli: † ita vt etiam super languidos deferrentur a corpore eius sudaria vel semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spi-
13 ritus nequã egrediebantur. † Tẽ-
C tauerunt autem quidam - &' de -1. circumeuntibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat.
14 † Erant autem quidam Sceuæ Iudæi principis sacerdotum septẽ
15 filij, qui hoc faciebant. † Respondens autem spiritus nequam dixit eis, Iesum noui, & Paulum
16 scio: vos autem qui estis? † Et insiliens homo in eos in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effu-
17 gerent de domo illa. † Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis atq; Gentilibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificaba-
18 tur nomen Domini Iesu. † Mul-
D tiq; credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus suos. † Multi aũt ex eis qui fuerant
19 curiosa sectati, contulerũt libros, & cõbusserunt corã omnibus: & cõputatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniã denariorũ quin-
20 quaginta millium. † Ita fortiter crescebat verbum Dei & confir-
21 mabatur. † His aũt expletis proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia & Achaia ire Ieroso lymam, dicens, Postquam fuero ibi, oportet me & Romã videre.
22 † Mittens aũt in Macedoniã duos ex ministrantibus sibi, Timótheum & Erastum, ipse remansit ad
23 tempus in Asia. † Facta est autem
E illo tempore turbatio non mini-
24 ma de via Domini'. † Demetrius -.3. enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non mo
25 dicum quæstum: † quos conuocãs & eos qui huiusmodi erant opifices, dixit, Viri, scitis quia de hoc
26 artificio est nobis acquisitio: † & videtis, & auditis quia non solũ Ephesi, sed pene totius Asiæ, Paulus hic suadens auertit multã turbam, dicens, Quoniã non sunt
27 dij qui manibus fiunt. † Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas eius, quam
28 tota Asia & orbis colit. † His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes, Magna Diana E-
29 phesiorũ. † Et impleta est ciuitas
F tota confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, rapto Gaio & Aristarcho Mace-
30 donibus comitibus Pauli. † Paulo aũt volente intrare in populum,
31 non permiserunt discipuli. † Quidam aũt & de Asiæ principibus qui erant amici eius, miserunt ad eũ, rogantes ne se daret in thea-
32 trũ: † alij autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa: & plures nesciebant qua ex causa conuenissent. † De turba autem de-
33 traxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem popu-
34 lo. † Quem vt cognouerunt Iudæum esse, vox facta vna est omnium, quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum.
35 † Et cùm sedasset scriba turbas, di-
G xit, Viri Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ

36 Dianæ, Iouisque prolis? † Cũ ergò his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil
37 temerè agere. † Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam ve-
38 stram. † Quòd si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam, cõuentus forenses aguntur, & procon-
39 sules sunt, accusent inuicem. † Si quid autem alterius rei quæritis: in legitima ecclesia poterit ab-
40 solui. † Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ: cùm nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus isti-
41 us. † Et cùm hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

CAP. XX.

1 A Postquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est vt iret in Ma-
2 cedoniam. † Cùm autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, ve-
3 nit ad Græciam: † vbi cùm fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam: habuitq; consilium vt re-
4 uerteretur per Macedoniã. † Comitatus est autem eum * * Sosipater Pyrrhi Beroensis, Thessaloni-
5 censium verò Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derbéus, & Timótheus, Asiam verò Tychicus &
5 Trophimus. † Hi cum pręcessissent, sustinuerunt nos Troade:
6 † nos verò nauigauimus post dies
B azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinq;, vbi demorati sumus die-
7 bus septem. † Vna autem Sabbathi cùm conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxitque sermonẽ vsq;
8 in mediam noctem. † Erant autẽ lampades copiosæ in cœnaculo,
9 vbi eramus congregati. † Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus, super fenestram, cũ mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno, cécidit de tertio cœnaculo deor-
10 sum, & sublatus est mortuus. † Ad
C quem cùm descendisset Paulus, incubuit super eum: & complexus dixit, Nolite turbari, anima
11 enim ipsius in ipso est. † Ascendens autem, frangensq; panem & gustans, satisq; allocutus vsq;
12 in lucem, sic profectus est. † Adduxerunt autem puerum viuentẽ, & consolati sunt non minimè.
13 † Nos autem ascendentes nauẽ, nauigauim' in Asson, inde suscepturi Paulum. sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus.
14 † Cùm autem inuenisset nos in Asson, assumpto eo venim' Mity-
15 lénen. † Et inde nauigantes, sequenti die venimus contra Chium: & alia applicuimus Samum: & sequenti die venimus Milétũ.
16 † proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecosten faceret Ierosolymis.
17 † A Miléto autẽ mittẽs Ephesum, vocauit maiores natu ecclesiæ.
18 † Qui cùm venissent ad eum, & simul essent, dixit eis, Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscũ per om-
19 ne tempus fuerim, † seruiens Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderũt ex insidijs Iudæo-
20 rum: † quomodo nihil subtraxerim vtilium, quominus annuntiarem vobis, & docerem vos
21 publicè & per domos, † testificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam & fidem in Dominum nostrum Iesum Chri-
22 stum. † Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Ierusalem: quæ

* vsque in Asiam 3.
* Sopater

quæ in ea ventura sunt mihi ig-
23 norãs,† nisi quòd Spiritus sanctus
per omnes ciuitates mihi prote-
statur, dicens, quoniam vincula
& tribulationes Ierosolymis me
24 manent.† Sed nihil horũ vereor:
nec facio animam meam pretio-
siorẽ quàm me, dummodo cõsum
mem cursum meũ & ministeriũ
*verbi *quod accepi à Domino Iesu te-
stificari Euangelium gratiæ Dei.
25 †Et nunc ecce ego scio, quia am-
plius nõ videbitis faciem meam
vos oẽs, per quos transiui prædi-
26 cans regnum Dei.† Quapropter
F contestor vos hodierna die, quia
mundus sum à sanguine omniũ.
27 †Non enim subterfugi, quomi-
nus annuntiarem omne consiliũ
28 Dei vobis.† Attendite vobis, & v-
niuerso gregi, in quo vos Spiritus
sanctus posuit episcopos, regere
ecclesiam Dei, quam acquisiuit
29 sanguine suo.† Ego scio quoniam
*graues 1. intrabunt post discessionẽ meam
lupi *rapaces in vos nõn parcẽtes
30 gregi.† Et ex vobis ipsis exurgent
viri loquentes peruersa, vt abdu-
31 cant discipulos post se. † Propter
quod vigilate, memoria retinen-
tes quoniam per triennium no-
cte & die non cessaui, cũ lachry-
mis mouens vnumquemq; vestrũ.
32 †Et nunc commendo vos Deo
& verbo gratiæ ipsius, qui potens
est ædificare, & dare hæreditatẽ
33 in sanctificatis omnibus. † Argẽ-
G tum & aurum, aut vestem nulli-
34 us concupiui.† *Ipsi scitis quoni-
*sicut am ad ea quæ mihi opus erant, &
2.Cor.4.c. 12. his qui mecum sunt, ministraue-
(35 rũt manus istæ. † Omnia ostendi
2.The.2.b. 9. vobis, quoniam sic laborantes, o-
portet suscipere infirmos ac me-
1.Thes.3. b.1. minisse verbi Domini Iesu, (quo-
niam ipse dixit,) Beatius est
36 magis dare, quàm accipere.† Et cùm
hæc dixisset, positis genibus suis
37 orauit cum omnibus illis. † Ma-
gnus autem fletus factus est om-
nium: & procumbentes super col
38 lum Pauli, osculabantur eũ, † do-
lentes maximè in verbo quod di
xerat, quoniam amplius faciem
eius non essent visuri. Et deduce-
bant eum ad nauem.

CAP. XXI.

1 CVm autem factum esset vt na
A uigaremus, abstracti ab eis,
recto cursu venimus Coum, & se-
quenti die Rhodum, & inde Pa-
2 taram.† Et cùm inuenissemus nau-
em transfretantem in Phœni-
cem: ascendentes nauigauimus.
3 † Cùm apparuissemus autem Cy-
pro, relinquẽtes eã ad sinistram,
nauigauimus in Syriam, & veni-
mus Tyrũ: ibi enim nauis exposi-
4 tura erat onus. † Inuentis autem
discipulis, mansimus ibi diebus
septem: qui Paulo dicebant per
Spiritũ, ne ascenderet Ierosoly-
5 mã.† Et expletis diebus profecti
ibamus, deducentibus nos om-
nibus cũ vxoribus & filijs vsq; fo
ras ciuitatẽ: & positis genibus in
6 litore, orauimus.† Et cùm valefe-
cissemus inuicem, ascendimus na
uem: illi autem redierunt in suã.
7 †Nos verò nauigatione *explici-
B ta à Tyro descẽdimus Ptolemai-
dam: & salutatis fratribus, mansi-
8 mus die vna apud illos.† Alia aũt
die profecti, venimus Cęsaream,
Et intrantes domũ Philippi euã-
gelistę, qui erat vnus de septem,
9 mansimus apud eũ.† Huic autem
erant quatuor filiæ virgines, pro-
10 phetantes. † Et cùm moraremur
p dies aliquot, superuenit quidã
à Iudæa propheta nomine Aga-
11 bus. † Is cũ venisset ad nos, tulit
zonã Pauli: & alligans sibi pedes
& manus dixit, Hæc dicit Spiri-
tus sanctus: Virũ cuius est zona
hęc, sic alligabunt in Ierusalẽ Iu-
dęi, & tradẽt in manus Gentium.
12 †Quod cũ audissemus, rogabam*
C nos & qui loci illius erãt, ne ascẽ-
13 deret Ierosolymam.† Tunc respõ-
dit Paulus, & dixit, Quid fact-

*expleta 12.

Sup.6.b.5.

tis flentes & affligentes cor meum? Ego enim non solùm alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini
14 Iesu. † Et cùm ei suadere nō possemus, quieuimus, dicentes, Domi-
15 ni vuluntas fiat. † Post dies autem istos præparati, ascendebamus in
16 Ierusalem. † Venerunt aũt & ex discipulis à Cæsaréa nobiscum, adducentes secum (apud quem *Mnasonẽ hospitaremur) *Iasonẽ quendam 1. Cyprium, antiquum discipulum.
17 † Et cùm venissemus Ierosolymã, libenter acceperunt nos fratres.
18 † Sequenti autem die introibat Paulus nobiscũ ad Iacõbum, omnesque collecti sunt seniores.
19 † Quos eũ salutasset, narrabat per D singula quæ Deus feciſſet in Gen
20 tibus p̃ ministeriũ ipsius. † At illi cũ audissent, magnificabant Deũ, dixeruntq; ei: Vides frater quot millia sunt in Iudæis qui credide runt: & omnes æmulatores sunt
21 legis. † Audierunt aũt de te, quia discessionẽ doceas à Moyse eorũ qui per Gentes sunt Iudæorũ: dicens non debere eos circuncidere filios suos, neq; secundum cõ-
22 suetudinem ingredi. † Quid ergo est? vtique oportet conuenire multitudinem: audient enim te
23 superuenisse. † Hoc ergo facquod tibi dicimus, Sunt nobis viri qua tuor, votum habentes super se.
24 † His assumptis, sanctifica te cum
Nu.16.c.18 illis: & impende in illis, ‖ vt ra-
Su.18.c.8. dant capita & scient omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodi-
25 ens legem. † De his autem qui E crediderunt ex Gentibus nos
Su.15.d.20 ‖scripsimus, iudicãtes vt abstine-
e.29. ant se ab idõlis, immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatio-
26 ne. † Tũc Paulus assumptis viris,
In.24.c.18 postera die ‖purificatus cum illis intrauit in templũ, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquo
27 que eorum oblatio. † Dum autem septem dies consummarentur, hi qui de Asia erant Iudæi, cùm vidissent eum in templo, concitauerunt omnem populum, & in
28 iecerunt ei manus, † clamantes, Viri Israelitæ adiuuate: hic est ho mo qui aduersus populum & legem & locum hunc omnes vbiq; docens, insuper & gentiles induxit in templum, & violauit sanctum locum istum. † (Viderant
29 F enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem æstimauerunt quoniam in templum in-
30 troduxisset Paulus.) † Commotaque est ciuitas tota: & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum: & statim clausæ
31 sunt ianuæ. † Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis, Quia tota confun
32 ditur Ierusalem. † Qui statim assumptis militibus & centurionibus, decurrit ad illos. ‖ Qui cùm In.26.c.31.
vidissent tribunum & milites, cessauerunt percutere Paulum.
33 † Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus: & interroga-
34 bat quis esset, & quid feciſſet. † Alij autem aliud clamabant in
G turba. Et cùm non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit
35 duci eum in castra. † Et cum venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim
36 populi. † Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eũ.
37 † Et cùm cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui di-
38 xit, Græcè nosti? † Nonne tu es Ægyptius qui ante hos dies tu multũ concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum
39 sicariorum? † Et dixit ad eum Paulus, ‖ Ego hõmo sum quidem Inf.22.b.
Iudæus à Tharso, Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo

go autem te, permitte mihi lo-
40 qui ad populum. † Et cùm ille D
permisisset, Paulus, stans in gradi-
bus, annuit manu ad plebem, & 14
magno silentio facto, allocutus
est lingua Hebræa, dicens:

CAP. XXII.

1 VIri fratres & patres, audite
quā ad vos nunc reddo ratio-
2 nem. † (Cùm audissent autē quia
A Hebræa lingua loqueretur ad il-
los, magis præstiterunt silentium.
3 Et dicit,) † ‖Ego sum vir Iudæus,
Su.21.g.39 natus Tharso Ciliciæ. nutritus
autem in ista ciuitate, secus pe-
des Gamaliel eruditus iuxta veri- E
tatem paternæ legis, æmulator le
gis sicut & vos omnes estis hodie:
Sup.8.a.3. 4 † ‖qui hanc viam persecutus sum
vsque ad mortem, alligans & tra-
dens in custodias viros ac mulie-
5 res, † sicut princeps sacerdotum
Sup.9.a.2. mihi testimonium reddit, & om-
nes maiores natu, ‖ à quib. & epi-
B stolas accipiens ad fratres, Dama
scum pergebam, vt adducerem in
de vinctos in Ierusalem, vt puni-
6 rentur. † ‖Factum est autem eunte
Sup.9.a.3. me, & appropinquante Damasco
media die, subitò de cælo circum-
7 fulsit me lux copiosa: & decidens
in terram, audiui vocem dicen-
tem mihi, Saule, Saule, quid me
8 persequeris? † Ego autem respon-
di, Quis es Domine? Dixitque ad
me, Ego sum Iesus Nazarenus,
9 quem tu persequeris. † Et qui me-
C cum erant, lumen quidem vide-
runt, vocem autem non audie-
runt eius qui loquebatur mecum.
10 † Et dixi, Quid faciam Domine?
Dominus autem dixit ad me, Sur
gens vade Damascum, & ibi tibi
dicetur de omnibus quæ te opor-
11 teat facere. † Et cùm non viderem
præ claritate luminis illius, ad
manum deductus à comitibus, ve
12 ni Damascum. † Ananias autem
*timora- quidam, vir *secundum legem te-
tus i. stimonium habens ab omnibus
13 habitantibus Iudæis, † veniens ad
me, & astans dixit mihi, Saule
frater, respice. Et ego eadem ho-
14 ra respexi in eum. † At ille dixit
Deus patrum nostrorum præor-
dinauit te, vt cognosceres volun-
tatem eius, & videres iustum, &
15 audires vocem ex ore eius: † quia
eris testis illius ad omnes homi-
nes, eorum quæ vidisti & audisti.
16 † Et nunc quid moraris? Exurge, &
baptizare, & ablue peccata tua in
17 nocato nomine ipsius. † Factum
est autem reuertenti mihi in Ie-
rusalem, & oranti in templo, fie-
ri me in stupore mentis, † & vide-
18 re illum dicentem mihi: Festina,
& exi velociter ex Ierusalem,
quoniam non recipient testimo-
19 nium tuum de me. † Et ego dixi,
Domine, ipsi sciunt quia ‖ ego e- Sup.8.a.3.
ram concludens in carcerem, &
cædens per synagogas eos qui cre
20 debant in te. † Et cùm funderetur
sanguis Stéphani testis tui, ego
astabam & consentiebam, & cu- Sup.7.g.58
stodiebam vestimēta interficien-
21 tium illum. † Et dixit ad me, Vade,
quoniam ego in nationes longè
22 mittam te. † Audiebant autem e-
um vsque ad hoc verbum, & leuā
uerunt vocem suam dicētes, Tol-
F le de terra huiusmodi: non enim
23 fas est eum viuere. † Vociferan-
tibus autem eis, & proijcientibus
vestimenta sua, & puluerem
24 iactantibus in aërem, † iussit tri-
bunus induci eum in castra, & fla-
gellis cædi, & torqueri eum: vt
sciret propter quam causam sic
25 acclamarent ei. † Et cùm astrinxis-
sent eum loris, dicit astanti sibi
Centurioni Paulus: Si hominem
Romanum & indemnatum licet
26 vobis flagellare? † Quo audito,
Centurio accessit ad tribunum,
& nuntiauit, dicens: Quid actu-
rus es? hic enim homo ciuis Ro-
27 manus est. † Accedens autem tri-
G bunus, dixit illi, Dic mihi, si tu
Romanus es? At ille dixit, Etiam.

28 ‡Et respōdit tribunus, Ego multa
*ciuilitatē summa *ciuitatem hanc conse-
cutus sum. Et Paulus ait: Ego aūt
29 & natus sum. ‡ Protinus ergo dis-
cesserunt ab illo qui eum torturi
erant. Tribunus quoque timuit
postquam resciuit, quia ciuis Ro
manus esset, & quia allegasset e-
30 um. ‡ Postera autem die volens
scire diligentius qua ex causa ac-
cusaretur a Iudæis, soluit eum, &
iussit sacerdotes conuenire & om
ne concilium, & producens Pau-
lum, statuit inter illos.

CAP. XXIII.

1 INtendens autem in concilium
A Paulus ait, Viri fratres, ego om-
ni conscientia bona, conuersatus
sum ante Deum, vsq; in hodier-
2 num diem. ‡ Princeps autem sa-
cerdotum Ananias præcepit astā-
3 tibus sibi percutere os eius. ‡ Tunc
Paulus dixit ad eum, Percutiet te
*sedes iudi cans 1. Deus, paries dealbate. Et tu *sedēs
iudicas me secundum legem, &
contra legem iubes me percuti?
4 ‡Et qui astabāt dixerunt: Summū
5 sacerdotem Dei maledicis? ‡ Dixit
autem Paulus, Nesciebam fratres
quia princeps est sacerdotū. Scri-
Ex.22.d.21 ptum est enim: ‖ Principē populi
6 tui non maledices. ‡ Sciens autem
Paulus quia vna pars esset Sadduc-
cæorum, & altera Pharisæorum,
exclamauit in concilio, Viri fra-
Phil.3.b.5. tres, ‖ ego Pharisæus sum filius
*Pharisæi 1 *Pharisæorum: de spe & resurre-
In.24.f.22. ctione mortuorum ego iudicor.
7 ‡Et cùm hæc dixisset, facta est dis-
B sensio inter Pharisæos & Sadduc-
cæos, & soluta est multitudo.
8 ‡‖ Sadducæi enim dicunt non esse
Mt.22.d.23 resurrectionem, neq; angelum,
neq; Spiritum: Pharisæi autem
9 vtraq; confitentur. ‡ Factus est au-
tem clamor magnus. Et surgentes
quidam Pharisæorum, pugnabāt,
dicentes: Nihil mali inuenimus
in homine isto, quid si spiritus lo-
10 cutus est ei, aut angelus? ‡ Et cùm
magna dissensio facta esset, timēs
tribunus ne discerperetur Paulus
ab ipsis, iussit milites descendere,
& rapere eum de medio eorum,
11 ac deducere eum in castra. ‡ Se-
quenti autem nocte assistens ei
Dominus, ait: Constans esto, sicut
enim testificatus es de me in Ie-
rusalem, sic te oportet & Romæ
12 testificari. ‡ Facta autem die col-
legerunt se quidam ex Iudæis, &
deuouerunt se, dicentes, neque
manducaturos, neque bibituros
13 donec occiderent Paulum. ‡ E-
rant autem plus quàm quadragin
ta viri, qui hanc coniurationem
14 fecerant: ‡ qui accesserunt ad prin
cipes sacerdotum & seniores, &
dixerunt, Deuotione deuouimus
nos nihil gustaturos, donec occi-
15 damus Paulum. ‡ Nunc ergo vos
notum facite tribuno cum conci-
lio, vt producat illum ad vos, tan-
quam aliquid certius cognituri
de eo. Nos verò, priusquam ap-
propiet, parati sumus interficere
16 illum. ‡ Quòd cùm audisset filius
sororis Pauli insidias, venit & in-
trauit in castra, nuntiauitq; Pau-
17 lo. ‡ Vocans autem Paulus ad se v-
D num ex Centurionibus, ait: Ado-
lescentem hunc perduc ad tribu-
num, habet enim aliquid indica-
18 re illi. ‡ Et ille quidem assumens
eum duxit ad tribunum, & ait:
Vinctus Paulus* rogauit me hunc *vocans 6.
adolescentem perducere ad te,
19 habentem aliquid loqui tibi. ‡ Ap
prehendens autem tribunus ma-
num illius, secessit cum eo seor-
sum, & interrogauit illum, Quid
20 est quod habes indicare mihi? ‡ Il-
le autem dixit, Iudęis conuēnit ro
gare te, vt crastina die producas
Paulum in concilium, quasi ali-
quid certius inquisituri sint de
21 illo. ‡ tu verò ne credideris illis, in
sidiantur enim ei ex eis viri am-
plius quàm quadraginta, qui se
deuouerunt non manducare ne-
que

que bibere, donec interficiant eum, & nunc parati sunt, expectãtes promissum tuum. † Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ne cui loqueretur quoniam hæc nota sibi fecisset. † Et conuocatis duobus centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos, vt eant vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: † & iumenta præparate, vt imponentes Paulum, eum saluum perducerẽt ad Felicem præsidem. † (Timuit enim, ne forte raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam acceptaturus pecuniam') † scribens epistolã continentẽ hæc: CLAVDIVS Lysias optimo Præsidi Felici salutem. † Virum hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu, eripui, cognito, quia Romanus est. † Volensque scire causam quam obijciebant illi, deduxi eum in concilium eorum. † Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum: nihil verò dignum morte aut vinculis habentem crimen. † Et cùm mihi perlatum esset de insidijs quas parauerant illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus, vt dicant apud te, Vale. † Milites verò, secundum præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem. † Et postera die dimissis equitibus vt cum eo irent, reuersi sunt ad castra. † Qui cùm venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum. † Cùm legisset autem, & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia de Cilicia, † Audiam te, inquit, cùm * accusatores tui venerint. iussitq; in prætorio Herodis custodiri eum.

CAP. XXIIII.

Post quinq; autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias, cum senioribus quibusdam & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum. † Et citato Paulo, cœpit accusare Tertullus, dicens: Cùm in multa pace agamus per te, & multa corrigãtur per tuam prouidentiam: † semper & vbique suscipimus optime Felix, cum omni gratiarum actione. † Ne diutius autem te protraham, oro breuiter vt audias nos pro tua clementia. † Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & auctorem seditionis sectæ Nazarenorum, † qui etiam templum violare conatus est, quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare. † Superueniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris. † iubens accusatores eius ad te venire, à quo poteris ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. † Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere. † Respondit autẽ Paulus, (annuente sibi præside dicere.) Ex multis annis te esse iudicẽ genti huic sciẽs, bono animo pro me satisfaciam. † Potes enim cognoscere quia non plus sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalem. † & neque in templo inuenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neq; in synagogis, neque in ciuitate: † neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. † Confiteor aũt hoc tibi, quòd secũdum sectam, quam dicunt hæresim, sic *deseruio patri Deo meo credẽs *patrio 2. omnibus quæ in lege & Prophetis scripta sunt: † spem habens in

Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futurã iustorum
16 & iniquorum. †In hoc & ipse studeo sine offendiculo cõscientiam habere ad Deum, & ad homines
17 semper. † Post annos autem plures eleemosynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, &
18 vota: ‖ in quibus inuenerunt me
Su.21.c.26. purificatum in templo: non cum
19 turba neq; cum tumultu. † * Qui-
* Et apprehenderunt me, clamãtes & dicentes, Tolle (F cum nostrum.
dam autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse & accusare, si quid haberent ad
20 uersum me: † aut hi ipsi dicant,
si quid inuenerunt in me iniqui-
21 tatis, cùm stem in concilio, † nisi
inimi- de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans, ‖ Quoniam de resurrectione mortuorum
22 ego iudicor hodie à vobis. † Di-
Su. 23.b.6. stulit autem illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicens: Cùm Tribunus Lysias descenderit, au-
23 diam vos. † Iussitque Centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quenquam de suis prohi-
24 bere ministrare ei. † Post aliquot
G autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit
ab eo fidem quæ est in Christum
25 Iesum. † Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respon
dit, Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno ac-
26 cersam te: † simul & sperans, quod
27.8. pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo.
27 † Biennio autem expleto, accepit
succesſorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAP. XXV.

1 † Festus ergo cùm venisset in pro
A uinciam, post triduum ascen-
2 dit Ierosolymam à Cæsaréa. † A-
dierunt q; eum principes sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulum: & rogabant eum,
3 † postulantes gratiam aduersus e-
um, vt iuberet perduci eum in Ierusalem, insidias tendentes vt in-
4 terficerent eum in via. † Festus autem respondit, seruari Paulum in Cæsaréa: se autem maturius pro-
5 fecturum. † Qui ergo in vobis (ait)
potentes sunt, descendẽtes simul, si quod est in viro crimen, accu-
6 sent eum. † Demoratus autem in-
B ter eos dies non amplius quàm octo aut decem, descendit Cæsaréam, & altera die sedit pro tribu-
7 nali, & iussit Paulũ adduci. † Qui
cũ perductꝰ esset, circumsteterũt eum qui ab Ierosolyma descende
rant Iudæi, multas & graues causas obijcientes, quas nõ poterant
8 probare. † Paulo rationem redden
te, Quoniam neq; in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quicquam pec-
9 caui. † Festus autem volens grati-
C am præstare Iudæis, respondens Paulo, dixit: Vis Ierosolymam a-
scendere, & ibi de his iudicari a-
10 pud me? † Dixit autem Paulus: Ad
tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari, Iudæis nou nocui, si-
11 cut tu melius nosti. † Si enim no-
cui, aut dignum morte aliquid feci, nõ recuso mori. si vero nihil est
eorum quę hi accusant me, nemo
potest me illis donare. Cæsarem
12 appello. † Tunc Festus cum con-
cilio locutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.
13 † Et cùm dies aliquot transacti es-
D sent: Agrippa rex & Bernice descenderunt Cęsaréam ad salutan-
14 dum Festum. † Et cùm dies plures
ibi demorarentur, Festus regi indicauit de Paulo, dicens: Vir quidam est derelictus à Felice vin-
15 ctus, † de quo cùm essem Ierosoly-
mis, adierunt me principes sacerdotum & seniores Iudæorũ, postulantes aduersus illum damnationem.

16 nem.† Ad quos respondi, Quia nō
est Romanis consuetudo donare
aliquem hominem, priusquam
is qui accusatur, pręsentes habeat
accusatores, locumq; defendendi
17 accipiat ad ablueda crimina.† Cū
E ergo huc conuenissent, sine vlla
dilatione sequenti die sedens pro
18 tribunali, iussi adduci virum.† De
quo cùm stetissent accusatores,
nullam causam deferebant, de
quibus ego suspicabar malum.
19 † Quæstiones verò quasdā de sua
superstitione habebant aduersus
eum, & de quodā Iesu defuncto
20 quē affirmabat Paulus viuere.† Hę
sitans aūt ego de huiusmodi quæ-
stione, dicebā si vellet ire Ieroso-
21 lymam, & ibi iudicari de istis.† Pau
F lo autem appellante vt seruare-
tur ad Augusti cognitionem iussi
seruari eū, donec mittam eū ad
22 Cæsarem. † Agrippa autem dixit
ad Festum, Volebam & ipse homi
nē audire. Cras, inquit, audies eū.
23 † Altera aūt die cū venisset Agrip
pa & Bernice cum multa ambitio
ne, & introissent in auditorium
cum tribunis & viris principali-
bus ciuitatis, iubente Festo ad-
24 ductus est Paulus. † Et dicit
Festus, Agrippa rex, & om-
G nes qui simul adestis nobiscum vi
ri, videtis hunc, de quo om-
nis multitudo Iudæorum inter-
pellauit me Ierosolymis, * peten-
tes & acclamantes non oporte-
25 re eum viuere amplius. † Ego
verò comperi nihil dignum mor-
te eum admisisse. Ipso autem hoc
appellante ad Augustum, iudica-
26 ui mittere. † De quo quid cer-
tum scribam domino, non ha-
beo. Propter quod produxi eum
ad vos, & maximè ad te, rex A-
grippa, vt interrogatione facta
27 habeam, quid scribam. † Sine
ratione enim mihi videtur, mit-
tere vinctum, & causas e-
ius non signifi-
care.

Augusti cognitiōi.

& hic 4.

CAP. XXVI.

1 A Grippa verò ad Paulum ait,
A Permittitur tibi loqui pro te
metipso. Tunc Paulus extenta ma
2 nu cœpit rationem reddere. † De
omnibus quibus accusor a Iudęis,
rex Agrippa, æstimo me beatum,
apud te cùm sim defensurus me
3 hodie, † maximè te sciente omnia
quę apud Iudæos sunt consue
tudines & quæstiones: Propter
quod obsecro, patiēter me audi-
4 as.† Et quidē vitam meam à iuuē-
tute, quæ ab initio fuit in gente
mea in Ierosolymis, nouerūt oēs
5 Iudæi.† Præscientes me ab initio
B (si velint testimonium perhibe-
re) quoniā secundum certissimam
sectā nostræ religionis vixi Phari
6 sæus. † Et nunc in spe quæ ad pa-
tres nostros repromissionis facta
7 est à Deo, sto iudicio subiect † in
qua duodecim tribus nostræ no-
cte & die deseruientes, sperant de
uenire. De qua spe accusor à Iudæ
8 is, rex. † Quid incredibile iudica-
tur apud vos, si Deus mortuos su-
9 scitat? † Et ego quidem existima-
ueram, me aduersus nomen Iesu
Nazareni debere multa contraria
10 agere.† ‖ quod & feci Ierosolymis,
C & multos sanctorum ego in carce
rib. inclusi, à principibus sacerdo-
tū potestate accepta: & cū occide
11 rentur, detuli sententiam.† Et per
omnes synagogas frequenter pu-
niens eos, compellebam blasphe-
mare: & amplius insaniēs in eos,
persequebar vsq; in exteras ciui-
12 tates.† In quibus ‖ dum irem Da-
mascū cum potestate & permissu
13 principū sacerdotū, † ‖ die media,
in via, vidi, rex, de cælo supra splē
dorē solis circunfulsisse me lumē,
& eos qui mecum simul erant.
14 † Omnesque nos cùm decidisse-
D mus in terram, audiui vocem lo-
quentē mihi Hebraica lingua: Sau
le, Saule, qd me persequeris? durū
est tibi contra stimulū calcitrare.

omnes 1.

in quā 1.

Su. 8 a. 3.
9. a. 2. 22. a
4.

Sup. 9. a. 3.

Sup. 9. a. 3.
12. b. 9.

15 † Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego
sum Iesus, quem tu persequeris.
16 † Sed exurge & sta super pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, vt
constituam te minstrum & testē
eorum quę vidisti, & eorum quib.
17 apparebo tibi, † eripiens te de populo
populo 2. pulis' & gentibus in quas nunc e-
18 go mitto te, † aperire oculos eorum, vt conuertantur a tenebris
E ad lucem, & de potestate satanæ
ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum & sortem inter
sanctos per fidem quæ est in me.
19 † Vnde, rex Agrippa, nō fui incredulus cęlesti visioni: † 1 sed his qui
Su. 9. d. 20. sunt Damasci primum & Ierosolymis, & in omnē regionē Iudææ,
c. 28. 13. g. 34. 14. a. 1. & Gentibus annuntiabam vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. † Hac ex causa me Iudæi cū essem in templo,
Su. 21. f. 32. ‖ comprehensum tentabant
22 lentes me' interficere. † Auxilio
a. 4. aūt adiutus Dei, vsq; in hodiernū
F diem sto, testificans m nori atq;
maiori, nihil extra dicēs quàm ea
quæ Prophetæ locuti sunt futura
23 esse, & Moyses, † si passibilis Christus, si prim' ex resurrectiōe mortuorum, lumen annuntiaturus est
24 populo & Gentibus. † Hęc loquente eo, & rationē reddente, Festus
magna voce dixit, Insanis Paule:
multæ te literæ ad insaniam conuertunt. † Et Paulus: Non insanio
25 (inqt) optime Feste: sed veritatis
26 & sobrietatis verba loquor. † Scit
enim de his rex ad quē & cōstanter loquor: latēre enim eum nihil horum arbitror. Neque enim
in angulo quicquam horū gestū
27 est. † Credis rex Agrippa prophe-
28 tis? Scio quia credis. † Agrippa aūt
G ad Paulum: In modico suades me
29 Christianum fieri. † Et Paulus: Opto apud Deum, & in modico, & in magno: non tantum te, sed etiā
omnes qui audiunt hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis
30 vinculis his. † Et exurrexit rex, &
præses, & Bernice, & qui assidebāt
31 eis. † Et cum secessissent, loquebā
tur adinuicem, dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum q̄d
32 "recit' homo iste. † Agrippa autem "facit
Festo dixit, Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

1 VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodijs
A centurioni nomine Iulio cohor- 1. Cor. 11. f.
2 tis Augustæ, † fascendentes nauem 25.
Adrumetinam incipientes nauigare circa Asiæ loca, † sustulimus,
perseuerante nobiscū Aristarcho
3 Macedone Thessalonicensi. † Sequente aūt die deuenimus Sidonē. Humanè autem tractans Iulius
Paulū, permisit ad amicos ire, & cu
4 ram sui agere. † Et inde cū sustulissemus, subnauigauimus Cyprum:
propterea quòd essent venti con
5 trarij. † Et pelagus Ciliciæ &
Pamphyliæ nauigantes, venimus
6 Lystram, quæ est Lyciæ. † & ibi inueniens Centurio nauem Alexandrinā nauigātem in Italiam,
7 transposuit nos in eam. † Et cùm
B multis diebus tardè nauigarem', & vix deueniss emus contra Gnidum, prohibente n os vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmo-
8 nem. † E vix iuxta nauigantes, venimus in locum quendam qui vocatur Boni-portus, cui iuxta erat
9 ciuitas Thalassa. † Multò aūt tempore peracto, & cùm iam non esset tuta nauigatio, eò quòd * ieiu- * & 6.
niū iam præterijsset, cōsolabatur
10 "Paulus, † dicēs eis, Viri, video quo- "60
niam cū iniuria & multo damno
non solùm oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio. † Centurio au-
11 tem gubernatori & naucléro magis credebat, quam his quæ a Pau-

12 lo dicebantur.† Et cum aptus por
tus non esset ad hyemandū, pluri
mi statuerunt consiliū nauigare
C inde,si quomodo possent deueni
entes Phœnicem,hyemare,portū
Cretæ respicientem ad Africum
13 & ad Corum. † Aspirante autem
Austro,æstimantes propositum se
tenere,cū sustulissent de Asson,le
14 gebant Cretam. † Non post mul-
tum autem misit se contra ipsam
ventus Typhonicus qui voca-
15 tur Euroaquilo.†Cūq; arrepta es
set nauis,& non posset conari in
ventum, data naue flatibus,fere
16 bamur.† In insulam autem quan-
dā decurrentes,quę vocatur Clau
da,potuim⁹ vix obtinere scaphā.
17 † Quā sublata, adiutorijs vteban-
*&3. tur,accingentes nauē, *timentes
ne in Syrtim inciderent,summis
18 so vase sic ferebantur.† Validè au
tem nobis tempestate iactatis,se
19 quenti die iactum fecerunt: †&
tertia die suis manibus armamen
20 ta nauis proiecerunt. † Neq; au-
D tem sole, neque syderibus appa-
rentibus per plures dies, & tem-
pestate non exigua imminente,
iam ablata erat spes omnis salu-
21 tis nostræ.† Et cùm multa ieiuna-
tio fuisset , tunc stans Paulus in
medio eorum,dixit,Oportebat q
dem ô viri,audito me,non tolle-
re à Creta,lucriq; facere iniuriam
22 hanc & iacturam. † Et nunc sua-
deo vobis bono animo esse,amis-
sio enim nullius animæ erit ex vo
23 bis, præterquàm nauis. † Astitit
enim mihi hac nocte angelus Dei
cuius sum ego , & cui deseruio,
24 †,dicens, Ne timeas Paule: Cæsari
te oportet assistere : & ecce do-
nauit tibi Deus omnes qui naui-
25 gant tecum. † Propter quod bo-
E no animo estote viri: credo enim
Deo. quia sic erit , quemadmo-
26 dum dictum est mihi. † In insulā
autem quandam oportet nos de-
27 uenire. † Sed posteaquam quarta-
decima nox superuenit, nauigan-
tibus nobis in Adria circa mediā
noctem,suspicabantur nautæ ap-
parere sibi aliquam regionem.
28 † Qui & summittentes bolidem,
inuenerunt passus viginti:&pusil
lum inde separati,inuenerūt pas-
29 sus quindecim.† Timentes autem
ne in aspera loca incideremus, de
puppi mittentes ancoras quatu-
30 or, optabant diem fieri. † Nautis
verò quærentibus fugere de naui
cùm misissent scapham in mare,
sub obtentu quasi inciperent à
31 prora ancoras extendere , † di-
xit Paulus Centurioni & militib.
Nisi hi in naui manserint , vos sal
32 ui fieri non potestis.† Tunc absci-
F derunt milites funes scaphæ : &
33 passi sunt eam excidere. † Et cùm
lux inciperet fieri, rogabat Pau-
lus omnes sumere cibum, dicens,
Quartadecima die hodie expectā
tes ieiuni permanetis, nihil acci
34 pientes.† Propter quod rogo vos
accipere cibum pro salute vestra:
quia ‖ nullius vestùm capillus de Mt.10.c.30.
35 capite peribit.† Et cùm hæc dixis- Lu.12.b.7.
set,sumens panē,gratias egit Deo
in conspectu omnium: & cū fre-
36 gisset,cœpit manducare.† Animæ
quiores autem facti omnes,& ipsi
37 sumpserunt cibum. † Eramus ve-
rò vniuersæ animæ in naui ducen
38 tæ septuaginta sex.†Et satiati cibo
alleuiabant nauem, iactantes tri-
39 ticum in mare.† Cùm autem dies
G factus esset,terram non agnosce-
bant: sinum verò quendam con-
syderabant habentem litus , in
quem cogitabant:si possent eijce-
40 re nauem.† Et cùm ancoras sustu-
lissent,committebant se mari , si-
mul laxantes iuncturas guberna-
culorum:& leuato artémone, se-
cundum auræ flatum , tendebant
41 ad litus.† Et cùm incidissemus in
locū dithalassum, impegerunt na
uem:& prora quidem fixa mane-
bat immobilis: puppis verò solue
42 batur à vi maris. † Militum aūt cō
siliū fuit vt custodias occideren :

ne

ne quis cùm enatasset, effugeret.
43 † Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iussitque eos qui possent natare, emittere se primos, & euadere, & ad terram
44 exire: † & cæteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea quæ de naui erant. Et sic factum est, vt omnes animæ euaderent ad terram.

CAP. XXVIII.

1 ET cùm euasissemus, tunc cognouimus quia Mitylene', in-
A Melita 1. sula vocabatur. Barbari verò præstabant non modicam humani-
2 tatem nobis. † Accensa enim pyra reficiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat & frigus. † Cùm congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cũ proces-
4 sisset, inuasit manum eius. † Vt verò viderunt Barbari pendẽtem bestiam de manu eius, adinuicem dicebant, Vtiq; homicida est homo hic, qui cùm euaserit de ma-
5 ri, vltio nõ finit eum viuere. † Et
B ille quidẽ excutiens bestiam in ig-
6 nem, nihil mali passus est. † At illi existimabant eum in tumorẽ con-
aut 1. uertendum, & subitò casurum
sperantibus 15. & mori. Diu autem illis expectãtibus & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebãt
7 eum esse Deũ. † In locis autem illis erãt prædia principis insulę, no-
8 mine Publij, qui nos susципiens, triduo benignè exhibuit. † Contigit aũt patrem Publij febribus, & dysenteria vexatum iacere. Ad quem Paulus intrauit: & cùm ora-
9 sset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. † Quo facto, & om-
C nes qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curaban-
10 tur: † qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria
11 erant. † Post menses aũt tres, nauigauimus in naui Alexãdrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat in-
12 signe Castorum. † Et cùm venissemus Syracũsam, mansimus
13 ibi triduo. † Inde circumlegentes deuenimus Rhegium: & post vnum diem flante Austro, secun-
14 da die venimus Puteolos, † vbi inuentis fratrib. rogati sumus mane re apud eos dies septẽ: & sic veni-
15 mus Romã. † Et inde cùm audis-
D sent fratres, occurrerunt nobis vs que ad Apij forum, ac tres Tabernas. Quos cũ vidisset Paulus gratias agens Deo, accepit fiduciam.
16 † Cùm aũt venissemus Romã per missum est Paulo manere sibimet
17 cum custodiente se milite. † Post tertium aũt diem conuocauit primos Iudæorum. Cumq; conuenis-
legem. sent, dicebat eis, Ego, viri fratres, nihil aduersus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Ierosolymis traditus sum in ma-
18 nus Romanorum, † qui cùm inter
E rogationem de me habuissent, vo-
19 luerũt me dimittere, eò quòd nulla esset causa mortis in me. † Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non
20 quasi gentem meam habens aliquid accusare. † Propter hanc igitur causam rogaui vos videre & alloqui. Propter spem enim Israel,
21 catena hac circundatus sum. † At illi dixerunt ad eum, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa, neque aduenies aliquis fratrum nuntiauit, aut loquutus est quid
22 de te malum. † Rogamus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis quia vbi-
23 que ei contradicitur. † Cùm cõstituissent aũt illi diem, venerũt ad
F eũ in hospitium plures: quibus ex ponebat, testificans regnum Dei, suadensq; eis de Iesu ex lege Moysi & Prophetis, à manè vsq; ad ve-
24 speram. † Et quidam credebant
25 de his quæ dicebantur, quidam verò non credebant. † Cumque in-

inuicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo vnum verbum: Quia benè Spiritus sanctus locutus est per Isaiam Pro
26 phetam ad patres nostros, † dicēs:
Isa.6.c.9. Vade ad populum istum, & dic ad
Mt.13.c.14 eos, ‖ Aure audietis, & non intelligetis, & vidētes videbitis, &
27 nō perspicietis. † Incrassatum est
Mr.4.b.12. enim cor populi huius, & auribus
Lu.8.b.10. grauiter audierunt, & oculos suos
G compresserunt: ne fortè videant
Ioh.12.f.40 oculis, & auribus audiant, & cor-
Ro.11.b.8. de intelligant, & conuertantur,
28 & sanem eos. † Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum
est hoc salutare Dei, & ipsi audi-
29 ent. † Et cùm hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multum haben-
30 tes inter se quæstionem. † Mansit autem biennio toto in suo con-
ducto: & suscipiebat omnes qui
31 ingrediebantur ad eum, † prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia, siue prohibitione.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAP. I.



1 A
Act.13.a.2. PAVLVS seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, ‖ segregatus in
2 Euāgeliū Dei, † (quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanc-
3 tis) † de filio suo, (qui factus est ei ex semine Dauid secundum
4 carnem, † qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiri-

spiritum sanctificationis, ex resur
rectione mortuorum Iesu Christi
5 Domini nostri, †per quē accepim⁹
gratiā & Apostolatū ad obedien-
dum fidei in omnibus Gentibus
6 pro nomine eius, † in quibus estis
7 vos vocati Iesu Christi) † omni-
bus qui sunt Romæ dilectis Dei,
vocatis sanctis, Gratia vobis &
pax à Deo Patre nostro, & Domi-
8 no Iesu Christo. † Primum quidē
gratias ago Deo meo per Iesum
Christū pro omnibus vobis, quia
fides vestra annuntiatur in vni-
9 uerso mundo. † Testis enim mi-
hi est Deus, cui seruio in spiritu
meo in Euangelio filij eius, quòd
sine intermissione memoriam ve
10 stri facio. †semper in orationibus
B meis, obsecrans si quomodo tan-
dem aliquando prosperum iter
habeam in voluntate Dei, venien
11 di ad vos. † Desydero enim videre
vos vt aliquid impertiar vobis
gratiæ spiritualis, ad confirman-
12 dos vos: id est, simul consolari in
vobis per eam quæ inuicem est fi-
13 dem vestram atq; meam. † Nolo
autem vos ignorare fratres quia
sæpe proposui venire ad vos, (&
prohibitus sum vsq; adhuc) vt a-
*& 4. liquem fructum habeam * in vo-
bis, sicut & in cæteris gentibus.
14 † Græcis ac Barbaris, sapientibus,
15 & insipiētibus debitor sum. † *ita'
*Itaque 9. (quod in me) promptum est, &
vobis qui Romæ estis, euangeli-
16 zare. † Non enim erubesco Euan-
gelium. Virtus enim Dei est, in
salutē omni credenti, Iudæo pri-
17 mum & Græco. †Iustitia enim Dei
in eo reuelatur ex fidē in fidem:
Aba.2.a.4. sicut scriptum est: ‖Iustus autem
18 ex fide 'viuit'. † Reuelatur enim
*viuet 2. ira Dei de cęlo, super omnem im-
He.10.g.38 pietatem & iniustitiam homi-
.1. num eorum qui veritatem Dei'
19 in iniustitia detinent: †quia quod
C notum est Dei, manifestum est in
Gal.3.b.11. illis. Deus enim illis manifesta-
20 uit. †Inuisibilia enim ipsius à crea-
tura mundi, per ea quæ facta sunt
intellecta, conspiciuntur, sempi-
terna quoq; ei⁹ virt⁹ & diuinitas:
21 ita vt sint inexcusabiles. † ‖ Quia Eph.4.d.
cùm cognouissent Deum, non si- 17.d.18.
cut Deum glorificauerūt, aut gra-
tias egerunt: sed euanuerunt in
cogitationibus suis, & obscura-
22 tum est insipiens cor eorum. † di-
centes enim se esse sapientes, stul-
23 ti facti sunt. † Et mutauerunt glo-
riam incorruptibilis Dei, in simi-
litudinem imaginis corruptibi-
lis hominis, & volucrum & qua-
24 drupedum, & serpentium. † (Pro-
pter quod tradidit illos De⁹ in de
syderia cordis eorum, in immun-
ditiā: vt cōtumelijs afficiant cor-
25 pora sua in semetipsis.) †qui com-
mutauerunt veritatē Dei in *men *mendá-
dacium': & coluerunt, & seruie- cio 1.
runt creaturæ potius quā creato-
ri, qui est benedictus in secula, A-
26 mē. † Propterea tradidit illos De-
D us in passiones ignominiæ. Nam
fœminæ eorum immutauerunt
naturalē vsum, in eum vsum qui
27 est contra naturam. † Similiter au
tem & masculi, relicto naturali
vsu fœminæ, exarserunt in desy-
derijs suis inuicem, masculi in ma
sculos turpitudinem operātes, &
mercedem (quam oportuit) er-
roris sui in semetipsis recipientes.
28 †Et sicut non probauerunt Deum
habere in notitia: tradidit illos
Deus in reprobum sensum, vt fa-
29 ciant ea quæ nō conueniunt: † re-
pletos omni iniquitate, malitia,
fornicatione, auaritia, nequitia,
plenos inuidia, homicidio, cōten-
tione, dolo, malignitate, susurro-
30 nes, † detractores, Deo odibiles,
contumeliosos, superbos, elatos,
inuentores malorum, parenti-
31 bus non obedientes, † insipien-
tes, incompositos, sine affectione,
absque fœdere, sine misericor-
dia. † Qui cùm iustitiam Dei cog-
nouissent, nō intellexerunt quo-
niam qui talia agunt, digni sunt
morte:

morte: nō solum qui' ea faciunt,
sed etiam qui' consentiunt facientibus.

CAP. II.

1 PRopter quod inexcusabilis es
A ô homo omnis qui iudicas. ¶ In
Mat.7.a.2. quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. eadem enim a-
2 gis 'quæ' iudicas. † Scimus enim
*qui 1. quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia
3 agunt. † Existimas autem hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies
4 iudicium Dei? † An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam, benignitas Dei ad pœ-
5 nitentiam te adducit? † Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram,
*diem 2. in 'die' iræ & reuelationis iusti
6 iudicij Dei, † ¶ qui reddet vnicui-
7 que secūdum opera eius: † ijs qui-
B dem qui secundum patientiam
Mat.16.d. boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitā
8 æternam. † ijs autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem ini-
9 quitati: ira & indignatio. † Tribulatio & angustia in omnē animā hominis operantis malum, Iudæi
10 primùm & Græci: † gloria autem & honor & pax omni operāti bonum, Iudæo primùm & Græco.
11 † ¶ non enim est acceptio perso-
12 narum apud Deum. † Quicunque
C enim sine lege peccauerunt, sine
*& 2. lege' peribunt, & quicunq; in le-
De.10.d.17 ge peccauerunt, per legem iudica
2Pa.19.(13 buntur. † ¶ Non enim auditores
c.7. legis iusti sunt apud Deum: sed
Iob. 34.b. factores legis iustificabuntur.
19.
14 † Cùm enim Gentes quæ legē nō
Ac.10.c.34 habent, naturaliter ea quæ legis
Mt.7.d. 21. sunt faciunt: eiusmodi legem nō
15 habentes, ipsi sibi sunt lex: † qui
Iac.1.d. 22. ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defen-
16 dentium, † in die cùm iudicabit Deus occulta hominum. secundum Euangelium meum, per le-
17 sum Christum. † Si autē tu Iudæus cognominaris & requiescis in le-
18 ge, & gloriaris in Deo, † & nosti voluntatem eius, & probas vti-
19 liora, instructus per legem, † confidis teipsum esse ducē cæcorum,
20 lumen eorū qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in le-
21 ge † Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non
22 furandum, furaris: † qui dicis non
D mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium fa-
23 cis: † qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum in-
24 honoras. † ¶ (Nomen enim Dei Isai 52.b.5.
per vos blasphematur inter Gen- Ezech.36.
25 tes sicut scriptum est.) † Circun- d.20.
cisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præpu-
26 tium facta est. † Si igitur præputium iustitias legis custodiat: nōne præputium illius in circun-
27 cisionem reputabitur? † & iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te qui per literam & circumcisio-
28 nem præuaricator legis es? † Non enim qui in manifesto, Iudæus est: neque qui in manifesto, in
29 carne, est circumcisio: † sed qui in abscondito, Iudæus est: & circumcisio cordis, in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

CAP. III.

1 QVid ergo amplius Iudæo est?
A aut quæ vtilitas circumcisio-
2 nis? † Multùm per omnem modum. Primùm quidem quia cre-
3 dita sunt illis eloquia Dei. † quid enim

enim si quidam illorum non cre-
2.Ti.2.b.13 diderunt? ‖ Nunquid incredulitas
*euacuabit illorum fidem Dei *euacua-
5. 4 uit? † Absit. ‖ Est autem Deus ve-
Ioh.3.d.33. rax: † omnis autem homo men-
Ps.115.a.11. dax, sicut scriptum est: Vt iustifi-
Psal.50.a.6 ceris in sermonibus tuis: & vin-
5 cas cùm iudicaris. † Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? D
6 (secundum hominem dico.) † Absit. alioquin quomodò iudicabit
7 Deus *hunc* mundum. † Si enim
*4. veritas Dei in meo mendacio abundauit, in gloriam ipsius, quid
8 adhuc & ego tanquam peccator iudicor, † & non (sicut blasphe-
B mamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorũ damnatio iusta est.
9 † Quid ergo? præcellimus eos? Ne-
*Præcausa- quaquam. ‖ *Causati enim sumus
ti 1. Iudæos & Græcos, omnes sub pec
10 cato esse: † sicut scriptũ est: ‖ Quia
11 non est iustus quisquam, † ‖ non
Gal.3.d.22 est intelligens, non est requirens
12 Deum. † Omnes declinauerunt,
Ps.13.a.1.52 simul inutiles facti sunt: non est
a 3. qui faciat bonum, non est vs-
13 que ad vnum. † ‖ Sepulchrum pa-
C tens est guttur eorum, linguis suis
Psal.5.c.11. dolose agebant. ‖ Venenum aspi-
14 dum sub labijs eorum. † ‖ Quorum
Ps.139.a.4. os maledictione & amaritudine
15 plenum est. † ‖ Veloces pedes eo-
Psal.9.b.7. rum ad effundẽdum sanguinem.
16 † Contritio & infelicitas in vijs
17 eorum: † & viam pacis non cog-
18 nouerunt. † ‖ Non est timor Dei
19 ante oculos eorum. † ‖ Scimus au-
Isa.59.b.7. tem quoniam quæcunque lex lo-
Pro.1.b.16. quitur, ijs qui in lege sunt loqui-
Psal.35.a.2. tur: vt omne os obstruatur, & sub-
Gal.2.d.16 ditus fiat omnis mundus Deo:
20 † ‖ quia ex operibus legis non iu-
Gal.2.d.16 stificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio pec-
21 cati. † Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est: testificata à lege & Prophetis. † Iustitia
22 autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. non enim est di-
23 stinctio. † Omnes enim peccaue-
24 runt: & egent gloria Dei. † iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quę est in Christo
25 Iesu, † quem proposuit Deus *propitia- propitiationem, per fidem in sanguine torium. ne ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præce-
26 dentium delictorum, † in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui
27 est ex fide Iesu Christi. † Vbi est ergo gloriatio *tua*? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non,
28 sed per legem fidei. † Arbitramur enim iustificari hominem per fi-
29 dem sine operibus legis. † An Iudæorum Deus tantùm? nonne & Gentium? Imò & Gentium. † quoniam quidem vnus est Deus, qui
30 *iustificat circumcisionem ex fi- *iustificabit. de, & præputium per fidem. † Le-
31 gem ergo destruimus per fidem? Absit. sed legem statuimus.

CAP. IIII.

1 QVid ergo dicemus inuenisse
A Abraham patrem nostrum se
2 cundum carnem? † Si enim Abraham ex operibus *iustificatus est: *legis habet gloriam, sed non apud De-
3 um. † Quid enim dicit scriptura? ‖ Credidit Abraham Deo, & re- Ge.15.b.6.
4 putatum est illi ad iustitiam. † Ei Gal.3.a.6. autem qui operatur, merces non Iac.2.d.23. imputatur secundum gratiam, impuratur secundum debitum. † Ei verò
5 sed secundum debitum. † Ei verò qui nõ operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, re-
putatur fides eius ad iustitiã se-*2. cundum propositum gratiæ Dei.
6 † Sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hominis, cui Deus accepto fert
7 iustitiam sine operibus. † ‖ Beati, Psal.31.a.1.
8 quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. *imputa- *imputauit. bit
8 † Beatus vir cui non

Do-

9 Dominus peccatum. † Beatitudo
*tantum. ergo hæc in circuncisione * -ma-
-.3. net', an etiam in præputio? Dici-
mus enim quia reputata est Abra
10 hæ fides ad iustitiam. † Quomodo
ergo reputata est? in circuncisio-
ne, an in præputio? Non in circun
Gen.17.b. 11 cisione, sed in præputio. † ‖ Et si-
10.b.11. gnū accepit circuncisionis, signa
culū iustitiæ fidei quæ est in præ-
putio: vt sit pater omniū creden-
tium per præputiū, vt reputetur
12 & illis ad iustitiā: † & sit pater cir-
cūcisionis, non ijs tantū qui sunt
ex circuncisione, sed & ijs qui se-
ctantur vestigia fidei quæ est in
præputio patris nostri Abrahæ.
13 † Non enim per legem promissio
C Abrahæ, aut semini eius vt hæres
esset mundi: sed per iustitiam fi-
14 dei. † Si enim qui ex lege, hære-
des sunt: exinanita est fides, abo-
15 lita est promissio. † Lex enim iram
operatur. Vbi enim non est lex:
16 nec preuaricatio. † Ideo ex fide: vt
*vt 1. secundum gratiam * firma sit pro-
missio omni semini, non ei qui
ex lege est solùm, sed & ei qui ex
fide est Abrahæ, qui pater est om
17 nium nostrum. † (sicut scriptum
Ge.17.a.4. est: ‖ Quia patrem multarum gē-
*cui credi- tium posui te) ante Deum, * cui
dit 2. credidisti', qui viuificat mortuos:
& vocat ea quæ non sunt, tanquā
18 ea quæ sunt. † qui contra spem in
D spem credidit: vt fieret pater mul
tarum gentium secundum quod
-.1. dictum est -ei': ‖ Sic erit semen
Ge.15.a.5. tuum - sicut stellæ cæli, & arena
19 maris'. † Et non infirmatus est fi-
*iam 2. de: nec consideravit corpus suum
*emortuum, cùm ferè centum es-
20 set annorum, & emortuam vul-
uam Saræ. † In repromissione
etiam Dei non hæsitauit diffiden-
tia: sed confortatus est fide, dans
21 gloriam Deo: † plenissimè sciens
quia quæcunq; promisit, potens
22 est & facere. † Ideo & reputatum
23 est illi ad iustitiam. † Non est au-
tem scriptum tantùm propter
ipsum quia reputatum est illi ad -.3.
24 iustitiam': † sed & propter nos,
quibus reputabitur credentibus
in eum, qui suscitauit Iesum -.1.
Christum * Dominum nostrum
25 à mortuis, † qui traditus est pro-
pter delicta nostra, & resurrexit
propter iustificationē nostram.

CAP. V.

1 IVstificati ergo ex fide, pacem
A habeamus ad Deum per Domi-
num nostrum Iesum Christum:
2 † ‖ per quem & habemus acces- Ep.2.d.18.
sum per fidem in gratiā istam in
qua stamus, & gloriamur in spe
3 gloriæ filiorum Dei. † Non solùm
autē: sed & gloriamur in tribula-
tionibus, ‖ scientes quòd tribula- Iaco.1.a.3.
4 tio patientiam operatur, † patien
tia autem probationem, proba-
5 tio verò spē. † spes autem non cōfundit: ‖ quia charitas Dei diffusa He.9.d.14.
est in cordibus nostris, per spiri- g.18.
tum sanctum qui datus est nobis. He.9.d.15.
6 † Vt quid enim ‖ Christus cùm 1.Pe.3.d.18
B adhuc infirmi essemus, secundū
tempus pro impijs mortuus est?
7 † Vix enim pro iusto quis mori-
tur: nam pro bono forsitan quis
8 audeat mori. † Commendat au-
tem charitatem suam Deus in no
bis: quoniam * cum adhuc pec- *si
catores essemus, * Christus pro *secundū
9 nobis mortuus est. † Multò igitur tempus
magis nunc iustificati in sangui-
ne ipsius, salui erimus ab ira per
10 ipsum. † Si enim cū inimici esse-
mus, reconciliati sumus Deo per
mortem Filij eius: multò magis
reconciliati, salui erimus in vita
11 ipsius. † Non solùm autem: sed
& gloriamur in Deo p Dominū
nostrum Iesum Christum, per
quem nunc reconciliationē acce-
12 pimus. † Propterea sicut per vnū
C hominem peccatum in hunc
mundum intrauit & per pecca-
tum mors: & ita in omnes homi-
nes mors pertransijt, in quo om-
13 nes peccauerunt. † Vsque ad le-

gem enim peccatum erat in mun
imputa- do: peccatum autem non imputa-
tur, (14 tabatur cùm lex non esset. † Sed
cũ lex nõ regnauit mors ad Adam vsque ad
est 5. Moysen, etiam in eos qui non
peccauerunt in similitudinem
præuaricationis Adæ, qui est for-
15 ma futuri. † Sed non sicut delictũ,
ita & donum: si enim vnius de-
licto multi mortui sunt: multò
magis gratia Dei & donum, in
gratia vnius hominis Iesu Christi
16 in plures abundauit. † Et non si-
D cut per vnum peccatum, ita &
peccan- donum. nam iudicium quidem
tem 5. ex vno, in condemnationem: gra-
tia autem ex multis delictis, in
17 iustificationem. † Si enim in vni-
us delicto mors regnauit per vnũ:
multò magis abundantiam gra-
tiæ & donationis & iustitiæ acci-
pientes, in vita regnabunt per v-
18 num Iesum Christum. † Igitur si-
cut per vnius delictum, in omnes
homines in condemnationem:
sic & per vnius iustitiam, in om
nes homines in iustificationem
19 vitæ. † Sicut enim per inobedien-
tiam vnius hominis, peccatores
constituti sunt multi: ita & per v-
20 nius obeditionem, iusti consti-
tuentur multi. † Lex aũt subintra
uit vt abundaret delictum. Vbi
autem abundauit delictũ, super-
21 abundauit gratia. † vt sicut regna-
uit peccatum in mortem: ita &
in morte gratia regnet per iustitiam in vi-
5. tam æternã, per Iesum Christum
Dominum nostrum.

CAP. VI.

1 QVid ergo dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia
2 abundet? † Absit. Qui enim
A mortui sumus peccato, quomo-
3 dò adhuc viuemus in illo? † An ig-
fratres noratis quia quicunq; baptiza-
ti sumus in Christo Iesu, in mor-
4 tẽ ipsius baptizati sumus? ‖ Con-
Ga.3.d.27. sepulti enim sumus cum illo per
Col.2.b.12 baptismum in mortem: vt quo-
modo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ‖ ita & nos Eph.4.f.23
5 in nouitate vitæ ambulemus. † Si Col.3.b.10
enim complantati facti sumus He.9.d.26.
similitudini mortis eius: simul & 12.a.2.
6 resurrectionis erimus. † Hoc sci- 1.Pe.2.a.1.
entes, quia vetus homo noster si-
mul crucifixus est, vt destruatur
corpus peccati, vt vltrà non ser-
7 uiamus peccato. † Qui enim mor-
tuus est, iustificatus est à peccato.
8 † Si autem mortui sumus cum
B Christo: credimus quia simul etiã
9 viuemus cum Christo: † scientes
quòd Christus resurgens ex mor-
tuis iam non moritur, mors illi
10 vltra non dominabitur. † Quod
enim mortuus est, peccato mor-
tuus est semel: quod autem viuit,
11 viuit Deo. † Ita & vos existimate,
vos mortuos quidem esse pecca-
to: viuentes autem Deo in Chri-
12 sto Iesu Domino nostro. † Non
ergo regnet peccatum in vestro
mortali corpore vt obediatis cõ-
13 cupiscentijs eius. † Sed neq; ex-
hibeatis membra vestra arma ini
quitatis peccato: sed exhibete
vos Deo, tanquam ex mortuis vi-
uentes: & membra vestra arma
14 iustitiæ Deo. † Peccatũ enim vo-
C bis non dominabitur. non enim
sub lege estis, sed sub gratia.
15 † Quid ergo? peccabimus, quoni-
am non sumus sub lege, sed sub 1D.8.d.34
16 gratia? Absit. ‖ Nescitis quoniam 2.Pe.2.d.19
cui exhibetis vos seruos ad obe-
diendũ, serui estis eius cui obedi-
tis, siue peccati ad mortẽ, siue obe
17 ditionis ad iustitiam? † Gratias
aũt Deo quòd fuistis serui pecca-
ti, obedistis aũt ex corde in eam
formã doctrinæ in qua tràditi e-
18 stis. † Liberati aũt à peccato, serui
19 facti estis iustitiæ. † Humanũ di-
D co, propter infirmitatẽ carnis ve-
stræ. sicut enim exhibuistis mem-
bra vestra seruire immunditiæ &
iniquitati, ad iniquitatem: ita
nũc exhibete membra vestra ser-
uire iustitiæ, in sanctificationem.
† Cum

20 † Cùm enim serui essetis peccati,
21 liberi fuistis iustitiæ. † Quem er-
-.5. go fructum habuistis tunc in il-
lis, in quibus nunc erubescitis?
22 Nam finis illorũ mors est. † Nunc
verò liberati à peccato, serui aũt
facti Deo, habetis fructum vestrũ
in sanctificationem, finem verò
23 vitam æternam. † Stipendia enim
peccati, mors. Gratia autem Dei,
vita æterna in Christo Iesu Do-
mino nostro.

CAP. VII.

1 A NIgnoratis fratres (scienti-
A bus enim legem loquor) quia
lex in hõmine dominatur quan-
2 to tempore viuit? † ‖ Nam quæ
1.Cor.7.c. sub viro est mulier: viuente viro
39. alligata est legi. si autem mortu-
-.1. us fuerit vir eius, soluta est à
3 lege viri. † Igitur viuente viro,
liberata 2 vocabitur adultera, si fuerit cum
alio viro; si autem mortuus fuerit
-.1. vir eius, liberata est à lege viri:
vt non sit adultera, si fuerit cum
4 alio viro. † Itaque fratres mei &
vos mortificati estis legi per cor-
pus Christi: vt sitis alterius qui
ex mortuis resurrexit, vt fructifi-
5 cemus Deo. † Cùm enim essemus
in carne, passiones peccatorum,
quæ per legem erant operaban-
tur in membris nostris, vt fructi-
6 ficarent morti. † nunc autem solu
ti sumus à lege mortis, in qua de-
tinebamur: ita vt seruiamus in
nouitate spiritus, & non in vetu-
7 state literæ. † Quid ergo dicemus,
B lex peccatũ est? Absit. Sed pecca-
tum nõ cognoui, nisi per legem.
Ex.20.c.1. nã concupiscentiam nesciebã, ni-
Deu.5. si lex diceret: ‖ Non concupisces.
c.21. (8 † Occasione autem accepta, pecca-
tum per mandatum operatum est
in me omnem concupiscentiam.
Sine lege enim peccatum mortu-
9 um erat. † Ego autem viuebam si-
ne lege aliquando. Sed cum ve-
nisset mandatum: peccatum re-
10 uixit. † Ego autem mortuus sum:
& inuentum est mihi mandatũ,
quod erat ad vitã, hoc esse ad mor
11 tem. † Nam peccatum occasione, 1. Tim. 1.
accepta per mandatum seduxit b.2.
me, & per illud occidit. † Itaq; lex
12 quidem sancta, & mandatum san
ctum, & iustũ & bonũ. † Quod er-
go bonũ est, mihi factũ est mors?
Absit. sed peccatum, vt appareat
peccatum. per bonum operatum
est mihi mortem: vt fiat supra mo
dum peccans peccatum per man-
14 datum. † Scimus enim quòd lex
C spiritualis est: ego autem carna-
lis sum, vænundatus sub pecca-
15 to. † Quod enim operor, non in-
telligo: non enim quod volo*, *bonum
hoc ago: sed quod odi*, illud fa- *malum
16 cio. † Si autem quod nolo, illud
facio: consentio legi, quoniam bo
17 na est. † Nunc autem iam non ego
operor illud, sed quod habitat in
18 me peccatũ. † Scio enim quia nõ
habitat in me, hoc est, in carne
mea, bonum. Nam velle adiacet
mihi, perficere autem bonum, nõ
19 inuenio. † Non enim quod volo
bonum hoc facio: sed quod no-
20 lo malum, hoc ago. † Si autem
quod nolo, illud facio: iam non
ego operor illud, sed quod habi-
21 tat in me, peccatum. † Inuenio
igitur, legem, volenti mihi face-
re bonum, quoniam mihi malũ
22 adiacet. † Condelector enim legi
Dei secũdùm interiorem homi-
23 nem: † video autem aliam legem
in membris meis, repugnantem
legi mentis meæ, & captiuantem
me in lege peccati quæ est in mẽ-
24 bris meis. † (Infelix ego homo,
quis me liberabit de corpore mor
25 tis huius? † Gratia Dei per Iesum
Christum Dominum nostrum.)
Igitur ego ipse mente seruio le-
gi Dei: carne autem, legi pecca-
ti.

CAP. VIII.

1 NIhil ergo nunc damnationis
A est ijs qui sunt in Christo Iesu,

qui non secundum carnem am-
2 bulant: † Lex enim spiritus vitæ
in Christo Iesu, liberauit me à
3 lege peccati & mortis. † Nã quod
impossibile erat legi, in quo in-
firmabatur per carnẽ: Deus filiũ
suum mittens in similitudinem
carnis peccati, & de peccato dam
4 nauit peccatum in carne, † vt iu-
stificatio legis impleretur in no-
bis, qui non secundùm carnem
ambulamus, sed secundũ spiritũ.
5 † Qui enim secundùm carnem
sunt: quæ carnis sunt, sapiunt. qui
B verò secundũ spiritum sunt: quæ
6 sunt spiritus, sentiunt. † Nam pru
dentia carnis, mors est: pruden-
7 tia autẽ spiritus, vita & pax. † quo-
niam sapientia carnis, 'inimica
est Deo': legi enim Dei non 'est
subiecta', nec enim potest. † Qui
autem in carne sunt, Deo placere
non possunt. † Vos autem in car-
ne non estis, sed in spiritu: Si ta-
men Spiritus Dei habitat in vo-
bis. Si quis autẽ Spiritum Christi,
10 non habet: hic non est eius. † Si
aũt Christus in vobis est: corpus
quidem mortuum est propter
peccatũ, spiritus verò 'viuit' pro-
11 pter iustificationem'. † Quòd si
C Spiritus eius qui suscitauit Iesum
à mortuis, habitat in vobis: qui
suscitauit Iesum Christũ à mor-
tuis, viuificabit & mortalia cor-
pora vestra, propter inhabitantẽ
12 Spiritũ eius in vobis. † Ergo fra-
tres debitores sumus: nõ carni, vt
13 secundũ carnem viuamus: † Si e-
nim secundũ carnem vixeritis:
moriemini. si aũt spiritu, facta
carnis mortificaueritis: viuetis.
14 † Quicunq; enim spiritu Dei a-
15 guntur, ij sunt filij Dei. † ‖ Non
enim accepistis spiritũ seruitu-
tis iterum in timore: ‖ sed accepi-
stis spiritum adoptionis filiorũ,
in quo clamamus, Abba, (Pater.)
16 † Ipse enim Spiritus, testimoniũ
reddit spiritui nostro quòd su-
17 mus filij Dei. † Si autem filij: &

'inimicitia est in Deũ 1. (8
'subijcitur 3. (9
'vita 1.
'iustitiã 1.
2. Tim. 1. b. 7.
Gal. 4. a. 5.
.5.

hæredes. hæredes quidem Dei:
cohæredes autem Christi: si ta-
men cõpatimur, vt & conglorifi-
18 cemur. † Existimo enim quòd nõ
D sunt condignæ passiones huius
temporis, ad futuram gloriã quæ
19 reuelabitur in nobis. † Nam ex-
pectatio creaturæ, reuelationem
20 filiorũ Dei expectat. † Vanitati e-
nim creatura subiecta est, nõ vo-
lens, sed propter eum qui subie-
21 cit eã 'in spe': † quia & ipsa creatu
ra liberabitur à seruitute corru-
ptionis: in libertatẽ gloriæ filio-
22 rum Dei. † Scimus enim quòd
omnis creatura ingemiscit, & par
23 turit vsq; adhuc. † Non solùm au-
tem illa, sed & nos ipsi primitias
spiritus habẽtes, & ipsi intra nos
gemimus, adoptionem filiorum
Dei' expectantes, redemptionẽ
24 corporis nostri. † Spe enim salui
E facti sumus. Spes autem quæ vi-
detur, non est spes. nam quod vi-
25 det quis: quid sperat? † Si autem
quod nõ videmus, speramus: per
26 patientiam expectamus. † Simili-
ter autem & Spiritus adiuuat in-
firmitatem nostram. nam quid
oremus sicut oportet nescimus:
sed ipse Spiritus postulat pro no-
bis gemitibus inenarrabilibus.
27 † Qui autem scrutatur corda: scit
quid desyderet Spiritus: quia se-
cundùm Deum postulat pro san-
28 ctis. † Scimus autem quoniam di-
ligentibus Deum, omnia coope-
rantur in bonum, ijs qui secundũ
propositum vocati sunt sancti.
29 † Nã quos præsciuit: & prædesti-
F nauit conformes fieri imaginis
filij sui: vt sit ipse primogenitus
30 in multis fratribus. † Quos autem
prædestinauit: hos & vocauit: &
quos vocauit: hos & iustificauit:
quos aũt iustificauit: illos & 'glo-
31 rificauit'. † Quid ergo dicemus
ad hæc? si Deus pro nobis: quis
32 contra nos? † Qui etiam proprio
filio 'nõ pepercit, sed ꝑ nobis om
nibus tradidit illum: quomodo
non

'in spem 1.
.5.
'magnificauit 19.
'suo.

nō etiam cum illo oīa nobis dona
33 uit? † Quis accusabit aduersus ele-
34 ctos Dei? Deus qui iustificat. † Quis
est qui cōdemnet? Christus Iesus
qui mortuus est, imò qui & re-
*&1. surrexit, qui *est ad dexteram Dei,
qui etiam interpellat pro nobis.
35 † Quis ergo nos separabit à cha-
*.3. ritate Christi? tribulatio? an an-
gustia? an fames? an nuditas? an
periculum? an persecutio? an gla-
36 dius? † (sicut scriptum est: ‖ Quia
Ps.43.d.23. propter te mortificamur tota die:
37 æstimati sumus sicut oues occi-
sionis.) Sed in his omnib. superā-
mus propter eum qui dilexit nos.
38 † Certus sum enim quia neque
mors, neque vita, neque ange-
li, neque principatus, neque vir-
39 tutes, neque instantia, neq; fu-
tura, neque fortitudo, † neque al-
titudo, neque profundum, ne-
que creatura alia poterit nos se-
parare à charitate Dei, quæ est
in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. IX.

1 VEritatem dico in Christo *nō
*Iesu. mentior, testimonium mihi
A perhibente cōscientia mea in
2 Spiritu sancto, † quoniam tristitia
mihi magno est & continuus do-
Acto.9.a.2. 3 lor cordi meo. † ‖ Optabam enim
1.Cor.15.b. ego ipse anathema esse à Chri-
9. sto pro fratribus meis, qui sunt
cognati mei secundùm carnem,
4 † qui sunt Israëlitæ, quorum ad-
*testamen- optio est filiorum, & gloria & *te-
ta 3. stamentum & legislatio, & obse-
5 quium, & promissa, † quorum
B patres, & ex quibus est Christus
secundum carnem, qui est super
omnia Deus benedictus in secu-
6 la, Amen. † Non autem quòd ex-
ciderit verbū Dei. Non enim om-
nes qui ex Israel, ij sunt Israëlitæ,
*quia 15. 7 † neque *qui semen sunt Abrahæ,
omnes filij: ‖ sed in Isaac vocabi-
8 tur tibi semen: id est, non qui fi-
Ge.21.b.12 lij carnis, hi filij Dei, sed qui ‖ filij
sunt promissionis, æstimantur in Ga. 4. d.28
9 semine. † Promissionis enim ver-
C bum hoc est, ‖ Secundum hoc tem Ge. 18.b.10
pus veniam, & erit Saræ filius.
10 † Non solùm autem *illa: ‖ sed *.2.
& Rebecca ex vno concubitu ha- *illi 4.
11 bens, Isaac *patris nostri. † Cùm Ge.25.c.2.
enim nondum nati fuissent, aut *patre no-
aliquid boni egissent aut mali (vt stro 5.
secundum electionem proposi-
12 tum Dei maneret,) † non ex ope-
ribus, sed ex vocante dictum est
ei: ‖ Quia maior seruiet minori, Ge.25.c.23.
13 † sicut scriptum est: ‖ Iacob dilexi, Mal. 1.a.2.
14 Esau autem odio habui. † Quid er- a.3.
go dicemus? nunquid iniquitas
15 apud Deum? Absit. † Moysi enim
D dicit, ‖ Miserebor cuius misereor: Ex.33.d.19.
& misericordiam præstabo cui
16 misereor. † Igitur non volentis,
neque currentis, sed miserentis
17 est Dei. † Dicit enim scriptura
Pharaoni: ‖ Quia in hoc ipsum ex- Exo.9.c.16
citaui te, vt ostendam in te virtu-
tem meā: & vt annuntietur nomē
18 meum in vniuersa terra. † Ergo cu
ius vult miseretur: & quem vult
19 indurat. † Dicis itaq; mihi: Quid
adhuc quæritur? volūtati enim ei
20 quis resistit? † O homo, tu quis es
E qui respondeas Deo? ‖ Nunquid Isa.45.b.9.
dicit figmentum ei qui se finxit, Ier.18.a.6.
21 Quid me feciſti sic? † An non ha- Sap.15.b.7.
bet potestatem figulus luti, ex ea-
dem massa facere aliud quidem
vas in honorem: aliud verò in cō-
22 tumeliam: † Quòd si Deus volens
ostendere iram, & notam facere
potentiam suā, sustinuit in mul-
ta patientia, vasa iræ, *apta in in- *aptata
23 teritū, † vt ostēderet diuitias glo-
riæ suæ in vasa misericordiæ quæ
24 præparauit in gloriam. † Quos &
vocauit nos: nō solum ex Iudæis
25 sed etiam ex Gentib. † sicut in O- Ose. 2.d.23
see dicit, ‖ Vocabo nō plebem me 1.Pe.2.b.10
am, plebem meā, & nō dilectam, Ose.1.d.10.
dilectam, & non misericordiam
consecutam, misericordiam con-
26 secutam. † ‖ Et erit: in loco vbi di-
F ctum est eis, Non plebs mea vos

27 ibi vocabuntur filij Dei viui.† Isai
Is.10.c.22. as autem clamat pro Israel: ‖ Si
Os.1.d.10. fuerit numerus filiorũ Israel tan-
quam arena maris, reliquiæ saluæ
28 fient.† Verbum enim consummãs,
& abbreuians in æquitate: quia
verbum breuiatum faciet Domi-
29 nus super terram.† & sicut prædi-
Isa.1.c.9. xit Isaias: ‖ Nisi Dominus sabba-
oth reliquisset nobis semen: sicut
Sodoma facti essemus, & sicut Go
30 morrha similes fuissemus.† Quid
G ergo dicemus? Quòd Gentes quæ
non sectabantur iustitiam, appre
henderunt iustitiam, iustitiam
31 autem quæ ex fide est.† Israel ve-
sectans 6. rò sectando legem iustitiæ, in le-
32 gem iustitiæ non peruenit.† Qua-
re? Quia non ex fide, sed quasi ex
operibus, offenderunt enim in
33 lapidem offensionis, † sicut scri-
Isa.8.c.14. ptum est: ‖ Ecce pono in Sion la-
28.d.16. pidẽ offensionis, & petram scan-
1.Pet.2.b.7 dali, & omnis qui credit in eum,
non confundetur.

CAP. X.

1 FRatres, voluntas quidem cor-
A dis mei & obsecratio ad Deũ,
2 fit pro illis in salutem.† Testimo-
nium enim perhibeo illis quòd
æmulationẽ Dei habent, sed non
3 secundũ scientiã.† Ignorantes e-
nim iustitiã Dei, & suam quæren-
tes statuere, iustitiæ Dei nõ sunt
4 subiecti.† Finis enim legis, Chri-
stus: ad iustitiam omni credenti.
5 † Moyses enim scripsit, quoniam
Leu.18.a.5. iustitiam quæ ex lege est ‖ qui fe-
6 cerit homo, viuet in ea.† Quæ au-
Ez.20.b.11. tem ex fide est iustitia, sic dicit,
De.30.c.12. ‖ Ne dixeris in corde tuo, Quis a-
B scẽdet in cælum? id est, Christum
7 deducere.† Aut quis descendet in
abyssum? hoc est, Christum à mor
8 tuis reuocare. † Sed quid dicit
-.3. -scriptura? ‖ Prope est verbum in
De.30.c.14 ore tuo, & in corde tuo, hoc est
verbum fidei quod prædicamus.
9 † Quia si confitearis in ore Do-
minum Iesum, & in corde tuo
credideris quòd Deus illum su-
scitauit à mortuis, saluus eris.
10 † Corde enim creditur ad iusti-
C am: ore autem confessio fit ad sa-
11 lutẽ. Dicit enim scriptura † ‖ Om- Is.28.d.16.
nis qui credit in illum, non con-
12 fundetur.† Non enim est distin-
ctio Iudæi & Græci: nã idem Do-
minus omnium, diues in omnes
13 qui inuocant illũ.† Omnis enim Ioe.2.g.22
quicunq; inuocauerit nomen Do Act.2.c.21.
14 mini, saluus erit.† Quomodo er-
go inuocabunt in quem non cre-
diderunt? Aut quomodo credent
ei quem non audierunt? Quomo-
do autem audient sine prædican-
15 te?† Quomodo verò prædicabunt
nisi mittantur? sicut scriptum est:
‖ Quàm speciosi pedes euangeli- Isa.32.b.7.
zantium pacem, euangelizanti- Na.1.d.15.
16 um bona.† Sed non omnes obe- *obedie-
D diunt Euangelio, Isaias enim di- runt 1.
cit, ‖ Domine quis credidit audi- Isa.53.a.1.
17 tui nostro?† Ergo fides ex auditu: Ioh.12.f.38
auditus autem per verbum Chri- Psa.18.a.5.
18 sti.† Sed dico, Nunquid non au-
dierunt? Et quidem ‖ in omnem
terram exiuit sonus eorum, & in
fines orbis terræ verba eorum.
19 † Sed dico, Nunquid Israel non
cognouit? Primus Moyses dicit,
‖ Ego ad æmulationem vos addu- De.32.c.21
cam in non gentem: in gentem
insipientem, in iram vos mittam.
20 † Isaias autem audet, & dicit, ‖ In- Isa.65.a.1.
uentus sum à non quærentibus
me: palam apparui ijs qui me non
21 interrogabant.† Ad Israel autem
dicit, ‖ Tota die expandi manus Isa.65.a.2.
meas ad populum non creden-
tem, & contradicentem mihi. -.6.

CAP. XI.

1 DIco ergo: Nunquid Deus re-
A pulit populum suum? Absit.
Nam & ego Israëlita sum, ex se-
mine Abraham, de tribu Ben-ia-
2 min.† Non repulit Deus plebem
suam quam præsciuit. An nescitis
in Elia quid dicit scriptura: quem
admo-

admodum interpellat Deum ad-
3 uersum Israel.† ‖Domine, prophe
3 Re. 19. b. tas tuos occiderũt, altaria tua suf-
10. foderunt: & ego relictus sum so-
lus, & quærunt animam meam.
4 3 Re. 19. b. ‖Sed quid dicit illi diuinum re-
19. sponsum? ‖Reliqui mihi septem
millia virorum, qui non curuauc
5 runt genua Baal. † Sic ergo & in
*ante 4. hoc tempore, reliquiæ secundum
electionem gratiæ *salvæ factæ
1. (6 sunt. † Si autem gratia: iam non
B ex operibus, alioquin gratia iam
7 non est gratia. † Quid ergo? quod
quærebat Israel, hoc non est con-
secutus: electio autem consecuta
est, cæteri verò excæcati sunt.
8 † sicut scriptum est: ‖ Dedit illis
Isa. 6. c. 9. Deus spiritum compunctionis:
Mt. 13. b. 14 oculos, vt non videant, & au-
Io. 12. f. 40. res, vt non audiant vsque in ho-
9 diernum diem. † Et Dauid di-
Ac. 28. f. 26 xit: ‖ Fiat mensa eorum * in la-
Ps. 68. c. 23. queum & in captionem & in scan
*coram dalum, & in retributionem illis.
ipsis. (10 † Obscurentur oculi eorum ne vi-
deant: & dorsum eorum semper
11 incurua. † Dico ergo, Nunquid sic
offenderunt vt caderent? Absit.
Sed illorum delicto, salus est Gẽ-
12 tibus, vt illos æmulentur. † Quod
si delictum illorum diuitiæ sunt
mundi, & diminutio eorum diui-
tiæ Gentiũ: quantò magis pleni-
13 tudo eorum? † Vobis enim dico
Gentibus, quàmdiu quidem ego
sum Gentium Apostolus, mini-
14 sterium meum honorificabo, † si
quo modo ad æmulandum pro-
uocẽ carnẽ meã, & saluos faciam
15 aliquos ex illis. † Si enim amissio
eorũ reconciliatio est mundi: quę
assumptio, nisi vita ex mortuis?
16 † Quod si delibatio sancta est, &
massa, & si radix sancta, & rami.
17 † Quod si aliqui ex ramis fracti
C sunt, tu autem cum oleaster esses,
inserte es in illis, & socius radicis
18 & pinguedinis oliuę factus es, no
li gloriari aduersus ramos. Quod
si gloriaris: non tu radicem por-
19 tas, sed radix te. † Dicis ergo: Fra-
20 cti sunt rami, vt ego inserar. † Be-
ne propter incredulitatem fracti
sunt, tu autẽ fide stas, noli altũ sa-
21 pere, sed time. † Si enim Deus na-
turalibus ramis non pepercit, ne
22 forte nec tibi parcat. † Vide ergo
bonitatem & seueritatem Dei: in
eos quidem qui ceciderunt, seue-
ritatẽ: in te autẽ bonitatem Dei, si
permãseris in bonitate, alioquin
23 & tu excideris. † Sed & illi, si non
permanserint in incredulitate, in-
serentur, potens est enim Deus
24 iterum inserere illos. † Nam si tu
ex naturali excisus es oleastro, &
contra naturam insertus es in bo
nam oliuam: quanto magis ij qui
25 secundum naturam, inserentur
suæ oliuæ? † Nolo enim vos igno-
rare fratres mysterium hoc, (vt
non sitis vobismetipsis sapientes) quia
cæcitas ex parte contigit in Isra-
el, donec plenitudo Gentium in-
26 traret: † & sic omnis Israel sal-
D uus fieret, sicut scriptum est, ‖ Ve- Isa. 59. d. 20
niet ex Sion, qui eripiat, & auer-
27 tit impietatem à Iacob. † Et hoc
illis à me testamentum, cùm ab-
28 stulero peccata eorum. † Secun-
dum Euangelium quidem, inimi-
ci propter vos: secundum electio
nem autem charissimi propter pa
29 tres. † Sine pœnitentia enim sunt
30 dona & vocatio Dei. † Sicut enim
aliquando & vos non credidistis
Deo, nunc autem misericordiam
consecuti estis propter incredu-
31 litatem illorum, † ita & isti nunc
non crediderunt in vestram mi-
sericordiam, vt & ipsi misericor-
32 diam consequãtur. Concluſit e-
nim Deus omnia in incredulitatẽ,
33 vt omnium misereatur. † O altı-
tudo diuitiarum sapientiæ & sci-
entiæ Dei: quam incompre-
hensibilia sunt iudicia eius, &
34 inuestigabiles viæ eius, ‖ Quis Sap. 9. c. 13.
enim cognouit sensum Domi- Isa. 40. c. 1.
ni? Aut quis consiliarius eius fu- 1. Cor. 2. d.
35 it? † Aut quis prior dedit illi, & re- 16.

36 retribuetur ei? † Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula, Amen.

CAP. XII.

1 OBsecro itaque vos fratres per
A misericordiam Dei, ‖ vt ex-
Phi.4.d.18 hibeatis corpora vestra hostiam
viuentem, sanctam, Deo placen-
tem, rationabile obsequium ve-
2 strum. † Et nolite conformari
huic seculo: sed reformamini in
Eph.5.d.17 nouitate sensus vestri, ‖ vt probe-
1.The.4.a. tis quæ sit voluntas Dei bona,
3. 3 & beneplacens, & perfecta. † Dico
enim per gratiam quæ data
est mihi, omnibus qui sunt in-
ter vos, Non plus sapere quàm
oportet sapere, sed sapere ad so-
1.Co.12.b. brietatem, ‖ vnicuique sicut De-
11. 4 us diuisit mensuram fidei. † Sicut
B enim in vno corpore multa mem
Eph.4.b.7 bra habemus, omnia autem mem
bra non eundem actum habent.
5 ita multi vnum corpus sumus in
Christo, singuli autem alter alte-
6 rius membra. † Habentes autem
donationes, secundum gratiam
quæ data est nobis, differentes: si-
ne prophetiam secundum ratio-
nem fidei, siue ministerium in mi
nistrando, siue qui docet in do-
8 ctrina, † qui exhortatur in exhor-
C tando, qui tribuit in simplicita-
te, qui præest in solicitudine, qui
9 miseretur in hilaritate. † Dilectio
Am.5.d.15 sine simulatione. ‖ Odientes ma-
10 lum, adhærentes bono. † ‖ Chari-
Eph.4.a.3. tatem fraternitatis inuicem di-
1.Pet.2.d. ligentes. ‖ Honore inuicem præ-
22.2.c.17. uenientes. † ‖ Solicitudine non
11 pigri. Spiritu feruentes. Domino
12 seruientes. † Spe gaudentes. In tri-
He.13.a.1. bulatione patientes. Orationi in
13 stantes. † Necessitatibus sancto-
1.Pe.5.b.5. rum cõmunicantes. ‖ Hospitalita-
14 tem sectantes. † ‖ Benedicite per-
He.13.a.2. sequentibus vos, benedicite, &
15 nolite maledicere. † Gaudere cum
1.Pe.4.b.9. gaudentibus, flere cum flentibus.

16 † Idipsum inuicem sentientes. Mt.5.g.44.
‖ Non alta sapientes, sed humi- 1.Co.3.c.18
libus consentientes. ‖ Nolite Pro.3.a.7.
esse prudentes apud vosmet- Esa.5.c.21.
17 ipsos. † ‖ Nulli malum pro ma- Pr.20.d.22
D lo reddentes. ‖ Prouidentes bo- 1.Pe.3.b.9.
na non tantùm coram Deo, sed 2.Cor.8.d.
etiam coram omnibus homini- 22.
18 bus. † ‖ Si fieri potest, quod ex vo- Heb.12.d.
bis est, cum omnibus hominibus 14.
19 pacem habentes. † ‖ Non vosmet- Ec.38.a.1.
ipsos defendentes charissimi, sed Mt.5.f.39.
date locum iræ. scriptũ est enim: De.32.c.35.
Mihi vindictam, ego retribuam, He.10.f.30.
20 dicit Dominus. † Sed ‖ si esurierit Prou.25.c.
inimicus tuus, ciba illum: si sitit, *vindicta
potum da illi, hoc enim faciens, 1.
carbones ignis congeres super *&
21 caput eius. † Noli vinci à malo: sed
vince in bono malum.

CAP. XIII.

1 OMnis anima potestatib. sub- Sap.6.a.4.
A limioribus subdita sit. Non Tit.3.a.1.
est enim potestas nisi à Deo, quæ 1.Pet.2.c.13
autem sunt, à Deo *ordinata sunt. *ordinatæ
2 † Itaque quæ resistit potestati, Dei 1.
ordinationi resistit. Qui autem
resistunt, ipsi sibi damnationem
3 acquirunt. † nam principes non
sunt timori boni operis, sed ma-
li. Vis autem non timere potesta-
tem? Bonum fac, & habebis lau-
4 dem ex illa. † Dei enim minister
B est tibi in bonum. Si autem ma-
lum feceris: time, non enim sine
causa gladium portat. Dei enim
minister est: vindex in iram ei qui
5 malum agit. † Ideò necessitate sub
diti estote, non solùm propter
iram, sed etiam propter conscien
6 tiam. † Ideò enim & tributa præ- Mt.22.c.21
statis, ministri enim Dei sunt, in
7 hoc ipsum seruientes. † ‖ Reddite
ergo omnibus debita, cui tribu-
tum, tributum, cui vectigal, vecti-
gal, cui timorem, timorem, cui
8 honorem, honorem. † Nemini
C quicquam debeatis, nisi vt inui-
cem diligatis, qui enim diligit
proxi-

9 proximum, legem impleuit. † Nã
Exo.20. b. ‖ Nõ adulterabis, Nõ occides, Nõ
24. furaberis, Non falsum testimoni-
Deu.5.b.18 um dices, Non concupisces: & si
Mt.19.c.18 quod est aliud mandatum: in hoc
Leuit. 19. verbo instauratur. ‖ Diliges proxi
d.18. (10 mum tuum sicut teipsum. † Dile-
Mat, 22. d. ctio 'proximi', malum non ope-
39. ratur. Plenitudo ergo legis est di-
Mr.12. (11 lectio. † Et hoc scientes tempus,
c.31. quia hora est iam nos de somno
Gal.5.c.14 surgere. Nunc enim propior est
Iac.2. b. 8. nostra salus, quam cùm credidi-
'proxi- (12 mus. † Nox præcessit, dies autem
mo 1. (D appropinquauit. Abijciamus ergo
opera tenebrarum, & induamur
13 arma lucis. † Sicut in die ho-
Lu.22.f.34 neste ambulemus: ‖ non in comes
Gal.5.c.16. sationibus & ebrietatibus, non in
1.Pe.2.c. 11 cubilibus & impudicitijs, non in
14 contentione & æmulatione: † sed
'induite 4 'induimini' Dominũ Iesum Chri
stum, & carnis curam ne feceritis
in desyderijs.

CAP. XIIII.

1 INfirmum autem in fide assumi
te: non in disceptationibus co-
2 gitationum. † Alius enim credit
A se manducare omnia: qui autẽ in-
3 firmus est, olus 'manducet'. † Is
'mãducat qui manducat, nõ manducantem
1. nõ spernat: & qui non manducat:
manducantẽ nõ iudicet. Deus. n.
4 illum assumpsit. † ‖ Tu quis est, q
Iac.4. c.12. iudicas alienum seruum? Domi-
no suo stat aut cadit: stabit autem:
potens est enim Deus statuere il-
5 lum. † Nam alius iudicat diem in-
ter diem: alius autem iudicat om
nem diem, vnusquisq; in suo sen-
6 su abundet. † Qui sapit diem, Do-
B mino sapit. Et qui manducat: Do-
mino manducat: gratias enim a-
git Deo. Et qui non manducat,
Domino non manducat, & grati
7 as agit Deo. † Nemo enim nostrũ
sibi viuit: & nemo sibi moritur.
8 † Siue enim viuimus, Domino vi-
mus: siue morimur, Domino mo
rimur. Siue ergo viuimus, siue mo
9 rimur, Domini sumus. † In hoc e-
nim Christus 'mortuus est, & re- '& 4.
surrexit: vt & mortuorum & vi-
10 uorum dominetur. † Tu autem qd
iudicas fratrem tuum? aut tu quare
spernis fratrem tuum? ‖ Omnes enim stabimus ante tribunal 1.Cor.5.b.
Christi. † Scriptum est enim. ‖ Vi 10.
11 uo ego, dicit Dominus, quoniam C mihi 'flectetur' omne genus: & om 'flectet Isa.45.d.23.
Phi.2.b.10
12 nis lingua confitebitur Deo. † Ita-
que vnusquisque nostrũ pro se
13 rationem reddet Deo. † Non ergo
amplius inuicem iudicemus: sed
hoc iudicate magis, ne ponatis of
fendiculum fratri vel scandalum.
14 † Scio & confido in Domino Ie-
su, quia nihil commune per ip-
sum, nisi ei qui existimat quid cõ-
15 mune esse, illi commune est. † Si
enim propter cibum frater tuus
contristatur: iam non secundum
charitatem ambulas. ‖ Noli cibo 1.Cor.2.b.
tuo illum perdere, pro quo Chri 12.
16 stus mortuus est. † Non ergo bla-
17 sphemetur bonum nostrum. † Nõ
est enim regnum Dei esca & po-
tus: sed iustitia, & pax, & gaudium
18 in Spiritu sancto. † Qui enim in
hoc seruit Christo, placet Deo, &
19 probatus est hominibus. † Itaque
D quæ pacis sunt, sectemur: & quæ
ædificationis sunt, inuicem cu- 6.
stodiamus'. † Noli propter escam Tit.1. d.15
20 destruere opus Dei. ‖ Omnia qui-
dem sunt munda: sed malum est
homini qui per offendiculum mã
21 ducat. † Bonum est non manducare carnem & non bibere vinũ, 1.Cor.8.d.13.
neque in quo frater tuus offendi-
tur, aut scandalizatur, aut infirma
22 tur. † Tu fidem habes? habe penes te
metipsum habe coram Deo: Bea-
tus qui non iudicat semetipsum
23 in eo quod probat. † Qui autem
discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

CAP. XV.

1 DEbemus autem nos firmio-
A res, imbecillitates infirmorũ
sustinere, & non nobis placere.
2 † Vnusquisque vestrũm proximo
suo placeat in bonum, ad ædifica-
3 tionem. † Etenim Christus non si-
bi placuit, sed sicut scriptum est,
Ps.68.b.10 ‖ Improperia improperantium ti
4 bi, ceciderunt super me. † Quæcũ-
que. n. scripta sunt, ad nostrã do-
ctrinã scripta sunt: vt per patien-
tiã & consolationem scripturarũ,
5 spem habeamus. † Deus autem pa
2.Cor.1.b. tientiæ & solatij ‖ det vobis idip-
10. sum sapere in alterutrum secun-
6 dũ Iesum Christũ: † vt vnanimes,
B vno ore honorificetis Deũ & pa
7 trẽ Dñi nostri Iesu Christi. † Pro-
pter quod suscipite inuicem: sicut
& Christus suscepit vos in hono-
8 rẽ Dei. † Dico enim Christũ Iesum
minist rũ fuisse circuncisionis pro
pter veritatem Dei, ad confirman
9 das promissiones patrum. † Gen-
tes aũt super misericordia hono-
C rare Deum, sicut scriptum est:
Ps.17.d.50. ‖ Propterea confitebor tibi in gẽ-
2. Reg. 22. tibus Domine, & nomini tuo can
d.50. 10 tabo. † Et iterum dicit, Lætamini
11 Gentes cum plebe eius. † Et iterũ,
Ps.116.a.1. ‖ Laudate omnes gentes Domi-
nũ: & magnificate eũ omnes po-
12 puli. † Et rursus Isaias ait, ‖ Erit ra
Is.11.c.10. dix Iesse: & qui exurget regere gẽ
tes, in eum gentes sperabunt.
13 † Deus autem spei repleat vos om
ni gaudio & pace in credendo: vt
'in 1. abundetis in spe, 'virtute Spi-
14 ritus sancti. † Certus sum autem
fratres mei & ego ipse de vobis,
quoniam & ipsi pleni estis dile-
ctione, repleti omni scientia, ita
vt possitis alterutrum monere.
15 † Audaci' aũt scripsi vobis fratres
D ex parte, tanquã in memoriã vos
reducens: propter gratiam quę da
16 ta est mihi à Deo: † vt sim minister
Christi Iesu in Gentibus: sanctifi-
cans Euangelium Dei, vt fiat obla
tio Gentium accepta - & 'sanctificata -5.
17 cata in Spiritu sancto. † Habeo igi
tur gloriam in Christo Iesu ad Deum. 18 † Non enim audeo aliquid lo
qui eorum quæ per me non 'effi- 'effecit 2.
cit' Christus in obedientiam Gen
tium, verbo & factis, † in virtute si
gnorum & prodigiorum, in virtu
te Spiritus sancti: ita vt ab Ieruſa-
lem per circuitum vsque ad Illyri
E cum repleuerim Euangeliũ Chri
20 sti. † Sic autem prædicaui Euange
lium hoc, non vbi nominatus est
Christus, ne super alienum funda
21 mẽrum ædificarem. † sed sicut scri
ptum est, ‖ Quib. non est annun- Is.52.d.15.
tiatum de eo, videbunt, & qui nõ
22 audierunt intelligent. † Propter
quod & impediebar plurimũ ve-
23 nire ad vos'. † Nunc verò vlteri- '& prohi-
us locum, nõ habens in his regio- bitus sum
nib. cupiditatem aũt habens veni vsq; adhuc
endi ad vos ex multis iam præce-
24 dentib. annis: † cùm in Hispaniam
proficisci cœpero, spero quòd prę
teriens videam vos, & à vobis de-
ducar illuc, si vobis primũ ex par-
25 te fruitus fuero. † Nunc igitur pro
F ficiscar in Ieruſalem ministrare
26 sanctis. † Probauerunt enim Ma-
cedonia & Achaia collationem a-
liquam facere in pauperes sancto
27 rum qui sunt in Ieruſalem. † Pla-
cuit enim eis: & debitores sunt eo
rum. ‖ Nam si spiritualium eorum 1.Cor.9.b.
participes facti sunt gentiles: de- 11.
bent & in carnalibus ministrare
28 illis. † Hoc igitur cùm consumma-
uero, & assignauero eis fructum
hunc: per vos proficiscar in Hispa
29 niam. † Scio autem quoniam veni
ens ad vos, in abundantia benedi
30 ctionis Christi veniam. † Obsecro
ergo vos fratres per Dominũ no-
strum Iesum Christum, & per cha
ritatem - Sancti' spiritus, vt adiu- -.1.
uetis me in orationib. - pro me' -.12.
31 ad Deum, † vt liberer ab infidelib.
qui sunt in Iudæa, & obsequij mei
oblatio acceptа fiat in Ieruſalem
32 sanctis, † vt veniam ad vos in gaudio

dio per voluntatem Dei, vt refri-
13 gerer vobiscum.† Deus autem pa-
cis sit cum omnibus vobis, Amen.

CAP. XVI.

1 COmmendo autem vobis Phœ
A ben sororem nostram, quæ est
in ministerio ecclesię, quæ est in
2 Cenchris: † vt eam suscipiatis in
Domino dignè sanctis: & assistatis
ei in quocunq; negotio vestri in-
diguerit: etenim ipsa quoq; asti-
3 tit multis, & mihi ipsi. † Salutate
Act.18.a.2 ‖ Priscam & Aquilam adiutores
g.26. 4 meos in Christo Iesu, † (qui pro a-
nima mea suas ceruices supposue
runt: quibus non solus ego grati-
as ago, sed & cunctæ ecclesiæ gen
5 tium) † & domesticam ecclesiam
eorum. Salutate Epænetum dile-
*Iesu ctũ mihi: qui est primitiuus Asiæ
6 in Christo*. † Salutate Mariam,
*vobis quæ multũ laborauit in *nobis'.
7 † Salutate Andronicum & *Iuli-
*Iuniam 1 am' cognatos & concaptiuos me-
B os: qui sunt nobiles in Apostolis,
qui & ante me fuerunt in Chri-
8 sto. † Salutate Ampliatum dilectis
9 simum mihi in Domino. † Saluta-
te Vrbanum adiutorem nostrum
in Christo Iesu, & Stachyn dile-
10 ctum meum. † Salutate Apellen
probum in Christo. Salutate eos
11 qui sunt ex Aristoboli*. † Salutate
*domo Herodiónem cognatum meum.
Salutate eos qui sunt ex Narcisci
12 domo, qui sunt in Domino. † Salu
tate Tryphænam & Tryphosam:
quæ laborant in Domino. Saluta-
te Persidẽ charissimam, quæ mul-
13 tùm laborauit in Domino. † Salu-
tate Rufum electum in Domino,
14 & matrem eius & meam. † Saluta-
te Asyncritum, Phlegontem, Her
mam, Patrobam, Hermen: & qui
15 cum eis sunt fratres. † Salutate Phi
lologum & Iuliam, Nereum, & so
rorem eius & Olympiadem: & om
16 nes qui cum eis sunt sanctos. † Sa-
lutate inuicẽ in osculo sancto. Sa-
lutant vos omnes Ecclesiæ Chri-
17 sti. † Rogo autem vos fratres, vt
C obseruetis eos qui dissensiones &
offendicula præter doctrinam,
quam vos didicistis, faciunt, & de
18 clinate ab illis. † Huiuscemodi e-
nim Christo Domino nostro non
seruiunt, sed suo ventri: & per dul
ces sermones & benedictiones se
19 ducunt corda innocentium. † Ve-
stra enim obedientia in omnem
locum diuulgata est. Gaudeo igi-
tur in vobis. Sed volo vos sapien-
tes esse in bono: & simplices in
20 malo. † Deus autẽ pacis conterat
Satanam sub pedib. vestris velo-
citer. Gratia Domini nostri Iesu
21 Christi vobiscum. † ‖ Salutat vos Act.16 a.1
Timótheus adiutor meus, & Luci Phi.2.e.19
us, & Iason, & Sosipater cognati
22 mei. † Saluto vos ego Tertius, qui
23 scripsi epistolam, in Domino. † Sa
D lutat vos Caius hospes meus, & *vniuersæ
*vniuersa ecclesia'. Salutat vos E- ecclesiæ 6.
rastus arcarius ciuitatis, & Quar-
24 tus, frater. † Gratia Domini nostri
Iesu Christi cum omnibus vobis,
25 Amen. † ‖ Ei autem qui potens est Eph.3.d.20
vos confirmare iuxta Euangeliũ
meum & prædicationẽ Iesu Chri
sti, secundum reuelationem my-
sterij temporibus æternis taciti,
26 † (quod nunc patefactum est per
scripturas prophetarum secundũ
præceptum æterni Dei, ad obedi-
tionem fidei) in cunctis gentibus
27 cogniti: † soli sapienti Deo per Ie-
sum Christum, cui- honor, &' -.1.
gloria in secula seculo-
rum: Amen.

EPI-

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS PRIMA.

CAP. I.

1 PAVLVS vocatus A-
A postolus Iesu Christi,
per voluntatem Dei,
& Sosthenes frater.
2 †Ecclesiæ Dei quæ est
Corinthi, sanctificatis in Christo
Iesu, vocatis sanctis, cum omnib.
qui inuocant nomen Domini no
stri Iesu Christi in omni loco ipso
3 rum & nostro: †Gratia vobis &
pax à Deo patre nostro & Domi-
4 no Iesu Christo. †Gratias ago Deo
meo semper pro vobis in gratia
Dei, quæ data est vobis in Christo
5 Iesu, †quod in omnibus diuites
facti estis in illo, in omni verbo,
6 & in omni scientia. †(sicut testi-
monium Christi confirmatum est
7 in vobis,) †ita vt nihil vobis desit
in vlla gratia, expectantibus reue
lationem Domini nostri Iesu
8 Christi, †qui & confirmabit vos
B vsque in finem sine crimine, in
aduentus Domini nostri Iesu D
9 Christi. †‖ Fidelis Deus: per quem
1.Thes.5. vocati estis in societatem filij e-
d.24. ius Iesu Christi Domini nostri.
10 †Obsecro autem vos fratres, per
nomen Domini nostri Iesu Chri-
sti, vt idipsum dicatis omnes, &
non sint in vobis schismata: si-
*eadē mē- tis autem perfecti *in eodem sen
te, & ea(i su, & in eadem scientia'. †Si-
dem sentē gnificatum est enim mihi de vo-
tia 3. bis fratres mei, ab ijs qui sunt
Chloes, quia contentiones sunt
12 inter vos. †Hoc autem dico,
quod vnusquisque vestrûm dicit,
Ego quidem sum Pauli, ego au-
Act. 18. f. tem ‖ Apollo, ego verò Cephæ,
24. 13 ego autem Christi. †Diuisus est
Christus? Nunquid Paulus cru-
cifixus est pro vobis? aut in no-
14 mine Pauli baptizati estis? †Gra-
tias ago Deo* quod neminem ve- *meo
strûm baptizaui, nisi ‖ Crispum Act. 18. c. 8.
15 & Caium: †ne quis dicat quod in
16 nomine meo baptizati estis. †Ba-
C ptizaui aũt & Stephanæ domum.
Cæterùm nescio si quem aliũ *ba * vestrûm
17 ptizauerim. †Non enim misit me
Christus baptizare, sed euãgeliza
re: ‖ nõ in sapientia verbi, vt non 2. Pe. 1. c. 16
18 euacuetur crux Christi. †Ver-
bum enim crucis pereuntibus
quidem stultitia est: ijs autem qui
salui fiunt, id est, nobis, ‖ Dei vir- Ind. 2. a. 1.
19 tus est. †Scriptum est enim, ‖ Per- a. 4.
dam sapientiam sapientium, & Ro. 1. b. 16
prudentiam prudentium repro- Isa. 9. c. 14.
20 babo. †‖ Vbi sapiens? vbi scriba? Isa. 33. c. 18.
vbi conquisitor huius seculi? Nõ-
ne stultam fecit Deus sapientiam
21 huius mundi? †Nam quia in Dei
D sapientia non cognouit mundus
per sapientiam Deũ: placuit Deo
per stultitiam prædicationis sal-
22 uos facere credentes. †Quoniam
& Iudæi signa petunt, & Græci sa-
23 pientiã quærunt: †nos autem præ
dicamus Christum crucifixum, Iu
dæis quidem scandalum, Genti-
24 bus autem stultitiam, †ipsis au-
tem vocatis Iudæis atque Græcis
Christum Dei virtutẽ & Dei sapi
25 entiã: †quia quod stultum est Dei,
sapiẽtius est hominib. & quod in-
firmũ est Dei, fortius est homini-
26 bus. †Videte enim vocationem ve
stram fratres, quia non multi sapi
entes secundum carnem, nõ mul-
ti potentes, non multi nobiles:
†sed

27 †sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: &
infirma mundi elegit Deus, vt cõ-
28 fundat fortia: † & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus,
& ea quæ non sunt, vt ea quę sunt
29 destrueret: † vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. † Ex ip-
30 so autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a
Ier.23.a.5. Deo & ‖ iustitia & sanctificatio &
a.6. 31 redemptio: † vt quemadmodum
Ier.9.f.22. scriptum est: ‖ Qui gloriatur, in
g.23. Domino glorietur.
2.Cor.10.d
17.

CAP. II.

1 ET ego cùm venissem ad vos
A fratres, veni ‖ non in sublimi-
Sup.1.c.17. tate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimoniũ Chri-
2 sti. † Non enim iudicaui me scire
aliquid inter vos, nisi Iesum Chri
3 stum, & hunc crucifixũ. † Et ‖ ego
Act.17.a.1. in infirmitate & timore & tremo
4 re multo fui apud vos: † & ‖ sermo
Sup.1.c.17. meus & prædicatio mea non in
persuasibilibus humanæ sapiẽtiæ
B verbis, sed in ostensione spiritus
5 & virtutis: † vt fides vestra non sit
in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Sapientiam autem lo-
6 quimur inter perfectos. † sapientiam verò non huius seculi, neq;
principum huius seculi, qui de-
7 struuntur: † sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ absco-
dita est, quam prædestinauit Deus
ante secula in gloriam nostram,
8 † quam nemo principum huius seculi cognouit: si enim cognouis-
sent, nunquam Dominum gloriæ
9 crucifixissent. † Sed sicut scriptum
C est, ‖ Quod oculus non vidit, nec
Isa.64.a.4. auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit quæ præparauit Deus ijs
10 qui diligunt illum. † nobis autem
reuelauit Deus per spiritũ suum.
Spiritus enim omnia scrutatur e-
11 tiam profunda Dei. † Quis enim
hominum scit quæ sunt hominis,
nisi spiritus hominis qui in ipso
est? ita & quę Dei sunt nemo cog-
12 nouit nisi spiritus Dei. † Nos autem non spiritum huius mun- .a.2.
di accepimus, sed spiritum qui ex
Deo est: vt sciamus quæ à Deo do-
13 nata sunt nobis. † ‖ quæ & loqui- 2.Pe.1.c.16
mur non in doctis humanæ sapientiæ verbis: sed in doctrina
Spiritus, spiritualibus spiritualia
14 comparantes. † Animalis autem
D homo non percipit ea quæ sunt
spiritus Dei. stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia
15 spiritualiter 'examinatur'. † Spi- 'examinã-
ritualis autem iudicat omnia: & tur 1.
16 ipse à nemine iudicatur. † ‖ Quis Isa.40.c.13
enim cognouit sensum 'Domini Sap.9.c.13.
qui instruat eum'? Nos autem sen Ro.11 d.34
sum Christi habemus. 'domini ? aut qs instruxit eũ?

CAP. III.

1 ET ego fratres non potui vobis
A loqui quasi spiritualibus, sed
quasi carnalibus. Tanquam par-
2 uulis in Christo, † lac vobis potũ
dedi, non escam: nondum enim
poteratis, sed nec nunc quidem
potestis: adhuc enim carnales e-
3 stis. † Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales
estis, & secundum hominem am-
4 bulatis? † Cùm enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius au-
tem, Ego Apollo: nonne 'homi- 'carnales ?
nes' estis? Quid igitur est Apollo?
5 † quid verò Paulus? Ministri eius
cui credidistis, & vnicuique sicut
6 Dominus dedit. † Ego plantaui,
Apollo rigauit, sed Deus incre-
7 mentum dedit. † Itaque neq; qui
B plantat est aliquid, neque qui ri-
gat, sed qui incremẽtum dat, De-
8 us. † ‖ Qui autem plantat & qui ri- Ps.61.b.13.
gat, vnum sunt. ‖ Vnusquisq; au- Gal.6.b.5.
tem propriã mercedem accipiet
9 secundum suum laborem. † Dei
enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.
10 † Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus
fundamentum posui: alius autem
super-

superædificat. Vnusquisq; autem videat quomodo superædificet.
11 † Fundamentū enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.
12 † Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna,
13 fœnum, stipulam, † vniuscuiusq; opus manifestum erit: Dies enim
3. Domini declarabit, quia in igne revelabitur, & vniuscuiusq; opus
14 quale sit, ignis probabit. † Si cuius opus manserit quod superædi-
15 ficauit, mercedem accipiet. † Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit: sic
16 tamen quasi per ignem. † Nescitis quia templum Dei estis: & Spi-
17 ritus Dei habitat in vobis. † Si
D quis autem templum Dei viola-
Inf.6.d.19. uerit, disperdet illum Deus. ‖ Tē-
2.Cor.6.d. plum enim Dei sanctum est, quod
16. 18 estis vos. † Nemo se seducat, si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit
19 sapiens. † Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum.
Tob.5.a.13. Scriptum est enim, ‖ Comprehendam sapientes in astutia eo-
20 rum. † Et iterum, ‖ Dominus no-
Ps.93.b.11. uit cogitationes sapientium, quo-
21 niam vanæ sunt. † Nemo itaq; glorietur in hominib⁹. Omnia enim
22 vestra sunt: † siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia enim vestra
23 sunt: † vos autem Christi, Christus autem Dei.

CAP. IIII.

1 SIc nos existimet homo vt ‖ mi-
A nistros Christi, & dispensato-
2 res mysteriorum Dei. † Hic iam
2.Cor.6.a. 4. quæritur inter dispensatores vt
3 fidelis quis inueniatur. † Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed ne-
4 que meipsum iudico. † Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem
5 iudicat me, Dominus est. † Itaque nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit concilia cordium: & tunc laus erit vnicuique
6 à Deo. † Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo, propter vos: vt in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio.
7 † Quis enim te discernit? Quid
B autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris
8 quasi non acceperis? † Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis, & vtinam *regnetis, vt & nos vobiscum *regnemus'. † Puto enim quòd Deus
9 C nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculū facti sumus mun-
10 do, & angelis & hominibus. † Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. nos infirmi, vos autem fortes: vos no-
11 biles, nos autem ignobiles. † Vsq; in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis
12 cædimur, & instabiles sumus, ‖ & laboramus operantes manibus nostris. maledicimur, & benedicimus. persecutionem patimur,
13 & sustinem⁹. † blasphemamur, & obsecramus. tanquā purgamenta huius mūdi facti sumus, omnium
14 peripsema vsque adhuc. † Non vt confundam vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo.
15 † Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Iesu, per euangelium ego vos ge-
16 nui. † Rogo ergo vos, imitatores
17 mei estote*. † Ideo misi ad vos Ti-
D motheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbique in omni ecclesia doceo.

† Tan-

*regnare tis 9.
*regnare mus 5.
Act.20.g. 34.
1.Thes.2. b.9.
2.Thes.3. b.8.
*sicut & ego Christi

28 † Tanquam non venturus sim ad
19 vos, sic inflati sunt quidam. † Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit, & cognoscam non sermonẽ eorum qui inflati sunt:
20 sed virtutem. † Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.
21 † Quid vultis? in virga veniã ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

CAP. V.

1 OMnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio,
A Le. 18. b. 8. 20. b. 11. qualis nec inter Gentes, ‖ ita vt (2 vxorem patris aliquis habeat. † Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrûm qui hoc opus fecit.
3 † ‖ Ego quidẽ absens corpore, præsens autẽ spiritu, iam iudicaui vt
Col. 2. a. 5. *hoc 1. B præsens eum qui sic *operatus est,
4 † in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cũ virtute Domini nostri
5 Iesu * † tradere huiusmodi Satanæ
*Christi 9. in interitum carnis, vt spiritus sal-
. 2. uus sit in die Domini nostri Iesu Christi. † Nõ est bona gloria-
C tio vestra. ‖ Nescitis quia modicũ
Gal. 5. b. 9. fermentum totã massam corrumpit? † Expurgate *vetus fermentũ,
*igitur 4. vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum
8 immolatus est Christus. † Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ &
nequitiæ: sed in azymis sinceritatis & veritatis. † Scripsi vobis in epistola, Ne commisceami-
20 ni fornicarijs. † non vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruienti-
D bus: alioquin debueratis de hoc
21 mundo exisse. † Nunc autem scripsi vobis nõ commisceri, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum su-
22 mere. † Quid enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nónne de ijs qui intus sunt vos iudicatis?
23 † nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobismetipsis.

CAP. VI.

1 AVdet aliquis vestrûm habens
A negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & nõ apud
2 sanctos? † An nescitis quoniam sancti de *mundo iudicabunt? Et *hoc si in vobis iudicabitur mundus: indigni estis qui de minimis iu-
3 dicetis? † Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quantò magis
4 secularia? † Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos cõstituite ad iudicandum. † Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui
B possit iudicare inter fratrẽ suum?
6 † Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?
7 † Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. ‖ Quare non magis Mt. 5. g. 39. iniuriam accipitis? quare nõ ma- Lu. 6 d. 29.
8 gis fraudem patimini? † Sed vos Ro. 12 d. 19
iniuriam facitis & fraudatis: & 1. Thess. 4.
9 hoc fratribus. † An nescitis quia a. 6.
iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: Neque fornicarij, neque idolis seruientes,
neque adulteri, neq; molles, neque masculorum concubitores,
10 † neq; fures, neq; auari, neque e-
C brioli, neque maledici, neque ra-
11 paces regnũ Dei possidebunt. † Et
hæc *quidem fuistis: sed abluti *quidam
estis, sed sanctificati estis, sed iu- 1.
stificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu
12 Dei nostri. † ‖ Omnia mihi licent, Ec. 37. d. 1.
sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nul- Inf. 10. f. 23.
13 lius redigar potestate. † Esca ventri, & venter escis, Deus autem & *hanc
hunc & *has destruet. corpus autem non fornicationi, sed Domi- hæc 4.
no:

14 no, & Dominus corpori. † Deus
vero & Dominum suscitauit, &
nos suscitabit per virtutem suam.
15 † Nescitis quoniam corpora ve-
D stra membra sunt Christi? Tollēs
ergo membra Christi, faciā mem
16 bra meretricis? Absit. † An nesci-
tis, quoniam qui adhæret mere-
Ge.2.d.24. trici, vnum corpus efficitur? ‖ E-
Mt.19.a.5. runt enim (inquit) duo in carne
17 vna. † Qui autem adhæret Domi-
18 no: vnus spiritus est. † Fugite for-
*enim nicationem. Omne * peccatum
Mr.10.a.8. quodcunq; fecerit homo, extra
Eph.5.g.31. corpus est: qui autem fornicatur,
19 in corpus suum peccat. † An ne-
Su.3.d.17. scitis quoniam membra vestra,
2.Cor.6.d. templum sunt Spiritus sancti qui
17. in vobis est, quem habetis à Deo,
20 & non estis vestri? ‖ Empti enim
Inf.7.d.23. estis pretio magno. Glorificate
1.Petr.1.c. & portate Deum in corpore ve-
18. stro.

CAP. VII.

1 A DE quib* autem scripsistis mi-
hi: Bonum est homini mu-
2 lierem nō tangere. † propter for-
nicationem autem vnusquisque
suam vxorem habeat, & vnaquæ-
3 que suum virum habeat. † ‖ Vxo-
1.Pet.3.b.7 ri vir debitum reddat: similiter
4 autem & vxor viro. † Mulier sui
corporis potestatem non habet,
sed vir. Similiter autem & vir, sui
corporis potestatem non habet,
5 sed mulier. † Nolite fraudare in-
uicem, nisi fortè ex consensu ad
ieiunio tempus, vt vacetis orationi: &
& 1. iterum reuertimini in idipsum,
ne tentet vos Satanas propter in-
6 continentiam vestram. † Hoc au-
tem dico secundum indulgentiā,
7 non secundum imperium. † Volo
autem omnes homines esse sicut
meipsum: sed vnusquisque pro-
prium donum habet ex Deo: alius
8 quidem sic, alius verò sic. † Dico
B autem non nuptis & viduis; bo-
*maneant num est illis si sic *permaneant'
12. 9 sicut & ego. † Quòd si non se con-
tinent, nubant. Melius est enim
10 nubere, quàm vri. † Iis autem qui
matrimonio iuncti sunt, præcipio
non ego, sed Dominus, ‖ vxorem Mt. 5. c. 32.
11 à viro non discedere: † quòd si 19. b. 9.
discesserit, manere innuptam, Mr. 10. b. 9.
aut viro suo reconciliari. Et vir 10. 11.
12 vxorem non dimittat. † Nam cæ- Lu. 16. d. 18.
teris, ego dico, non Dominus. Si
quis frater vxorem habet infide-
lem, & hæc consentit habitare cū
13 illo: nō dimittat illam. † Et si qua
C mulier habet virum infidelem, &
hic consentit habitare cum illa:
14 non dimittat virum. † sanctifica-
tus est enim vir infidelis per mu-
lierem fidelem: & sanctificata est
mulier infidelis per virum fide-
lem. alioquin filij vestri immun-
di essent: nunc autem sancti sunt.
15 † Quòd si infidelis discedit: discē-
dat. non enim seruituti subiectus
est frater aut soror in huiusmo-
di. in pace autem vocauit nos De-
16 us. † Vnde enim scis mulier, si vi-
rum saluum facies? aut vnde scis
17 vir, si mulierem saluā facies? † nisi
vnicuique sicut diuisit Dominus,
vnumquenq; sicut vocauit Deus,
ita ambulet, & sicut in omnibus
18 ecclesijs doceo. † Circuncisus ali-
quis vocatus est? nō adducat præ-
putium. In præputio aliquis vo-
19 catus est? non circuncidatur. † Cir-
cuncisio nihil est, & præputium
nihil est, sed obseruatio manda-
20 torum Dei. † ‖ Vnusquisq; in qua Eph. 4. a. 2.
vocatione vocatus est, in ea per-
21 maneat. † Seruus vocatus es? non
sit tibi curæ, sed & si potes fieri li-
22 ber, magis vtere. † Qui enim in
Domino vocatus est seruus, liber-
tus est Domini: similiter qui li-
ber vocatus est, seruus est Christi.
23 † Pretio empti estis, nolite fieri Su. 6. d. 29.
24 serui hominum. † Vnusquisque in 1. Pet. 1. c. 18.
E quo vocatus est, 'frater' in hoc *fratres 2.
25 'permaneat' apud Deum. † De vir- 'maneant.
ginibus autem præceptum Domi-
ni non habeo: consilium autē do,
tanquam misericordiam cōsecu-
tus

26 tus à Domino vt sim fidelis.† Exi-
'enim stimo' ergo' hoc bonum esse pro-
'autem 6. pter instantem necessitatem, quo
27 niã bonũ est homini sic esse.† Al-
ligatus es vxori? noli quærere so-
lutionem. Solutus es ab vxore?
28 noli quærere vxorem.† Si autem
acceperis vxorem: non peccasti.
Et si nupserit virgo, non pecca-
uit. tribulationem tamen carnis
habebunt huiusmodi. Ego autem
29 vobis parco. † Hoc itaque dico
fratres, tempus breue est, reliquũ
est, vt & qui habent vxores, tan-
30 quam non habentes sint: †& qui
flent, tanquam non flentes: &
qui gaudent tanquam non gau-
dentes: & qui emunt, tanquam
31 non possidentes:† & qui vtuntut
F hoc mundo, tanquam non vtan-
tur. præterit enim figura huius
32 mundi.† Volo autem vos sine soli-
citudine esse. Qui sine vxore est:
solicitus est quæ Dñi sunt, quo-
33 modo placeat Deo. † Qui autem
cum vxore est, solicitus est quæ
sunt mundi, quomodo placeat
34 vxori: & diuisus est.† Et mulier in
nupta & virgo, cogitat quæ Dñi
sunt: vt sit sancta & corpore & spi
ritu. Quæ autẽ nupta est, cogi-
tat quæ sunt mundi: quomodo
35 placeat viro.† Porrò hoc ad vtili-
tatẽ vestrã dico: non vt laqueum
vobis inijciam, sed ad idquod ho
nestum est, & quod facultatem
præbeat sine impedimento Dñm
36 'obseruandi'.† Si quis autem tur-
'obsecrandi. pem se videri existimat super vir
gine sua, quòd sit superadulta, &
G ita oportet fieri: quod vult faciat,
37 non peccat, -si' nubat.† Nam qui
-.1. statuit in corde suo firmus, non
habens necessitatem, potestatem
autem habens suæ voluntatis, &
hoc iudicauit in corde suo, serua-
re virginem suam: bene facit.
38 † Igitur & qui matrimonio iun-
git virginem suam, benefacit: &
qui non iungit, melius facit.
39 † ‖ Muler alligata est legi quanto
tempore vir eius viuit. quòd si Ro.7.a.2.
dormierit vir eius, liberata est *: *à lege
cui vult nubat: tantùm in Domi-
40 no.† Beatior autem erit, si sic per
manserit secundùm meum con-
silium. puto autem quòd & ego
spiritum Dei habeam.

CAP. VIII.

1 DE ijs autem quæ idôlis sacri-
A ficantur, scimus quia omnes
scientiam habemus. Scientia in-
2 flat: charitas verò ædificat. † Si
quis autem se existimat scire ali-
quid, nondum cognouit, quem-
admodum oporteat eum scire.
3 † Si quis autem diligit Deum, hic
4 cognitus est ab eo. † De escis aũt
B quæ idôlis immolantur, scimus
quia nihil est idôlum in mundo,
& quod nullus est Deus, nisi vnus.
5 † Nam etsi sunt qui dicantur dij,
siue in cælo, siue in terra (siqui-
dẽ sunt dij multi, & domini mul-
6 ti)† nobis tamen vnus Deus, Pa-
ter, ex quo omnia & nos in 'illũ': 'illo
& vnus Dominus, Iesus Christus,
per quem omnia, & nos per ip-
7 sum. † Sed non in omnibus est
C scientia. Quidam autem *consci- *cum
entia vsq; nunc idôli, quasi ido-
lothytum manducant: & con-
scientia ipsorum cùm sit infirma,
8 polluitur. † Esca autem nos non
commendat Deo. Neque enim si
manducauerimus, abundabimus:
neque si non manducauerimus,
9 deficiemus. † Videte autem ne
fortè hæc licentia vestra offendi-
10 culũ fiat infirmis. † Si enim quis
D viderit eum qui habet sciẽtiam,
in idolio recumbentem: nónne
conscientia eius, cùm sit infirma,
ædificabitur, ad manducandum
11 idolothyta? † ‖ Et peribit infirmus Ro.14.e.15
in tua 'scientia' frater, propter *conscien-
12 quem Christus mortuus est? † Sic tia
autem peccantes in fratres, & per
cutientes conscientiã eorum in-
13 firmã: in Christũ peccatis.† ‖ Qua- Ro.14.d.21
propter si esca scandalizat fratrẽ
i meum:

meū:non manducabo carnē in ę-
ternū,ne fratrē meū scandalizē

CAP. IX.

1 NOn sum liber? Non sum A
A postolus? Nónne Christum
Iesum Dominum nostrum vidi?
Nonne opus meum vos estis in
2 Domino? † Et' si alijs non sum
1.1. Apostolus:sed tamen vobis sum.
nam signaculum apostolatus mei
3 vos estis in Domino.† mea defen
sio apud eos qui me interrogant,
4 hæc est: † Nunquid non habemus
potestatem manducandi & bi-
5 bendi? † Nunquid non habemus
potestatem mulierem sororem
circunducendi, sicut & cæteri A-
postoli & fratres Domini, & Ce-
6 phas:† Aut ego solus & Barnabas,
non habemus potestatē hoc ope-
7 randi? † Quis militat suis stipen-
dijs vnquam? Quis plantat vine-
am: & de fructu eius non edit?
Quis pascit gregē:& de lacte gre-
8 gis nō manducat? † Nunquid se-
cundum hominē hæc dico? An &
9 lex hæc non dicit? † Scriptum est
B enim in lege Moysi, ‖ Non alliga-
De.15.a.4. bis os boui trituranti. Nunquid
10 de bobus cura est Deo? † An pro-
1.Ti.5.c.8. pter nos vtiq; *dicit? Nā propter
*hoc nos scripta sunt.quoniā debet in
spe qui arat,ararc:& qui triturat,
11 in spe fructus percipiendi. † ‖ Si
Ro.15.f.27 nos vobis spiritualia seminaui-
mus:magnū est si nos carnalia ve
12 stra metamus? † Si alij potestatis
vestræ participes sunt:quare non
potius nos? Sed non vsi sumus
hac potestate: sed omnia sustine-
mus, ne quod offendiculum de-
13 mus Euangelio Christi. † ‖ Nesci-
De.18.a.1. tis quoniam qui in sacrario ope-
rantur: quæ de sacrario sunt e-
..8. dunt: .. & qui altari deseruiunt,
14 cū altari participant? † Ita & Do-
minus ordinauit ijs qui Euan-
gelium annuntiant, de Euange-
15 lio viuere. † Ego autem nullo ho-
C rum vsus sum. Non autem scripsi
hæc,vt ita fiant in me: bonum est
enim mihi magis mori, quàm vt
16 gloriam meam quis euacuet. † Nā
& si euangelizauero, non est mi-
hi gloria:necessitas enim mihi in
cumbit: væ enim mihi est si non
17 euangelizauero. † Si enim volēs
hoc ago:mercedem habeo, si au-
tem inuitus:dispensatio mihi cre
18 dita est. † Quæ est ergo merces
mea? Vt Euangelium prædicans,
sine sumptu ponam Euangeliū,
vt non abutar potestate mea in
19 Euangelio. † Nā cùm liber essem
ex omnibus, omniū me seruum
20 feci:vt plures lucrifacerem. † Et
factus sum, Iudæis tanquam Iu-
21 dæus:vt Iudæos lucrarer. † ijs qui
sub lege sunt: quasi sub lege es-
sem(cum ipse non essem sub le-
ge) vt eos qui sub lege erant, lu-
D crifacerem: ijs qui sine lege erāt,
tanquam sine lege essem (cùm si-
ne lege Dei non essem: sed in le-
ge essem Christi) vt lucrifacerem
22 eos qui sine lege erant. † Factus
sum infirmis infirmus: vt infir-
mos lucrifacerem. Omnibus om-
nia factus sum: vt oēs facerē sal-
23 uos. † Omnia autem facio propter
Euangelium:vt particeps eius ef-
24 ficiar. Nescitis quod ij qui in sta-
dio currunt, omnes quidem cur-
runt: sed vnus accipit brauium?
Sic currite vt comprehendatis.
25 † Omnis aūt qui in agone conten
dit:ab omnibus se abstinet, & illi
quidem vt corruptibilem coro-
nam accipiant:nos autem incor-
26 ruptam. † Ego igitur sic curro,nō
quasi in incertum:sic pugno,non
27 quasi aërem verberans:sed casti-
go corpus meum, & in seruitutē
redigo,ne fortè cùm alijs prædi-
cauerim,ipse reprobus efficiar.

CAP. X.

1 NOlo enim vos ignorare fra-
A tres quoniam patres nostri
omnes ‖ sub nube fuerunt,& om- Ex.13.d.21.
2 nes ‖ mare transierunt, † & om- Nu.9.e.18.
nes

Ex.14.c.22 nes in Moyse baptizati sunt in
3 nube & in mari: † & ‖omnes eandem escam spiritalem manducaue
Ex.16.d.15 4 runt, † & ‖oēs eundem potū spiritalem biberunt: (bibebant aūt
Ex.17.b.6. Nu.20.b. de spirituali consequente eos pe-
10.b.11. (B 5 tra: petra autem erat Christus,)
Nu. 26.g. ‖sed non in pluribus eorū bene-
65. (6 placitum est Deo. nam ‖prostrati
sunt in deserto. † Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum.
Num.11.a. 7 ‖ sicut & illi concupierunt. † Neq;
4.b.5. idololatræ efficiamini, sicut qui
Psal.105.b. dā ex ipsis: quemadmodū scriptū
14. est. ‖ Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.
Ex.32.b.6. 8 † Neque fornicemur, ‖ sicutquidā ex ipsis fornicati sunt, & cecide-
runt vna die viginti tria millia.
9 † Neque tentemus Christum: si-
C cut quidam eorum tentauerunt,
Num.21.b 10 & ‖ à serpentibus perierunt. † Ne-
5.b.6. que murmuraueritis: ‖ sicut quidam eorum murmurauerunt, & 28 G
Nu.11.g.33 11 perierūt ab exterminatore. † Hæc
14.f.37. autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad
correptionem nostram, in quos
12 fines seculorum deuenerūt. † Itaque qui se existimat stare, videat,
13 ne cadat. † Tentatio vos non ap-
'apprehendit 1. prehendat, nisi humana. fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod po-
D testis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. † Propter quod chariſſimi
14 mihi, fugite ab idolorum cultu-
15 ra. † Vt prudentibus loquor: vos
16 ipsi iudicate quod dico. † Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quē frangimus, nonne participatio corpo-
17 ris Dñi est? † Quoniam vnus pa-
E nis, vnū corpus multi sumus. 'om
'nam omnes 6. (18 nes qui de vno pane 'participa-
'& de vno calice. (19 mus. † Videte Israel secundū carnem: nonne qui edunt hostias,
participes sunt altaris? † Quid ergo? dico quòd idolis immolatum,
sit aliquid? aut quòd idolum sit a-
liquid? † Sed quæ immolant Gē-
tes, dæmonijs immolant, & non
21 Deo. Nolo aūt vos socios fieri dæmoniorum. † Non potestis calicē Domini bibere, & calicē dæmoniorū: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæ-
22 moniorū. † An æmulamur Dñm?
F Nunquid fortiores illo sumus?
Omnia mihi licent, sed non om- Ec.37.d.31.
23 nia expediunt. † Omnia mihi li- Su.6.c.12.
cent, sed non omnia ædificant.
24 † Nemo quod suū est quærat: sed
25 quod alterius. † Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conscien-
26 tiam. † ‖ Domini 'est terra, & ple- Psa. 23.a.1.
27 nitudo eius. † Siquis vocat vos in- 49.b.12.
fideliū', & vultis ire: omne quod 'enim 1.
vobis apponitur manducate, ni- 'ad cœnā.
hil interrogantes propter cōscientiam. † Si quis aūt dixerit, Hoc
G 'immolatum 'est idolis: nolite 'immola-
manducare propter illum qui in titium 7.
dicauit, & propter conscientiam:
29 conscientiam autem dico nō tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab 'aliena' 'alia 1.
30 conscientia? † Si ego cum gratia
participo: quid blasphémor pro
31 eo quod gratias ago? † ‖ Siue ergo Col.3.c.17
māducatis, siue bibitis, siue aliud
qd facitis: omnia in gloriā Dei fa-
32 cite. † Sine offensione estote Iudæ-
33 is & Gētibus, & ecclesiæ Dei: † sicut & ego p omnia omnibus placeo, nō quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant.

CAP. XI.

1 IMitatores mei estote, sicut &
2 ego Christi. † Laudo autem vos
A fratres, quod per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vo-
3 bis, præcepta mea tenetis. † Volo autem vos scire, ‖ quòd omnis vi- Ep. 3. c. 2.
ri caput, Christus est: caput autē mulieris, vir: caput verò Christi,
4 Deus. † Omnis vir orans aut pro-

phetans velato capite, deturpat
5 caput suum. † Omnis autem muli
er orans aut prophetans non ve-
B lato capite, deturpat caput su-
um: vnum enim est ac si decalue-
6 tur. † Nã si non velatur mulier, *tõ
*& 12. deatur'. Si verò turpe est mulieri
tonderi aut decaluari: velet caput
7 suum. † Vir quidem non debet ve
-5. lare caput suum': quoniam ima-
go & gloria Dei est, mulier autẽ
8 gloria viri est. † Non enim vir ex
muliere est, sed mulier ex viro.
8 † ‖ Etenim non est creatus vir
Ge.2.d.21. propter mulierem, sed mulier
d.22. (10 propter virum. † (Ideo debet mu-
* velamen lier *potestatem' habere supra ca-
†suum, (11 put *propter angelos.) † Verunta-
& (C men neq; vir sine muliere: neq;
mulier sine viro, in Domino.
12 † Nam sicut mulier de viro, ita &
vir per mulierem: omnia autem
13 ex Deo. † Vosipsi iudicate: decet
mulierem non velatam orare
14 Deum? † Nec ipsa natura docet
D vos, quod vir quidem si comam
15 nutriat, ignominia est illi: † mu-
lier verò si comam nutriat, glo-
ria est illi, quoniã capilli pro ve-
16 lamine ei dati sunt? † Si quis au-
tem videtur contentiosus esse:
nos talem consuetudinem non
17 habem', neq; *ecclesia 'Dei. † Hoc
*ecclesiæ 2 autẽ præcipio: non laudans quod
non in melius, sed in deterius
18 conuenitis. † Primum quidẽ con-
uenientibus vobis in ecclesiam,
audio scissuras esse inter vos, &
19 ex parte credo. † Nam oportet &
hæreses esse: vt & qui probati
sunt, manifesti fiant in vobis.
20 † Conuenientibus ergo vobis in
E vnum, iam non est dominicam
21 cœnam manducare. † Vnusquisq;
enim suam cœnam præsumit ad
manducandum. Et alius quidem
22 esurit: alius aũt ebrius est. † Nun-
quid domos non habetis ad mã-
ducandũ & bibendum? aut eccle-
siam Dei contemnitis: & confun-
ditis eos qui ñon habent? Quid
dicam vobis? Laudo vos in hoc?
23 non laudo. † Ego enim accepi à
Domino quod & tradidi vobis,
quoniam Dominus Iesus in qua
nocte tradebatur, accepit panem:
24 † Et gratias agens fregit, & dixit:
F ‖ Accipite & manducate, hoc est Mat. 26.c.
corpus meum quod pro vobis 26.
tradetur: hoc facite in meam cõ- Mr.14.c.22
25 memorationem. † Similiter & Lu.22.b.19
calicem, postquam cœnauit, di-
cens, Hic calix, nouum testamen-
tum est in meo sanguine. hoc fa-
cite, quotiescunque bibetis, in
26 meam commemorationẽ. † Quo-
tiescunque enim manducabitis
panem hunc, & calicem bibetis:
mortem Domini annuntiabitis,
27 donec veniat. † ‖ Itaque quicun- Ioh.6.f.59.
que manducauerit panem hunc,
vel biberit calicem Domini in-
dignè: reus erit corporis & san-
28 guinis Domini. † ‖ Probet autem 1.Co.13.b.5
seipsum homo: & sic de pane illo
29 edat, & de calice bibat. † Qui
G enim manducat, & bibit indi-
gnè: iudicium sibi manducat, &
bibit non dijudicans corpus Do-
30 mini. † Ideo inter vos multi in-
firmi & imbecilles, & dormiunt
31 multi. † Quòd si nosmetipsos di-
iudicaremus: non vtiq; iudicare-
32 mur. † Dum iudicamur autem, à
Domino corripimur vt non cum
33 hoc mundo damnemur. † Itaque
fratres mei, cùm conuenitis
ad manducandum, inuicem ex-
34 pectate. † Si quis esurit, domi mã-
ducet: vt nõ in iudiciũ conuenia
tis. Cætera autem, cùm venero,
disponam.

CAP. XII.

1. DE spiritualibus autem, nolo
2 vos ignorare fratres. † Scitis
A quoniam cùm Gentes esseris, ad
simulachra muta prout ducebа-
3 mini euntes. † Ideo notum vobis
facio, quod ‖ nemo in Spiritu Mr.9.f.36.
Dei loquens, dicit anáthema *Ie- *Iesum 1.
su'. Et nemo potest dicere, Dñs
Iesus:

4 Iesus: nisi in Spiritu sancto. † ‖ Di-
Ro. 12. b. 6. uisiones vero gratiarū sunt: idem
5 autem spiritus. † Et diuisiones mi-
1 Pet. 4. c. 10. nistrationum sunt: idem autem
6 Dominus. † Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus,
qui operatur omnia in omnibus.
7 † Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem.
8 † Alij quidem per Spiritum da-
B tur sermo sapientiæ: alij autem
sermo scientiæ secundum eun-
9 dem Spiritū: alteri fides in eo-
dem Spiritu: alij gratia sanitatū,
10 in vno Spiritu: † alij operatio
virtutum, alij prophetia, alij dis-
cretio spirituum, alij genera
linguarum, alij interpretatio
11 sermonum. † ‖ Hęc autem om-
Ro. 12. a. 3. Eph. 4. b. 7 nia operatur vnus atque idem
Spiritus, diuidens singulis prout
12 vult. † ‖ Sicut enim corpus vnum
Ro. 12. a. 4 est vt membra habet multa, om-
nia aūt mēbra corporis cùm sint
13 multa, vnum tamen corpus sunt:
ita & Christus. † Etenim in vno
Spiritu omnes nos in vnum ba-
ptizati sumus, siue Iudæi, siue Gē
tiles, siue serui, siue liberi, & om-
nes in vno Spiritu potati sumus,
14 † Nam & corpus non est vnū mē-
15 brum sed multa. † Si dixerit pes,
Quoniam non sum manus, non
sum de corpore: num ideo non
16 est de corpore? † Et si dixerit au-
ris, Quoniam non sum oculus
C non sum de corpore, num ideò
17 non est de corpore? † Si totum cor
pus oculus: vbi auditus? Si totum
18 auditus: vbi odoratus? † Nunc au-
tem posuit Deus membra, vnum-
quodq; eorum in corpore sicut
19 voluit. † Quod si essent omnia v-
20 num membrū, vbi corpus? † Nunc
autem multa quidem membra:
21 vnum autem corpus. † Non po-
test autem oculus dicere manui,
Opera tua non indigeo. aut ite-
rum caput pedibus, Non estis mi-
22 hi necessarij. † Sed multo magis
quæ videntur membra corporis
infirmiora esse, necessariora sunt:
23 † & quæ putamus ignobiliora mē
bra esse corporis, his honorem a-
bundantiorem circundamus: &
quæ inhonesta sunt nostra, abun-
dantiorem honestatem habent,
24 † Honesta autem nostra, nullius
egent, sed Deus temperauit cor-
pus, ei cui deerat abundantiorē
25 tribuendo honorem, † vt non sit
schisma in corpore, sed idipsum
pro inuicē solicita, sint membra.
26 † Et si quid patiatur vnum mem-
D brum: compatiuntur omnia mē-
bra. siue gloriatur vnū membrū,
congaudent omnia membra.
27 † ‖ Vos autem estis corpus Christi, Ro. 12. b. 5
28 & membra de mēbro. † ‖ Et quos- Ep. 4. b. 11.
dam quidem posuit Deus in ec-
clesia primùm Apostolos, secun-
dò prophetas, tertiò doctores, de-
inde virtutes, exinde gratias cura
tionum, opitulationes, guberna-
29 tiones, genera linguarum*. † Nun- *interpre-
quid omnes Apostoli? nunquid tationes
omnes prophetæ? nūquid omnes sermonū.
30 doctores? † nunquid omnes vir-
tutes? nūquid omnes gratiam ha-
bent curationum? nunquid om-
nes linguis loquuntur? nunquid
31 omnes interpretantur? † Æmula-
mini autem charismata meliora.
Et adhuc excellentiorem viam
vobis demonstro.

CAP. XIII.

1 SI linguis hominū loquar & an-
A gelorum, charitatem autē non
habeam · factus sum velut æs so-
nans, aut cymbalum tinniens.
2 † Et si habuero prophetiam, & no
uerim mysteria omnia, & omnem
scientiā, & si habuero omnem fi-
dem ita vt montes transferam,
charitatem autem non habuero:
3 nihil sum. † Et si distribuero in ci-
B bos pauperum omnes facultates
meas, & si tradidero corp⁹ meum
ita vt ardeam, charitatem autem
non habuero: nihil mihi prodest:
4 † Charitas patiēs est, benigna est:

Charitas non ęmulatur, non agit
5 perperam, nõ inflatur, † nõ est am
bitiosa, non quærit quæ sua sunt,
nõ irritatur, non cogitat malum,
6 † non gaudet super iniquitate: cõ-
7 gaudet autem veritati: † omnia
suffert, omnia credit, omnia spe-
8 rat, omnia sustinet. † Charitas nun
C quam excidit: siue prophetiæ e-
uacuabuntur, siue linguæ cessa-
9 bunt, siue scientia destruetur. † Ex
parte enim cognoscimus, & ex
10 parte prophetamus. † Cùm autem
venerit quod perfectum est, eua-
11 cuabitur quod ex parte est. † Cùm
essem paruulus, loquebar vt par-
uulus, sapiebam vt paruulus, co-
gitabam vt paruulus. Quando au-
tem factus sum vir: euacuaui quæ
12 erant paruuli. † Videmus nunc per
D speculum in ænigmate: tunc au-
tem facie ad faciem. Nunc cogno-
sco ex parte, tunc autem cogno-
13 scam sicut & cognitus sum. † Nunc
autem manent, fides, spes, chari-
tas, tria hæc, maior autem horum
est charitas.

CAP. XIIII.

1 SEctamini charitatem, æmula-
mini spiritalia: magis autem
2 vt prophetetis. † Qui enim loqui-
A tur lingua, non hominibus loqui-
tur, sed Deo: nemo enim audit.
*Spiritus *Spiritu'aũt loquitur mysteria. † nã
3 qui prophetat, hominibus loqui-
..2. tur ad ædificationem, & exhorta-
4 tionem, & consolationem. † Qui
loquitur lingua, semetipsum ædi-
ficat: qui autem prophetat, eccle-
5 siam ædificat. † Volo aũt omnes
vos loqui linguis: magis autẽ pro-
phetare. Nam maior est qui pro-
phêtat, quàm qui loquitur lin-
guis, nisi fortè interpretetur vt
ecclesia ædificationem accipiat.
6 † Nunc autem fratres, si venero ad
B vos linguis loquens: quid vobis
prodero, nisi vobis loquar aut in
reuelatione, aut in sciẽtia, aut in
7 prophetia, aut in doctrina? † Ta-
men quæ sine anima sunt vocem
dantia, siue tibia, siue cithara, nisi
distinctionem sonituũ dederint,
quomodo scietur id quod canitur
8 aut quod citharizatur? † Etenim si
incertam vocẽ det tuba: quis para
9 bit se ad bellum? † Ita & vos per
linguam nisi manifestũ sermonẽ
dederitis: quomodo scietur id
quod dicitur? eritis enim in aëra
10 loquentes. † Tam multa, vt puta
C genera linguarũ sunt in hoc mũ ..2.
11 do: & nihil sine voce est. † Si ergo
nesciero virtutẽ vocis, ero ei cui
loquor barbarus: & qui loquitur,
12 mihi barbarus: † Sic & vos, quoni-
am æmulatores estis spirituum,
ad ædificationem ecclesiæ quæri-
13 te vt abũdetis. † Et ideò qui loqui-
tur lingua: oret vt interpretetur.
14 † Nam si orem lingua, spiritus me-
us orat, mens autem mea sine fru-
15 ctu est. † Quid ergo est? Orabo spi-
ritu, orabo & mente, psallam spi-
16 ritu, psallam & mente. † Cæterum
si benedixeris spiritu: *qui sup- *quis sup-
plet locũ idiotę, quomodo dicet: plet locum
D Amen, super tuã benedictionem? idiotæ.
17 quoniã quid dicas, nescit. † nam
tu quidem bene gratias agis, sed
18 alter non ædificatur. † Gratias ago
Deo meo, quòd omnium vestrum
19 lingua loquor. † Sed in ecclesia vo
lo quinq; verba sensu meo loqui,
vt & alios instruam: quam decem
20 millia verborum in lingua. † Fra-
tres, nolite pueri effici sensibus,
sed malitia paruuli estote: sensib.
21 aũt perfecti estote. † In lege *scri- *enim
ptum est, ‖ Quoniam in alijs lin- Isa. 28. c. 11.
guis & labijs alijs loquar populo
huic, & nec sic exaudiẽt me, dicit
22 Domin*. † Itaq; lingua in signum
sunt nõ fidelibus, sed infidelibus:
*prophetia'aũt, nõ infidelibus, sed *prophetię
23 fidelibus. † Si ergo conueniat vni- 1.
uersa ecclesia in vnum, & omnes
linguis loquantur, intrent autem
idiotæ aut infideles, nonne di-
24 cent *quòd'insanitis? † Si autem *quid
omnes prophetent, intret autem
quis

quis infidelis vel idiota: conuincitur ab omnibus, dijudicatur
25 ab omnib. †occulta cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians
26 quod vere Deus in vobis sit. † Quid ergo est fratres? Cùm conuenitis, vnusquisq; vestrũ psalmum habet, doctrinã habet, apocalypsin habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. † Siue lingua
F quis loquitur, secundum duos, aut vt multum tres, & per par-
28 tes, & vnus interpretetur. † Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur &
29 Deo. † Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent.
30 † Quod si alij reuelatum fuerit
31 sedenti, prior taceat. † Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes
32 exhortentur: † & spiritus prophetarum, prophetis subiecti sunt.
33 † Non enim est dissensionis Deus,
34 sed pacis: sicut & in omnibus ecclesijs sanctorum docco. † ‖ Mu-
G lieres in ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui, ‖ sed
1 Ti. 2. d. 11. Ge. 3. c. 16. subditas esse sicut & lex dicit.
35 † Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in
36 ecclesia. † An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos peruenit?
37 † Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Dñi sunt man-
38 data. † Si quis autem ignorat, igno-
39 rabitur. † Itaq; fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis no-
40 lite prohibere. † Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant in vobis.

CAP. XV.

1 A NIotum autem vobis facio, fratres, Euangeliũ quod præ-
Gal. 1. b. 12. dicaui vobis, quod & accepistis
2 in quo & statis, † per quod & saluamini, qua ratione prædicaue-
1. Pet. 2. d. 24. rim vobis si tenetis, nisi frustra
3 credidistis. † Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam ‖ Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas:
Isa. 53. b. 5. c. 8. Ioa. 2. a. 2. Mat. 12. c.
4 † & ‖ quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundũ scri-
40. Mat. 28. a.
5 pturas, † & ‖ quia visus est Cephæ:
6. Mar. 16. a. 6.
6 & post hoc vndecim. † Deinde visus est plusquã quingentis fratribus simul: ex quib. multi manent
Luc. 24. a. 6 c. 34.
7 vsq; adhuc, quidam autem dormierunt. † Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus.
Iohan. 20. c. 19.
8 † ‖ Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi.
Act. 9. a. 3.
9 † ‖ Ego enim sum minimus Apostolorum: qui nõ sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecu-
Eph. 3. b. 8.
10 tus sum ecclesiam Dei. † Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia
11 Dei mecũ. † Siue enim ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidi-
12 stis. † Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuo-
13 rum nõ est? † Si autem resurrectio mortuorum non est: neq; Chri-
14 stus resurrexit. † Si autẽ Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fi-
15 des vestra. † Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauerit Christũ, quem
C non suscitauit, si mortui nõ resur-
16 gunt. † Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.
17 † Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim
18 estis in peccatis vestris. † Ergo & qui dormierunt in Christo,
19 perierunt. † Si in hac vita tantum, in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus.
20 † Nunc autem,

Apo. 1.b.5. Christus resurrexit à mortuis ‖ pri
21 mitiæ dormientium, † ‖ quoniam
Col. 1.c.18 ᵃquidem per hominem mors, &
ᵃenim ‖ per hominem resurrectio mor-
22 tuorũ. † Et sicut in Adam omnes
Gen.3.a.6. moriuntur: ita & in Christo om-
23 nes viuificabuntur. † ‖ Vnusquisq;
Ro. 5. c.12. autem in suo ordine, primitiæ
6.d. 23. Christus, deinde ij qui sunt Chri
-.2. sti, -qui in aduentum eius -credi-
D 24 derunt'. † Deinde finis: cùm tradi-
-.2. derit regnũ Deo & Patri, cùm eua
1. Th. 4.d. cuauerit oẽm principatum & po-
15. 25 testatẽ & virtutem. † Oportet aũt
Ps.109. a.1. illum regnare: ‖ donec ponat om-
He. 1. d.13. nes inimicos sub pedibus eius.
10.c.13. (26 † ᵃNouissima aũt inimica destrue-
ᵃNouissi- tur mors. ‖ Omnia enim subiecit
mè. sub pedibus eius. Cùm autem di-
27 cat, † Omnia subiecta sunt ei: sine
Psa. 8. b.8. dubio, præter eum qui subiecit
28 ei omnia. † Cùm autem subiecta
Heb.2.b.8. fuerint illi omnia: tunc & ipse
Filius subiectus erit ei qui subie-
cit sibi omnia, vt sit Deus omnia
29 in omnibus. † Alioquin quid faci-
ent qui baptizantur pro mortu-
is, si omnino mortui non resur-
gunt? vt quid & baptizantur pro
30 illis? † vt quid & nos periclita-
31 mur omni horâ? † Quotidie mori-
ᵃpropter or ᵃper' vestram gloriam fratres,
quam habeo in Christo Iesu Dño
32 nostro. † Si (secundum hominem)
ad bestias pugnaui Ephesi, quid
mihi prodest, si mortui non resur-
Isa.22. d.15 gunt? ‖ manducemus & bibamus,
56.d.12. (33 cras enim moriemur. † Nolite se-
Sap.2.b.6. duci, Corrumpunt mores bonos
34 colloquia mala. † Euigilate ᵃiusti':
ᵃiustè 4. & nolite peccare, ignorantiam
E enim Dei quidem habent, ad re-
35 uerentiam vobis loquor. † Sed ᵃdi-
ᵃdicet 4. cit aliquis, Quomodo resurgunt
ᵃveniunt 8 mortui? quali autem corpore ᵃve-
36 nient? † Insipiens, tu quod semi-
nas non viuificatur, nisi prius mo
37 riatur. † Et quod seminas, non cor-
pus quod futurum est, seminas,
sed nudum granum, vt puta triti-
38 ci aut alicuius cæterorum. † Deus
autem dat illi corpus sicut ᵃ vult' ᵃvoluit 8.
& vnicuique seminum propri-
39 um corpus. † Non omnis caro, ea-
dem caro, sed alia hominum, alia
pecorum, alia volucrum, alia pisci
40 um. † Et corpora cælestia, & cor-
pora terrestria: sed alia quidem
cælestium gloria, alia autem ter-
41 restriũ. † Alia claritas Solis, alia cla
ritas Lunæ, & alia claritas stella-
rũ. Stella enim à stella differt in
42 claritate: † sic & resurrectio mor-
tuorum. Seminatur in corruptio
43 ne: surget in incorruptiõe. † Semi-
F natur in ignobilitate: surget in
gloria. Seminatur in infirmitate:
44 surget in virtute. † Seminatur cor-
pus animale: surget corpus spiri-
tale. Si est corp' animale, est & spi
45 ritale, † sicut scriptum est, ‖ Factus Gen. 2.b.7
est primus homo Adã in animam
viuentem: nouissimus Adam in
46 spiritum viuificantem. † Sed non
prius quod spiritale est, sed quod
animale: deinde quod spiritale.
47 † Primus homo de terra, terrenus,
secundus homo de cælo, cælestis.
48 † Qualis terren', tales & terreni.
& qualis cælestis, tales & cæle-
49 stes. † Igitur sicut portauimus ima
ginem terreni, portemus & ima-
50 ginem cælestis. † Hoc autem dico
fratres, quia caro & sanguis re-
gnum Dei possidere non possunt:
neque corruptio, incorruptelam
51 possidebit. † Ecce mysterium vo-
G bis dico. Omnes quidem resurge-
mus, sed non omnes immutabi-
52 mur. † In momento, in ictu oculi,
in nouissima tuba (canet enim
-.8.
-tuba') & mortui resurgent incor
53 rupti, & nos immutabimur. † O-
portet enim corruptibile hoc in-
ᵃcorruptũ duere incorruptionem, & morta-
hoc induerit incorruptionem, & 1. Cor.15. d.14 He.2. d.14. 1.Io. 5. a.2.
le hoc induere immortalitatem.
54 † Cùm autem ᵃmortale hoc indue-
rit immortalitatem: tunc fiet ser-
mo qui scriptus est. ‖ Absorpta est
55 mors in victoria. † Vbi est mors
victoria tua? vbi est mors sti-
56 mulus tuus? † Stimulus autem
mortis,

mortis, peccatum est: virtus verò
57 peccati, lex. † Deo autem gratias
qui dedit nobis victoriam per Do
minum nostrũ Iesum Christum.
58 † Itaq; fratres mei dilecti, stabiles
estote & immobiles: abundantes
in opere Domini semper, scientes
quòd labor vester non est inanis
in Domino.

CAP. XVI.

1 A DE collectis autem quæ fiunt
in sanctos, sicut ordinaui ec-
clesijs Galatiæ, ita & vos facite.
2 † Per vnam sabbathi vnusquisque
vestrũ apud se seponat, recondẽs
quòd ei bene placuerit: vt non cũ
3 venero, tunc collectæ fiant. † Cũ
autem præsens fuero: quos proba-
ueritis per epistolas, hos mittam
perferre gratiam vestram in Ieru-
4 salem. † Quod si dignum fuerit vt
5 & ego eam: mecum ibunt. † Veni-
am autem ad vos, cùm Macedoni-
am pertransiero: nam Macedoni-
6 am pertransibo. † Apud vos autẽ
B forsitan manebo, vel etiam hye-
mabo: vt vos me deducatis quocũ
7 que iero. † Nolo enim vos modò
in transitu videre: spero enim me
aliquantulum temporis manere
apud vos, si Dominus permiserit.
8 † Permanebo autem Ephesi vsque
9 ad Pentecosten. † Ostium enim mi
hi apertum est magnum & evi-
10 dens: & aduersarij multi. † Si au-
tem venerit Timotheus, videte vt
sine timore sit apud vos: opꝰ enim
Domini operatur, sicut & ego.
11 † Nequis ergo illum spernat: dedu
cite autem illum in pace: vt veniat
ad me. expecto enim illum cum
12 fratribus. † De Apollo autem fra-
C tre - vobis notum facio, quoniã - 3.
multum rogaui eum, vt veniret
ad vos cum fratribus: & vtiq; non
fuit voluntas eius, vt nunc veni-
ret: veniet autem cùm ei vacuum
13 fuerit. † Vigilate, state in fide, viri
14 liter agite, & confortamini: † om-
15 nia vestra in charitate fiant. † Ob-
secro autem vos fratres, nostis do
mum Stephanæ & Fortunati *: * & Achai-
quoniam sunt primitiæ Achaiæ, ci.
& in ministerium sanctorũ ordi-
16 nauerunt seipsos: † vt & vos subdi
ti sitis eiusmodi, & omni cooperã
17 ti & laboranti. † Gaudeo autem in
D præsentia Stephanæ & Fortuna-
ti & Achaici, quoniam id quod vo
18 bis deerat, ipsi suppleuerunt. † Re
fecerunt enim & meum spiritum
& vestrum. Cognoscite ergo qui
19 huiusmodi sunt. † Salutant vos * * omnes
ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Do-
mino multùm, Aquila & Priscilla
20 cum domestica sua ecclesia *. † Sa- * apud
lutant vos omnes fratres. Salu ta- quos &ho
21 te inuicem in osculo sancto. † Sa- spitor
22 lutatio, mea manu Pauli. † Si quis
non amat Dominum nostrum Ie-
sum Christum, sit anathema. Ma-
23 ranatha. † Gratia Domini nostri
24 Iesu - Christi' vobiscum. † Cha- - 3.
ritas mea cum omnibus vo-
bis in Christo Iesu,
Amen.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS SECVNDA.

CAP. I.

1 A PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: ecclesiæ Dei quę est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in
2 vniuersa Achaia: † Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Do-
3 mino Iesu Christo. † ‖ Benedictus
Eph. 1.2.3. Deus & Pater Domini nostri Iesu
2.Pet.1.a.3 Christi, pater misericordiarum, &
4 Deus totius consolationis, † qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi cõsolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua ex-
5 hortamur & ipsi à Deo: † quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christũ abũ-
6 dat consolatio nostra. † Siue autẽ
B tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: * siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute quæ operatur * tolerantiam' ea
-.6. 7 timur: † * & spes nostra firma est'
* in tolerã pro vobis: scientes quòd sicut so-
tiam 4. cij passionum estis, sic eritis & con
* vt spes (s solationis. † Non enim volumus
nostra firma sit. ignorare vos fratres, de tribulatio-
ne nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæ-
9 deret nos etiam viuere. † Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat
10 mortuos, † q de tãtis periculis nos eripuit & eruit: in quẽ speramus,
11 quoniam & adhuc eripiet, † adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agan-
12 tur pro nobis. † Nam gloria nostra
C hæc est, testimonium conscientiæ nostrę, quod in simplicitate & sy ceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus, in hoc' mundo: abun -.2.
13 dantius autem ad vos. † Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis & * cognoscitis'. Spe-
* cognoscitis. ro autem quod vsq; in finem cog
14 noscetis: † sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die
15 Domini nostri Iesu Christi. † Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundum gratiam
16 haberetis: † & per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis
17 deduci in Iudæam. † Cùm ergo
D hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit a-
18 pud me EST, & NON? † Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui * fuit' apud vos, non est in illo
* fit 19. EST, & NON. † Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis, per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit
EST, & NON, sed EST in illo
20 fuit. † Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST: ideò & per ipsum, Amen Deo, ad glo-
21 riam nostram. † Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo,
22 & qui vnxit nos, Deus: † qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus

23 ritus in cordibus nostris. † Ego au
tem testem Deum inuoco in ani-
mam meam,quòd parcens vobis,
24 non veni vltra Corinthum,† non
quia dominamur fidei vestræ:sed
adiutores sumus gaudij vestri:
nam fide statis.

CAP. II.

1 STatui autem hoc ipsum apud
me ne iterum in tristitia veni-
2 rem ad vos. † Si enim ego con-
A tristo vos:& quis est qui me læti-
ficet, nisi qui contristatur ex me?
3 † Et hoc ipsum scripsi vobis:vt nõ
cùm venero, tristitiam super tri-
stitiam habeam,de quibus opor-
tuerat me gaudere: confidens in
omnibus vobis,quia meum gau-
dium , omnium vestrum est.
4 † Nam ex multa tribulatione&an
gustia cordis scripsi vobis per
multas lachrymas: non vt contri
stemini: sed vt sciatis,quam cha-
ritatem habeam abundantius in
5 vobis. † Si quis autem contrista-
B uit, non me contristauit: sed ex
parte,vt non onerem omnes vos.
6 † Sufficit illi qui eiusmodi est, ob-
iurgatio hæc quæ fit à pluribus:
7 † ita vt econtrario magis donetis
& consolemini,ne forte abundan
tiori tristitia absorbeatur qui e-
8 iusmodi est. † Propter quod ob-
secro vos vt confirmetis in illum
9 charitatem. † Ideò enim & scripsi,
vt cognoscam experimentum ve
strum,an in omnibus obedientes
10 sitis. † Cui autem aliquid [a] dona- [a] donatis
3. stis':& ego. Nam & ego quod do-
C naui,si quid donaui, propter vos
11 in persona Christi , † vt non circ-
cumueniamur à Satana : non e-
nim ignoramus cogitationes e-
12 ius. † Cùm venissem autem Troa-
dem propter Euangelium Chri-
sti,& ostium mihi apertum esset
13 in Domino,† non habui requiem
spiritui meo,eò quòd non inue-
nerim Titum fratrem meum,sed
valefaciens eis,profectus sum in
14 Macedoniam.† Deo aũt gratias, q
D semper triumphat nos in Christo
Iesu,& odorem notitiæ suæ mani
15 festat per nos in omni loco.† quia
Christi bonus odor sumus Deo
in ijs qui salui fiunt , & in ijs qui
16 pereunt:† alijs quidem odor mor
tis in mortem :alijs autem odor vi
tæ in vitam . Et ad hæc quis tàm
17 idoneus?† Non enim sumus sicut
plurimi,adulterantes verbũ Dei,
sed ex synceritate , sed sicut ex
Deo, coram Deo, in Christo lo-
quimur.

CAP. III.

1 INcipimus iterum nosmetipsos
A commendare? aut nunquid ege
mus (sicut quidam) commendati
tijs epistolis ad vos, aut ex vobis?
2 † Epistola nostra vos estis , scripta
in cordibus nostris, quæ scitur &
legitur ab omnibus hominibus:
3 † manifestati quòd epistola estis
Christi ministrata à nobis,& scri
pta non atramento , sed Spiritu
Dei viui: non in tabulis lapide-
is, sed in tabulis cordis carnalib.
4 † Fiduciam autem talem habe-
5 mus per Christum ad Deum: † nõ
quòd sufficientes simus cogitare
aliquid à nobis, quasi ex nobis:
sed sufficientia nostra ex Deo est.
6 † q& idoneos nos fecit ministros
B noui testamenti: non [a] litera , sed [a] literæ,sed
Spiritu': litera enim occidit: Spi- spiritus.
7 ritus autem viuificat. † Quòd si
ministratio mortis, literis defor-
mata in lapidibus , fuit in gloria,
ita vt non possent intendere filij
Israel in faciem Moysi, propter
gloriam vultus eius, quæ euacua-
8 tur:† quomodo non magis mini-
stratio Spiritus erit in gloria?
9 † Nam si ministratio dãnationis,
in' gloria est:multò magis abun- [a] i.
dat ministerium iustitiæ in glo-
10 ria. † Nam nec glorificatum est,
quod claruit in hac parte,propter
11 excellentem gloriam. † Si enim

quod

C quod euacuatur, per gloriam est:
multò magis quod manet, in glo-
12 ria est. † Habentes igitur talem
13 spem, multa fiducia vtimur: † &
Ex.34.d.13 non ‖ sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non
intenderent filij Israel in faciem
14 eius quod euacuatur, † sed obtusi
D sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione veteris testamen-
* quod 6. ti manet non reuelatum (* quoni-
15 am' in Christo euacuatur) † sed vsque in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen positum
16 est super cor eorum. † Cùm autem conuersus fuerit ad Dominũ:
17 auferetur velamen. † ‖ Dominus
Ioh.4.d.24 autem Spiritus est. Vbi autem Spi-
18 ritus Domini: ibi libertas. † Nos verò omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

1 IDeò habentes hanc ministratio-
A nem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non defici-
2 mus, † sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatiõe veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum
3 coram Deo. † Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum: in
4 ijs qui pereũt est opertum, † in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulge-
* eis 2. at* illuminatio Euangelij gloriæ
5 Christi, qui est imago Dei. † Non
B enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum
-.2. -nostrum': nos autem, seruos ve-
6 stros per Iesum, † quoniã Deus q dixit in tenebris lucẽ splendesce-
-.11. re, -* ipse' illuxit in cordibus no-
* qui 3. stris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu.
7 † Habemus autem thesaurum istũ in vasis fictilibus: vt sublimitas sit
8 virtutis Dei, & non ex nobis. † In omnib. tribulationem patimur, sed non angustiamur: aperiamur,
9 sed non destituimur: † persecutio-
C nem patimur, sed non derelinqui- * humiliamur, sed non cõfundimur.
mur: * deijcimur, sed non peri-
10 mus: † semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporib. nostris. † Semper
11 enim nos qui viuimus, in mortẽ tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. † Ergo mors in nobis
12 operatur, vita autem in vobis.
13 † Habentes autem eundem spiri- Ps.115.a.10.
tum fidei, sicut scriptum est: ‖ Credidi, Propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod &
14 loquimur: † sciẽtes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu susciabit & constituet vobiscum.
15 † Omnia enim propter vos: vt
D gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in
16 gloriam Dei. † Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur: tamen
is qui intus est, renouatur de die
17 in diem. † Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum glo-
riæ pondus operatur -* in' nobis, -.2.
18 † non contemplantib. nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

CAP. V.

1 SCimus enim quoniam si terre-
A stris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domũ non manufactam æternam in cælis. † Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes:
† Si

3 † ‖ si tamen vestiti, non nudi in-
4 ueniamur. † Nam & qui sumus in
Ap.16.c.13. hoc tabernaculo, ingemiscimus
grauati: eò quòd nolumus expo-
liari, sed superuestiri, vt absorbea-
5 tur quod mortale est, à vita. † Qui
autem efficit nos in hoc ipsum,
Deus: qui dedit nobis pignus spi-
6 ritus. † Audentes igitur semper,
& scientes quoniam dum sumus
in corpore, peregrinamur à Do-
7 mino, † (per fidem enim ambu-
8 lamus, & non per speciem) † au-
demus autem, & bonam voluntа-
tem habemus magis peregrinari
B à corpore, & præsentes esse ad Do-
9 minum. † Et ideo contendimus,
siue absentes, siue præsentes pla-
10 cere illi. † ‖ Omnes enim nos ma-
Ro.14.b.10 nifestari oportet ante tribunal
Christi, vt referat vnusquisq; pro-
pria corporis, prout gessit, siue bo
11 num siue malum. † Scientes ergo
timorē Domini hominibus sua-
demus: Deo autem manifesti su-
mus. Spero autem & in conscien-
tijs vestris manifestos nos esse.
12 † Non iterum commendamus nos
vobis, sed occasionem damus vo-
bis gloriandi pro nobis: vt habea-
tis ad eos qui in facie gloriantur,
13 & non in corde. † Siue enim men-
C te 'excedimus', Deo: siue sobrij
14 sumus, vobis. † Charitas enim
'excidim'. Christi vrget nos: æstimātes hoc,
quòniā si vnus pro omnibus mor-
tuus est, ergo omnes mortui sunt.
15 † & pro omnib' mortuus est Chri-
stus, vt & qui viuunt, iam non si-
bi viuant, sed ei qui pro ipsis mor
16 tuus est & resurrexit. † Itaq; nos,
ex hoc neminem nouimus secun-
dum carnem. Et si cognouimus
secundum carnem Christum: sed
17 nunc iam non nouimus. † Si qua
D ergo in Christo noua creatura, ve-
Isa.43.c.19 tera transierunt, ‖ ecce facta sunt
18 omnia noua. † Omnia autem ex
Ap.21.b.5. Deo, qui nos reconciliauit sibi
per Christum: & dedit nobis mi-
19 nisterium reconciliationis. † quo-
niam quidem Deus erat in Chri-
sto mundum reconcilians sibi, nō
reputans illis delicta ipsorum, &
posuit in nobis verbum reconci-
20 liationis. † Pro Christo ergo lega-
tione fungimur, tanquam Deo
exhortante per nos. Obsecramus
pro Christo, reconciliamini Deo.
21 † Eum qui nō nouerat peccatum,
pro nobis peccatum fecit, vt nos
efficeremur iustitia Dei in ipso.

CAP. VI.

1 A Diuuantes autem * exhorta- * & 7.
A mur, ne in vacuum gratiam
2 Dei recipiatis. † (Ait enim, ‖ Tem- Isa.49.c.8.
pore accepto exaudiui te, & in die
salutis adiui te. Ecce, nunc tem-
pus acceptabile: ecce nunc dies
3 salutis.) † nemini dantes vllam of- 1. Cor. 10.
fensionem, vt nō vituperetur mi- g.32.
4 nisterium nostrum: † sed in omni-
bus exhibeamus nosmetipsos, ‖ si- 1. Cor. 4.a.
cut Dei ministros, in multa pa- 1.
tientia, in tribulationibus, in ne-
5 cessitatibus, in angustijs, † in pla-
gis, in carceribus, in seditionibus,
in laboribus, in vigilijs, in ieiu-
6 nijs, † in castitate, in scientia, in
B longanimitate, in suauitate, in
Spiritu sancto, in charitate non
7 ficta, † in verbo veritatis, in vir-
tute Dei, per arma iustitiæ à dex-
8 tris, & à sinistris, † per gloriam &
ignobilitatem, per infamiam &
bonam famam: vt seductores &
veraces: sicut qui ignoti & cogni-
9 ti: † quasi morientes, & ecce viui-
mus, vt castigati, & non mortifi-
10 cati, † quasi tristes, semper autem
gaudentes: sicut egentes, multos
autem locupletantes. tanquā ni-
hil habentes, & omnia possiden-
11 tes. † Os nostrum patet ad vos ô
Corinthij, cor nostrum dilatatum
12 est. † Non angustiamini in nobis:
C angustiamini autem in viscеribus
13 vestris. † eandem autem haben-
tes remunerationem (tanquam
14 filijs dico) dilatamini & vos. † No-
lite iugum ducere cum infideli-
bus.

bus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ so-
15 cietas luci ad tenebras? † Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?
16 † Qui autē consensus templo Dei D cum idolis? ‖ Vos enim estis tem-
1.Cor.3.d. plum Dei viui: sicut dicit Deus,
17.6.d.19. ‖ Quoniam inhabitabo in illis: &
Le.26.b.12 inambulabo, & ero illorū Deus: &
17 ipsi erunt mihi populus. † ‖ Pro-
Isa.52.d.11. pter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, &
immundum ne tetigeritis: & ego
18 recipiam vos. † ‖ & ero vobis in
Iere.31.a.1. patrem, & vos eritis mihi in fi-
b.19. lios & filias, dicit Dominus omnipotens.

CAP. VII.

1 A HAs ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctifi-
2 cationē in timore Dei. † Capite nos. Neminē læsimus, neminē corrupimus, neminem circunuēnimus. † Non ad condemnationem
3 *vestram *dico, prædixi enim quòd in cordibus nostris estis ad cōmoriendū
4 & ad conuiuendum. † Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus sum cōsolatione, superabundo gaudio
5 in omni tribulatione nostra. † Nā B & cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris, pugnæ: intus,
6 timores. † Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in
7 aduentu Titi. † Non solùm autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua cōsolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita magis
8 vt gauderem. † Quoniam & si cō- C tristaui vos in epistola, nō me pœniteat: etsi pœniteret, videns quòd epistola illa (& si ad horam) vos
9 contristauit. † nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiā. Contristati enim estis secundū Deum, vt in nullo detrimētum patiamini
10 ni ex nobis. † ‖ Quæ enim secun- 1.Petr.4.d. dum Deum tristitia est, pœniten- 19.
tiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem
11 operatur. † Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desyderium, sed æmulationē, sed vindictam: in omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse ne-
12 gotio. † Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostram quam habemus
13 pro vobis *coram Deo, † ideo cō- D solati sumus. In consolatione autem nostra, abundātius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omni-
14 bus vobis. † & si quid apud illū de vobis gloriatus sum, nō sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, ve-
15 ritas facta est, † & viscera eius abundantiùs in vobis sunt: reminiscentis omniū vestrū obedientiā, quomodo cum timore & tremore
16 excepistis illum. † Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

*ad vos 6

CAP. VIII.

1 A NOtam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data
2 est in ecclesijs Macedoniæ, † quòd in multo experimēto tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicita-
3 tis eorum, † quia secundum virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fue-
4 runt, † cum multa exhortatione ob-

obsecrantes nos gratiam & communicationē ministerij quod fit
5 in Sanctos. † Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederūt primùm Domino, deinde nob's per
6 voluntatem Dei: † ita vt rogare-
B mus Titum, vt quemadmodū cœpit, ita & perficiat in vobis etiam
7 gratiam istam. † Sed sicut in omnibus abundatis fide & sermone, & scientia, & omni solicitudine,
8.6. 'insuper' & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis.
8 † Non quasi imperans dico: sed per aliorum solicitudinem, etiam
9 vestræ charitatis ingeniū bonum comprobans. † Scitis enim gratiā Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus
10 est, cùm esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. † Et consilium in hoc do: hoc enim vobis
11 vtile est, qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno prio re: † nunc verò & facto perficite,
12 vt quemadmodū promptus est animus voluntatis: ita sit & perfi-
13 ciendi ex eo quod habetis. † Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est,
14 non secundum id quod nō habet. † Non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æqua-
C litate. † In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam
15 suppleat: vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplemen-
Ex.16.d. 18 tum, vt fiat æqualitas, † sicut scri-
habuit 11. ptum est: ‖ Qui multum * non abundauit, & qui modicū, non minorauit.
16 † Gratias autem Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro
17 vobis in corde Titi, † quoniam exhortationē quidem suscepit, sed
18 cùm solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. † Misimus
19 etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes ec-
D clesias: † non solùm autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad Domini gloriā, & destinatam
20 voluntatem nostram: † deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à
21 nobis. † ‖ Prouidemus enim bona Ro.12.d.17
non solùm coram Deo, sed etiam
22 coram hominibus. † Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse: nunc autē multo solicitiorem, confidentia mul-
23 ta in vos, † siue pro Tito qui est socius meus & in 'vos' adiutor: 'in vobis.
24 siue fratres nostri, † Apostoli ecclesiarum 'gloriæ' Christi. † Ostē- 'gloria'
sionem ergo quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

CAP. IX.

1 NAm de ministerio quod fit in
A sanctos ex abundāti est mihi
2 scribere vobis. † Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos.
3 † Misi autem fratres, vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodū di-
4 xi) paratifitis: † ne cùm venerint
B Macedones mecū, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicamus vos in hac substā-
5 tia. † Necessarium ergo existimaui rogare fratres vt peruenianta ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratā esse sic, quasi benedictionem, nō tanquā
6 auaritiam. † Hoc autem dico, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus,
C de benedictionibus & metet. † V-
7 nusquisq; prout destinauit in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. ‖ hilarem enim datorem Ec.35.b.11.
8 diligit Deus. † Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere

facere in vobis : vt in omnibus
semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus
9 bonum, † sicut scriptum est: ‖ Di-
Ps.111.b.9. sperſit, dedit pauperibus: iustitia
10 eius manet in 'æternum'. † Qui
'seculum seculi. autem administrat semen semi-
nanti, & panem ad manducandū
præstabit, & multiplicabit semen
vestrum, & augebit incrementa
11 frugum iustitiæ vestræ, † vt in om-
D nibus locupletati abundetis in
omnem simplicitatem, quæ ope-
ratur per nos gratiarum actionē
12 Deo. † Quoniam ministerium hu-
ius officij non solùm supplet ea
quæ desunt sanctis, sed etiam a-
būdat per multas gratiarū actio-
13 nes in Domino, † per probationē
ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis ve
14 strę in Euangelium Christi, &
simplicitate communicationis in
illos, & in omnes, † & in ipsorum
obsecratione pro vobis, desyde-
15 rantium vos propter eminentem
gratiam Dei in vobis. † Gratias
Deo super inenarrabili dono e-
ius.

CAP. X.

1 IPse autem ego Paulus obsecro
A vos per mansuetudinem & mo-
destiam Christi, qui in facie qui-
dem humilis sum inter vos, ab-
2 sens autem confido in vobis. † Ro-
go autem, ne præsens audeam
per eam confidentiam qua existi-
mor audere in quosdam: qui ar-
bitrantur nos tanquam secūdum
3 carnem ambulemus. † In carne e-
nim ambulantes, non secundum
4 carnem militamus. † Nam arma
militiæ nostræ non carnalia sunt,
sed potentia Deo ad destructio-
nem munitionum, consilia de-
5 struentes, † & omnem altitudinē
B extollentem se aduersus scientiā
Dei, & in captiuitatem redigen-
tes omnem intellectum in obse-
6 quium Christi, † & in promptu
habentes vlcisci omnem inobe-
dientiam, cùm impleta fuerit ve-
7 stra obedientia. † Quæ secundum
faciem sunt, videte. Si quis con-
fidit sibi, Christi se esse: hoc cogi-
tet iterum apud se, quia sicut ipse
8 Christi est, ita & nos. † Nam & si
amplius aliquid gloriatus fuero
de potestate nostra, quam dedit
nobis Dominus in ædificationē,
& non in destructionem vestram,
9 non erubescam. † vt autem non
C existimer tanquam terrere vos
10 per epistolas, † (quoniam quidem
epistolæ, inquiunt, graues sunt &
fortes: præsentia autem corporis
infirma, & sermo contemptibi-
11 lis) † hoc cogitet qui eiusmodi est,
quia quales sumus verbo per epi-
stolas absentes: tales & præsen-
12 tes in facto. † Non enim audemus
inserere aut comparare nos qui-
busdam, qui seipsos commēdant:
sed ipsi in nobis nosmetipsos
metientes, & comparantes nos-
13 metipsos nobis. † Nos autem non
in immensum gloriabimur, ‖ sed Eph.4.b.1.
secundum mensuram regulæ, qua
mensus est nobis Deus, mēsuram
14 pertingendi vsque ad vos. † Non
D enim quasi non pertingentes ad
vos, superextendimus nos. Vsque
ad vos enim peruenimus in Euan
15 gelio Christi. † nō in immensum
gloriantes in alienis laboribus:
spem autem habentes crescentis
fidei vestræ, in vobis magnificari
secundum regulam nostram in a-
16 bundantiā. † etiam in illa quæ vl-
tra vos sunt, euangelizare, non in
aliena regula, in ijs quæ præpara-
17 ta sunt gloriari. † ‖ Qui autē glo- Ier.9.g.23.
18 riatur, in Domino glorietur. † Nō 1.Cor.1.d.
enim qui seipsum commendat, 31.
ille probat' est: sed quem 'Deus' 'Dominus
commendat. 3.

CAP. XI.

1 VTinam sustineretis modicum
A quid insipientiæ meæ: sed &
2 supportate me. † Æmulor enim
vos

vos Dei æmulatione. Despondi
enim vos vni viro, virginem ca-
3 stã exhibere Christo.† Timeo au-
Gen.3.a.1. tem ne ‖sicut serpens Heuam se-
duxit astutia sua:ita corrũpantur
sensus vestri, & excidant à sim-
4 plicitate quæ est in Christo.†Nã
si is qui venit alium Christum
prædicat quem non prædicaui-
mus,aut alium spiritum accipitis
quem non accepistis:aut aliud E-
uangelium quod non recepistis:
5 rectepateremini.†Existimo enim
nihil me minus fecisse à magnis
6 Apostolis. † Nam etsi imperitus
B sermone,sed non scientia.in om-
nibus aũt manifestati sumus vo-
7 bis.† Aut nunquid peccatum fe-
ci,meipsum humilians,vt vos ex-
altemini? quoniã gratis Euange-
8 liũ Dei euangelizaui vobis?†Ali-
as ecclesias expoliaui, accipiens
stipendium ad ministerium ve-
9 strũ.† Et cũ essem apud vos, & e-
gêrem: nulli onerosus fui: nam
ꝙ mihi deerat, suppleuerunt fra
tres qui venerũt à Macedonia:&
in omnibus sine onere me vobis
10 seruaui, & seruabo. †Est veritas
C Christi in me, quoniam hæc glo-
riatio nõ infringetur in me in re-
11 gionibus Achaiæ. † Quare? quia
12 non diligo vos? Deus scit.†Quod
autem facio: & faciam, vt ampu-
tem occasionem eorum qui vo-
lunt occasionem: vt in quo glo-
riantur,inueniantur sicut & nos.
13 † Nam eiusmodi pseudoapostoli,
sunt operarij subdoli, transfigu-
14 rantes se in apostolos Christi.† Et
non mirũ:ipse enim Satanas trãs-
15 figurat se in Angelum lucis.†non
D est ergo magnum si ministri eius
trãsfigurentur velut ministri iu-
stitiæ:quorum finis erit secundũ
16 opera ipsorum.† Iterum dico,(ne
quis me putet insipientem esse,
alioquin velut insipientẽ accipi-
te me, vt & ego modicum quid
17 glorier) † quod loquor, non lo-
Dñm 2. quor secundum ^Deum', sed quasi
in insipientia, in hac substantia
18 gloriæ.†Quoniam multi glorian-
tur secundum carnem:& ego glo
19 riabor. † Libenter enim sufferris
insipientes:cùm sitis ipsi sapien-
20 tes. † Sustinetis enim si quis vos
E in seruitutem redigit, si quis de-
uorat,si quis accipit,si quis extol
litur,si quis in faciem vos cædit.
21 † Secundum ignobilitatem dico,
quasi nos infirmi fuerimus - in -.1.
hac parte'.In quo quis audet (in
insipientia dico) audeo & ego.
22 † Hebræi sunt: & ego. Israelitæ
sunt:& ego. Semen Abrahæ sunt:
23 & ego. † Ministri Christi sunt:-& -.1.
F ego'(vt minus sapiens dico) plus
ego:in laboribus plurimis, in car
ceribus abundantius,in plagis su
pra modum, in mortibus frequẽ
24 ter.† A Iudæis quinquies, ‖ qua- De. 25.a.3.
dragenas, vna minus, accepi. Act.16.c.22
25 †‖Ter virgis cæsus sum, semel la Acto.14.c.
pidatus sum, ‖ter naufragium fe- 18.
ci, nocte & die in profundum Acto.27.a.
26 maris sui,† in itineribus sæpe, pe- 2.g.41.
riculis fluminum, periculis latro-
nũ,periculis ex genere, periculis
ex Gẽtibus, periculis in ciuitate,
periculis in solitudine, periculis
in mari, periculis in falsis fratri-
27 bus, †in labore & ærumna,in vi-
gilijs multis,in fame & siti,in ieiu
nijs multis, in frigore & nudita-
28 te, † præter illa quæ extrinsecus
sunt: instantia mea quotidiana,
solicitudo omnium ecclesiarum.
29 † Quis infirmatur,& ego nõ infir-
G mor? quis scandalizatur, & ego
30 non vror?†Si gloriari oportet:quę
infirmitatis meæ sunt, gloriabor.
31 †Deus & pater Domini nostri Ie-
su Christi, qui est benedictus in
secula, scit quòd non mentior.
32 †‖ Damasci præpositus Gẽtis Are- Acto. 9. d.
tæ regis, custodiebat ciuitatem 24.
Damascenorum, vt me compre-
33 henderet:† & per fenestrã in spor
ta dimissus sum per mu-
rum, & -sic'effugi -4.
manus eius.

CAP. XII.

1 SI gloriari oportet (nō expedit
A quidem: veniam autem ad visiones & reuelationes Domini.
2 ‡‖ Scio hominem in Christo an-
Act.9.a.3. te annos quatuordecim (siue in
22.d.17. corpore nescio: siue extra corp⁹, nescio: Deus scit) raptum huiusmodi vsq; ad tertium cælum. ‡ Et
3 scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, ne-
4 scio: Deus scit) ‡quoniam raptus est in Paradisum: & audiuit arcana verba, quæ nō licet homini lo-
5 qui. ‡ Pro huiusmodi gloriabor:
B pro me autem nihil gloriabor,
6 nisi in infirmitatibus meis. ‡ Nā & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam.
⁹in 1. parco autē: ne quis ⁹me existimet
-.5. supra id quod videt-in me, aut
7 aliquid audit ex me. ‡ Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, vt me
8 colaphizet. ‡ Propter quod ter Dominū rogaui, vt discederet à me.
9 ‡ & dixit mihi, Sufficit tibi gratia
C mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt in
10 habitet in me virt⁹ Christi. ‡ Propter quod placeo mihi in infirmitatib⁹, incōtumelijs, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustijs pro Christo. Cùm enim
11 infirmor: tunc potens sum. ‡ Fa-
D ctus sum insipiens: vos me coēgistis. Ego enim à vobis debui cō-
⁹feci. mendari: nihil enim minus ⁹fui ab ijs qui sunt supra modum A-
12 postoli. tametsi nihil sum. ‡ Signa
⁹ Apostoli tamē ⁹Apostolatus mei facta sunt
5. super vos in omni patiētia, in signis & prodigijs & virtutibus.
13 ‡ Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs: nisi quòd ego ipse non grauaui vos?
14 Donate mihi hanc iniuriam ‡ Ec-
E ce, tertiò hoc paratus sum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Nō enim quæro quæ vestra sunt: sed vos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed pa-
15 rentes filijs. ‡ Ego autem libentissimè impendam & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens minùs diligar. ‡ Sed esto: ego vos nō
16 grauaui: sed cùm essem astutus,
17 dolo vos cepi. ‡ Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos,
18 circumueni vos? ‡ Rogaui Titum,
F & misi cum illo fratrē. Nunquid Titus vos circūuenit? nónne eodem spiritu ambulauimus? nón-
19 ne ijsdem vestigijs? ‡ Olim putatis quòd excusemus nos apud vos? Coram Deo, in Christo loquimur: omnia autem charissimi propter ædificationē ⁹estram.
20 ‡ Timeo enim ne fortè cùm veneto, non quales volo, inueniam
G vos: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis, ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones
21 sint inter vos. ‡ ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt.

CAP. III.

1 ECce tertiò hoc venio ad vos: De.19.b.15
A ‖ In ore duorum vel trium te- Mt.18.b.16
2 stium stabit omne verbum. ‡ Præ- Joh.8.c.17
dixi & prædico vt præsens⁹, & He.10.c.26
nunc absens ijs qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quo- ⁹bis 4.
niam si venero iterum, non par-
3 cam. ‡ An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus: qui in vobis nō infirmatur,
4 sed potens est in vobis? ‡ nam etsi
B crucifixus est ex infirmitate: sed vuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed ⁹viue-
mus

viuimus mus'cum eo ex virtute Dei in vo
9. (5 bis. † Vosmetipsos tentate si e-
1.Cor.11.f. stis in fide: ipsi vos probate: An
28. nō cognoscitis vosmetipsos quia
Christus Iesus in vobis est, nisi
6 forte reprobi estis. † Spero autem
cognosce quod 'cognoscitis' quia nos non
tis 8. (7 sumus reprobi. † Oramus autem
Deum, vt nihil mali faciatis, nō
vt nos probati appareamus, sed
C vt vos quod bonum est, faciatis,
8 nos autem vt reprobi simus. † Nō
enim possumus aliquid aduersus
veritatem: sed pro veritate.
9 † Gaudemus enim, quoniam nos
infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus, vestram
10 consummationem. † Ideo hæc ab
sens scribo: vt non præsens durius agam secundum potestatem
D quam Dominus dedit mihi in
ædificationem, & non in destructionem. † De cætero fratres, gaudete, perfecti estote: exhortamini, idē sapite: pacem habete, &
Deus pacis & dilectionis erit vobiscū. † Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes
13 sancti. † Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum
omnibus vobis, Amen.

EPISTOLA PAVLI
AD GALATAS.

CAP. I.

1 PAVLVS Apostolus
A nō ab hominibus, neque per hominē, sed
per Iesum Christum,
& Deum Patrem qui
2 suscitauit eum à mortuis, † & qui
mecum sunt omnes fratres: eccle
3 sijs Galatiæ. † Gratia vobis & pax
à Deo patre & Domino nostro
4 Iesu Christo, † qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum voluntatē Dei
5 & patris nostri: † cui est gloria in
6 secula seculorum, Amen. † Miror,
B quod sic tam citò transferimini
ab eo qui vos vocauit in gratiam
Christi, in aliud Euangelium:
7 † quod non est aliud nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volūt
conuertere Euangeliu Chri
8 sti. † Sed licet nos, aut angelus de
cælo euangelizet vobis præterquā quod euangelizauimus vobis, anathema sit. † sicut prædiximus, & nūc iterū dico: Si quis vobis euangelizauerit præter id q
10 accepistis, anáthema sit. † Modò
enim hominibus suadeo, an Deo?
An quæro hominibus placere? Si
adhuc hominibus placerē, Chri-
11 sti seruus non essem. † Notum 1.Co.15.2.1
enim vobis facio fratres Euangeliū q euangelizatum est à me,
quia non est secudum hominem.
12 † neq; enim ego ab homine ac- Eph. 3. 2.3.
C cepi illud neque didici: sed per
13 reuelationem Iesu Christi. † Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar
ecclesiam Dei, & expugnabam
14 illam. † & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius
æmulator existens paternarum
15 mearum traditionum. † Cum autem placuit ei qui me segregauit
ex vtero matris meæ, & vocauit
16 per gratiam suam, † vt reuelaret Filium suum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini, † neque veni Ierosolymam

ad antecessores meos apostolos:
sed abij in Arabiam, & iterum re-
18 uersus sum Damascum. † Deinde
D post annos tres veni Ierosolymã
videre Petrum: & mansi apud eũ
19 diebus quindecim. † Alium autem
apostolorum vidi neminem: ni-
20 si Iacôbum fratrẽ Domini. † Quæ
autem scribo vobis: ecce coram
21 Deo. quia non mentior. † Deinde
veni in partes Syriæ & Ciliciæ.
22 † Eram autem ignotus facie ec-
clesijs Iudææ, quæ erant in Chri-
23 sto: † tantum autem auditum ha-
bebant, Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nũc euangelizat fidem quam aliquando
24 expugnabat, † & in me glorificabant Deum.

CAP. II.

1 DEinde post annos 'quatuorde
A cim, iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto
2 & Tito. † Ascendi autem secundũ
reuelationem: & contuli cum illis Euangelium quod prædico in
-.7. Gentibus, seorsum autem ijs qui
*maiores esse 3. videbantur- *aliquid esse': ne fortè in vacuum currerem aut cu-
3 currissem. † Sed neque Titus qui
mecum erat, cùm esset Gentilis,
4 compulsus est circuncidi: † -sed'
-3. propter sub introductos falsos
fratres qui sub introierunt explorare libertatem nostram quã habemus in Christo Iesu, vt nos in
5 seruitutẽ redigerent. † Quibus ne
*ubiectio n 3. que ad horam cessimus *subiectioni'. vt veritas Euangelij permane
6 at apud vos. † Ab ijs autem qui vi-
B debantur esse aliquid (quales ali-
L.10. d.15 quando fuerint, nihil mea inter-
2'a.9.c.17 est. ‖ Deus personã hominis non
I.34. b.19 accipit) mihi enim qui videbatur
Sp.6.b.8. esse-aliquid, nihil contulerunt.
7 † Sed è contra cùm vidissent quòd
E35.b.16. creditũ est mihi Euangelium prę
B.2.b.21. putij, sicut Petro circuncisionis.
Eh.6.b.9. (qui enim operatus est Petro in
Cl.3.d.25 apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter Gẽtes) Act.10.c.34
9 † & cùm cognouissent gratiã quæ 1.Pe.1.c.17
data est mihi, Iacôbus & Cephas -.6.
& Iohannes qui videbantur colũnæ esse, dextras dederunt mihi &
Barnabæ societatis: vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem:
10 † tantùm vt pauperum memores
essemus, quod etiam solicitus fui
11 hoc ipsum facere. † Cùm autem
C venisset *Cephas' Antiochiam in *Petrus
faciem ei restiti, quia reprehen-
12 sibilis erat. † Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cùm autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circuncisio-
13 ne erant. † Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi, ita vt &
Barnabas duceretur ab eis in illã
14 simulationẽ. † Sed cùm vidissem
quòd nõ rectè ambularent ad veritatem Euãgelij, dixi Cephæ corã omnibus: Si tu cùm Iudæus sis,
gẽtiliter viuis, & nõ Iudaicè: quomodo gentes cogis Iudaizare?
15 † Nos natura Iudæi, & non ex Gẽ
16 tibus peccatores. † ‖ Sciẽtes autem Ro.3.e.19.
quòd non iustificatur homo ex c.20.
operibus legis, nisi per fidẽ Iesu
Christi: & nos in Christo Iesu *credidimus', vt iustificemur ex fide *credidimus 1.
Christi, & non ex operibus legis:
ꝓpter ꝙ ex ‖ operibus legis non Ro.3.c.20.
17 iustificabitur omnis caro. † Quod
D si quærẽtes iustificari in Christo
inuẽti sum' & ipsi peccatores: nũ
quid Christus peccati minister
18 est? Absit. † Si enim quę destruxi,
iterum hæc ædifico: præuaricato-
19 rem me cõstituo. † Ego enim per
legem, legi mortuus sum, vt Deo
viuam. Christo confixus sum cru-
20 ci. † Viuo aũt iam non ego: viuit
verò in me Christus. Quod autẽ
nunc viuo in carne: in fide viuo
filij Dei, qui dilexit me, & tradi-
21 dit semetipsum pro me. † Non
abijcio gratiam Dei. Si enim per
legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

O In-

CAP. III.

1 O Insensati Galatæ, quis vos fa-
A scinauit non 'obedire' veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, in vobis crucifixus? † Hoc solum à vobis volo discere, Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?
3 † Sic stulti estis vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?
4 † Tanta passi estis sine causa?
5 si tamen sine causa. † Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?
6 † Sicut, ‖ Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.
7 † Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ.
8 † Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat Gentes Deus præ-
B nuntiauit Abrahæ, ‖ Quia benedicentur in te omnes Gentes.
9 † Itaque qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.
10 † Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: ‖ Maledictus omnis qui nõ permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat
11 ea. † Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: ‖ quia iustus ex fide vivit.
12 † Lex autem non est ex fide, sed ‖ Qui fecerit ea, viuet in illis.
13 † Christus nos redemit de maledicto legis: factus pro nobis maledictum (quia scriptum est: ‖ Maledictus omnis qui pendet in li-
14 gno) † vt in Gentib. benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitationẽ Spiritꝰ accipiamꝰ
15 per fidem. † Fratres, (secundũ hominem dico) ‖ tamen hominis
C confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.
16 † Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit. Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo qui est Chri-
17 stus. † Hoc autem dico, testamentum confirmatum est à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissio-
18 nem. † Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ aũt per repromissionem donauit
19 Deus. † Quid igitur lex? Propter 'transgressiones' posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu me-
20 diatoris. † Mediator aũt, vnius nõ
21 est. Deus aũt vnus est. † Lex ergo
D aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare: vere ex lege esset iustitia.
22 † Sed ‖ conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.
23 † Priusautem quàm veniret fides: sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidẽ quæ reuelanda erat.
24 † Itaque lex, pædagógus noster fuit in Christo: vt ex fide iustifi-
25 cemur. † At vbi venit fides: iam nõ
26 sumus sub pædagogo. † Omnes enim filij Dei estis per fidem in
27 Christo Iesu. † ‖ Quicunque enim in Christo baptizati estis: Christum induistis. † Non est Iudæus,
28 neq; Græcus, non est seruus, neq; liber, non est masculus neq; fœmina. Omnes enim vos vnum es-
29 tis in Christo Iesu. † Si autem vos Christi, ergo semen Abrahę estis, secundum promissionẽ hæredes.

'credere 6.

'scriptum est 6.

Ge. 15. b. 6. Ro. 4. a. 3. c. 18.

Iac. 2. d. 23.

'Cognoscetis 4.

Ge. 12. a. 3. 22. d. 18. 26. a. 4.

Ec. 44. d. 20 De. 27. d. 25

Aba. 2. a. 4.

'viuet 3.

Ro. 1. b. 17. Leu. 18. a. 5.

De. 21. d. 23.

Hebr. 9. c. 7.

Ro. 3. b. 2.

'transgressionem.

Ro. 6. a. 3.

CAP. IIII.

1 Dico autem, quanto tempore
A hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cùm sit Dominus om-
2 nium, † sed sub tutoribus & actoribus est vsq; ad præfinitum tem-
3 pus à patre, † ita & nos, cùm essemus paruuli, sub elementis mun-
4 di eramus seruientes. † At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex mu-
5 liere, factum sub lege: † vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt ad-

optionem filiorum reciperemus.
6 †Quoniam autem estis filij*: misit *Dei
Deus Spiritum filij sui in corda
vestra clamantem: Abba, Pater.
7 †Itaq; iam non est seruus, sed filius:
8 quod si fil.*:& hæres per Deū.†Sed
tunc quidem ignorātes Deum, ijs
qui natura non sunt dij, seruie-
9 batis. † Nunc autem cùm cogno-
B ueritis Deum, imò cogniti fitis à
Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?
10 †Dies obseruatis, & menses, & tē-
11 pora, & annos. † Timeo vos, ne
forte sine causa laborauerim in
12 vobis.†Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres, obsecro vos.
13 Nihil me læsistis. † Scitis autem
quia per infirmitatem carnis eu-
14 angelizaui vobis iampridem: † &
meam 2. tentationem vestram *in carne
mea: non spreuistis neq; respuistis, sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.
15 † Vbi est ergo beatitudo vestra?
Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset: oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.
16 †Ergo inimicus vobis factus sum
17 verum dicens vobis? † Æmulan-
C tur vos non bene: sed excludere
vos volunt, vt illos æmulemini.
18 † Bonum autem æmulamini in
bono semper: & non tantùm cum
19 præsens sum apud vos. † Filioli
mei, quos iterum parturio, donec
20 formetur Christus in vobis. †Vellem autem esse apud vos modo,
& mutare vocem meam: quoni-
21 am confundor in vobis. † Dicite
mihi qui sub lege vultis esse, le-
22 gem non legistis? † Scriptum est
enim quoniam Abraham duos fi- Ge. 16. d. 15
lios habuit: ‖ vnum de ancilla, & Ge. 21. a. 1.
‖vnum de libera. † Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est:
23 qui aũt de libera, per repromis-
24 sionẽ, † quæ sunt per allegoriam
D dicta. Hæc enim sunt duo testa- *in
menta. Vnum quidem *à monte-
Sina, in seruitutem generãs, quæ
25 est Agar.†(Sina enim, mons est in
Arabia: qui conũctus est ei, quæ
nunc est Ierusalem.) & seruit cũ
26 filijs suis. †Illa autem quæ sursum
est Ierusalem, libera est, quæ est
27 mater nostra. †Scriptum est enim Isa. 54. a. 1.
‖Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis
28 quàm eius quæ habet virũ. †‖Nos Ro. 9. b. 8.
autem fratres secundum Isaac
29 promissionis filij sumus. †Sed quo
modo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur
eum qui secundum spiritum, ita
30 & nunc. † Sed quid dicit scriptura? ‖Eijce ancillam & filium eius, Ge. 21. a. 10.
non enim hæres erit filius ancil-
31 læ cum filio liberæ. † Itaq; fratres
non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

CAP. V.

1 STate, & nolite iterum iugo ser-
2 uitutis contineri. † ‖ Ecce ego Act. 15. a. 2.
Paulus dico vobis, quoniam si cir- a. 2.
cuncidamini, Christus vobis ni-
3 hil proderit. † Testificor autem
rursus omni homini circumciden-
ti se, quoniam debitor est vniuer-
4 sæ legis faciendæ. † Euacuati estis a
Christo, qui in lege iustificamini:
5 à gratia excidistis. †Nos enim spiritu ex fide, ipsam iustitiæ exspe-
6 ctamus. †Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, ne-
B que præputium: sed fides quę per
7 charitatem operatur. † Currebatis bene. quis vos impediuit veri-
8 tati non obedire? †*Persuasio, *nõ *Nemini
9 est ex eo qui vocat vos. † ‖Modicũ consen-
fermentum totam massam cor- tiris.
10 rumpit. †Ego confido in vobis in *hæc.
Domino: quod nihil aliud sapietis, qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunq; est ille.
11 †Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc perse-

perſecutionem patior? Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis † Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant. † Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres, tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicem. † Omnis enim lex in vno ſermone impletur: ‖ Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. † Quod ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. † Dico autem: ‖ Spiritu ambulate, & deſyderia carnis non perficietis. † Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſpiritus autem aduerſus carnem, hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. † Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. † Manifeſta ſunt autẽ opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, † idolorum ſeruitus, veneficia inimicitiæ. Cõtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, † inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. † Fructus autem Spiritus eſt: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, † manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Aduerſus huiuſmodi nõ eſt lex. † Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. † Si viuimus ſpiritu: ſpiritu & ambulemus. † Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

CAP. VI.

1 FRatres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſyderans teipſum, ne & tu tẽteris. † Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. † Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. † Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero. † Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit. † Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis. † Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. † Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem, qui autem ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu metet vitã æternam. ‖ Bonum autem facientes, non deficiamus. † tempore enim ſuo metemus non deficientes. † Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. † Videte qualibus literis ſcripſi vobis meã manu. † Quicunq; volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantùm vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur. † Neque enim qui circunciduntur, legem cuſtodiunt, ſed volunt vos circuncidi, vt in carne veſtra glorientur. † Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. † In Chriſto enim Ieſu neq; circunciſio aliquid valet, neq; præputium: ſed noua creatura. † Et quicunq; hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. † De cætero nemo mihi moleſtus ſit. ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. † Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro fratres, amen.

EPISTOLA PAVLI AD EPHESIOS.

CAP. I.

1 A PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei: omnibus sanctis qui sunt Ephesi: & fidelib. in Christo 2 Iesu. † Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Dño Iesu Christo. † ‖ Benedictus Deus & Pa- 2.Co.1.a.3. ter Domini nostri Iesu Christi, 1.Pet.1.a.3. qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus, in Christo: † sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. † Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum, per Iesum B Christum, in ipsum: secundum 6 propositum voluntatis suæ: † in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua -.I. gratificauit nos in dilecto -filio 7 suo'. †In quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum 8 diuitias gratiæ eius. † quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, † vt notum faceret nobis sacramentũ voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, 10 † in dispensatione * plenitudinis *in dispen temporum, instaurare omnia in sationem 1 Christo, quæ in cęlis & quæ in ter- 11 ra sunt, in ipso. †In quo etiam nos sorte vocati sumus: prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia, secundũ consili- 12 um voluntatis suæ: † vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui antè 13 sperauimus in Christo: †in quo & C vos, cùm audissetis verbum veritatis, (Euãgelium salutis vestræ:) in quo & credentes signati estis 14 Spiritu promissionis sancto, † qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in 15 laudẽ gloriæ ipsius. †Propterea & ego audiẽs fidem vestram quæ est in *Domino Iesu, & dilectionem *Christo 16 in omnes sanctos, †non cessо gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus me- 17 is, †vt Deus, Domini nostri Iesu Christi pater, gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelatio- 18 nis, in *agnitione eius, † illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis ei*, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in 19 sanctis, † & quæ sit supereminens D magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus: ‖ secundum opera- Infr.3.b.7. 20 tionem potentiæ virtutis eius, †quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cæ- 21 stibus, † supra omnẽ principatum & potestatem & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc sęculo, sed etiam in futuro. 22 †‖ Et omnia subiecit sub pedibus Psal.8.b.8. eius, & ipsum dedit caput *supra *super omnem ecclesiam', † quæ est cor- 23 nia ipsi ecpus ipsius, * plenitudo eius, qui clesiæ 5. omnia in omnibus adimpletur. *&

CAP. II.

1 ET † vos *cùm essetis mortui de- Col.2.c.13. 2 lictis & peccatis vestris, † in 3.a.3. A quibus aliquando ambulastis se- *conuiuis cundum sęculum mundi huius, cauit secundum principem potestatis aëris huius, spiritus, qui nunc ope- 23 ratur in filios diffidẽtiæ, † in quib. & nos omnes aliquando conuersati sumus in desyderijs carnis nostræ, facientes voluntatẽ carnis & cogi-

cogitationum, & eramus natura
4 filij iræ sicut & cæteri: † Deus au-
tem (qui diues est in misericor-
dia) propter nimiam charitatem
5 suam qua dilexit nos, † & cũ esse-
mus mortui peccatis, conuiuificа-
uit nos Christo, (cuius gratia estis
6 saluati) & conresuscitauit, † & cõ
sedere fecit in cælestibus in Chri-
7 sto Iesu, † vt ostenderet in secu-
B lis superuenientibus abundantes
8 diuitias gratiæ suæ, in bonitate su
per nos in Christo Iesu. † Gra-
tia enim estis saluati per fidẽ (&
hoc non ex vobis, Dei enim donũ
9 est) † nõ ex operib. vt ne quis glo-
10 rietur. † Ipsius enim sumus factu-
ra, creati in Christo Iesu in operi-
bus bonis, quæ præparauit Deus
11 vt in illis ambulemus. † Propter
quod memores estote quod ali-
* qui quando vos * eratis Gentes in car
ne, qui dicebamini præputium ab
ea quæ dicitur circuncisio in car-
12 ne, manufacta: † * qui' eratis illo
* quòd 8. in tempore sine Christo, alienati
C à conuersatione Israel, & hospites
testamentorum, promissionis spẽ
non habentes, & sine Deo in hoc
13 mundo. † Nunc autem in Christo
Iesu vos qui aliquando eratis lon
gè, facti estis propè in sanguine
14 Christi. † Ipse enim est pax nostra,
qui fecit vtraq; vnũ, & mediũ pa
* inimici- rietem maceriæ soluens, * inimici
tiam 4. (15 tias' in carne sua: † legẽ mandato-
rũ decretis euacuans: vt duos con
dat in semetipso in vnum nouũ
16 hominem, faciens pacẽ. † * & recõ
* vt ciliet ambos in vno corpore, Deo,
* inimici- per crucem, interficiens * inimi-
tiam 8. (17 citias' in semetipso. † Et veniens
euangelizauit pacem vobis qui lõ
ge fuistis, & pacem ijs qui propè.
18 † Quoniam per ipsum habemus
Rom. 5. a. 2 accessum ambo in vno Spiritu ad
19 Patrem. † Ergo iam non estis ho-
spites & aduenæ: sed estis ciues
20 sanctorũ & domestici Dei, † super
ædificati super fundamentum A-
postolorum & Prophetarum, ipso
summo angulari lapide Iesu Chri
21 sto: † in quo omnis ædificatio con
structa, crescit in templum san-
22 ctum in Domino, † in quo & vos
coædificamini in habitaculũ Dei
in Spiritu sancto.

CAP. III.

1 HVius rei gratia, ego Paulus
vinctus Christi Iesu, pro vo-
2 bis Gentibus: † si tamen audistis
A dispensationem gratiæ Dei quæ
3 data est mihi in vobis. † quoniam
secundum reuelationem notum
mihi factum est sacramentum, si-
4 cut supra scripsi in breui: † prout
potestis legentes intelligere pru
dentiam meam in mysterio Chri
5 sti, † quod alijs generationib. non
est agnitum filijs hominum, sicu-
ti nũc reuelatum est sanctis Apo-
stolis eius & Prophetis in Spiri-
6 tu. † Gentes esse cohæredes & cõ
corporales & comparticipes pro-
missionis eius in Christo Iesu per
7 Euangelium: † Cuius factus sum
B minister secundum donum gra- Sup. 1. d. 19
tiæ Dei, quæ data est mihi secun- 1. Co. 15. b.
dũ operationem virtutis eius. 9.
8 † ¶ Mihi omniũ sanctorum mini-
mo, data est gratia hæc, In Gen-
tibus euãgelizare inuestigabiles di
9 uitias Christi, † & illuminare om
nes quæ sit dispensatio sacramenti
10 absconditi à seculis in Deo, † q omnia creauit vt innotescat * * principibus & potestatibus in cælesti- * nunc 1. * principa-
bus, per ecclesiam, multiformis sa tibus 3.
11 pientia Dei, † secundum præfini-
tionem seculorum, quam fecit in
12 Christo Iesu Domino nostro. † In
C quo habemus fiduciã & accessum
13 in confidentia, per fidẽ eius. † Pro
pter quod peto ne deficiatis in tri
bulationibus meis pro vobis, quæ
14 est gloria vestra. † Huius rei gratia
flecto genua mea ad Patrem Do-
15 mini nostri Iesu Christi, † ex quo
omnis paternitas in * cælis' & in * in cælo 9
16 terra nominatur, † vt det vobis se
cundum diuitias gloriæ suæ, * vir- * virtute 1.
tutem'

tutem corroborari per Spiritum
17 eius in interiori homine. † Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati
18 & fundati, † vt possitis compre-
D hendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, &
19 sublimitas, & profundum, † scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.
20 † ‖ Ei autem qui potens est omnia
Ro.16.d.25 facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secúdum virtutem quæ operatur in nobis.
21 † ‖ Ipsi gloria in Ecclesia, & in
Ro.16.d.27 Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum, Amen.

CAP. IIII.

1 OBsecro itaque vos ego vin-
A ctus in Domino, ‖ vt dignè
Ph.1.d.27. ambuletis vocatione qua vocati
Col.1.b.(2 estis, † cum omni humilitate &
10. mansuetudine, cum patientia,
1.Th.2.c.12 supportantes inuicem in charita-
4.a.1. (3 te, † ‖ soliciti seruare vnitatẽ spi-
Ro.12.e.(4 ritus in vinculo pacis. † vnũ cor-
10. pus & vnus spiritus, sicut* voca-
1.Cor.7.b. ti estis in vna spe vocationis ve-
10. *&(5 stræ. † vnus Dominus, vna fides,
6 vnum baptisma. † ‖ Vnus Deus &
Mal.2.b.10 pater omniũ, qui est super omnes
Deu.4.f.35 & per omnia, & in omnibus no-
Ro.12.a.(7 bis. ‖ Vnicuique autẽ nostrũ data
3. E est gratia ‖ secundũ mensuram do
1.Co.12.(8 nationis Christi. † Propter quod
b.11. dicit, ‖ Ascendens in altum,
2.Co.10.d. captiuã duxit captiuitatem: dedit
13. 9 dona hominibus. † (Quod autem
Ps.67.c.19. ascendit, quid est, nisi quia & descẽdit primũ in inferiores partes
10 terræ? † Qui descendit, ipse est &
11 qui ascendit supra omnes cœlos, vt impleret omnia.) † ‖ Et ipse dedit
1.Co.12.d. quosdã quidẽ Apostolos, quosdã
13. autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores
3& doctores † ad consummationẽ sanctorũ in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi:
13 † donec occurramus omnes in vni-
C tatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensurã
14 ætatis plenitudinis Christi: † vt iã non simus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem er-
15 roris. † ‖ Veritatem autem facien- Zac.8.c.16
tes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus:
16 † ex quo totum corpus compactũ & connexum per omnem iunctu ram subministrationis, secundũ operationẽ in mensurã vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui
17 in charitate. † Hoc igitur dico & ‖ Rom.1.a.9
D testificor in Domino: vt iam non 1.Pe.4.a.3.
ambuletis ‖ sicut & Gentes am- Ro.1.c.21.
bulant in vanitate sensus sui,
18 † ‖ tenebris obscuratum habentes intellectũ, alienati à vita Dei per ignorantiã q̃ est in illis propter cę citatem cordis ipsorum, † qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiã.
20 † Vos autẽ non ita didicistis Chri-
21 stum: † si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veri-
22 tas in Iesu.) † ‖ 'Deponite' vos se- 'deponere
E cundum pristinam conuersatio- Col.3.b.8.
nem veterem hominem, qui cor- Heb.12.a.1
rumpitur secundum desyderia er 1.Pe.4.a.2.
roris. † ‖ Renouamini autem spiri- Rom.6.a.4
23 tu mentis vestræ: † & ‖ induite no- 12.a.2.
24 uum hominem qui secundum De Col.3.b.12
um creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. † ‖ Propter 1.Pe.2.a.1.
25 F quod deponentes mendacium, Zac.8.c.16
‖ loquimini veritatem vnusquisque cũ proximo suo: quoniam su-
26 mus inuicem membra. † ‖ Iraſci- Psal.4.a.5.
mini, & nolite peccare: sol non occidat super iracũdiam vestram.
27 † ‖ Nolite locum dare diabolo. Iac.4.b.7.
28 † Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operãdo manib. suis quod bonũ est, vt habeat

habeat vnde tribuat necessitatē
29 patiendi. † Omnis sermo malus ex
ore vestro non procedat, sed si qs
'opportu- bonus ad ædificationem 'fidei vt
nitatis (30 det gratiam audientib. † Et nolite
G contristare Spiritum sanctū Dei:
'In diem 1 in quo signati estis 'in die' re-
31 demptionis. † Omnis amaritudo,
& ira, & indignatio, & clamor, & 18
blasphemia tollatur à vobis cum
Col.3.b.12 32 omni malitia. ‖ Estote aūt inuicē
benigni, misericordes, donantes
inuicem sicut & Deus in Christo
donauit vobis.

CAP. V.

Ioh.13.d.(1 ESTOTE ergo imitatores Dei: si-
34.& 15.(2 cut filij charissimi: † ‖ & ambu-
b.12. A late in dilectione, sicut & Christ⁹
1.Io.4.c.13. dilexit nos, & tradidit semetip-
sum pro nobis oblationem & ho
stiam Deo in odorem suauitatis.
3 † ‖ Fornicatio autem & omnis im
Col.3.a.5. munditia, aut auaritia, nec nomi
netur in vobis, sicut decet san-
4 ctos, † aut turpitudo, aut stultilo
quium, aut scurrilitas, quæ ad rē
'pertinet 1 non pertinet': sed magis gratia-
5 rum actio. † Hoc enim scitote in-
B telligentes, quod omnis fornica-
'q est ido- tor, aut immundus, aut auarus
lorum ser- (quod est idolorum seruitus) nō
uus 1. (6 habet hæreditatem in regno
Mt.24.a.4. Christi & Dei. † ‖ Nemo vos le-
Mt.13.a.5. ducat inanibus verbis, propter
Lu.21.b. hæc enim venit ira Dei in filios
8. (7 diffidentiæ. † Nolite ergo effici
Col.2.d.18 8 participes eorum. † Eratis enim a-
1.Th.2.a.3 liquando tenebræ: nunc autem
9 lux in Domino. Vt filij lucis am-
bulate, † (fructus enim lucis, est
in omni bonitate, & iustitia, & ve
10 ritate) † probantes quid sit bene-
11 placitum Deo: † & nolite commu
C nicare operibus infructuosis tene
'& 4. brarum, magis autem 'redargui-
12 te. † Quæ enim in occulto fiunt ab
13 ipsis, turpe est & dicere. † Om-
nia autem quæ arguuntur: à lumi
ne manifestantur: omne enim q̄
14 manifestatur, lumen est. † Pro-
pter quod dicit: Surge qui dormis
& exurge à mortuis: & illumina-
15 bit te Christus. † Videte itaq; fra-
D tres quomodo caute ambuletis:
16 ‖ nō quasi insipientes, † sed vt sapi Col. 4.a.5.
entes redimentes tempus, quoni
17 am dies mali sunt: † Propterea no
lite fieri imprudentes: ‖ sed intel- Ro.12.a.2.
ligentes quæ sit voluntas Dei. † Et 1.Th.4.a.3
nolite inebriari vino in quo est
luxuria, sed implemini Spiritu⁹, 'sancto
19 † loquentes vobismetipsis in Psal
mis & hymnis, & canticis spiritua
libus, cantantes & psallentes in
20 cordib. vestris Dño. † gratias agen
E tes semper pro omnibus, in nomi
ne Dñi nostri Iesu Christi Deo &
21 Patri. † Subiecti inuicem, in ti-
22 more Christi. † ‖ Mulieres viris su Ge.3.c.16.
23 is subditæ sint, sicut dño: † ‖ quoni Col.3.d.18
F am vir, caput est mulieris: sicut 1.Pe.3.a.1.
Christ⁹ caput est ecclesiæ. Ipse, sal 1.Co.11.a.3
24 uator corporis 'eius'. † Sed sicut -7.
ecclesia subiecta est Christo, ita &
mulieres viris suis in omnibus.
25 † ‖ Viri, diligite vxores vestras, si- Col.3.d.19
cut & Christus dilexit ecclesiam,
& seipsum tradidit pro ea: † vt illā
sanctificaret, mundans eā lauacro
27 aquæ in verbo', † vt exhiberet 'ip 'vitæ
se sibi gloriosam ecclesiam, non 'ipsam 2.
habentem maculā, aut rugam, aut
aliquid huiusmodi, sed vt sit san-
28 cta, & immaculata. † ita & viri de-
bent diligere vxores suas vt cor-
pora sua. Qui suam vxorem dili-
29 git, seipsum diligit. † Nemo enim
G vnquam carnē suam odio habuit:
sed nutrit & fouet eam, sicut &
30 Christus ecclesiam. † quia mēbra
sumus corporis eius, de carne eius
31 & de ossib. eius † ‖ Propter hoc re- Ge.2.d.24
linquet homo patrem & matrem Mt.19.a.5.
suam: & adhærebit vxori suæ: & Mt.10.a.7.
32 ‖ erunt duo in carne vna. † Sacra- 1.Cor.6.d.
mētum hoc magnum est, ego aūt 16.
33 dico in Christo & in ecclesia. † Ve
runtamen & vos singuli, vnusquis
que vxorem suā sicut seipsum di-
ligat: vxor autem 'timeat virum 'vt 7.
'suum'. -7.

CAP.

CAP. VI.

Col.3.d.(1 FIlij obedite parētibus vestris
20. in Domino: hoc enim iustum
Ex.20.c.(2 est. † ‖ Honora patrem tuum &
12. A matrem tuam: (quod est manda-
Deu.5.c.(3 tum primum in promissione,) † vt
16. bene sit tibi, & sis longæuus super
Ecc.3.b.(4 terram. † Et vos patres, nolite ad
9.7.c.29. iracundiam prouocare filios ve-
Mt.15.a.4. stros: sed educate illos in disciplı
Mr.7.b.(5 na & correptione Domini. † ‖ Ser
16. ui obedite dominis carnalibus,
Col.3.d.22 cum timore & tremore, in simpli
Tit.2.b.9. citate cordis vestri, sicut Christo:
1.Pet.2.(6 † non ad oculum seruientes, quasi
c.18. hominibus placentes, sed vt serui
Christi, facientes volūtatem Dei
7 ex animo: † cum bona voluntate
C seruientes, sicut Domino & non
8 hominibus: † scientes quoniam
B vnusquisque quodcunque fece-
9 rit bonum, hoc recipiet à Do-
mino, siue seruus, siue liber. † Et
vos domini eadem facite illis, re-
mittentes minas: scientes quia &
illorum & vester Dominus est in
De.10.d.17 cælis: & ‖ personarū acceptio non
2.Pa.19.(10 est apud eum. † De cætero fratres,
c.7. confortamini in Domino, & in
Iob.34.(11 potentia virtutis eius. † Induite
b.19. vos armaturam Dei: vt possitis sta
Sap.6.(12 re aduersus insidias Diaboli: † quo
b.8. niam non est nobis colluctatio ad
Ec.35.b.16 uersus carnem & sanguinem: sed
Ro.1.2.b. aduersus principes & potestates,
11. aduersus mundi rectores tenebra
Gal.2.b.5. rum harum, contra spiritualia ne-
13 quitiæ, in cælestibus. † Propterea
C accipite armaturam Dei: vt possi- Col.3.d.25
tis resistere in die malo, & * in om Act.10.c.
14 nibus perfecti stare. † State ergo 34.
succincti lumbos vestros in verita 1.Pe.1.c.13.
15 te, & induti loricam iustitiæ, † & * & omni-
calceati pedes in præparationem bus peri-
16 Euangelij pacis: † in omnibus su- ctis 1.
mentes scutum fidei, in quo possi
tis omnia tela nequissimi ignea
17 extinguere. † & ‖ galeam salutis Ef.50.d.17.
assumite: & gladium spiritus, 1.Th.5.b.8
18 (quod est verbum Dei) † ‖ per om Lu.18.a.11.
nem orationem & obsecrationē
orantes omni tempore in spiritu:
& in ipso ‖ vigilantes in omni in- Col.4.a.2.
stantia, & obsecratione pro omni
19 bus sanctis. † ‖ & pro me, vt detur 2.Th.3.d.1.
D mihi sermo in apertione oris mei
cum fiducia, notum facere myste-
20 rium Euangelij, † pro quo legatio
ne fungor in catena, ita vt in ipso
audeam, prout oportet me loqui.
21 † Vt autem & vos sciatis quæ circa
me sunt, quid agam: omnia vobis
nota faciet Tychicus, charissimus
frater & fidelis minister in Domi
22 no: † quem misi ad vos in hoc ip-
sum, vt cognoscatis quæ circa nos
sunt, & consoletur corda vestra.
23 † Pax fratribus & charitas cum fi- * nostro
de à Deo Patre *, & Domino Iesu
24 Christo. † Gratia cum omnibus
qui diligunt Dominum no-
strum Iesum Christum
in incorruptione,
Amen.

EPI-

EPISTOLA PAVLI AD PHILIPPENSES.

CAP. I.

1 A PAVLVS & Timótheus serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episco-
2 pis & diaconibus: † Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Dño
3 Iesu Christo. † Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri
4 † (semper in cunctis orationibus meis pro omnib⁹ vobis, cũ gaudio
5 deprecationẽ faciens) † super cõmunicatione vestra in Euangelio Christi à prima die vsque nunc.
6 † confidens hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus bonum, per-
7 ficiet vsque in diem Christi Iesu, † sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis, eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & cõfirmatione Euãgelij, socios gaudij mei
8 omnes vos esse. † Testis enim mi-
B hi est Deus, quomodo cupiã omnes vos in visceribus Iesu Christi.
9 † Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia &
10 in omni sensu: † vt probetis potiora, vt sitis synceres, & sine offensa
11 in diem Christi, † repleti fructu iustitiæ per Iesum Christũ in gloriam & laudem Dei. † Scire autem
12 vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum ve-
13 nerunt Euangelij: † ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris
14 omnibus, † vt plures è fratribus in Domino, confidentes in vinculis meis, abundantiùs auderent sine timore verbum Dei loqui.
15 † Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant.
16 † Quidam ex charitate: scientes quoniam in defensionẽ Euangelij po-
17 situs sum. † Quidam autem ex cõtentione Christum annuntiant non syncerè: existimantes pressu-
C ram se suscitare vinculis meis.
18 † Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.
19 † Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem: per vestram orationem & submin istrationẽ Spi-
20 ritus Iesu Christi, † secundum expectationem & spem meam, quia in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mor-
21 tem. † Mihi enim viuere Christus
22 est, & mori lucrum. † Quòd si vi-
D uere in carne, hic mihi fructus o- * hoc 1.
peris est, & quid eligam ignoro.
23 † Coarctor autem è duobus. desyderiũ habens dissolui & esse cum
24 Christo, multò magis meli⁹. † permanere autem in carne, * necessa- * magis 4.
25 rium propter vos. † Et hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectũ
26 vestrum & gaudium fidei: † vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum
27 iterum ad vos. † ‖ Tantùm dignè Eph. 4. a. 1.
Euangelio Christi conuersamini: Col. 1. b. 10
vt siue cùm venero, & videro vos, 1. Thess. 2.
siue absens, audiam de vobis quia c 11.
statis in vno spiritu, vnanimes,
28 collaborantes fidei Euangelij. † Et in nullo terreamini ab aduersarijs, quæ illis est causa perditionis,

nis, vobis autem salutis, & hoc à
29 Deo: † quia vobis donatū est pro
Christo, non solùm vt in eum cre
datis, sed vt etiam pro illo patia-
30 mini, † idem certamen habentes
quale & vidistis in me, & nunc
audistis 1. audistis de me.

CAP. II.

1 SIqua ergo consolatio in Chri-
A sto, si quod solatium charita-
tis, siqua societas spiritus, si qua
2 viscera miserationis: † implete
ac misera tiones 7. gaudium meum, vt idem sapia-
tis, eandem charitatem habentes,
vnanimes idipsum sentientes:
3 † nihil per contentionē, neq; per
inanem gloriam: sed in humilita
te, superiores sibi inuicem arbi-
4 trantes: † ‖ non quæ sua sunt sin-
1.Cor.10.f. guli consyderantes, sed ea quæ a-
24.3.b.5. (5 liorum. † Hoc enim sentite in vo-
6 bis, quod & in Christo Iesu: † qui
cùm in forma Dei esset, non rapi-
nam arbitratus est esse se æqua-
7 lem Deo, † sed semetipsum exi-
naniuit, formā serui accipiens, in
similitudinem hominum factus,
8 & habitu inuētus vt homo. † ‖ Hu-
miliauit semetipsum, factus obe-
9 diens vsque ad mortem: mortem
autem crucis. † Propter quod &
B Deus exaltauit illum, & donauit
illi nomen quod est super omne
10 nomen: † ‖ vt in nomine Iesu om-
Esa. 45. d. ne genu flectatur, cælestium, ter-
23. 11 restrium, & infernorum. † & om-
Ro.14.b.11 nis lingua confiteatur quia Do-
minus Iesus Christus in gloria est
12 Dei Patris. † Itaq; charissimi mei
(sicut semper obedistis:) non vt
in præsentia mei tantum, sed mul
to magis nunc in absentia mea,
cum metu & tremore vestram sa-
13 lutem operamini. † Deus est enim
qui operatur in vobis & velle &
perficere, pro bona voluntate.
14 † ‖ Omnia autem facite sine mur-
1.Pe.4.c.9 murationibus & hæsitationibus:
15 † vt sitis sine querela, & simplices
filij Dei, siue reprehensione in
medio nationis prauæ & peruer-
sæ: inter quos lucetis sicut lumi-
16 naria in mundo: † verbum vitæ
C continentes ad gloriam meam in
die Christi, quia non in vacuum
cucurri, neque in vacuum labo-
17 raui. † Sed & si immolor, supra sa-
crificium & obsequium fidei ve-
stræ, gaudeo & congratulor om-
18 nibus vobis. † Idipsum autem &
vos gaudete & congratulamini
19 mihi. † Spero autem in Domino
Iesu, ‖ Timotheum me citò mit- Act.16.a.2.
tere ad vos: vt & ego bono ani-
mo sim, cognitis quæ circa vos
20 sunt. † Neminē enim habeo tam
vnanimem, qui syncera affectio- 1.Cor.10.f.
ne pro vobis solicitus sit. † ‖ Om- 24. 11. b.5.
21 nes enim quæ sua sunt quærunt:
22 non quæ sunt Iesu Christi. † Ex-
perimentum autem eius cogno-
scite, quia sicut patri filius, me-
23 cum seruiuit in Euangelio. † Hunc
igitur spero me mittere ad vos,
24 mox, vt videro quę circa me sunt.
† Cōfido autem in Domino quo-
niam & ipse veniam ad vos citò.
25 † Necessarium autem existimaui,
D Epaphroditum fratrem & coope-
ratorem & commilitonē meum,
vestrum autem Apostolum, & mi-
nistrum necessitatis meæ, mitte-
26 re ad vos. † quoniam quidem om-
nes vos desyderabat: & mœstus
27 erat, propterea quod audiera-
tis illum infirmatum. † Nam &
infirmatus est vsque ad mortem,
sed Deus misertus est eius: non
solùm autem eius, verumetiam
& mei, ne tristitiam super trissi-
28 tiam haberem. † Festinantiùs er-
go misi illum: vt viso eo, iterum
gaudeatis, & ego sine tristitia
29 sim. † Excipite itaque illum cum
omni gaudio in Domino, & eius-
30 modi cū honore habetote, † quo-
niam propter opus Christi, vsque
ad mortem accessit: tradens ani-
mam suam, vt impleret id quod
ex vobis deerat erga meum obse-
quium.

CAP.

CAP. III.

1 A De cętero fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrũ,
2 vobis autem necessarium. † Videte canes, videte malos operarios,
3 videte concisionem. † Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam
4 habentes, † quanquam & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur cõfidere in carne: ego magis, † circuncisus octauo die, ex genere Israel, de tribu
2.Cor.11.c. 22. Act.23.b.6 Ben-iamin, ‖ Hebręus ex Hebręis,
6 ‖ secundum legem Pharisæus, ‖ secundum ęmulationem persequẽs ecclesiam Dei, secundum iustitiam quæ in lege est conuersatus
7 sine querela. † Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum
8 propter Christũ detrimenta. † Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminẽtem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam: † &
9 inueniar in illo nõ habens meam iustitiã quæ ex lege est, sed illam
Iesu. quæ ex fide est Christi*, quæ ex
10 Deo est iustitia in fide: † ad cognoscẽdum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem
passionis passionum' illius: configuratus
11 morti eius, † si quo modo occurram ad resurrectionem quę est ex
12 mortuis. † Non quod iam accepe-
C rim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo
13 Iesu. † Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retrò sunt obliuiscẽs, ad ea verò quæ sunt prio-
14 ra extendens meipsum † ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Chri-
15 sto Iesu. † Quicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus
16 reuelauit. † Veruntamẽ ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, in eadem permaneamus regula.
17 † Imitatores mei estote fratres, &
D obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram'.
18 † ‖ Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flẽs dico) inimicos crucis Chri-
19 sti: † quorum finis, interitus quorum Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena
20 sapiunt. † Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiam Saluatorem expectamus, Dominum
21 nostrum Iesum Christum, † qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem quã etiam possit subijcere sibi omnia.

reuelabit 6.

nos 1.

Ro.16.c.19

CAP. IIII.

1 A Itaque fratres mei charissimi & desyderatissimi gaudiũ meum' & corona mea: sic state in Domi-
2 no, charissimi. † Enchodiam' rogo & Synthicẽ deprecor idipsum
3 sapere in Domino. † Etiã rogo & tẽ germane compar, adiuua illas quæ mecũ laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomi-
4 na sunt in libro vitæ. † Gaudete in Domino semper: iterum dico,
5 gaudete. † Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Domi-
6 nus propè est. † Nihil soliciti sitis:
B sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitionis vestræ innotescant apud
7 Deum. † Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras
8 in Christo Iesu. † De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunque bonæ famæ, si-

Euodiam 1.

quæ

1. qua virtus, siqua laus disciplinę, 9 hæc cogitate. † Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite, & Deus pacis e- 10 rit vobiscum. † Gauisus sum autē C in Domino vehemēter, quoniam tandem aliquādo refloruistis pro me sentire. sicut & sentiebatis: oc- 11 cupati autem eratis. † Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens 12 esse. † Scio & humiliari, scio & abundare, (vbique, & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriā pati. 13 † omnia possum in eo qui me con- 14 fortat. † Veruntamen bene fecistis, communicantes tribulationi 15 meæ. † Scitis autem & vos Philippenses, quod in principio Euangelij, quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & acce- 16 pti, nisi vos soli: † quia & Thessalonicam, semel & bis in vsum mi- 17 hi misistis. † Non quia quæro da- D tum: sed requiro fructum abun- 18 dantem *in ratione vestra. † Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suauitatis, ‖ hostiam acceptam, placen- 19 tem Deo. † Deus autem meus impleat omne desyderium vestrum secundum diuitias suas in gloria, 20 in Christo Iesu. † Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum, Amen. † Salutate omnem 21 sanctum in Christo Iesu. † Salutant vos qui mecum sunt, fratres. 22 Salutant vos omnes sancti: maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. † Gratia Domini nostri 23 Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.

* in rationem vestram i.

Ro. 12. a 1.

EPISTOLA PAVLI AD COLOSSENSES.

CAP. I.

1 PAVLVS Apostolus
A Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timó-
2 theus frater: † ijs qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo
3 Iesu: † Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi sem-
4 per pro vobis, orātes: † audientes fidem vestrā in Christo Iesu, & dilectionē quam habetis in sanctos
5 omnes, † propter spem quæ reposita est vobis in cælis, quam audistis in verbo veritatis Euangelij,
6 † quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat & crescit sicut in vobis, ex ea die
B qua audistis & cognouistis gra-
7 tiam Dei in veritate, † sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro
8 vobis minister Christi Iesu, † qui etiā manifestauit nobis dilectio-
9 nem vestram in spiritu. † ideo & nos ex qua die audiuimus, nō cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitionē voluntatis eius, in omni sapien-
10 tia & intellectu spirituali: † vt ambuletis dignè Deo, per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescētes in scientia
11 Dei: † in omni virtute confortati secundū potentiam claritatis eius

in

in omni patientia & longanimi-
12 tate cum gaudio, † gratias agen-
* Patri 2. tes *Deo & Patri qui dignos nos
*Deo Pa- fecit in partē sortis sanctorum,
tri 12. (13 in lumine: † qui eripuit nos de
potestate tenebrarū, & transtulit
14 in regnum filij dilectionis suę, † in
quo habemus redemptionem,
15 *remissionem peccatorum, † qui
*& est imago Dei inuisibilis, primo-
16 genitus omnis creaturæ: † quoni-
*vel 1. am ‖ in ipso condita sunt vniuer-
Ioh. 1. a. 4. sa in cælis, & in terra, visibilia, &
C inuisibilia, siue throni, siue domi
nationes, siue principatus, siue
potestates: omnia p ipsum, & in
17 ipso creata sunt: † & ipse est ante
18 oēs, & omnia in ipso cōstant. † Et
ipse est caput corporis ecclesiæ,
1. Co. 15. c. 21. qui est principiū, ‖ primogenitus
ex mortuis: vt sit in omnibus ipse
Ap. 1. b. (19 5. primatum tenens: † quia in ipso
complacuit omnem plenitudinē
20 inhabitare: † & per eum reconci-
liare omnia in ipsum, pacificans
per sanguinem crucis eius, siue
quæ in terris, siue quæ in cælis
21 sunt. † Et vos cū essetis aliquando
alienati & inimici sensu, in ope-
22 ribus malis: † nunc autem recon-
ciliauit in corpore carnis eius per
mortem, exhibere vos sanctos &
immaculatos & irreprehēsibiles
23 corā ipso. † si tamen permanetis
in fide fundati & stabiles, & im-
mobiles à spe Euangelij quod au-
distis, quod prædicatum est in v-
niuersa creatura quæ sub cęlo est,
cuius factus sum ego Paulus mi-
24 nister. † Qui nunc gaudeo in pas-
D sionibus pro vobis, & adimpleo
ea quæ desunt passionum Chri-
sti, in carne mea pro corpore eiꝰ,
25 quod est ecclesia: † cuius factus
sum ego minister secundū dispē-
sationem Dei, quæ data est mihi
in vobis, vt impleam verbū Dei,
26 † mysterium quod absconditum
fuit à seculis & generationibus,
nunc autē manifestatum est san-
27 ctis eius, † quibus voluit Deus no
tas facere diuitias gloriæ Sacra-
menti huius in Gentibus, quod
est Christus, in vobis spes gloriæ.
28 † quē nos annuntiamus, corripi-
entes oēm hominem, & docētes
omnem hominem in omni sapi-
entia, vt exhibeamus omnē ho-
minem perfectum in Christo Ie-
29 su. † In quo & laboro, certando
secundum operationē eius quam
operatur in me in virtute.

CAP. II.

1 VOlo enim vos scire qualem
A solicitudinem habeam pro
vobis & pro ijs qui sunt Laodicię,
& quicunq; non viderunt faciē
2 meam in carne: † vt consolentur
corda ipsorum, instructi in chari-
tate, & in omnes diuitias plenitu
dinis intellectus, in agnitionem
mysterij Dei *Patris *Christi Iesu, *& 3.
3 † in quo sunt omnes thesauri sa- *& 7.
pientiæ & scientiæ absconditi.
4 † Hoc autem dico, vt nemo vos
decipiat in sublimitate sermo-
5 num. † ‖ Nam etsi corpore absens 1. Co. 5. a. 3.
sum, sed spiritu vobiscum sum:
gaudens & videns ordinem ve-
B strū, & firmamentum eius quæ in
6 Christo est, fidei vestræ. † Sicut er-
go accepistis Iesum Christū Do-
7 minum *, in ipso ambulate, † radi- *nostrum
cati & superædificati in ipso, & cō
firmati fide sicut & didicistis, a-
bundantes *in illo in gratiarum *4.
8 actione. † Videte ne quis vos de- *in ea 3.
cipiat per philosophiam, & ina-
nem fallaciam: secundū traditio-
nem hominum, secundū elemen
ta mundi, & non secundū Chri-
9 stum. † quia in ipso inhabitat om-
nis plenitudo diuinitatis corpo-
10 raliter: † & estis in illo repleti, q
est caput omnis principatus &
11 potestatis: † in quo & circuncisi
estis circuncisione non manu fa-
cta in expoliatione corporis car-
nis, * in circuncisione Christi, *sed
12 † consepulti ei in baptismo: in
quo & resurrexistis per fidem

operationis Dei, qui suscitauit il-
13 lum à mortuis. † ‖ Et vos cùm mor
Eph. 2.a.1. tui essetis in delictis & præputio
C carnis vestræ, conuiuificauit cum
illo: donans vobis omnia delicta,
14 † delens quod aduersus nos erat,
*decretis 3 chyrographum *decreti', quod e-
rat contrarium nobis. & ipsum
tulit de medio, affigens illud cru
15 ci: † & expolians principatus &
potestates, traduxit confidenter
palam, triumphans illos in se-
16 metipso. † Nemo ergo vos iudi-
cet in cibo aut in potu, aut in par
-5. te diei festi', aut neomeniæ, aut
17 sabbathorum: † quæ sunt vmbra
futurorum, corpus autem Chri-
18 sti. † ‖ Nemo vos seducat, volens
Mt.24.a.4 in humilitate & religione ange-
lorum, quæ non vidit ambulans,
frustra inflatus sensu carnis suæ,
19 † & non tenens caput, ex quo to-
tum corpus per nexus & cõiun-
ctiones subministratũ & constru
20 ctũ, crescit in augmentũ Dei. † Si
D ergo mortui estis cum Christo, ab
-.2. elementis huius' mundi: quid
adhuc tanquam viuentes in mũ-
21 do decernitis? † *Ne tetigeritis,
*Ne tetige neque gustaueritis, neq; contre-
ris, ne- (22 ctaueritis: † quæ sunt omnia in
que gustã- interitum ipso vsu, secundũ præ-
ueris (23 cepta & doctrinas hominũ: † quæ
neq; con- sunt rationem quidem habentia
trectaue- sapientiæ in superstitione & hu-
ris. militate, & non ad parcendum
corpori, non in honore aliquo ad
saturitatem carnis.

CAP. III.

1 ‖ Igitur si consurrexistis cũ Chri-
A sto: quæ sursum sunt, quærite:
vbi Christus est in dextera Dei
2 sedens. † quæ sursum sunt, sapi-
3 te: non quæ super terram. † Mor-
tui enim estis: & vita vestra est
*autem abscondita cum Christo in Deo.
4 † Cùm *Christus apparuerit, vita
*enim 12. vestra: tunc & vos apparebitis cũ
5 ipso in gloria. † ‖ Mortificate er-
Eph.5.a.3. go membra vestra quæ sunt su-
per terram, fornicationem, im-
munditiam, libidinem, concupi-
scentiam malam, & auaritiam,
quæ est simulachrorum seruitus.
6 † propter quæ, venit ira Dei super
7 filios incredulitatis. † in quibus
& vos ambulastis aliquando, cùm
8 viueritis in illis. † Nunc autem Rom.6.a.4
B deponite & vos omnia: iram, in- b.12.
dignationem, malitiam, blasphe- Eph.4.f.29
miam, turpem sermonem de ore He.12.a.2.
9 vestro. † Nolite mentiri inuicem: 1.Pet.2.a.1.
expoliantes vos veterem homi- 4.a.2.
10 nem cum actibus suis, † & indu-
entes nouum eum qui renouatur
in agnitionem, secundum imagi-
11 nẽ eius qui creauit illum, † vbi nõ
est*, Gentilis & Iudæus, circunci- *masculus
sio & præputium, Barbarus & & fœmina
Scytha, seruus & liber: sed omnia,
12 & in omnibus Christus. † ‖ Indui- Ep.6.b.11.
te vos ergo sicut electi Dei, san-
cti, & dilecti viscera misericor-
diæ, benignitatem, humilitatem,
13 modestiam, patientiam, † suppor
C tantes inuicem: & donantes vo-
bismetipsis si quis aduersus ali-
quem habet querelam. sicut &
Dominus donauit vobis: ita &
14 vos. † Super omnia autem hæc,
charitatem habete', quod est vin -.1.
15 culum perfectionis: † & pax Chri
sti exultet in cordibus vestris, in
qua & vocati estis in vno corpo-
16 re: & grati estote. † Verbũ Christi
habitet in vobis abundanter, in
omni sapientia: docentes & com-
monẽtes vosmetipsos *psalmis, *in
hymnis, & canticis spiritualibus,
in gratia cantantes in cordibus
17 vestris Deo. † ‖ Omne quodcunq; 1.Cor.10.
facitis in verbo aut in opere, om- g.33.
D nia in nomine Dñi Iesu Christi*, *facite 9.
gratias agentes Deo, & Patri per Ep.5.c.22.
18 ipsum. † ‖ Mulieres subditæ esto- 1.Pet.3.a.1.
te viris, sicut oportet, in Domino. Eph.5.f.24
19 † ‖ Viri, diligite vxores*: & nolite *vestras
20 amari esse ad illas. † ‖ Filij, obedi- Eph.6.a.5.
te parentibus per omnia. hoc e- Tit.2.c.9.
nim placitum est in' Domino. -.4.
21 † Patres, nolite ad indignationẽ
pro-

prouocare filios vestros: vt non
22 pusillo animo fiant.† ‖Serui, obe-
2.Pe.2.c.18 dite per omnia dominis carna-
libus, non ad oculum seruientes,
quasi hominibus placentes, sed
in simplicitate cordis, timentes
23 Deum.† Quodcunque facitis, ex
animo operamini sicut Domino,
24 & non hominibus: † sciētes quod
à Domino accipietis retributio-
nem hæreditatis. Domino Chri-
25 sto seruite. † qui enim iniuriam
Ro.2.b.6. facit, ‖recipiet id quod iniquè
Acto.10.f. gessit: & ‖non est personarum ac-
34. (.1. ceptio apud Deum'.

CAP. IIII.

1 DOmini, quod iustum & æ-
A quum, seruis præstate: scien-
2 tes quod & vos Dominū habetis
in cælo.† ‖Orationi instate: vigi-
Luc.18.a.1 lantes in ea in gratiarū actione.
3 † ‖orantes simul & pro nobis, vt
1.Th.5.c.17 Deus aperiat nobis ostium ser-
Ep.9.c.18. monis ad loquendum mysterium
2.The.3.a. Christi (propter quod etiam vin-
1. (4 ctus sum) vt manifestem illud ita
5 vt oportet me loqui. † ‖In sapi-
Ep.5.d.15. entia ambulate ad eos qui foris
6 sunt tempus redimentes.† Sermo
B vester semper in gratia sale sit
conditus: vt sciatis quomodo
oporteat vos vnicuique respon-
7 dere.† Quæ circa me sunt, omnia
vobis nota faciet Tychicus cha-
rissimus frater, & fidelis minis-
ter, & conseruus in Domino:
quem misi ad vos ad hoc ipsum
vt cognoscat quæ circa vos sunt,
8 & consoletur corda vestra, † cum
Onesimo charissimo & fideli fra-
tre qui ex vobis est. 'Omnia' quæ 'qui om-
hic aguntur, nota facient vobis. nia.
10 † Salutat vos Aristarchus concapti
uus meus, & Marcus consobrinus
C Barnabæ, (de quo accepistis mā-
data. Si venerit ad vos excipite
11 illū.) † & Iesus qui dicitur Iustus:
qui sunt ex circuncisione. hi
soli sunt adiutores mei in regno
Dei: qui mihi fuerunt solatio.
12 † Salutat vos Epaphras qui ex vo-
bis est, seruus Christi Iesu, semper
solicitus pro vobis in orationib',
vt stetis perfecti & pleni in om-
13 ni voluntate Dei. † Testimonium
enim illi perhibeo quod habet
multum laborem pro vobis, &
pro ijs qui sunt Laodiciæ, & qui
14 Hierapoli. † Salutat vos ‖Lucas 2.Ti.4.b.11
medicus charissimus, & Demas.
15 † Salutate fratres qui sunt Laodi-
D ciæ: & Nympham & quæ in do-
16 mo eius est Ecclesiam. † Et cùm
lecta fuerit apud vos epistola, fa-
cite vt & in Laodicensiū eccle sia
legatur: & 'eam quæ Laodicensi- 'ea quæ
17 um est, vos legatis'. † Et dicite Ar- Laodicen-
chippo, Vide ministerium quod sium est
accepisti in Domino: vt illud im- vobis lega
18 pleas.† Salutatio, mea manu Pau- tur
li. Memores estote vinculorum 'Domini
meorum. Gratia 'vobis- nostri Ie-
cum, Amen. su Christi.

1 2 EPI-

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES PRIMA.

CAP. I.

1 A PAVLVS & Syluanus & Timótheus eccleſię Theſſa-
lonicenſium in Deo patre,
& Domino Ieſu Chriſto, Gratia
2 vobis & pax *. † Gratias agimus
*à Deo pa- Deo ſemper pro omnibus vobis:
tre noſtro, memoriam veſtri facientes in o-
& Dño Ie- rationibus noſtris ſine intermiſ-
ſu Chri-(3 ſione, † memores operis fidei ve-
ſto 2. ſtræ & laboris, & charitatis, & ſu-
B ſtinentiæ ſpei Domini noſtri Ie-
ſu Chriſti, ante Deum & patrem
4 noſtrum: † ſcientes fratres dilecti
5 à Deo, electionem veſtram: † quia
Euangelium noſtrum non fuit
C ad vos in ſermone tantùm, ſed
in virtute & in ſpiritu ſancto, &
in plenitudine multa, ſicut ſcitis
quales fuerimus in vobis pro-
6 pter vos. † Et vos imitatores no-
ſtri facti eſtis, & Domini: exci-
pientes verbum in tribulatione
multa, cum gaudio Spiritus ſan-
7 cti: † ita vt facti ſitis forma omni
bus credentibus in Macedonia
8 & in Achaia. † A vobis enim dif-
famatus eſt ſermo Domini: non
D ſolũ in Macedonia & in Achaia,
*& 1. ſed *in omni loco, fides veſtra
quæ eſt ad Deum, profecta eſt, ita
vt non ſit nobis neceſſe quic-
9 quam loqui. † Ipſi enim de nobis
annuntiant qualem introitum
habuerimus ad vos: & quomodo
conuerſi eſtis ad Deum à ſimula-
chris, ſeruire Deo viuo & vero,
10 † & expectare Filium eius de cæ-
lis (quem ſuſcitauit ex mortuis)
Ieſum, qui eripuit nos
ab ira ventu-
ra.

CAP. II.

1 NAm ipſi ſcitis fratres introi-
tum noſtrum ad vos quia nõ
2 inanis fuit: † ſed ante paſſi ‖ & cõ- Acto. 16. d.
A tumelijs affecti (ſicut ſcitis) in 17. c. 22.
Philippis, fiduciam habuimus in
Deo noſtro, loqui ad vos Euange-
lium Dei in multa ſolicitudine.
3 † Exhortatio enim noſtra non de
errore, neq; de immunditia, neq;
4 in dolo: † ſed ſicut probati ſumus
à Deo vt crederetur nobis Euan-
gelium, ita loquimur: non quaſi
hominibus placentes, ſed Deo,
5 qui probat corda noſtra. † Neque
enim aliquãdo fuimus in ſermo-
ne adulationis, ſicut ſcitis: neque
in occaſione auaritiæ, Deus teſtis
6 eſt: † nec quærentes ab homini-
bus gloriã, neq; à vobis, neq; ab
7 alijs. † Cùm poſſemus vobis one-
ri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli: ſed fa-
B cti ſumus *paruuli' in medio ve- *lenes 2.
ſtrum, tanquam ſi nutrix foueat
8 filios ſuos: † Ita deſiderantes vos,
cupidè volebamus tradere vobis
non ſolùm Euangelium Dei*, ſed
etiam animas noſtras: quoniam
9 chariſſimi nobis facti eſtis. † ‖ Me- Act. 20. g.
mores enim eſtis fratres laboris 34.
noſtri & fatigationis ‖ nocte & 1. Cor. 4. c.
die operantes, ne quem veſtrum 12.
grauaremus, prædicauimus in vo- 2. Theſſ. 3.
10 bis Euangelium Dei. † Vos teſtes b. 8.
eſtis & Deus, quàm ſanctè, & iu-
ſtè & ſine querela vobis, qui cre-
11 didiſtis, fuimus: † ſicut ſcitis qua-
liter vnumquemque veſtrum (ſi-
12 cut pater filios ſuos) † deprecan-
tes vos & conſolantes, teſtificati
ſum' vt ambularetis dignè Deo,
qui

qui vocauit vos in suum regnum
13 & gloriam. ¶ Ideò & nos gratias
C agimus Deo sine intermissione,
quoniam cùm accepissetis à no-
bis verbũ auditus Dei, accepistis
-.5. illud non vt verbum hominum,
sed (sicut est vere) verbum Dei,
qui operatur in vobis qui credi
14 distis. ¶ vos enim imitatores fa-
cti estis fratres ecclesiarum Dei,
quæ sunt in Iudæa, in Christo Ie-
su: quia eadem passi estis & vos à
contribulibus vestris, sicut & ipsi
15 à Iudæis, ¶ qui & Dominum occi-
derunt Iesum & Prophetas, & nos
persecuti sunt, & Deo non placẽt,
& omnibus hominib. aduersan-
16 tur, ¶ prohibentes nos Gentibus
loqui vt salui fiant, vt impleant
peccata sua semper. ^ præuenit'
^ peruénit. ^ autem 8. ^ enim' ira Dei super illos vsq; in
17 finem. ¶ Nos autem fratres deso-
D lati à vobis ad tempus horæ aspe-
ctu, non corde: abundantius festi-
nauimus faciem vestram videre
18 cum multo desyderio, ¶ quoniam
voluimus venire ad vos, ego qui-
dem Paulus & semel & iterum:
19 sed impediuit nos Satanas. ¶ Quæ
est enim nostra spes, aut gaudium
aut corona gloriæ? Nónne vos an-
te Dominũ nostrum Iesum Chri-
20 stum estis in aduentu eius? vos e-
nim estis gloria nostra & gaudiũ.

CAP. III.

1 A PRopter quod non sustinentes
amplius, placuit nobis rema-
2 nere Athenis, solis. ¶ & misimus
Act.16.a.1. ‖ Timótheum fratrem nostrum,
& ministrum Dei in Euangelio
Christi, ad confirmandos vos &
3 exhortandos pro fide vestra: ¶ vt
nemo moueatur in tribulationi-
bus istis. ipsi enim scitis, quòd in
4 hoc positi sumus. ¶ Nam & cùm
apud vos essemus, prædicebamus
vobis passuros nos tribulatio-
nes, sicut & factum est, & scitis.
5 ¶ Propterea & ego amplius non
B sustinens, misi ad cognoscendam
fidem vestram: ne fortè tentaue-
rit vos is qui tentat, & inanis fiat
6 labor noster. ¶ Nunc autem veni-
ente Timótheo ad nos à vobis, &
annuntiante nobis fidem & cha-
ritatem vestram, & quia memori-
am nostri habetis bonam sem-
per, desyderantes nos videre,
7 sicut nos quoque vos: ¶ ideò
consolati sumus fratres, in vobis
in omni necessitate & tribulatio-
8 ne nostra per fidem vestram, ¶ quo-
niam nunc viuimus, si vos statis
9 in Domino. ¶ Quam enim gratia-
rum actionem possumus Deo re-
tribuere pro vobis, in omni gau-
dio quo gaudemus propter vos
10 ante Deum nostrum, ¶ nocte ac
D die abundantiùs orantes vt videa-
mus faciem vestram, & compleа-
mus ea quæ desunt fidei vestræ?
11 ¶ Ipse autem Deus & Pater noster,
& Dominus noster Iesus Christus
12 dirigat viam nostram ad vos. ¶ Vos
autem Dominus multiplicet, &
abundare faciat charitatẽ ^ in in- ^ vestram
uicem, & in omnes: quemadmo-
13 dum & nos in vobis, ¶ ad confir-
manda corda vestra sine quere-
la, in sanctitate, ante Deum & Pa-
trem nostrum, in aduentu Domi-
ni nostri Iesu Christi cum omni-
bus sanctis eius, Amen.

CAP. IIII.

1 A DE cætero ergo fratres, roga-
mus vos & obsecram^s in Do-
mino Iesu, vt quemadmodum ac-
cepistis à nobis quomodo oporte
at vos ambulare, & placere Deo,
^ sicut & ambulatis', vt abundetis ^ sic & am-
2 magis. ¶ Scitis enim quæ præce- buletis 1.
pta ^ dederim' vobis per Domi- ^ dederi-
3 num Iesum. ¶ ‖ Hæc est enim vo- mus 2.
luntas Dei, sanctificatio vestra: vt Ro. 12.a.2.
4 abstineatis vos à fornicatione, ¶ vt Eph.5.d.17
sciat vnusquisq; vestrum vas suũ,
possidere in sanctificatione & ho
5 nore: ¶ non in passione desyderij,
sicut & Gentes quæ ignorant De-
6 um, ¶ & ne quis supergrediatur, ne

B que circumueniat in negotio
frarrem suum, quoniam vin-
dex est Dominus de his omni-
*& 2. bus, sicut * prædiximus vobis, &
7 testificati sumus. † non enim vo-
cauit nos Deus in immunditi-
8 am sed in sanctificationem. † I-
-.2. taque qui -hæc ' spernit, non ho-
minem spernit, sed Deum, qui
etiam dedit Spiritum suum san-
9 ctum in nobis. † De charitate
autem fraternitatis non neces-
Io.13.d.34. se habemus scribere vobis: ‖ ipsi
15.a.17. enim vos à Deo didicistis vt di-
10 ligatis inuicem. † Etenim illud
C facitis in omnes fratres in vni-
1.Io.2.b.10 uersa Macedonia. Rogamus au-
4.c.13. tem vos fratres vt abundetis ma-
11 gis: † & operam detis vt quie-
ti sitis, & vt vestrum negotium
agatis, & operemini manibus ve-
12 stris, sicut præcepimus vobis: † &
vt honeste ambuletis ad eos qui
foris sunt: & nullius aliquid de-
13 syderetis. † Nolumus autem Vos
ignorare fratres de dormienti-
bus, vt non contristemini, sicut
& cæteri qui spem non habent.
14 † Si enim credimus quòd Iesus
mortuus est & resurrexit, ita &
Deus eos qui dormierunt per
15 Iesum, adducet cum eo. † Hoc
D enim vobis dicimus in verbo
1. Cor. 14. Domini, ‖ quia nos qui viui-
c.23.g.51. mus, qui relidui sumus ^ in ad-
^in aduen- uentu ' Domini, non præueniе-
tum 6. (16 mus eos qui dormierunt. † Quo-
niam ipse Dominus in iussu & in
voce archangeli, & in tuba Dei
descendet de cælo: & mortui
qui in Christo sunt, resurgent
17 primi. † Deinde nos qui viui-
mus, qui relinquimur: simul ra-
piemur cum illis in nubibus ob-
^Domino uiam ^ Christo in aëra, & sic sem-
^4. 18 per cum Domino erimus. † Ita-
que consolamini inui-
cem in verbis
istis.

CAP. V.

1 DE temporibus autem & mo-
A numentis fratres nō indige-
2 tis vt scribamus vobis. † ‖ ipsi enim 1.Petr.3.c.
diligenter scitis, quia dies Domi- 10.
ni, sicut fur in nocte, ita veniet. Apo. 13.a.
3 † cùm enim dixerint, pax & secu- 3.16.c.15.
ritas: tunc repentinus eis super-
veniet interitus, sicut dolor ^ in *parturi-
vtero ^ habenti', & nō effugient. enti 1.
4 † Vos aūt fratres, non estis in te- ^habentis
nebris, vt vos diēs illa tanquā fur
5 cōprehendat. † omnes enim vos,
filij lucis estis, & filij diei: non su-
mus noctis neque tenebrarum.
6 † igitur non dormiemus sicut &
cæteri: sed vigilemus & sobrij si-
7 mus. † Qui enim dormiunt, nocte
B dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte
8 ebrij sunt. † Nos autem qui diei
sumus, sobrij simus, ‖ induti lori- Is.59.c.17.
cam fidei & charitatis, & gale- Ep.6.c.17.
9 am spem salutis. † quoniam nō po
suit nos Deus in iram, sed in ac-
quisitionem salutis per Dñm no-
10 strum Iesum Christum, † qui mor-
tuus est pro nobis, vt siue vigile-
mus, siue dormiamus, simul cum
11 illo viuamus. † Propter quod con-
solamini inuicem: & ædificate al-
12 terutrum sicut & facitis. † Roga-
C mus autem vos fratres vt noueri-
tis eos qui laborant inter vos, &
præsunt vobis in Domino, & mo
13 nent vos: † vt habeatis illos abun-
dantius in charitate propter opus
illorum, pacem habere cum eis.
14 † Rogamus autem vos fratres,
corripite inquietos, consolamini
pusillanimes, suscipite infirmos,
15 patientes estote ad omnes. † ‖ Vi- Pr.17.b.13
D dete ne quis malum pro malo a- 20.d.22.
* licui reddat: sed semper quod bo- Ro.12.d.17
num est sectamini inuicem, & in 1.Pe.3.b.9.
16 omnes. † Semper gaudete. † ‖ Sine Ec.18.c.22
17 intermissione orate. † In omnibus Luc.18.a.1.
18 gratias agite. hæc est enim volun Col.4.a.2.
tas Dei in Christo Iesu in omni-
19 bus vobis. † Spiritum nolite ex-
20 tinguere. † Prophetias nolite spec
nere.

21 nere. † Omnia autem probate:
22 quod bonum est tenete.† Ab om-
23 ni specie mala abstinete vos.† Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia:vt integer spiritus vester,& anima & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri
24 Iesu Christi seruetur.† Fidelis est qui vocauit vos, qui etiam faciet. 1.Co.1.b.3
25 †Fratres orate pro nobis.†Salutate
26 te fratres omnes in osculo sancto.† Adiuro vos per Dominum
27 vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.† Gratia Do-
28 mini nostri Iesu Christi vobiscum,Amen.

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES SECVNDA.

CAP. I.

1 A PAVLVS & Stephanus & Timotheus: ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro & Domino Iesu
2 Christo. † Gratia vobis & pax à
3 Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.† Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres,ita vt dignum est, quoniam
B supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusq; vestrũ
4 in inuicem:†ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs Dei,pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris & tri
5 bulationibus, quas sustinetis † in exemplum iusti iudicij Dei, vt
*in digni habeamini *regno Dei,pro
6 quo & patimini,†si tamen iustum
*retribu- est apud Deum retribuere *tribu-
tionem. 7 lationem', ijs qui vos tribulant:
†& vobis qui tribulamini requi-
C em nobiscum, in reuelatione Domini Iesu de cælo cum angelis vir
8 tutis eius, † in flamma ignis dantis vindictam ijs qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu
9 Christi, † qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domi-
10 ni & à gloria virtutis eius: † cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnib.qui crediderunt,quia creditum est testimonium nostrum super vos in
11 die illo.† In quo etiam oram' semper pro vobis,vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem boni-
12 tatis*& opus fidei in virtute, †vt *suæ. clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis,& vos in illo, secundum gratiam Dei nostri,& Domini Iesu Christi.

CAP. II.

1 ROgamus aũt vos fratres per
A aduentũ Dñi nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in
2 ipsum, † vt nõ cito moueamini à vestro sensu,neq; terreamini,neque per spiritum,neq; per sermonẽ, neq; per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies
3 Dñi. † ‖ Nequis vos seducat vllo Eph.5.b.6. modo, quoniã nisi venerit discessio primum,& reuelat' fuerit homo peccati,filius perditionis, † qui
4 aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur,ita vt in templo Dei sedeat. ostendens se tanquam sit Deus.
5 † Num retinetis quod cum adhuc
B essem apud vos, hæc dicebam
6 vobis? † ‖ Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempo-
7 re:† (Nam mysterium iam opera-

tur iniquitatis:tantùm vt qui tenet nunc,teneat, donec de me-
8 dio fiat.)†Et tunc reuelabitur ille
Isa. 11. a.4. iniquus:‖quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui,& destruet illustratione aduẽtus sui,eum,
9 cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni virtute,& signis & prodigijs mẽdaci
10 bus,†& in omni seductiõe iniqui
C tatis ijs qui pereunt,eò quòd charitatem veritatis non receperunt
11 vt salui fierent. †Ideò mittet illis Deus operationem erroris,vt cre-
12 dant mendacio:† vt indicentur omnes qui non crediderunt veritati,sed consenserunt iniquitati.
13 †Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo,quòd elegerit vos' Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus & fide veri-
14 tatis,† in quam' & vocauit vos
'ad quod 2 per Euangelium nostrum, in ac-
D quisitionem gloriæ Domini no-
15 stri Iesu Christi. † Itaque fratres state: & tenete traditiones quas didiciſtis,siue per sermonem,si-
16 ue per epistolam nostram.† Ipse autẽ Dominus noster Iesus Christus, & Deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam,& spem bonam in
17 gratia:† Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

CAP. III.

1 DEcætero fratres,‖orate pro
A nobis, vt sermo Dei currat &
2 clarificetur,sicut & apud vos:† &
Ep. 6. d.18. vt liberemur ab importunis &
Col. 4. a.3. malis hominibus. non enim om-
3 nium est fides.†Fidelis autem Dominus est,qui confirmabit vos &
4 custodiet à malo. † Confidimus autem de vobis in Domino,quoniam quæ 'præcipimus', & facitis 'præcepi-
5 & facietis.†Dominus autem diri- mus
B gat corda vestra in charitate Dei,
6 & patientia Christi,† Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè,& non secundum traditionem quam acce-
7 perunt à nobis.† Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos,quoniam non inquieti fui-
8 mus inter vos.† ‖neque gratis panem manducauimus ab aliquo, Ac. 20.g.34
sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes,ne quem ve- 9.
9 strùm grauaremus.†Non quasi nõ
C habuerimus potestatem : sed vt
10 nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.† Nam & cùm essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam si
11 quis non vult operari,nec mandu- 'Audimus
cet.† 'Audiuimus' enim inter vos I.
quosdam ambulantes inquiete,
12 nihil operantes,sed curiosè agentes.†Iis autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes , suum panem Gal. 6.c.9.
13 manducent.† ‖ Vos autem fratres
14 nolite deficere benefacientes.† Quòd si quis non obedit verbo
D nostro, per epistolam hunc notate, & ne commisceamini cum il-
15 lo, vt cõfundatur:†& nolite quasi inimicum existimare , sed corri-
16 pite vt fratrem. † Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Domi-
17 nus sit cum omnibus vobis. † Salutatio,mea manu Pauli:quod est signum in omni epistola ita scri-
18 bo. † Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.

EPI-

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM PRIMA.

CAP. I.

1 A PAVLVS Apostol⁹ Iesu
Christi secundũ impe
riũ Dei saluatoris no
stri, & Christi Iesu spei
2 nostrę. ¶ Timótheo di
Act.16.a.1. lecto in fide: Gratia, misericor-
-.4 dia, & pax à Deo patre, & Chri-
3 sto Iesu Domino nostro. ¶ Sicut
rogaui te vt remaneres Ephesi cũ
irem in Macedoniam, vt denun-
tiares quibusdam ne aliter doce-
4 rent, ¶ neque intenderent fabu-
lis & genealogijs interminatis:
quæ quæstiones præstant magis
quàm ædificationem Dei quæ est
5 in fide: ¶ Finis autem præcepti est
B charitas de corde puro, & consci-
6 entia bona, & fide non ficta. ¶ A
quibus quidam aberrantes, cõuer
7 si sunt in vaniloquium, ¶ volentes
esse legis doctores, nõ intelligen-
tes neque quæ loquuntur, neque
8 de quibus affirmant. ¶ Scimus au-
tem quia bona est lex, si quis ea
9 legitimè vtatur. ¶ * sciens' hoc
Ro.7.b.12. quia lex iusto non est posita, sed
* scientes iniustis, & non subditis, impijs &
peccatoribus, sceleratis & conta-
minatis, patricidis & matricidis,
10 homicidis, ¶ fornicarijs, mascu-
lorum concubitoribus, plagiarijs,
mendacibus, periuris, & si quid
aliud sanæ doctrinæ aduersatur,
11 ¶ quæ est secundũ Euãgelium glo
riæ beati Dei, quod creditum est
12 mihi. ¶ Gratias ago ei qui me cõ-
C fortauit * Christo Iesu Domino
* in nostro quia fidelem me existima-
13 uit, ponens in ministerio: ¶ qui
prius blasphemus fui & persequu
tor & contumeliosus: sed miseri-
cordiam Dei consecutus sum, qa
ignorans feci in incredulitate.
14 ¶ Superabundauit autem gratia
Domini nostri cum fide & dile-
ctione, quæ est in Christo Iesu.
15 ¶ Fidelis sermo, & omni acceptio-
ne dignus: quòd ¶ Christus Iesus Mt.9.b.13.
venit in hunc' mundum peccato Mr.2.c.17.
res saluos facere, quorum primus -.1.
16 ego sum. ¶ Sed ideo misericordi-
D am consecutus sum: vt in me pri-
mò ostenderet Christus Iesus om
nem patientiam ad * informatio- * deforma
nem' eorũ qui credituri sunt illi tionem 1.
17 in vitam æternã. ¶ Regi autem se-
culorũ immortali, inuisibili, soli
Deo honor & gloria in secula secu
18 lorũ, Amen. ¶ Hoc præceptum cõ-
mendo tibi fili Timóthee: secun-
dum præcedentes in te prophetia-
as, vt milites in illis bonã militiã,
19 ¶ habens fidẽ & bonam conscien-
tiã, quam quidam repellentes, cir
20 ca fidem naufragauerunt: ¶ ex qui
bus est Hymenæus & Alexander:
quos tradidi Satanæ, vt discant
non blasphemare.

CAP. II.

1 A OBsecro igitur primùm omni-
um fieri obsecrationes, ora-
tiones, postulationes, gratiarum
actiones pro omnibus homini-
2 bus, ¶ pro regibus & omnibus qui
in sublimitate sunt: vt quietam &
tranquillam vitam agamus in om
3 ni pietate & castitate: ¶ hoc enim
bonum est & acceptum coram sal
4 uatore nostro Deo, ¶ qui omnes
homines vult saluos fieri, & ad
5 agnitionẽ veritatis venire. ¶ Vnus

enim Deus, vn⁹ & mediator Dei
& hominũ homo Christus Iesus:
6 † qui dedit redemptionem semet
-7. ipsum pro omnibus - cuius' testi-
B monium temporibus suis - confir
7 matum est'. † ‖ In quo positus sum
2.Tim.1.c. ego prædicator & Apostolus (ve-
11. ritatem dico, non mentior) do-
ctor Gentium in fide & veritate.
8 † Volo ergo viros orare in omni
C loco: leuantes puras manus, sine
9 ira & disceptatione. † ‖ Similiter
1.Pet.3.a.3. & mulieres in habitu ornato: cũ
verecundia & sobrietate ornan-
tes se, non in tortis crinibus, aut
auro, aut margaritis, vel veste pre
10 tiosa, † sed quod decet mulieres
promittentes pietatem per opera
11 bona. † Mulier in silentio discat,
12 cum omni subiectione. † ‖ Docè-
1.Cor.14.f. re autem mulieri non permitto,
34. D neque dominari in virum: sed es-
13 se in silentio. † ‖ Adam enim pri-
Ge 1.d.27. mus formatus est: deinde Heua.
14 † Et Adam nõ est seductus: ‖ muli-
Ge.3.b.6. er autem seducta, in præuaricatio
15 ne fuit. † Saluabitur aũt per filio-
⁹ perman- rum generationem si ⁹ permanse-
serit. rint' in fide & dilectione & sanctifi
catione cum sobrietate.

CAP. III.

1 FIdelis sermo. Si quis episcopa-
A tum desyderat, bonum opus de
2 syderat. † ‖ Oportet ergo episco
Tit.1.b.7. pum irreprehensibilem esse, ‖ v-
⁹ enim nius vxoris virum, sobrium, pru-
Tit.1.b.6. dentem, ornatum, - pudicum, ho
&.5. 3 spitalem, doctorem, † non vinolẽ-
tum, non percussorem: sed mode-
stum, non litigiosum, non cupi-
4 dum, † ⁹ suæ domui bene præposi-
⁹ sed tum, filios habentem subditos cũ
5 omni castitate. † Si quis autem do
B mui suæ præesse nescit: quomo-
do Ecclesiæ Dei diligentiam ha-
6 bebit? † Non neophytum: ne in su
perbiam elatus, in iudicium inci-
7 dat diaboli. † Oportet autem illũ
& testimonium habere bonum
⁸ ab ijs qui foris sunt: vt non in op-
probrium incidat & laqueum dia
8 boli. † Diaconos similiter pudicos,
C non bilingues, nõ multo vino de-
ditos, nõ turpe lucrum sectantes:
9 † habentes mysterium fidei in cõ-
10 scientia pura. † Et hi autem proben
tur primum: & sic ministrent, nul
11 lum crimen habentes. † Mulieres
similiter pudicas, non detrahen-
tes, sobrias, fideles in omnibus.
12 † Diaconi sint vnius vxoris viri:
qui filijs suis bene præsint, & suis
13 domibus. † Qui enim bene mi-
D nistrauerint, gradum bonum sibi
acquirent, & multam fiduciam in
14 fide quæ est in Christo Iesu. † Hæc
tibi scribo ⁹: sperans me ad te veni ⁹ filii Timo
15 re cito: † si autem tardauero: vt sci thee.
as quomodo oporteat te in domo
Dei conuersari, quæ est Ecclesia
Dei viui, columna & firmamen-
16 tum veritatis. † Et manifeste ma-
gnum est pietatis sacramentum,
quod manifestatum est in carne,
iustificatum est in spiritu, appa-
it angelis, prædicatum est gen-
bus, creditũ est in mundo, assũ-
ptum est in gloria.

CAP. IIII.

1 ASpiritus autem manifestè dicit, 2.Tim.3.b.
quia ‖ in nouissimis temporib. 1.
discedent quidam à fide, atten- 2.Pe.3.a.b.
dentes spiritibus erroris & doctri Iudæ 1.d.
2 nis dæmoniorum, † in hypocrisi lo 18.
quentium mendacium, & caute-
riatã habentium suã conscienti-
3 am, † prohibentiũ nubere, abstine
re à cibis quos De⁹ creauit ad per
cipiendum cum gratiarum actio-
ne fidelib. & ijs qui cognouerunt
4 veritatem. † Quia omnis creatu-
B ra Dei bona est, & nihil reijcien-
dum quod cum gratiarum actio-
5 ne percipitur. † sanctificatur enim
per verbum Dei & orationem.
6 † Hęc proponens fratribus, bonus
erit minister Christi Iesu, enutri
tus verbis fidei & bonæ doctrinæ
8 quam assecutus es. ‖ Ineptas aũt 2.Ti.2.d.23
& aniles fabulas deuita: exerce Tit 3. c.9.
- autem

13. autem' teipsum ad pietatem.
8 † Nam corporalis exercitatio, ad
C modicum vtilis est: pietas autem
ad omnia vtilis est: promissionem
habens vitæ quæ nunc est, & futu
9 ræ. † Fidelis sermo & omni acce-
10 ptione dignus. † In hoc enim la-
quod spe- boramus & maledicimur, * quia
rauimus 1. speramus' in Deum viuum qui est
saluator omnium hominum, ma-
11 ximè fidelium. † Præcipe hæc &
12 doce. † Nemo adolescentiam tu-
am cõtemnat: sed exemplum esto
fidelium in verbo, in conuersatio
ne, in charitate, in fide, in castita-
13 te. † Dum venio, attende lectioni,
14 exhortationi * doctrinæ. † Noli
D negligere gratiam quæ in te est:
* & quę data est tibi per prophetiam,
cum impositione manuum pres-
15 byterij. † Hæc meditare, in his
esto: vt profectus tuus manifestus
16 sit omnibus. † Attende tibi & do-
ctrinæ: insta in illis. Hoc enim fa-
ciens, & teipsum saluum facies, &
eos qui te audiunt.

CAP. V.

1 SEniorem ne increpaueris: sed
obsecra vt patrem: iuuenes, vt
2 fratres: † anus, vt matres: iuuen-
A culas, vt sorores in omni castita-
3 te. † Viduas honora: quæ veræ vi-
4 duæ sunt. † Si qua autem vidua fi-
* discant 5. lios aut nepotes habet: * discat'
primùm domum suam regere, &
tuam vicem reddere parentibus.
hoc enim acceptum est coram
5 Deo. † Quæ autem verè vidua est
* sperat 10 & desolata: * speret' in Deum, &
* instat 10. * instet' obsecrationibus & oratio
6 nibus nocte & die. † Nam quæ in
7 delitijs est: viuens mortua est. † Et
hoc præcipe vt irreprehensibiles
8 sint. † * Si quis' autem suorum, &
* Si quis si qua. P maximè domesticorũ curam non
habet: fidẽ negauit, & est infideli
9 deterior. † Vidua eligatur nõ mi-
B nus sexaginta annorum, quæ fue-
10 rit vnius viri vxor, † in operibus
bonis testimonium habens, si fili
os educauit, si hospitio recepit, si
sanctorum pedes lauit, si tribula-
tionem patientibus subministra-
uit, si omne opus bonum subsecu
11 ta est. † Adolescentiores autem vi
duas deuita. Cum enim luxuria-
tæ fuerint in Christo, nubere vo-
12 lunt: † habentes damnationẽ, qa
13 primam fidẽ irritã fecerunt: † si-
mul aũt & otiosę discunt circuire
domos: non solùm otiosæ, sed &
verbosæ & curiosæ, loquẽtes quæ
14 non oportet. † Volo ergo iuniores
nubere, filios procreare, matres-
familiàs esse, nullam occasionem
dare aduersario maledicti gratia.
15 † Iam enim quædã conuersæ sunt
16 retro * satanam. † Si quis fidelis ha- * post
C bet viduas, subministet illis, * &' * vt
non grauetur ecclesia: vt ijs quæ
17 verè viduæ sunt, sufficiat. † Qui be
nè præsunt presbyteri, duplici ho
nore digni habeantur: maximè q
laborant in verbo & doctrina.
18 † Dicit enim scriptura: ‖ Non * in- De.25.a.4.
frenabis' os boni trituranti: &, Di 1.Co.9.a.9
gnus est operarius mercede sua. * alligabis
19 † Aduersus presbyterum accusatio Mt.10.b.10
nem noli recipere: nisi sub duo- Lu.10.b.7.
20 bus aut tribus testibus. † Pec-
cantes, coram omnibus argue: vt
21 & cæteri timorem habeant. † Te-
D stor coram Deo & Christo Iesu &
electis angelis, vt hæc custodias si-
ne præiudicio, nihil faciens in ali
22 am partem declinando. † Manus
cito nemini imposueris, neque
communicaueris peccatis alienis.
23 Teipsum castum custodi. † Noli
adhuc aquam bibere: sed modico
vino vtere propter stomachum
tuum, & frequentes tuas infirmi-
24 tates. † Quorũdam hominum pec-
cata manifesta sunt, præcedentia
ad iudicium: quosdam autem sub
25 sequuntur. † Similiter & facta bo-
na, manifesta sunt: & quæ ali-
ter se habent, abscondi
non possunt.

CAP.

CAP. VI.

1 A QVicunque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore
digunos, arbitrentur: ne nomen
Domini & doctrina blasphemetur. † Qui autem fideles habent
2 dominos, non contemnant quia
fratres sunt, sed magis seruiant,
quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce,
3 & exhortare. † Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Chri-
sti, & ei quæ secundum pietatem
4 est doctrinæ: † superbus est, nihil
sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quib.
oriuntur inuidiæ, contentiones,
blasphemiæ, suspiciones malæ,
5 † conflictationes hominum men-
B te corruptorum, & qui veritate
priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatē. † Est aũt quæstus
6 magnus, pietas cum sufficientia.
7 † ‖ Nihil enim intulimus in hũc
Iob.1.d.21. mũdum: haud dubium, quòd nec
Ecc.5.c.(8 auferre quid possumus. † ‖ Habentes autem alimenta, & quibus te-
Pro.27.(9 gamur, his contenti simus. † Nam
d.26. qui volunt diuites fieri, incidunt
Mt.6.d.26 in tentationem & laqueum - dia
-.1. boli ‖ & desyderia multa * inutilia,
* & & nociua, quæ mergunt homines
10 in interitum & perditionem. † Radix enim omniũ malorũ est cupiditas: quam quidã appetẽtes erra-
C uerunt à fide, & inseruerunt se do-
11 loribus multis. † Tu autem ô homo Dei, hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mãsuetudinem.
12 † Certa bonum certamen fidei: ap-
prehende vitam æternam, in qua
vocatus es & confessus bonam cõ-
13 fessionem corã multis testib. † Præcipio tibi coram Deo qui viuificeat
omnia, & Christo Iesu ‖ qui testi- Mt.27.b.11
monium reddidit sub Pontio Pi- Io.18.g.37
14 lato bonam confessionem: † vt ser-
ues mandatum sine macula, irre-
prehensibile vsq; in aduentũ Do-
15 mini nostri Iesu Christi: † quem
suis temporibus ostendet beatus
- & solus potens, ‖ Rex regum & Do Apo.17.d.
16 minus dominantium, † qui solus 14.& 19.c.
habet immortalitatem, & lucem 16.
inhabitat inaccessibilem. ‖ quem Ioh.1.c.18.
nullus hominum vidit, sed nec vi- 1.Io.4.c.12
dere potest, cui honor & imperiũ
17 * sempiternum, Amen. † Diuitib. * in
D huius seculi præcipe non sublime
sapere. ‖ neque sperare in incer- Lu.12.b.15
to diuitiarum, sed in Deo viuo (q
præstat nobis omnia abundè ad
18 fruendum) † bene agere, diuites
fieri in bonis operibus, facilè tri-
19 buere, communicare, † Thesauri-
zare sibi fundamentum bonum
in futurum, vt apprehendant ve-
20 ram vitam. † O Timóthee, depositum custodi: deuitans prophanas
vocum nouitates, & oppositiones
21 falsi nominis scientiæ, † quam qui-
dam promitttentes, circa fi-
dem exciderunt. Gratia tecum, Amen.

EPI-

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

CAP. I.

1 A PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatē Dei, secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Ie-
2 su. † Timótheo charissimo filio, * & gratia, misericordia, * pax à Deo tre, & Christo Iesu Domino nostro.
3 Gratias ago Deo*, cui seruio à * meo progenitoribus * in conscientia * meis pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationi-
4 bus meis, nocte ac die † desyderās te videre, memor lachrymarū tua-
5 rum, vt gaudio implear, † recordationem accipiens eius fidei quæ
6 est in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum au-
7 tem quòd & in te. † Propter quam
B causam admoneo te vt resuscites 2.a. 8. c.15. gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.
† Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris: sed virtutis, & di-
8 lectionis, & sobrietatis. † Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neq; me vinctum eius: sed collabora Euangelio se-
9 cundum virtutem Dei, † qui nos liberauit & vocauit vocatione
c.4. -sua sancta, ‖ non secundum o- Tit.3.b.5. -pera nostra, sed secundum propo-
Tit.1.a.3. situm suum & gratiam, quæ data
10 est nobis in Christo Iesu ‖ ante tempora secularia. † Manifestata
C est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidē mortem, illuminauit autē vitam & incor-
11 ruptionem per Euangelium: † in quo ‖ positus sum ego prædicator 1.Tim.2.b.
& Apostolus & magister Gentiū. 7.
12 † Ob quam causam etiam hæc patior: sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum ser-
13 uare in illum diem. † Formam habe sanorum verborum, quæ à me
D audisti in fide & in dilectione in
14 Christo Iesu. † Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui
15 habitat in nobis. † Scis * hoc, quod * enim auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est * Phige- * Philetus.
16 lus & Hermogenes. † Det misericordiam Dominus ‖ Onesiphori Inf.4.d.19.
domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit:
17 † sed cùm Romam venisset, solicitè me quæsiuit, & inuenit.
18 † Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit, tu melius nosti.

CAP. II.

1 TV ergo, fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Ie-
2 su: † & quæ audisti à me per mul-
A tos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt
3 & alios docere. † Labora sicut bo-
4 nus miles Christi Iesu. † Nemo militans Deo implicat se negoc. 1.
tijs secularibus: vt ei placeat cui
5 se probauit. † Nam & qui certat in agone: non * coronatur nisi le- * coronabi
6 gitimè certauerit. † Laborantem tur
agricolam oportet primùm de fructi-

7 fructibus percipere. † Intellige quæ dico: dabit enim tibi Domi-
8 nus in omnib⁹ intellectum. † Me-
B mor esto, Dominū Iesum Chri-
6. stum resurrexisse à mortuis, ex se-
mine Dauid, secundum Euange-
9 lium meum, † in quo laboro vsq;
ad vincula, quasi malè operans:
sed verbum Dei non est alliga-
10 tum. † Ideo omnia sustineo pro-
pter electos: vt & ipsi salutē con-
sequantur, quæ est in Christo Ie-
11 su cum gloria cælesti. † Fidelis ser-
mo. Nam si commortui sumus,
12 & conuiuemus. † si sustinebimus:
Mt.10.d 33 & conregnabimus. ‖ si negaueri-
13 mus & ille negabit nos: † ‖ si non
Mr.8.d.38. credimus: ille fidelis permanet,
14 negare seipsum non potest. † Hæc
C commone, testificans coram Do-
Rom.3.a.3 mino. Noli contendere verbis
Deo. (ad nihil enim vtile est) nisi ad
15 subuersionem audientium. † So-
1. licitè cura teipsum probabilem
exhibere Deo, operarium incon-
fusibilem, rectè tractantem ver-
16 bum veritatis. † Prophana autem
& inaniloquia deuita. multum e-
proficiēt nim proficiunt ad impietatem:
7. 17 † & sermo eorum vt cancer serpet
serpit: ex quibus est Hymenæus &
18 Philetus: † qui à veritate excide-
runt, dicentes resurrectionem es-
se iam factā, & subuerterunt quo-
19 rundam fidem. † Sed firmum fun-
D damentum Dei stat, habens signa-
culum hoc. Cognouit Dominus
qui sunt eius, & discedat ab ini-
quitate omnis qui nominat no-
20 men Domini. † In magna autem
domo, non solùm sunt vasa aurea
& argentea, sed & lignea & ficti-
lia: & quædam quidam in hono-
rem, quædam autem in contume-
21 liam. † Si quis ergo emundauerit
se ab istis, erit vas in honorē san-
ctificatū & vtile Domino, ad om-
22 ne opus bonum paratum. † Iuue-
nilia autem desyderia fuge: secta-
re vero iustitiam, fidem, charita-
tem, & pacem cum ijs qui inuo-
cant Dominum de corde puro.
23 † ‖ Stultas autem & sine disciplī- 1.Tim.1.b
na quæstiones deuita: sciens quia
24 generant lites. † Seruum autē Do- Tit.3.a.9.
mini non oportet litigare: sed
manſuetum esse ad omnes, doci-
25 bilem, patientem, † cum modestia
corripientē eos qui resistunt ve- 1.
ritati: ne quando Deus det illis
pœnitentiam ad cognoscendam
26 veritatem, † & resipiscant à dia-
boli laqueis, à quo captiui tenen-
tur ad ipsius voluntatem.

CAP. III.

1 HOc autem scito, quòd ‖ in no- 1.Tim.4.a.
A uissimis diebus instabunt tem- 1.
2 pora periculosa: † & erunt homi- 2.Re.3.a.1.
nes seipsos amantes, cupidi, elati, Iuda d.18.
superbi, blasphemi, parentibus
non obedientes, ingrati, scelesti,
3 † sine affectione, sine pace, crimi-
natores, incontinentes, immites,
4 sine benignitate, † proditores,
proterui, timidi, & voluptatum
5 amatores magis quàm Dei: † ha-
bentes speciem quidem pietatis,
virtutem autem eius abnegātes.
6 Et hos deuita. † ex his enim sunt
B qui penetrant domos: & capti-
uas ducunt mulierculas oneratas
peccatis, quæ ducuntur varijs de-
7 syderijs: † semper discētes, & nun-
quam ad scientiam veritatis per-
8 uenientes. † ‖ Quemadmodum au Exo.7.b.11
tem Iannes & Mambres restite- c.22.
runt Moysi: ita & hi resistunt ve-
ritati, homines corrupti mente,
9 reprobi circa fidem, † sed vltrà
non proficient: insipientia enim
eorum manifesta erit omnibus,
10 sicut & illorum fuit. † Tu autem
C assecutus es meam doctrinam, in-
stitutionem, propositum, fidem,
longanimitatem, dilectionem,
11 patientiam, † persecutiones, pas-
siones: qualia mihi facta sunt An-
tiochię, Iconij, Lystris: quales per-
secutiones sustinui. & ex omni-
12 bus eripuit me Dominus. † Et om-
nes qui piè volunt viuere in Chri-
sto

sto Iesu, persecutionem patien-
13 tur. † Mali autem homines & se-
ductores proficient in peius: er-
rantes, & in errorem mittentes.
14 † Tu verò permane in ijs quæ di-
D dicisti, & credita sunt tibi: sciens
15 à quo didiceris. † & quia ab infan
tia sacras literas nosti, quę te pos-
sunt instruere ad salutem, per fi-
16 dem quę est in Christo Iesu. † ‖ Om
2.Pe.1.d.20 nis scriptura diuinitus inspirata,
vtilis est ad docēdum, ad arguen-
dum, ad 'corrigendum', ad eru-
17 diendum in iustitia: † vt perfect⁹
sit homo Dei, ad omne opus bo-
num instructus.

'corripiēdum.

CAP. IIII.

1 TEstificor coram Deo & Iesu
A Christo qui iudicatur⁹ est vi-
uos & mortuos, & per aduentum
2 ipsius, & regnum eius. † prædica
verbum, insta oportunè, impor-
tunè: argue, obsecra, increpa in
3 omni patientia & doctrina. † Erit
enim tempus cùm sanam doctri-
nam non sustinebunt: sed ad sua
desyderia coaceruabunt sibi ma-
4 gistros, prurientes auribus, † & à
veritate quidem auditum auer-
tent, ad fabulas autem cōuerten-
5 tur. † Tu verò vigila, in omnibus
1. labora, opus fac Euangelistæ, mi-
B nisterium tuum imple. Sobrius
6 esto'. † Ego enim iam delibor: &
tempus resolutionis meæ instat.
7 † Bonum certamen certaui, cur-
sum consummaui, fidem seruaui.
8 † In reliquo, reposita est mihi co-
rona iustitiæ, quam reddet mihi
Dominus in illa die, iustus iudex:
non solùm autem mihi, sed & ijs
9 qui diligunt aduentum eius. † Fe-
10 stina ad me venire cito. † Demas
enim me reliquit, diligēs hoc se-
culum, & abijt Thessalonicā: Cre-
scens in Galatiam, Titus in Dal-
11 mátiam. † ‖ Lucas est mecum so- Col.4.d.14
lus. Marcum assume, & adduc te-
cum: est enim mihi vtilis in 'mi- 'ministe-
12 nisterium'. † Tychicum autē misi rio.
13 Ephesum. † Penulam quam reli-
qui Troade apud Carpū, veniens
affer tecum, & libros, maximè au-
14 tem membranas. † Alexander æ-
C rarius multa mala mihi ostendit.
'reddet' illi Dominus secundum 'reddat 6.
15 opera eius: † quem & tu deuita,
valde enim restitit verbis nostris.
16 † In prima mea defensione nemo
mihi affuit, sed omnes me dereli-
querunt: non illis imputetur.
17 † Dominus autem mihi astitit, &
confortauit me, vt per me prædi-
catio 'impleatur', & audiant om- 'impleretur 6.
nes Gentes, & liberatus sum de
18 ore leonis. † 'Liberauit' me Do- 'liberabit autem 3.
D minus ab omni opere malo: &
saluum faciet in regnum suum
cæleste. cui gloria in secula secu-
19 lorum, Amen. † Saluta 'Priscam' 'Priscillā
& Aquilam, & ‖ Onesiphori do- Sup.1.d.16
20 mum. † Erastus remansit Corin-
thi. Trophimum autem reliqui
21 infirmum Mileti. † Festina ante
hyemem venire. Salutant te Eu-
bulus & Pudens & Linus & Clau-
22 dia, & fratres omnes. † Dominus
Iesus Christus cum spiritu tuo.
Gratia vobiscum,
Amen.

EPI-

EPISTOLA PAVLI AD TITVM.

CAP. I.

1 A PAVLVS seruus Dei,
Apostolus autem Iesu
Christi secundum fi-
dem electorum Dei
& agnitionē veritatis:
2 quæ secundū pietatē est ‡ in spem
vitæ æternæ, quā promisit qui nō
2.Tim.1.c. mentitur, Deus, ‖ ante tēpora se-
9. 3 cularia: ‡ manifestauit autē tem-
poribus suis verbū suum in prædi
catione, quæ credita est mihi se-
cundū præceptū saluatoris nostri
4 Dei: ‡ Tito dilecto filio secundum
B cōmunē fidē, gratia & pax à Deo
patre, & Christo Iesu saluatore
5 nostro. ‡ Huius rei gratia reliqui
te Cretæ, vt ea quæ desunt corri-
gas, & cōstituas per ciuitates pres-
byteros, sicut & ego disposui tibi.
6 ‡ ‖ Si quis sine crimine est, vnius
1.Tim.3.a. vxoris vir, filios habens fideles,
2. non in accusatione luxuriæ, aut
7 non subditos. ‡ ‖ Oportet enim e-
1.Tim.3.a. piscopum sine crimine esse, sicut
2. Dei dispensatorem: non superbū,
non iracundum, nō vinolentum,
C non percussorem, nō turpis lucri
8 cupidum: ‡ sed hospitalem, beni-
*prudentē gnum, *sobrium, iustum, sanctū,
6. 9 cōtinentem: ‡ amplectendū eum
qui secundum doctrinam est, fi-
*& 4. delem sermonem, vt potens sit *
exhortari in doctrina sana, & eos
10 qui contradicunt, arguere. ‡ Sunt
enim multi inobedientes, vanilo-
qui & seductores, maximè qui de
11 circuncisione sunt: ‡ quos oportet
redargui. qui vniuersas domos
subuertunt, docentes quæ non o-
12 portet, turpis lucri gratia. ‡ Dixit
quidam ex illis, proprius ipsorum
propheta, Cretenses semper mē
daces, malæ bestiæ, ventres pigri.
13 ‡ Testimoniū hoc verū est. Quam
ob causam increpa illos durè, vt
14 sani sint in fide: ‡ non intenden-
tes Iudaicis fabulis, & mandatis
hominum auersantium se à veri-
15 tate. ‡ ‖ Omnia munda mundis, co- Ro.14.d.20
inquinatis autem & infidelibus
nihil est mundum, sed inquinatæ
sunt eorum & mens & conscien-
16 tia. ‡ Confitentur se nosse Deum,
factis autem negant, cùm sint a-
bominati & incredibiles, & ad
omne opus bonum reprobi.

CAP. II.

1 TV autem loquere quæ decent
2 sanam doctrinā. ‡ Senes, vt so-
A brij sint, pudici, prudentes, sani in
fide, in dilectione, in patientia.
3 ‡ Anus similiter, in habitu sancto
non criminatrices, non multo vi-
4 no seruientes, benè docentes, ‡ vt
prudentiam doceant adolescen-
tulas, vt viros suos ament, filios
5 suos diligant, ‡ prudentes, castas,
B -sobrias', domus curā habentes, -1.
benignas, subditas viris suis, vt nō
6 blasphemetur verbum Dei. ‡ Iu-
uenes similiter hortare vt sobrij
7 sint. ‡ In omnibus teipsum præbe
exemplum bonorum operum, in
doctrina, *in integritate, in graui- *integrita-
8 tate' ‡ verbum sanum, irreprehēsi- tē, grauita
C bile: vt is qui ex aduerso est, ve- tem 1.
reatur nihil habens malū dicere
9 de nobis. ‡ ‖ Seruos dominis suis Eph.6.a.5.
subditos esse, in omnibus placen- Col.3.d.22
10 tes, nō cōtradicentes: ‡ nō fraudā- 1.Pet.2.c.
tes, sed in omnib' fidem bonā o- 18.
stendentes: vt doctrinā Saluato-
ris nostri Dei ornent in omnibus.
11 ‡ Apparuit enim gratia Dei *sal- *salutaris
uatoris nostri' omnibus homini- 1.
bus:

12 bus: † erudiens nos vt abnegantes impietatem & secularia desyderia, sobrie, & iuste, & pie viua-
13 mus in hoc seculo, † expectantes
D beatã spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri
14 Iesu Christi, † qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, secta-
15 torem bonorum operum. † Hæc loquere, & exhortare, & argue cũ omni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

1 A Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, di cto obedire, ad omne opus bonũ
2 paratos esse, † neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes mã-
3 suetudinem ad oẽs hom nes. † Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desyderijs & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicẽ.
4 † Cùm autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris no-
5 stri Dei: † Non ex operibus iu- 2.Ti.1.b.9.
stitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenera tionis & renouationis Spiritus
6 sancti, † quem effudit in nos abũdè per Iesum Christum saluatorẽ
7 nostrum, † vt iustificati gratia ipsius, hęredes simus secundũ spem
8 vitæ æternæ. † Fidelis sermo est &
C de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona &
9 vtilia hominibus. † Stultas aũt 1.Ti.4.b.7
quæstiones, & genealogias, & cõ- 3.Tit.2.d.
tentiones, & pugnas legis deui- 23.
ta. sunt enim inutiles & vanæ.
10 † Hæreticum hominem post vnã & secundam correptionẽ deuita:
11 † sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit
proprio iudicio condemnatus.
12 † Cùm misero ad te Artemam aut Tychicum, festina ad me venire
D Nicopolim, ibi enim statui hye-
13 mare. † Zenam legisperitum & Apollo solicitè præmitte, vt ni-
14 hil illis desit. † Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: vt non sint in-
15 fructuosi. † Salutant te qui mecũ sunt omnes: saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cũ omnibus vobis, Amen.

EPISTOLA PAVLI AD PHILEMONEM.

1 A Paulus vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater: Philémoni
2 dilecto & adiutori nostro, † & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ quæ in
3 domo tua est: † Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & Domi-
4 no Iesu Christo. † Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui
5 faciens in orationibus meis, † audiens charitatem tuam & fidem
quã habes in Domino Iesu, & in
6 omnes sanctos: † vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agni-
B tione omnis boni quod est in vo-
7 bis in Christo Iesu. † Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt
8 per te frater. † Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem
9 pertinet: † propter charitatem magis obsecro, cùm sis talis, vt

Paulus senex, nunc autem & vin-
10 ctus Iesu Christi. † Obsecro te
pro meo filio quem genui in vin-
11 culis, Onesimo. † qui tibi aliquan-
do inutilis fuit, nunc autem &
12 mihi & tibi vtilis, † quem remisi
3. tibi. † Tu autem illum vt mea
13 viscera, suscipe. † quem ego vo-
* id est 6. lueram mecum detinere, vt pro
C te mihi ministraret in vinculis
14 Euangelij: † sine consilio autem
tuo nihil volui facere, vti ne ve-
lut ex necessitate bonum tuum
15 esset, sed voluntarium. † Forsitan
enim ideo discessit ad horã à te,
16 vt æternum illum reciperes. † iam
non vt seruum, sed pro seruo cha
rissimum fratrem, maximè mihi,
quantò autem magis tibi & in
17 carne & in Domino? † Si ergo ha-
bes me socium: suscipe illum si-
18 cut me. † Si autem aliquid nocuit
tibi aut debet: hoc mihi imputa.
19 † Ego Paulus scripsi mea manu:
D ego reddam vt non dicam tibi,
20 quòd & teipsum mihi debes. † ita
frater. Ego te fruar in Domino.
Refice viscera mea in Domino. * Christo.
21 † Confidens in obedientia tua
scripsi tibi: sciens quoniam & su-
22 per id quod dico, facies. † Simul
autem & para mihi hospitium.
nam spero per orationes vestras
23 donari me vobis. † Salutat te Epa-
phras concaptiuus meus in Chri-
24 sto Iesu. † Marcus, Aristarchus, De-
25 mas & Lucas adiutores mei. † Gra-
tia Domini nostri Iesu Christi
cum spiritu vestro,
Amen.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

CAP. I.

1 A a MVltiphariam multis-
que modis olim De-
us loquens patribus
in prophetis: † nouis-
simè diebus istis locu-
tus est nobis in Filio, quem con-
stituit hæredem vniuersorum,
3 per quem fecit & secula. † ‖ qui
Sa. 7. d. 26. cùm sit splendor gloriæ, & figu-
ra substantiæ eius, portansque
omnia verbo virtutis suæ, purga-
tionem peccatorum faciens, se-
det ad dexteram maiestatis in ex
4 celsis: † tantò melior angelis ef-
fectus, quantò differentius præ
5 illis nomen hæreditauit. † Cui e-
B nim dixit aliquando angelorum,
Psal. 2. b. 7. ‖ Filius meus es tu, ego hodie ge-
2. Reg. 7. b. 14. nui te? Et rursum, ‖ Ego ero illi
in patrem: & ipse erit mihi in fi-
6 lium? Et cùm iterum introducit
primogenitum in orbem terræ,
dicit, ‖ Et adorent eum omnes Psa. 96. b. 8
7 angeli Dei. † Et ad angelos qui-
dem dicit, ‖ Qui facit angelos su- Ps. 103. a. 4.
os, spiritus: & ministros suos, flã-
8 mam ignis. † Ad Filium autem:
C ‖ Thronus tuus Deus in seculum Ps. 44. b. 7.
seculi: virga æquitatis, virga re-
9 gni tui. † Dilexisti iustitiam, &
odisti iniquitatem: propterea vn
xit te Deus, Deus tuus oleo exul-
tationis præ participibus tuis.
10 † Et, ‖ Tu in principio Domine Ps. 101. d. 26
terram fundasti: & opera manu-
11 um tuarum sunt cæli. † Ipsi peri-
bunt, tu autem permanebis: &
omnes vt vestimentum veteras-
12 cent. † Et velut amictum mutabis * inuolues
D eos, & mutabuntur: tu autem 1.
idem ipse es, & anni tui non de-
13 ficient. † Ad quem autem ange- Ps. 109. a. 1.
lorum dixit aliquando: ‖ Sede à 1. Co. 15. d. 25.
dexteris meis, ‖ quoadusque po-
nam

nam inimicos tuos scabellum pe-
14 dum tuorum? † Nonne omnes,
sunt administratorij spiritus: in
ministerium missi propter eos
'capiunt qui hæreditatē 'capient' salutis?

CAP. II.

1 PRopterea abundantius opor-
A ret obseruare nos ea quæ au-
diuimus: ne fortè pereffluamus.
2 † Si enim qui per angelos dictus
est sermo, factus est firmus, & om
nis præuaricatio & inobedientia
accepit iustam mercedis retri-
3 butionem: † quomodo nos effu-
giemus si tantam neglexerimus
salutem: quæ cùm initium acce-
pisset enarrari per Dominum: ab
eis qui audierunt, in nos confir-
4 mata est. † contestante Deo si-
gnis, & portentis, & varijs virtu-
tibus, & Spiritus sancti distribu-
tionibus secundum suam volun-
5 tatem. † Non enim angelis subie-
-.1. cit Deus orbem terræ futurum,
6 de quo loquimur. † Testatus est au
tem in quodam loco quis, dicēs,
Psal.8.a.5. B ‖Quid est homo quòd memor es
eius: aut filius hominis quoniam
7 visitas eum? † Minuisti eum pau-
lominus ab angelis: gloria & ho-
nore coronasti eum, & constitui-
sti eum super opera manuū tua-
8 rum. † ‖ Omnia subiecisti sub pe-
Mt.28.d.18 dibus eius: in eo enim quòd om-
1.Co.15.d. nia ei subiecit: nihil dimisit non
26. subiectum ei. Nunc autem nec
Ep.2.d.22. dum videmus omnia subiecta ei.
9 † ‖Eum aūt qui modico quàm an-
Phi.2.b.8. C geli minoratus est, videmus Ie-
sum propter passionē mortis, glo
ria & honore coronatum: vt gra
tia Dei, pro omnibus gustaret
10 mortē. † Decebat enim eum pro-
pter quē omnia, & p quē omnia,
qui multos filios in gloriam ad-
'passio-(11 duxerat, authorē salutis eorū, per
nes 6. 'passionem' 'consummare'. † Qui
'consum- enim sanctificat, & qui sanctifi-
mari. cantur: ex vno oēs. Propter quam
causam non confunditur fratres
12 eos vocare: † dicens, ‖ Nuntiabo Ps.21.c.23.
nomen tuum fratribus meis: in
13 medio ecclesiæ laudabo te. † Et
iterum, ‖ Ego ero fidens in eum. Psal.17.a.3.
Et iterum: ‖ Ecce ego & pueri Isa.8.d.18.
14 mei: quos dedit mihi Deus. † Quia
D ergo pueri communicauerunt
carni & sanguini: & ipse simili-
ter participauit eisdem ‖ vt per Os.13.d.14.
mortem destrueret eū qui habe- 2.Co.15.g.
bat mortis imperium, id est, dia- 54.
15 bolū. † Et liberaret eos qui timo-
re mortis per totam vitam obno-
16 xij erant seruituti. † Nusquam e-
nim angelos apprehendit: sed se-
17 men Abrahæ apprehendit. † Vnde
debuit per omnia fratribus simi-
lari: vt misericors fieret & fidelis
pontifex ad Deū, vt repropitia-
18 ret delicta populi. † In eo enim in
quo passus est ipse & tentatus:
potens est & eis qui tentantur
auxiliari.

CAP. III.

1 VNde fratres sancti, vocatio-
A nis cælestis participes, consy-
derate Apostolum & pontificem
2 confessionis nostræ Iesum: † qui 'Christum
fidelis est ei qui fecit illum, sicut 6.
& ‖ Moyses in omni domo eius. Nu.12.b.7.
3 † Amplioris enim gloriæ iste præ
Moyse dignus est habitus, quan-
tò ampliorem honorem habet
4 domus, qui fabricauit illam. † Om
nis namque domus, fabricatur
ab aliquo, qui autem omnia crea-
5 uit, Deus est. † Et Moyses quidem
fidelis erat in tota domo eius tan
quam famulus, in testimonium
6 eorum quæ dicenda erāt. † Chri-
B stus vero tanquam filius in do-
mo sua: quæ domus sumus nos, si
fiduciam & gloriam spei vsque
ad finem, firmam retineamus.
7 † Quapropter sicut dicit Spiritus
sanctus, ‖ Hodie si vocem eius au- Ps.94.b.2.
8 dieritis, † nolite obdurare corda
vestra sicut in exacerbatione se-
cundūdiē tentationis in deserto.
9 † Vbi tentauerūt me patres vestri:

probauerunt & viderunt opera
10 mea quadraginta annis. †Propter
quod infensus fui generationi
huic: & dixi, Semper errant cor-
de. Ipsi autem non cognouerunt
11 vias meas. † quibus iuraui in ira
mea, Si introibunt in requiē me-
12 am. †Videte fratres, ne forte sit in
C aliquo vestrûm cor malum, incre
dulitatis, discedendi à Deo viuo:
13 † sed adhortamini vosmetipsos
per singulos dies, donec Hodie
cognominatur, vt non obduretur
quis ex vobis fallacia peccati.
14 † Participes enim Christi effecti
D sumus: si tamen initium substan-
tiæ eius vsq; ad finem firmum re-
15 tineamus. †Dum dicitur, Hodie
si vocem eius audieritis, nolite
obdurare corda vestra quemad-
modum in illa exacerbatione.
16 † Quidam enim audientes exa-
cerbauerunt: sed nō vniuersi qui
profecti sunt ex Ægypto p Moy-
17 sen. † Quibus autem infensus est
quadraginta annis? Nonne illis
Nu.14.f.57 qui peccauerunt, ‖ quorum cada-
uera prostrata sunt in deserto?
18 † ‖ Quibus autem iurauit non in-
Nu.14.d.21 troire in requiem ipsius: nisi illis
d.24. (19 qui increduli fuerunt? † Et vide-
mus quia nō potuerunt introire
* in requiē ipsius. * propter incredulitatem.

CAP. IIII.

1 TImeamus ergo ne forte reli-
A cta pollicitatione introeundi
in requiem eius, existimetur ali-
2 quis ex vobis deesse. † Etenim &
nobis nuntiatum est, quemad-
modum & illis, sed non profuit
illis sermo auditus, non admi-
stus fidei ex ijs quæ audierunt.
3 † Ingrediemur enim in requiem
qui credidimus: quemadmodum
Ps.94.b.11. dixit, ‖ Sicut iuraui in ira mea, si
introibunt in requiem meam: &
quidem operibus ab institutione
4 mūdi perfectis. † Dixit enim quo
Ge.2.a.2. dam loco de die septima sic: ‖ Et
B requieuit Deus die septima ab
5 omnibus operibus suis. † Et in isto
rursum, Si introibunt in requi-
6 em meam. † Quoniam ergo super
est introire quosdam in illam, &
ij, quibus prioribus annuntiatū
est, non introierunt propter in-
7 credulitatem: † iterum terminat
diem quendam: Hodie, in Dauid
dicendo, post tantum temporis,
sicut suprà dictum est, ‖ Hodie si Sup.3.b.7.
vocem eius audieritis: nolite ob-
8 durare corda vestra. † Nam si eis
Iesus requiem præstitisset: nun-
quam de alia loqueretur post hac
9 die. † Itaque relinquitur sabba-
10 thismus populo Dei. † Qui enim
C ingressus est in requiem eius: etī
am ipse requieuit ab operibus su-
11 is, sicut* à suis Deus. † Festinemus *&
ergo ingredi in illam requiem:
vt ne in idipsum quis incidat in-
12 credulitatis exemplum. † Viuus
est enim sermo Dei & efficax, &
penetrabilior omni gladio anci-
piti: & pertingens vsque ad di-
uisionem animæ ac spiritus, com-
pagum quoq; ac medullarum, &
discretor cogitationum & inten- Ps.33.c.16.
13 tionum cordis. † ‖ Et non est vlla Ec.12.d.20
D creatura inuisibilis in conspectu
eius. omnia autem nuda & aper-
ta sunt oculis eius, ad quem no-
14 bis sermo. † Habentes ergo pontī
ficem magnum qui penetrauit
cælos Iesum filiū Dei: teneamus
15 confessionem. † * Non enim habe- *spei nō
mus pontificem, qui non possit fictæ
compati infirmitatibus nostris:
tentatum autem per omnia pro
similitudine absque peccato.
16 † Adeamus ergō cū fiducia ad thro- *eius
num gratiæ *: vt misericordiam
consequamur, & gratiā inueniā-
mus in auxilio oportuno.

CAP. V.

1 OMnis nanque Pontifex ex
A hominibus assumptus, pro
hominibus cōstituitur in ijs quæ
2 sunt ad Deum: vt offerat dona
& sacrificia pro peccatis. † qui cō-
dole-

dolere possit ijs qui ignorant & errant: quoniam & ipse circundatus est infirmitate. † & propterea
3 debet, quemadmodum pro popu lo ita etiam pro semetipso offer-
4 re pro peccatis. †‖ Nec quisquam
B sumit sibi honorem, sed qui voca-
5 tur à Deo tanquam Aaron. † Sic &
2. Par. 26. c. 17. Christus nō semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui lo-
Psal. 2. b. 7. cutus est ad eum, ‖ Filius meus es
6 tu: ego hodie genui te. † Quemad-
Ps. 109. a. 4 modum & in alio loco dicit, ‖ Tu es sacerdos in æternum, secun-
7 dum ordinē Melchi-sedec. † Qui
C in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad eum qui possit illum saluum facere à morte cum clamore valido & lachrymis offe-
* & 10. rens, * exauditus est pro sua reue-
8 rentia. † Et quidem cùm esset fili-
* Dei us *, didicit ex ijs quæ passus est,
9 obedientiam: † & consummatus factus est omnibus obtemperan-
10 tib. sibi, causa salutis æternæ, † appellatus à Deo pontifex iuxta or-
11 dinem Melchi-sedec. † De quo no
* interpretabilis bis grandis sermo & * interpretabilis ad dicendum: quoniam im-
7. D becilles facti estis ad audiendum.
12 † Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elemēta exordij sermonum Dei, & facti estis quib. lacte opus sit,
13 non solido cibo. † Omnis enim qui lactis est particeps, expers est
14 sermonis iustitiæ, paruulus enim est. † Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali.

CAP. VI.

1 QVapropter intermittentes in
A choatiōis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, nō rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, &
2 fidei ad Deum, † baptismatum do-
ctrinę, impositionis quoq; manuum, ac resurrectionis mortuorū,
3 & iudicij æterni. † Et hoc faciem⁹,
4 si quidem permiserit Deus. ‖ Im- Mt. 12. d. 45
possibile enim est eos qui semel In. 10. c. 26
sunt illuminati, gustauerunt et- 2. Pe. 2. d.
iam donum cæleste, & participes 20.
5 facti sunt Spiritus sancti: † gustaue runt nihilominus bonū Dei verbum, virtutesq; seculi venturi, &
6 prolapsi sunt: † rursus renouari
B ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. † Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam oportunam illis a quibus colitur: accipit benedictionē à Deo.
8 † proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto
9 proxima, cuius consummatio in combustionem: † Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti: tametsi ita
10 loquimur. † Nō enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis
11 sanctis & ministratis. † Cupimus
C autem vnumquemq; vestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionē spei vsq; in finem:
12 † vt non segnes efficiamini, verùm imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissio-
13 nes. † Abrahæ namq; promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem,
14 ‖ iurauit per semetipsum, † di- Ge. 22. c. 16
cens: ‖ Nisi benedicens benedi- Ge. 12. a. 3.
cam te, & multiplicans multi- 18. c. 18. 22.
15 plicabo te. † Et sic longanimiter d. 17.
ferens, adeptus est repromissionem. † Homines enim per maiorē
16 sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem,
17 est iuramētū. † in quo abundantiꝰ volens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem
D consilij sui: interposuit iusiuran-
18 dum: † vt per duas res immobiles,

quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenē- C
19 dam propositam spem, † quam sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem
20 vsque ad interiora velaminis, † vbi præcursor pro nobis introijt Iesus, secundum ordinem Melchi-sedec pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

1 A Hic enim ‖ Melchi-sedec, rex Salem, sacerdos Dei summi,
Ge.14.d.18 qui obuiauit Abrahæ regresso à
2 cæde regum, & benedixit ei, † cui & decimas omnium diuisit Abraham, primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ: deinde aũt & rex Salem, quod est, rex pa-
3 cis, † sine patre, sine matre, sine genealogia neque initium dierum neq; finem vitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacer-
4 dos in perpetuum. † Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham
5 patriarcha. † Et quidem ‖ de filiis
Nu.18. c.21 Leui sacerdotium accipientes, D
Deu. 18.a.1 ‖ mandatum habent decimas sumere à populo secundū legem, id
c.3. Ios.14.a.4 est, à fratribus suis, quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ.
6 † Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit.
7 † Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à meliore bene-
8 dicitur. † Et hic quidem, decimas morientes homines accipiunt: ‖ ibi autem contestatur, quia viuit.
9 † Et (vt ita dictū sit) per Abraham
accipit 10 2. & Leui qui decimas ' accepit ' decimatus est, † adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit
11 ei Melchi-sedec. † Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticū erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessa-
riū fuit secundum ordinem Melchi-sedec, alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem
12 Aaron dici? † Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis
13 translatio fiat. † In quo enim hæc dicuntur: de alia tribu est, de qua
14 nullus altario præsto fuit. † Manifestū est enim quod ex Iuda ortus sit Dñs noster: in qua tribu nihil de ' sacerdotibus ' Moyses locu-
15 tus est. † Et amplius adhuc manifestum est: si secundum similitudinem Melchi-sedec exurgat alius sacerdos, † qui non secundum
16 legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ
17 insolubilis. † Contestatur enim, ‖ Quoniam tu es sacerdos in æter- Ps.109.a.4.
num, secundū ordinē Melchi-sedec. † Reprobatio quidem fit præ-
18 cedētis mandati, propter infirmitatē eius & inutilitatē. † nihil enim ad perfectū adduxit lex: introductio verò melioris spei, per
19 quam proximamus ad Deum. † Et
20 quantum est non sine iureiurando (alij quidem, sine iureiurando
21 sacerdotes facti sunt. † hic autem cum iureiurando per eū qui dixit ad illum: ‖ iurauit Dñs, & non Ps.109.a.4
pœnitebit eum, tu es sacerdos in
22 æternum:) † in tantum melioris testamenti sponsor factus est Ie-
23 sus. † Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permane-
24 re: † hic autem eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet sa-
25 cerdotiū. † Vnde & saluare in perpetuum potest ' accedens ' per se- ' accedentes 1.
metipsum ad Deum, semper vi- ' eis 7.
uens ad interpellandum pro ' nobis '.
26 † Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis fa-
27 ctus. † qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) ‖ prius pro suis delictis ho- Leu.9.b.7.
16.b.6.
stias offerre, deinde pro populi.

hoc

hoc enim fecit semel, se offeren-
28 do. † Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi qui post legem est. Filium in æternum perfectum.

CAP. VIII.

1 CApitulum autē super ea quæ
A dicuntur, talem habemus pōtificem, qui cōsedit in dextera se-
2 dis magnitudinis in cælis: † sancto
rum minister, & tabernaculi ve-
*Deus ri, quod fixit * Dominus' & non
3 homo. † Omnis enim pōtifex, ad offerendum munera & hostias constituitur, vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offe-
4 rat: † si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cùm essent qui offerrent secundum legem mu-
5 nera, † qui exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium. Sicut re-
Ex.25.a.9. sponsum est Moysi cùm consum-
d.40. maret tabernaculum, ‖ Vide (in-
Act.7.f.44 quit) omnia facito secundum e-
6 xemplar quod tibi ostēsum est in
B monte. † Nunc autem melius sortitus est ministerium quantò & melioris testamēti mediator est, quod in melioribus repromissio-
7 nibus sancitum est. † Nam si illud
8 prius culpa vacasset: non vtique secundi locus inquireretur. † Vi-
Ier.31.f.32. tuperans enim eos dicit: ‖ Ecce di
es venient, dicit Dominus, & cōsummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamen-
9 tum nouum, † non secundum te-
C stamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de Terra Ægypti, quoniam ipsi nō permanserunt in testamēto meo: & ego neglexi eos, dicit Domi-
10 nus. † Quia hoc est testamentum quod disponā domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi
11 erunt mihi in populum, † & non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisq; fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: quoniam omnes scient me à mi-
D nore vsque ad maiorem eorum.
12 † quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum iam
13 non memorabor. † Dicendo autem nouū: veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit: propè interitum est.

CAP. IX.

1 HAbuit quidem & prius, iusti-
ficatiōes culturæ, & sanctum
2 seculare. † ‖ Tabernaculum enim Ex.25.2.8.
A factum est primum, in quo erant, 26.2.1.16
candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta.
3 † Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur
4 Sancta sanctorum: † aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circūtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fron-
5 duerat, & ‖ tabulæ testamēti, † su- 3.Reg.8.2.
perq; eam erant Cherubim glo- 9.
riæ obumbrantia propitiatori- 2.Par.5.c.
um, de quibus non est modò di- 10.
6 cendum per singula. † His verò ita Ex.25.c.22
B compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia
7 consummantes. † in secundò autem, ‖ semel in anno solus pon- Ex.30.b.10
tifex non sine sanguine quem Leu.16.2.c
*offert' pro sua & populi ignoran- f.30.
8 tia: † hoc significante Spiritu san- *offerret
cto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore taber-
9 naculo habente statum. † quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ nō possunt iuxta cōscientiam perfectum facere ser-
10 uientem, † ‖ solummodo in cibis & in potibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis.

11 †Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non
12 huius creationis. †neq; per sangui
"& 6. nem hircorū "aut' vitulorum, sed
Ac. 20.f.28 ‖per proprium sanguinem introi
1.Pe. 1.c.19 uit semel in Sancta, æterna redē-
C 13 ptione inuenta. †Si enim sanguis
1.Io. 1.c.7. hircorum & taurorum & cinis vi
Apo. 1. b.5 tulæ aspersus, inquinatos sancti-
Leu.9. b.8 ficat ad emundationem carnis,
16.b.6. (14 † quantò magis sanguis Christi,
c.24. qui per Spiritum sanctum semet-
Nu. 19 a. 4 ipsum obtulit immaculatū Deo,
"emunda- "emundauit' conscientiam "no-
bit 7. strā'ab operibus mortuis, ad ser
"vestram 7 uiendum Deo viuentū? † Et ideò
15 noui testamenti mediator est: vt
Lu. 1.g.77. morte intercedente, in redem-
Rom.5.a.5 ptionem earum præuaricationū
a.6. quæ erant sub priori testamento,
repromissionem accipiant qui vo
D cati sunt, æternæ hæreditatis.
16 † ‖ Vbi enim testamentum est:
Gal.3. b.15 mors necesse est intercedat testa-
17 toris. † Testamentum enim, in
mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dū viuit qui
18 testatus est. † Vnde nec primum
quidem sine sanguine dedicatum
19 est. †lecto enim omni mandato
legis à Moyse vniuerso populo:
accipiens sanguinem vitulorum
E & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo: ipsum quoq; librum & omnem populum asper-
20 sit, †dicens: ‖Hic sanguis testamē-
Ex.24.c.8. ti, quod mandauit ad vos Deus,
21 † Etiam tabernaculum & omnia
Mt.26.c.28 vasa ministerij sanguine similiter
22 asperfit. †Et omnia penè in sangui
ne secundum legem mundantur:
& sine sanguinis effusione non fit
23 remissio. †Necesse est ergo exem-
F plaria quidē cælestium, his mundari: ipsa autem cælestia meliori-
24 bus hostijs quàm istis. †Non enim
in manufacta Sancta Iesus introuit exemplaria verorum: sed in
ipsum cælum, vt appareat nunc
25 vultui Dei pro nobis. † Neque vt
sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta, per singulos annos in sangui
26 ne alieno: † alioquin oportebat
G eum frequenter pati ab origine
mundi: nunc autem semel "in cō- "in cōsum
summatione "seculorum ad de- mationē †
stitutionem "peccati, per hosti- "destruc-
am suam apparuit. † Et quemad- tionem †
modum statutum "est hominibus
semel mori, post hoc autem iudicium: † ‖ sic & Christus semel ob- Ro. 5. 2.6.
latus est ad multorum exhauri- b. 18.
enda peccata. secundo sine pec- 1.Pe. 3.c.18
cato apparebit expectantibus se,
in salutem.

CAP. X.

1 ‖ Vmbram enim habens lex fu- De.16.c.16†
A turorum bonorum, nō ipsam
imaginem rerum: per singulos an
nos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinenter, nunquam
potest accedentes perfectos face-
2 re: † alioquin cessassent offerri,
ideò quod nullam haberent vltrà
conscientiam peccati, cultores se
3 mel mundati. †sed in ipsis comme
moratio peccatorū per singulos
4 annos fit. † Impossibile enim est
sanguine taurorū & hircorum au
5 ferri peccata. † Ideo ingrediens
mundū dicit: ‖Hostiā & oblatio- Ps.39. b.7.
nem noluisti: corpus autem ap-
6 tasti mihi: †holocautomata, & pro
B peccato, nō tibi placuerunt. † Tūc
7 dixi, Ecce venio, in capite libri
scriptum est de me: Vt faciam De-
8 us voluntatem tuam. † Superius
dicens, Quia hostias & oblationes, & holocautomata, & pro pec
cato noluisti, nec placita sunt ti-
bi, quæ secundum legem offerun-
9 tur: † Tunc dixi, Ecce venio vt
faciam Deus voluntatem tuam:
aufert primū, vt sequens statuat.
10 † In qua voluntate sanctificati su-
mus per oblationē corporis Iesu
11 Christi semel. † Et omnis quidem
sacerdos prǽsto est quotidie mini
strans,

strans & easdem sæpe offerẽs ho-
stias, quæ nunquam possunt aufer
12 re peccata: † hic autem vnam pro
C peccatis offerens hostiam, in sem
13 piternum sedet in dextra Dei, † de
Ps.109.a.1. cætero expectans, ‖ donec ponan
1.Co.15.d. tur inimici eius scabellũ pedum
25. 14 eius. † Vna enim oblatione, con-
summauit in sempiternum san-
15 ctificatos. † Contestatur autẽ nos
& Spiritus sanctus. Postquam e-
16 nim dixit: † ‖ Hoc autem testamẽ
Ier.21.31.f. tum quod testabor ad illos post di
33. es illos, dicit Dominus, ^ Dando'
Sup.8.b.8 leges meas in cordibus eorum, &
^ Dabo in mentibus eorũ superscribam
17 eas: † & peccatorum & iniquitatũ
D eorũ iam non recordabor ampli-
18 us. † Vbi aũt horum remissio: iam
19 non est oblatio pro peccato † Ha-
bentes itaq; fratres fiduciã in in-
troitu sanctorũ in sanguine Chri-
20 sti: † quam initiauit nobis viam no
uam & viuentem per velamen, id
21 est, carnem suam, † & sacerdotem
22 magnum super domum Dei, † acce
damus cum vero corde in plenitu
dine fidei aspersi corda à cõscien-
tia mala, & abluti corpus aqua mũ
23 da, † teneamus spei nostræ confes-
sionem indeclinabilem (fidelis e-
24 nim est qui repromisit) † & consy-
deremus inuicem in prouocatio-
nem charitatis & bonorũ operũ:
25 † nõ deferentes collectionem no-
E strã, sicut cõsuetudinis est quibus-
dam, sed consolantes, & tantò ma
gis quãtò videritis appropinquã-
26 tem diem. † ‖ Volũtariè enim pec
Sup.6.a.4. cantib. nobis post acceptam noti-
tiã veritatis, iam nõ relinquitur
27 pro peccatis hostia, † terribilis au
tem quędam expectatio iudicij &
ignis æmulatio, quæ consumptu-
28 ra est aduersarios. † Irritam quis
faciens legem Moysi: sine vlla mi-
De.17.b.6. seratione, ‖ duobus vel tribus te-
19.d.15.(29 stibus moritur: † quantò magis pu
Mt.18. tatis, deteriora mereri supplicia
b.16. qui filium Dei conculcauerit, &
Ioh.8.c.17 sanguinem testamenti pollutum
duxerit, in quo sanctificatus est,
& spiritui gratiæ contumeliam fe 2.Co.13.a.1
30 cerit? † Scimus enim qui dixit, De.32.e.35
F ‖ Mihi ^ vindictam', ego retribuã. ^ vindicta
Et iterum: - Quia' ‖ iudicabit Do- 1.
31 minus populũ suum. † Horrendũ Ro.12.d.18
est incidere in manus Dei viuen- -.5.
32 tis. † Rememoramini autem pri-
stinos dies: in quibus illuminati,
magnũ certamen sustinuistis pas-
33 sionũ. † & in altero quidẽ oppro-
brijs & tribulationib. spectaculũ
facti: in altero aũt socij taliter con
34 uersantium effecti † Nã & vinctis
G cõpassi estis: & rapinã bonorũ ve-
strorum cũ gaudio suscepistis, cog
noscentes vos habere meliorẽ &
35 manente substãtiã. † Nolite itaq;
amittere cõfidentiam vestrã, quæ
magnam habet remunerationẽ.
36 † Patientia enim vobis necessaria
est: vt voluntatem Dei facientes,
37 reportetis promissionem. † ‖ Ad- Aba.2.a.5.
huc enim modicum aliquantulũ- 1.Pe.1.a.6.
que, qui venturus est, veniet, & nõ Ro.1.c.17.
8 tardabit. † ‖ iustus autem meus ex Gal.3.b.12.
fide ^ viuit': quod si subtraxerit se: ^ viuet 1.
39 non placebit animæ meæ. † Nos
autem nõ sumus subtractionis - fi -.6.
lij' in perditionem: sed fidei in ac
quisitionem animæ.

CAP. XI.

1 Est autem fides, sperandarum
substantia rerum, argumentũ
2 non apparentium. † In hac enim
A testimonium cõsecuti sunt senes.
3 † ‖ Fide intelligimus aptata esse Gen.1.a.1.
secula verbo Dei: vt ex inuisibili- a.3.
4 bus visibilia fierent. † ‖ Fide, pluri Gen.4.a.4
mam hostiam Abel quam Cain,
obtulit Deo ‖ per quam testimo- Mr.23.d.34
nium consecutus est esse iustus, te
stimonium perhibente munerib.
eius Deo, & per illam defunctus
5 adhuc loquitur. † Fide, ‖ Henoch Ge.5.c.24
trãslatus est, ne videret mortem, Eccl.44.c.
& non inueniebatur: quia transtu 16.49.d.16
lit illum Deus: ante translationẽ
enim, testimonium habuit placu-
6 isse Deo. † Sine fide autem impos-

3. sibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. † Fide, ‖ Noë respō
Gen.6.c.13 so accepto de ijs quę adhuc nō videbantur, metuēs, aptauit arcam
5.18. Ecc.44.c. in salutem domus suæ, per quam
17. damnauit mundū: & iustitiæ quæ per fidem est, hęres est institutus.
8 † Fide, ‖ qui vocatur Abraham o-
Ge.12.a.4. bediuit in locum exire quem ac-
13.a.1. cepturus erat in hæreditatem: &
9 exijt, nescies quò iret. † Fide de moratus est in Terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohęredibus repromissionis eiusdē.
10 † Expectabat enim fundamēta ha
C bentem ciuitatem: cuius artifex
11 & conditor Deus. † Fide, & ipsa
Ge.17.c.19 Sara sterilis virtutem in cōceptio
18.b.10.21. ne seminis accepit, etiam præter
a.2. tēpus ętatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat.
12 † Propter ꝙ & ab vno orti sunt
Eccl.44.d. (& hoc emortuo) ‖ tanquam syde
24.d.23. ra cœli in multitudine, & sicut arena quę est ad oram maris, innume
13 rabilis. † Iuxta fidē defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitētes qa peregrini & hospites sunt super
14 terram. † Qui enim hæc dicunt: si-
15 gnificans se patriā inquirere. † Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt: habebāt vtiq; tem-
16 pus reuertendi. † nunc autem me
D liorē appetunt, id est, cęlestē. Ideò non confunditur Deus vocari Deus eorum. parauit enim illis ciui-
17 tatem. † Fide, ‖ obtulit Abraham
Ge.21.b.9. Isaac, cùm tentaretur: & vnigeni-
* in quo tum offerebat * qui' susceperat re
Ecc.44.(18 promissiones, † (ad quem dictum
d.21. est) ‖ Quia in Isaac vocabitur tibi
Ge.21. (19 semen, † arbitrans quia & à mor-
b.12. tuis suscitare potens est Deus: vn-
Ro.9.b.7. de eum & in parabolam accepit.
Ge.27. (20 † Fide, ‖ & de futuris, benedixit,
d 27.f. (21 Isaac, Iacob & Esau. † Fide, ‖ Iacob
E moriens, singulos filiorū Ioseph Gen. 48
benedixit: ‖ & adorauit fastigium c.15.
22 virgæ eius. † Fide, ‖ Ioseph moriēs Ge.47.g.31
de profectione filiorū Israel me- Gen.50.d.
moratus est: & de ossib. suis man- 24.25.
23 dauit. † Fide, ‖ Moyses natus, occul Exo.2.a.2.
tatus est mensib. tribus à parenti- Act.7.c.20
bus suis: eò quòd vidissent elegan Exo.1.c.16
tem infantem, & non timuerunt
24 ‖ regis edictum. † Fide, ‖ Moyses Ex.2.b.11.
grandis factus negauit se esse fili
25 um filiæ Pharaonis: † magis eligēs affligi cū populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatē, † maiores diuitias æstimās thesauro Ægyptiorum, improperiū
26 Christi. aspiciebat enim in remu-
27 neratione. † Fide reliqt Ægyptū:
F non veritus animositatem regis. inuisibilem enim tanquā videns
28 sustinuit. † Fide, ‖ celebrauit pa- Ex.12.b.11.
scha, & sanguinis effusionem: ne d.21.
qui vastabat primitiua, tangeret
29 eos. † Fide, ‖ trāsierunt mare ru Ex.14.c.22
brum tanquam per aridam terrā: quod experti Ægyptij, deuorati
30 sunt. † Fide, ‖ muri Iericho corruē Ios.6.c.20.
31 runt, circuitu dierū septē. † Fide, ‖ Rahab meretrix nō perijt cū in Ios.6.d.23.
credulis: ‖ excipiens exploratores d.25.
32 cū pace. † Et qd adhuc dicā? Defici Ios.2.a.2
et.n. me tempus enarrantē de Gedeon, Barac, Sampson, Iephte, Da-
33 uid, Samuel, & Prophetis: † qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora
34 leonū, † extinxerūt impetū ignis, effugerūt
G * effugauerunt' aciem gladij: cōualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt
35 exterorum: † acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alij aūt distenti sunt, nō susципientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem.
36 † Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carce-
37 res: † lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisionē gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pelli-

pellibus caprinis, egentes, angu-
38 stiati, afflicti, † quibus dignus non
erat mundus, in solitudinibus er-
rantes, in montibus & speluncis,
39 & in cauernis terræ. † Et hi omnes
testimonio fidei probati, non ac-
40 ceperunt repromissionem, † Deo
pro nobis melius aliquid proui-
dente, vt non sine nobis consum-
marentur.

CAP. XII.

1 IDeoque & nos tantam haben-
A tes impositam nubem testium:
Ro.6.a.4. ‖ deponentes omne pondus & cir
Col.3.b.8. cumstans nos peccatum, per pati-
Ep.4.c.23. entiam curramus ad propositũ
1.Pet.2. (2 nobis certamen, † aspicientes in
2.1.4.a.1. authorẽ fidei, & consummatorem
E 2 Iesum, qui proposito sibi gaudio
sustinuit crucem, confusione con-
tempta, atque in dextra sedis Dei
3 sedet. † Recogitate enim eum qui
talem sustinuit à peccatoribus ad
uersum semetipsum contradictio
nem: vt ne fatigemini, animis ve
4 stris deficientes. † Nondum e-
nim vsque ad sanguinem restiti-
B stis, aduersus peccatum repugnan
5 tes: † & obliti estis consolatio-
Pro.3.b.11 nis, quæ vobis, tanquam filijs lo-
Iob.5.c.17. quitur, dicens, ‖ Fili mi, noli negli
gere disciplinam Domini: neque
6 fatigẽris dum ab eo argueris.
† ‖ Quem enim diligit Dominus,
Ap.3.d.19. castigat: flagellat autem omnem
7 filium quem recipit. † In disci-
plina perseuerate. Tanquam fi-
lijs vobis offert se Deus: quis e-
8 nim filius, quem non corripit pa-
ter. † Quod si extra disciplinam
estis, cuius participes facti sunt
omnes: ergo adulteri, & non filij
9 estis. † Deinde patres quidem car-
C nis nostræ, eruditores habuimus,
& reuerebamur eos: num multo
magis obtemperabimus Patri spi
10 rituum, & viuemus? † Et illi quidẽ
in tempore paucorum dierum, se
cundum voluntatem suam erudie-
bant nos: hic autem ad id quod
11 vtile est in recipiendo sanctifica
tionem eius. † Omnis autem disci
plina in præsenti quidem videtur
non esse gaudij, sed mœroris: post
D eà autem fructum pacatissimum
exercitatis per eam, 'reddet' iu- 'reddit 6.
12 stitiæ. † Propter quod remissas
manus & soluta genua erigite.
13 † Et gressus rectos facite pedibus
vestris: vt non claudicans quis er-
14 ret, magis autem sanetur. † ‖ Pa- Ro.12.d.17
cem sequimini cum omnibus, &
sanctimoniam: sine qua nemo vi-
15 debit Deum: † contemplantes ne
quis desit gratiæ Dei: ne qua ra-
dix amaritudinis sursum germi-
nans impediat, & per illam inqui
nentur multi. † Ne quis fornica-
E toraut prophanus ‖ vt Esau: qui Ge.2.d.3.8
propter vnam escam vendidit pri-
17 mitiua sua: † scitote enim quòni- Ge.27.f.38
am & ‖ postea cupiens hæredita-
re benedictionẽ, reprobatus est:
non enim inuenit pœnitentiæ lo-
cum, quanquam cum lachrymis
18 inquisisset eam. † Non enim ac- Ex.19.c.12.
cessistis ad tractabilem montem, 20.d.21.
& 'accessibilem' ignem, & turbi- 'accensibi
nem & caliginem, & procellam, lem 4.
19 † & tubæ sonum, & vocem verbo-
rum, quam qui audierunt, excusa
uerunt se, ne eis fieret verbum.
20 † (Non enim portabant quod di-
cebatur, ‖ Et si bestia tetigerit mõ Ex.19.c.13
21 tem, lapidabitur. † Et ita terribile
F erat quod videbatur, Moyses di-
xit: Exterritus sum & tremebun-
22 dus.) † Sed accessistis ad Sion mon
tem & ciuitatem Dei viuentis, Ie
rusalem cælestem, & multorum
millium angelorum frequẽtiam,
23 † & ecclesiam primitiuorum, qui
conscripti sunt in cælis, & iudi-
cem omnium Deum, & 'spiritus' 'spiritum
24 iustorum perfectorum, † & testa- spiritũ 7.
menti noui mediatorem Iesum,
& sanguinis asperſionem melius
25 loquentem quam Abel. † Videte
ne recusetis loquentẽ. Si enim il-
G li non effugerunt, recusantes e-
um qui super terram loquebatur:

mul-

multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis, auertimus, † cuius vox mouit terram tunc: nunc
Agg.2.b.3. autem repromittit, dicens, ‖ Adhuc semel: & ego mouebo non solùm tertam, sed & cælum. † Quod
27 autem, Adhuc semel, dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea
28 quæ sunt immobilia. † Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam per quam seruiamus placentes Deo, cum metu &
29 reuerentia. † Etenim ‖ Deus noDe.4.d.24 ster ignis consumens est.

CAP. XIII.

Ro.12.c. (1 C ‖ Haritas fraternitatis maneat
10.c.13. 2 in vobis. † ‖ Et hospitalitatē
-.1. (A nolite obliuisci: ‖ per hanc enim
1.Pe.4.c.9. placuerunt quidam angelis ho-
Ge.18.a. (3 spitio receptis. † Mementote vin-
3.19.a.2. ctorum, tanquam simul vincti: &
laterūt 1 laborantium, tanquam & ipsi in
4 corpore morantes. † Honorabile connubium in omnibus, & thor immaculatus. Fornicatores enim
5 & adulteros iudicabit Deus. † Sint mores sine auaritia: contenti præsentibus, ipse enim dixit: Non te
6 deseram, neq; derelinquam: † ita
De.31.b.8. vt confidenter dicamus: ‖ Domi-
Ios.1.a.5. nus mihi adiutor non timebo qd
Ps.55.c. (7 faciat mihi homo. † Mementote
12.117.a.6. præpositorum vestrorum, qui vo-
B bis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. † Iesus
8 Christus heri & hodie: ipse & in
9 secula. † Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabiliri cor, non escis: quæ non profuerunt ambu-
10 lantibus in eis. † Habemus altare,
Leu.4.c.12 de quo edere non habent potesta-
6.d.30.16. tem qui tabernaculo deseruiunt.
f.27. (11 † ‖ Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificē, horum corpora
12 cremantur extra castra. † Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per
suum sanguinem populum extra
13 portam passus est. † Exeamus igitur ad eum extra castra: improperium eius portantes. † ‖ Non enim Mic.2.c.10
14 habemus hic manentem ciuitatē:
15 sed futurā inquirim⁹. † Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis sem per Deo, id est, fructum labiorum
16 confidentium nomini eius. † Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci: talibus enim ho-
17 stijs promeretur Deus. † Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animab. vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant & non gementes. hoc enim non expedit vobis. † Orate pro nobis. cō-
18 fidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnib. bene
19 volentes conuersari. † Amplius aūt deprecor vos hoc facere, quo
20 celerius restituar vobis. † Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium, in sanguine testamēti æterni, Dñm nostrum Iesum Christum: faptet vos
21 in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum, Amen. † Rogo autem vos
22 fratres, vt sufferatis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis. † Cognoscite fratrem nostrū
23 Timótheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos.
24 † Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant
25 vos de Italia fratres. † Gratia cum omnibus vobis, Amen.

EPI-

EPISTOLA CATHOLICA IACOBI APOSTOLI.

CAP. I.



1 A IACOBVS Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem.
2 † Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes va-
3 rias incideritis: † ‖ scientes quòd
Rom.5.a.3. probatio fidei vestræ patientiam
4 operatur. † Patiētia autē opus perfectum habeat: vt sitis perfecti &
5 integri, in nullo deficientes. † Si quis autē vestrùm indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non impropere-
6 rat: & dabitur ei. † ‖ Postulet autē
B in fide nihil hæsitans. qui enim
Mat.7.a.7. hæsitat, similis est fluctui maris,
21.b.22. quia vento mouetur & circunfer-
7 tur. † non ergo æstimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.
8 † Vir duplex animo inconstans est
9 in omnibus vijs suis. † Glorietur autem frater humilis, in exalta-
10 tione sua. † diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœ-
11 ni transibit: † exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt: ita & diues
12 in itinere bus suis marcescet. † ‖ Bea tus vir qui suffert tentationem: quoniā cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quā repromi-
13 sit Deus diligentibus se. † Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem
14 neminem tentat. † Vnusquisque verò tētatur à concupiscentia sua ab-

Mr.11.c.24. Luc.11.b.9. Ioha.14.b. 13.16.c.23. 24.
Pſ.102.c.15 Ec.14.c.18 Iſa.40.b.6. 1.Petr.1.d. 24.
Iob.5.c.17.

abstractus & dilectus. † Deinde cō-
cupiscētia, cū cōceperit, parit pec-
catū. peccatum verò cùm cōsum-
matum fuerit, generat mortem.
† Nolite itaq; errare fratres mei
dilectissimi. † Omne datū optimū,
& omne donum perfectū, desur-
sum est, descendens à Patre lumi-
num, apud quē nō est transmuta-
tio, nec vicissitudinis obumbra-
tio. † Voluntariè * genuit nos ver-
* enim bo veritatis, vt simus initium ali-
quod creaturæ eius. † Scitis fratres
Prou.17.d. mei dilectissimi: ‖ Sit autē omnis
27. homo velox ad audiendū: tardus
autē ad loquendum, & tardus ad
iram. † Ira enim viri, iustitiā Dei
non operatur. † Propter quod ab-
icientes omnē immunditiam &
abundantiam malitiæ, in mansue
tudine susciptte insitum verbum,
quod potest saluare animas ve-
Mt.7.b.12. stras. ‖ † Estote autē factores ver-
2.21. bi, & non auditores tantùm: fal-
Ro.2.b.13. lentes vosmetipsos. † Quia si quis
auditor est verbi, & nō factor: hic
comparabitur viro consyderanti
vultum natiuitatis suę in speculo.
† cōsyderauit enim se, & abijt, &
statim oblitus est qualis fuerit.
† Qui autē pspexerit * in lege per-
* in legem fectæ libertatis, & permānserit in
perfectā 1. ea, non auditor obliuiosus factus,
sed factor operis: hic beatus in fa-
cto suo erit. † Si quis autem putat
se religiosum esse, non refrenans
linguā suam, sed seducens cor su-
um: huius vana est religio. † Re-
ligio munda & immaculata apud
Deum & Patrem, hæc est, Visitare
pupillos & viduas in tribulatione
eorum, & immaculatum se custo-
dire ab hoc seculo.

CAP. II.

† FRatres mei, ‖ nolite in perso-
A narū acceptione habere fidem
Le.19.c.15. Domini nostri Iesu Christi glo-
riæ. † Etenim si introierit in con-
Deu.1.c.16 uentum vestrū vir aureum annu-
17. 16.d.19. lū habens in veste candida, intro-
ierit autē & pauper in sordido ha Prou.24.c.
bitu, † & intēdatis in eum qui in- 23.
dutus est veste præclara, & dixe- Ecc.42.a.1
ritis ei, Tu sede hic benè: paupe-
ri autem dicatis, Tu sta illic, aut
sede sub scabello pedū meorum:
† nónne iudicatis apud vosmetip-
sos, & facti estis iudices cogitatio-
num iniquarum? † Audite fratres
mei dilectissimi, nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromisit Deus diligentibus se?
† Vos autem exhonorastis paupe-
B rem. Nónne diuites per potētiam opprimunt vos: & ipsi trahunt
vos ad iudicia? † Nónne ipsi bla-
sphemant bonū nomen quod in-
uocatum est super vos? † Si tamen
legem perficitis regalē secundum
'scripturas', Diliges proximū tu- * scripturā
um sicut teipsum, benè facitis: † si
autem personas accipitis, peccā-
tum operamini, redarguti à lege
quasi transgressores. † ‖ Quicunq; Le.19.d.18
aūt totam legē seruauerit, offen- Mt.22.d.39
dat autē in vno: factus est omniū Mt.12.c.31.
reus. † Qui enim dixit, Non mœ- Ro.13.c.9.
chaberis, dixit &, Non occides. Gal.5.b.13.
Quod si nō mœchaberis, occides Le.19.c.15.
autem, factus es transgressor le- g.37.
gis. † Sic loquimini, & sic facite si- De.1.d.18.
cut per legem libertatis incipien Mt.5.c.18.
tes iudicari. † Iudicium enim sine
C misericordia illi qui nō fecit mi-
sericordiā. Superexaltat autē mi-
sericordia iudiciū. † Quid prode-
rit fratres mei, si fidem quis dicat
se habere: opera autē nō habeat?
Nunquid poterit fides saluare eū?
† Si autem frater aut soror ‖ nudi 1.Ioha.3.c.
sint, & indigeant victu quotidia- 17.
no. † dicat autem aliquis ex vobis,
illis: Ite in pace, calefacimini &
saturamini, nō dederitis autē eis
quæ necessaria sunt corpori: quid
proderit? † Sic & fides, si non ha
beat opera, mortua est in semet-
ipsa. † Sed dicit quis: Tu fidem
habes, & ego opera habeo. osten-
de mihi fidem tuam sine operi-
bus:

bus: & ego ostendam tibi ex ope-
19 ribus fidem meam. ¶ Tu credis
D quoniam vnus est Deus. Bene fa-
cis, & dæmones credunt, & con-
20 tremiscunt. ¶ Vis autem scire ô
homo inanis, quoniam fides sine
21 operibus 'otiosa' est? ¶ Abraham
'mortua 5. pater noster nonne ex operibus
Ge.22.b.9. iustificatus est, ‖ offerens Isaac fi-
22 lium suum super altare? ¶ Vides
quoniam fides cooperabatur o-
peribus illius, & ex operibus fi-
23 des consummata est? ¶ Et suppleta
Ge.15. b.6. est scriptura, dicens, ‖ Credidit
Ro.4. a. 3. Abraham Deo, & reputatum est
Gal.3. a.6. illi ad iustitiam, & amicus Dei
24 appellatus est. ¶ Videtis quoniam
ex operibus iustificatur homo, &
25 non ex fide tantùm? ¶ Similiter
Ios.2.a.1.a. autem & ‖ Rahab meretrix, nón-
4.6.d.25. ne ex operibus iustificata est susci
He.11.f.31. piens nuntios, & alia via eijciens?
26 ¶ Sicut enim corpus sine spiritu
mortuum est: ita & fides sine ope-
ribus mortua est.

CAP. III.

1 NOlite ‖ plures magistri fieri
A fratres mei, sciētes quoniam
2 maius iudicium sumitis. ¶ In mul-
Mt.23. a.8. tis enim offendimus omnes. Si
quis in verbo non offendit, hic
'potens 1. perfectus est vir: 'potest etiā fræ-
no circumducere totum corpus.
3 ¶ Si autem equis frena in ora mit-
timus ad consentiendum nobis,
etiam omne corpus illorum cir-
4 cumferimus. ¶ Et ecce, naues cùm
magnæ sint, & à ventis validis mi
'tamen 4. nentur: circumferuntur '-autem'
-. 3. à modico gubernaculo vbi impe-
5 tus dirigētis voluerit. ¶ Ita & lin-
gua modicū quidem membrum
est, & magna exaltat. Ecce quan-
tus ignis quàm magnam syluam
6 incendit. ¶ Et lingua ignis est, v-
B niuersitas iniquitatis. Lingua cō-
stituitur in membris nostris, quæ
maculat totum corpus, & inflam-
mat totam natiuitatis nostræ in-
7 flammata à gehenna. ¶ Omnis e-
nim natura bestiarum & volu-
crum & serpentium & cætero-
rum domantur, & domita sunt à
8 natura humana. ¶ linguam autem
nullus hominum domare potest,
inquietum malum, plena veneno
9 mortifero. ¶ In ipsa benedicimus
Deum & patrem, & in ipsa male-
dicimus homines qui ad similitu-
10 dinem Dei facti sunt. ¶ Ex ipso
C ore procedit benedictio & male-
dictio. Non oportet fratres mei
11 hæc ita fieri. ¶ Nunquid fons de
eodē foramine emanat dulcem,
12 & amaram aquam? ¶ Nunquid po
test fratres mei, ficus vuas facere,
aut vitis, ficus? Sic neque 'salsa', 'salsam 1.
13 dulcem potest facere aquā. ¶ Quis
sapiens & disciplinatus intervos?
Ostendat ex bona conuersatione
operationem suam in mansuetu-
14 dine sapientiæ. ¶ Quòd si zelum
D amarum habetis, & contentiones
-sint' in cordibus vestris: nolite -. 7.
gloriari & mendaces esse aduer-
15 sus veritatem. ¶ non est enim ista
sapientia desursum descendens,
sed terrena, animalis, diabolica.
16 ¶ Vbi enim zelus & contentio, ibi
inconstantia, & omne opus pra-
17 uum. ¶ Quæ autem desursum est
sapiētia, primùm quidem pudica
est, deinde pacifica, modesta, sua-
dibilis, -bonis consentiens' ple- -. 4.
na misericordia & fructibus bo-
nis, non iudicans, sine simulatio-
18 ne. ¶ Fructus autem iustitiæ, in pa-
ce seminatur, facientibus pacem.

CAP. IIII.

1 VNde bella & lites in vobis?
A Nonne hinc? ex concupiscen-
tijs vestris quæ militant in mem-
2 bris vestris? ¶ Concupiscitis, &
nō habetis. occiditis & zelatis, &
non potestis adipisci. litigatis &
belligeratis: & non habetis, pro-
3 pter quod non postulatis. ¶ Peti-
tis, & non accipitis: eò quòd ma-
lè petatis, vt in concupiscentijs
vestris

4 vestris insumatis. † ‖ Adulteri *,
Gen 6.a.5. nescitis quia ‖ amicitia huius mun-
8.d.21. di, inimica est Dei? ‖ Quicunque
1 Ioh. 2.c. ergo voluerit amicus esse seculi
15. B huius, inimicus Dei constituitur.
5 † An putatis quia inaniter scriptu-
*& adulte- ra dicat: Ad inuidiam concupiscit
rx 1. 6 spiritus qui habitat in 'vobis'? † Ma
Ioh.15.c.19 iorem autem dat gratiam. Pro-
'nobis 1. pter quod dicit, ‖ Deus superbis
1.Pet.5.b.5 resistit, ‖ humilibus autē dat gra-
7 tiam. † Subditi ergo estote Deo,
Iro.3.d.34 ‖ resistite autem diabolo, & fugiet
8 a vobis. † Appropinquate Deo, &
C appropinquabit vobis. Emunda-
Ephes.4.f. te manus, peccatores: & purifica-
27. 9 te corda, duplices animo. † Miseri
1.Pet.5.c.9 estote, & lugete, & plorate: risus
vester in luctum conuertatur, &
10 gaudium in mœrorem. † ‖ Humi-
1.Pet.5.b.6 liamini in conspectu Domini: &
11 exaltabit vos. † Nolite detrahere
-. 6. alterutrum fratres mei. Qui de-
trahit fratri, aut qui iudicat fra-
trem suum, detrahit legi, & iudi-
cat legem. Si autem iudicas le-
gem, nō es factor legis, sed iudex.
12 † Vnus est legislator, & iu-
-. 1. dex qui potest perdere & libera-
13 re. † ‖ Tu autem quis es qui iudi-
Ro.14.a.4. cas proximum? Ecce nunc qui di-
citis, Hodie aut crastino ibimus
in illam ciuitatem, & faciem' ibi
D quidem annum, & mercabimur,
14 & lucrum faciemus, † (qui igno-
ratis quid erit in crastino. Quæ
*enim 1. est enim vita vestra? Vapor est *
ad modicum parens, & deinceps
15 exterminabitur) † pro eo vt di-
catis: Si Dominus voluerit: &,
Si vixerimus, faciemus hoc aut
16 illud. † Nunc autem exultatis in
superbijs vestris. Omnis exulta-
17 tio talis, maligna est. † Scienti igi-
tur bonum facere, & non
facienti, peccatum
est illi.

CAP. V.

1 AGite nunc diuites, plorate v-
A lulātes in miserijs vestris quæ
2 aduenient vobis. † Diuitiæ vestrę
putrefactæ sunt, & vestimēta ve-
3 stra à tineis comesta sunt. † Aurum
& argentum vestrum æruginauit:
& ærugo eorum in testimonium
vobis erit, & manducabit carnes
vestras sicut ignis. Thesaurizastis
-. 7. 'vobis iram' in nouissimis die-
4 bus. † Ecce merces operariorum
qui messuerunt regiones vestras,
quæ fraudata est a vobis, clamat,
& clamor eorum in aures Domini
5 sabbaoth introiuit. † Epulati estis
B super terram, & in luxurijs enu-
tristis corda vestra in die occisio-
6 nis. † 'Adduxistis' & occidistis iu- *addixistis
7 stum, & non 'restitit' vobis. † Pa- -.
tientes igitur estote fratres, vsq; *resistit 4.
ad aduentum Domini. Ecce, agri-
cola expectat pretiosum fructum
terræ: patienter ferens donec ac-
cipiat temporaneū & serotinum.
8 † Patientes estote & vos, & con-
firmate corda vestra: quoniam ad
uentus Domini 'appropinqua- *appropia
9 bit'. † Nolite ingemiscere fratres quauit 5.
in alterutrum: vt non iudicemi-
C ni. Ecce, iudex ante ianuam assi-
10 stit. † Exemplum accipite fratres
*laboris & patientiæ, Prophetas: *exitus ma
qui locuti sunt in nomine Domi- li & longa
11 ni. † Ecce beatificamus eos qui su- nimitatis,
stinuerunt. Sufferentiam Iob au- &
distis, & finem Domini vidistis,
quoniam misericors Dominus est
12 & miserator. † Ante omnia autem Mat.5.f.34.
fratres mei, ‖ nolite iurare, neq;
per cælum, neq; per terram, neq;
aliud quodcunque iuramentum.
Sit autē sermo vester, est, est, non,
non: vt non sub iudicio decida-
13 tis. † Tristatur *aliquis vestrūm? *autem
oret. Æquo animo est? psallat.
14 † Infirmatur quis in vobis? induc-
cat presbyteros ecclesiæ, & orent
super eum, ‖ vngentes eum oleo Mat.6.b.13
15 in nomine Domini. † & oratio fi-
dei

D dei saluabit infirmum, & alleua-
bit eum Dominus: & si in pecca-
16 tis sit, remittentur ei. † Confite-
mini ergo alterutrum, peccata ve
stra: & orate pro inuicem vt sal-
uemini, multum enim valet de-
17 precatio iusti assidua. † Elias, ho-
3.Re.17.a. 1. mo erat similis nobis passibilis:
& oratione orauit vt non plue-
Lu.4.d.25. ret super terram, & non pluit
18 annos tres & menses sex. † Et rur- 3.Reg.18.
sum orauit: & cælum dedit plu- g.41.g.45.
uiam, & terra dedit fructum su-
19 um. † Fratres mei, si quis ex vobis
errauerit à verita, & cõuerterit
20 quis eũ: † scire debet quoniã qui
conuerti fecerit peccatorẽ ab er-
rore viæ suæ, saluabit animam
eius à morte, & ᵃoperit' multi- ᵃoperiet 3.
tudinem peccatorum.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAP. I.

1 A PETRVS Apostolus
Iesu Christi, electis ad
uenis dispersionis Põ-
ti, Galatiæ, Cappado-
ciæ, Asiæ, & Bithyniæ,
2 † secundum præscientiã Dei pa-
tris, in sanctificationem Spiritus,
in obedientiam & aspersionem
sanguinis Iesu Christi: Gratia vo-
3 bis & pax multiplicetur. † Bene- 1.Co.1.a.1.
dictus Deus & pater Domini no- Eph.1.a.3.
stri Iesu Christi, qui secundũ mi-
sericordiam suam magnam rege-
nerauit nos in spem viuam, per



resurrectionem Iesu Christi ex
4 mortuis, † in hæreditatem incor-
ruptibilem, & incontaminatam,
& immarcessibilem, conseruatã
5 in cælis in vobis, † qui in virtu-
te Dei custodimini per fidẽ in sa-
lutem, paratam reuelari in tem-
6 pore nouissimo. † in quo ᵃexulta- ᵃexultati 6.
bitis', modicum nunc si oportet
contristari in varijs tentationi-
n bus:

7 bus: † vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriã & honorem in
8 'reuelatione' Iesu Christi: †quem 'reuelatio nem cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoq; non videntes
-.1. -creditis': credẽtes aũt exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, †reportantes finẽ fidei vestræ,
10 salutem animarum * † De qua sa- 'vestrarũ. lute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in
11 vobis gratia prophetauerũt, †scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores
12 glorias: †quibus reuelatũ est quia non sibimetipsis, vobis aũt ministrabãt ea quæ nunc nũtiata sunt vobis p eos qui euangelizauerũt
C vobis, Spiritu sancto misso de cę- 'quæ lo in 'quem' desyderant angeli
13 prospicere. † Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, so- 'perfecti brij, 'perfectè' sperate in eã quæ 'reuelatio offertur vobis gratiam, in 'reue- nem (14 latione' Iesu Christi, †quasi filij obedientiæ, nõ configurati prioribus ignorantiæ vestræ desyde-
15 rijs: † sed secundum eum qui vo- *vt cauit vos, Sanctum* & ipsi in om-
16 ni cõuersatione sancti sitis: †quo- Le.11.g.44 niam scriptum est: ‖ Sancti eri- 19.a.2.20. tis, quoniam ego sanctus sum. b.7. (17 † Et si Patrem inuocatis eum ‖qui De.10.d.17 sine acceptione personarum iu- Ro.2.b.11. dicat secundum vniusciuiusque Gal.2.b.6. opus: in timore incolatus vestri
18 tempore conuersamini, †‖ Scien- 1.Cor.6.d. tes quòd non corruptibilibus au- 20.7.d.23. ro vel argento redempti estis Acto.20.f. de vana vestra conuersatione 38. (19 paternæ traditionis: † ‖ sed pre-
D tioso sanguine quasi agni imma- He.9.c.12. culati Christi & incontaminati, d.14. (20 † præcogniti quidem ante mũdi 1.10.1.c.7. constitutionem, manifestati au- Apo.1.b.5. tem nouissimis temporibus pro-
21 pter vos, † qui per ipsum fideles estis in Deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in Deo.
22 † Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici ex corde inuicem diligite attentius: † renati
23 non ex semine corruptibili? sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum.
24 † ‖ quia omnis caro vt fœnum: & Isa.40.b.6 omnis gloria eius tanquam flos Ec.14.c.18 fœni. exaruit fœnum: & flos eius Iac.1.b.10.
25 decidit. † Verbum autem Domini manet in æternum. hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vobis.

CAP. II.

1 ‖ Deponentes igitur omnem Ro.6.a.4. A malitiam, & omnem dolum, Ep.4.c.22. & simulationes, & inuidias, & Col.3.b.8.
2 omnes detractiones, † sicut mo- He.12.a.3. do geniti infãtes, 'rationabiles', 'rationasine dolo lac concupiscite: vt in bile 4.
3 eo crescatis in salutem. † si ta- -.3. men' gustastis quoniam dulcis est
4 Dominus. † Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum:
5 † & ipsi tanquam lapides viui superædificamini, 'domus spirituales' sacerdotium sanctũ, offerre spiritua- spirituales hostias, acceptabiles lis 3.
6 Deo p Iesum Christum. † Propter quod continet scriptura, ‖ Ecce If.28.d.16. pono in Sion lapidẽ summũ an- Ro.9.g.33. gularẽ electũ, pretiosum. & qui crediderit in eũ, nõ cõfundetur.
7 † Vobis igitur honor credentibus. non credentibus aũt, ‖ lapis quẽ Ps.117.c.22 B reprobauerunt ædificantes, hic fa Mt.21.d.42 8 ctus est in caput anguli: † & lapis Act.4.b.11. offensionis, & petra scandali, his Isa.8.c.14. qui offendunt verbo, nec credũt
9 in 'quo' & positi sunt. † ‖ Vos aũt Ex.19.a.6. genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit 'quod

in

10 in admirabile lumē suum. † ‖ Qui
Ose.2.d.23 aliquando non populus: nunc
1.o.9.f.25. autem populus Dei. qui non cō-
secuti misericordiam: nunc autē
11 misericordiam consecuti. † ‖ Cha-
C rissimi obsecro vos tanquam ad
Ro.13.d.14 uenas & peregrinos, abstinere
Gal.5.c.16 vos à carnalibus desyderijs quæ
d.19. (12 militant aduersus animam. † con-
2. uersationem vestram inter Gen-
Inf.3.c.16. tes habentes bonā, vt in eo quod
detrectant de vobis tanquam de
malefactoribus, ex bonis operi-
bus vos consyderantes, glorificēt
13 Deum in die visitationis. † ‖ Sub-
Ro.13.a.1. iecti igitur estote omni humanæ
creaturæ propter Deum: siue re-
14 gi, quasi præcellenti: † siue ducib'
tanquam ab eo missis ad vindi-
ctam malefactorum, laudem ve-
15 rò bonorum: † quia sic est volun-
tas Dei, vt benefacientes obmu-
tescere faciatis imprudentiū ho-
16 minum ignorantiam: † quasi libe-
ri, & non quasi velamen haben-
tes malitiæ libertatem, sed sicut
17 serui Dei. † Omnes honorate.
Ro.12.e.20 ‖ Fraternitatem diligite. Deum ti
18 mete. Regem honorificate. † ‖ Ser-
Eph. 6.a.5. ui, subditi estote in omni timore
D dominis, non tantùm bonis &
19 modestis, sed etiā dyscolis. † Hæc
Col.3.d.22 est enim gratia, si propter Dei cō-
Tit. 2.c.9. scientiam sustinet quis tristitias,
2. Cor. (20 patiens iniustè. † Quæ enim est
7.c.19. 'gloria': si peccantes, & colaphi-
'gratia zati suffertis: Sed si benefacien-
'patientes tes 'patienter' sustinetis: hæc est
1. (21 gratia apud Deum. † In hoc enim
vocati estis: quia & Christus pas-
'vobis, vo- sus est pro 'nobis, vobis' relinquēs
bis exemplum vt sequamini vesti-
22 gia eius. † ‖ qui peccatum non fe-
'nobis, no cit, nec inuentus est dolus in ore
bis 3. (23 eius. † qui cùm malediceretur:
Isa.53.c.9. nō maledicebat: cùm pateretur,
1.Io.3.a.5. non comminabatur: tradebat au-
24 tem iudicanti se iniustè. † ‖ qui
Isa.53.a.4. peccata nostra ipse pertulit in
b.5. corpore suo super lignum: vt
peccatis mortui, iustitiæ viua-
25 mus, cuius liuore sanati estis. † E-
ratis enim sicut oues errantes: sed
conuersi estis nunc ad pastorem
& episcopum animarū vestrarū.

CAP. III.

1 SImiliter & ‖ mulieres subditæ Eph.5.c.25
A sint viris suis: vt siqui non cre- Co.3.d.18.
dunt verbo, per mulierum con-
uersationem sine verbo lucrifi-
2 ant, † consyderantes in timore
'castam 'conuersationē vestram. 'sanctam
3 † ‖ Quarum non sit extrinsecus 1.Ti.2.c.9.
capillatura, aut circundatio auri,
aut indumenti vestimentorum
4 cultus: † sed qui absconditus est
cordis homo, in incorruptibili-
tate quieti & modesti spiritus,
'qui est in conspectu Dei locu- 'quod est
5 ples. † Sic enim aliquando & san- 13.
ctæ mulieres sperantes in Deo,
ornabant se, subiectæ proprijs vi-
6 ris. † ‖ Sicut Sara obediebat Abra- Ge.18.b.12
B hæ, Dominū eum vocans: cuius e-
stis filiæ, benefacientes, & non
pertinentes vllam perturbatio-
7 nem. † ‖ Viri similiter, cohabitan- 1.Co.7.a.3.
tes secundum scientiam, quasi in
firmiori vasculo muliebri impar
tientes honorem, tanquam & eo-
hæredibus gratiæ vitæ: vt non im
8 pediantur orationes vestræ. † 'In 'in fine 3.
fide 'autem: omnes vnanimes,
compatientes, fraternitatis ama-
tores, misericordes, modesti, hu-
9 miles: † ‖ non reddentes malum Pro.17.c.13
pro malo, nec maledictum pro 20.d.22.
maledicto: sed econtrario, bene- Mat.5.f.37
dicentes: quia in hoc vocati estis, Ro.12.d.19
vt benedictionē hæreditate pos- 1.Thes.5.a.
10 sideatis. † ‖ Qui enim vult vitam 15.
diligere, & dies videre bonos: Psa.33.b.13
Coerceat linguam suam à malo, Psal.35.c.13
& labia eius ne loquantur dolū. 36.a.8.
11 † ‖ Declinet 'à malo, & faciat bo- Isa.1.d.16.
num: inquirat pacem, & sequa- 'autem
12 tur eam: † Quia oculi Domini su-
C per iustos, & aures eius in preces
eorū: Vultus aūt Domini super fa
13 cientes mala. † Et quis est qui vo-
bis noceat, si boni æmulatores

14 fueritis? † ‖ Sed & si quid patimi-
Mt.5.a.10. ni propter iustitiam: beati. Timo
rem autem eorum ne timueritis,
15 ‘&’ non conturbemini: † Dominũ
*vt autem Christum sanctificate in
cordibus vestris, parati semper
ad satisfactionem omni poscenti
vos rationem de ea, quæ in vobis
16 est, spe* † ‖ sed cum modestia & ti-
*& fide more, conscientiam habentes
Sup.2.c.12 bonam: vt in eo quod detrahunt
vobis, confundantur qui calum-
niantur vestram bonam in Chri-
17 sto conuersationem. † Melius est
D enim vt bene facientes (si volun-
tas Dei velit) pati, quàm malà fa-
18 cientes. † ‖ quia & Christus se-
Rom.5.a.6 mel pro peccatis nostris ‘mortu-
He.9.d.14 us est, iustus pro iniustis: vt nos
g.28. -5. offerret Deo, ‘mortificatos qui-
dem carne, viuificatos’ autem
19 spiritu. † In quo & his qui in car-
*mortifica cere erant ‘spiritu’ veniens præ-
tus (20 dicauit: † qui increduli fuerant
quidẽ car- aliquando, ‖ quando expectabãt
ne, viuifi- Dei patientiam in diebus Noë,
catus 4. cùm fabricaretur arca: in qua pau
‘spiritibus ci, id est, octo animæ saluæ factæ
3. (21 sunt per aquam. † Quod & ‘vos’
Ge.6.c.14. nunc similis formæ saluos facit
Mat.24.d. baptisma: non carnis depositio
37. sordium, sed conscientiæ bonæ
Lu.17.f.26. interrogatio in Deum per resur-
*nos 3. (22 rectionem Iesu Christi, † qui est
in dextera Dei, deglutiens mor-
tem, vt vitæ æternæ hæredes effi-
ceremur: profectus in cęlum, sub-
iectis sibi angelis & potestatib’
& virtutibus.

CAP. IIII.

1 CHristo igitur passo in carne,
A & vos eadem cogitatione ar-
mamini. quia qui passus est in
2 carne, desijt à peccatis: † vt iam
non desyderijs hominum, sed vo-
luntatis Dei quod reliquum est
3 in carne viuat temporis. † ‖ Suffi-
Ep.4.c.25. cit enim præteritum tempus ad
voluntatem Gentium consum-
mandam, his qui ambulauerunt
in luxurijs, desyderijs, vinolẽtijs
comessationibus, potationibus,
4 & illicitis idolorum cultibus. † ‘in
quo’ ‘admirantur’ non concurrẽ-
tibus vobis in eandem luxuriæ
5 confusionem, blasphemãtes. † qui
B reddent rationem ei, qui paratus
est iudicare viuos & mortuos.
6 † Propter hoc enim & mortuis
euangelizatum est: vt iudicentur
quidem secundum homines in
carne, viuant autem secundum
7 Deum in ‘Spiritu. † Omnium aũt
finis ‘appropinquabit’. Estote ita-
que prudentes: & vigilate in ora-
8 tionibus. † Ante omnia autem,
mutuam in ‘vobismetipsis’ chari-
tatem continuam habentes: quia
‖ charitas operit multitudinem
9 peccatorum. † ‖ Hospitales inui-
10 cem sine murmuratione. † ‖ Vnus-
C quisque sicut accepit gratiam, in
alterutrum illam administrãtes:
‖ sicut boni dispensatores multi-
11 formis gratiæ Dei. † Si quis loqui
tur: quasi sermones Dei. si quis
ministrat: tanquam ex virtute,
quam administrat Deus. vt in om
nibus honorificetur Deus per Ie-
sum Christum: cui est gloria &
imperium in secula seculorum,
12 Amen. † Charissimi, nolite pere-
grinari in feruore qui ad tenta-
tionem vobis sit, quasi noui ali-
13 quid vobis contingat: † sed com-
municantes Christi passionibus,
gaudete, vt & in reuelatione glo-
14 riæ eius gaudeatis exultantes. † Si
D exprobamini in nomine Christi,
beati eritis: quoniam quod est ho
noris, gloriæ, & virtutis Dei, &
qui est eius Spiritus: super vos
15 requiescet. † Nemo autem vestrũ
patiatur vt homicida, aut fur, aut
maledicus, aut alienorum appe-
16 titor. † Si autem vt Christianus:
17 non erubescat, † glorificet autem
18 Deum in isto nomine. † quoniam
tempus est vt incipiat iudicium
à domo Dei. Si autem primùm
à nobis: quis finis eorum qui
non

*in quibus nunc obstupescũt 13.
*peregrinantur 3.
-.1.
‘appropinquauit 8.
*vosmetipsos 3.
Pr.10.b.12
Ro.12.c.13.
Heb.13.a.2
Ph.2.b.14.
Ro.12.b.6.
1.Co.4.a.2
*gloria Dei Spiritus in vobis requiescit 1.
*gloriæ & Dei Spiritus in vobis requiescit 3.

18 non credunt Dei Euangelio? ‡ Et
Pr.11.d.31. si iustus * vix 'saluabitur' impius
19 & peccator vbi parebunt? ‡ Itaque
'quidem saluatur & hi qui patiuntur secundum vo-
1 luntatē Dei: fideli creatori cōmen-
dent animas suas in bene factis.

CAP. V.

1 SEniores ergo qui in vobis sunt
A obsecro, cōsenior & testis Chri-
P.1. sti passionum, qui & eius quæ in
2 futuro reuelanda est gloriæ com-
municator: ‡ pascite qui in vobis
est gregem Dei, prouidentes non
coactè, sed spontanee secundum
Deum: neq; turpis lucri gratia,
3 sed voluntariè: ‡ neque vt domi-
'forma fa- nantes in cleris, sed * formæ facti
sti gregis. gregi ex animo. ‡ Et cùm apparue-
4 rit princeps pastorum, percipie-
B tis immarcessibilem gloriæ coro-
5 nam. ‡ Similiter adolescentes sub-
Ro.12.c.10 diti estote senioribus. ‖ Omnes au-
Iac.4.b.6. tem inuicem humilitatem insi-
Iac.4.c.10. nuate, quia Deus superbis resistit:
Pſ.54.d.23 humilibus autem dat gratiam.
6 ‡ ‖ Humiliamini igitur sub poten-
C ti manu Dei, vt vos exaltet in tem Mt.6.c.25.
7 pore visitationis: ‡ ‖ omnem soli- d.28.
citudinem vestram proijcientes Lu.12.c.22.
in eum, quoniam ipsi cura est de
8 vobis. ‡ Sobrij estote & vigilate:
quia aduersarius vester diabolus
tanquam leo rugiens circuit: quę-
9 rens quem deuoret. ‡ Cui resistite
fortes in fide: scientes eandem
passionem ei quæ in mundo est,
10 vestræ fraternitati fieri. ‡ Deus au-
D tē omnis gratiæ, qui vocauit nos
in æternam suā gloriam in Chri-
sto Iesu, modicum passos ipse per-
ficiet, confirmabit, solidabitque.
11 ‡ Ipsi gloria, & imperium in secu-
12 la seculorum, Amen. ‡ Per Syluā-
num fidelem fratrem vobis, vt
arbitror, breuiter scripsi: obsecrās
& contestans hanc esse veram gra-
13 tiam Dei, in qua statis. ‡ Salutat
vos ecclesia, quę est in Babylone,
'coelecta' & Marcus filius meus. 'collecta
14 ‡ Salutate inuicem in osculo san-
cto: Gratia vobis omnibus qui
estis in Christo Iesu,
Amen.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI SECVNDA.

CAP. I.

1 SIMON 'Petrus, seruus &
A Apostol' Iesu Christi, ijs qui
'Simeon 1. coæqualem nobiscum sortiti
sunt fidē in iustitia Dei nostri &
2 saluatoris Iesu Christi: ‡ Gratia
vobis & pax adimpleatur in cog-
P.10. nitione Dei' & Christi Iesu Dñi
3 nostri: ‡ quomodo omnia nobis
diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam
'donata & pietatem, * donata sunt' per
est 7. cognitionē eius qui vocauit nos
4 propria gloria & virtute, ‡ per
'quæ 7. 'quem' maxima & pretiosa no-
'quam 8. bis promissa donauit: vt per hæc
efficiamini diuinæ consortes na-
turæ, fugientes eius quæ in mun-
do est, concupiscentiæ corruptio-
5 nem. ‡ Vos autem curam omnem
B subinferentes, ministrate in fide
vestra virtutem, in virtute autem
6 scientiam, ‡ in scientia autem ab-
stinentiam, in abstinentia autem
patientiam, in patientia autem
7 pietatem, ‡ in pietate autem amo
rem fraternitatis, in amore au-
8 tem fraternitatis charitatē. ‡ Hęc
enim 'si vobiscum assint', & su- 'vobis eā
perent: non vacuos, nec sine fru- adsint 5.
ctu vos constituent in Domini
nostri Iesu Christi cognitione.

9 †Cui enim non præsto sunt hæc:
cæcus est, & manu tentans obli-
uionem accipiens purgationis
veterum suorum delictorum.
10 † Quapropter fratres magis sata-
gite vt per bona opera certam ve
stram vocationem & electionem
faciatis: hæc enim facientes, non
11 peccabitis aliquando. †Sic enim
abundanter ministrabitur vobis
introitus in æternum regnum
Domini nostri & saluatoris Iesu
12 Christi. † Propter quod incipiam
vos semper commonere de his, &
C quidem scientes & confirmatos
13 vos in præsenti veritate. †Iustum
autem arbitror quandiu sum in
hoc tabernaculo, suscitare vos
14 in commonitione: † certus quòd
velox est depositio tabernaculi
mei secundum quod & Dominus
Io.21.d.19. noster Iesus Christus ‖ significa-
15 uit mihi. †Dabo autem operam &
frequenter habere vos post obi-
tum meum, vt horum memori-
16 am faciatis. † ‖ Non enim *indo-
*doctas 2. ctas' fabulas secuti, notam feci-
1.Co.1.c.17 mus vobis Domini nostri Iesu
2.a.1.a.4.c. Christi virtutem, & *præscienti-
13.4.d.40. am: sed speculatores facti illius
17 magnitudinis. †Accipiens enim à
D Deo patre honorem & gloriam,
*præsenti- voce delapsa ad eum huiuscemo-
am 5. di à magnifica gloria, ‖Hic est fili-
Mt.17.a.51. us meus dilectus, in quo mihi cō-
18 placui, ipsum audite. †Et hanc vo-
cem nos audiuimus de cælo alla-
tam, cùm essemus cū ipso in mō-
19 te sancto. † Et habemus firmio-
rem propheticum sermonem: cui
bene facitis attendentes quasi lu
cernæ' lucenti in caliginoso lo-
co, donec dies elucescat, & luci-
cifer oriatur in cordibus vestris,
20 † ‖hoc primùm intelligētes quòd
1.Ti.3.d.16 omnis prophetia scripturæ pro-
21 pria interpretatione non fit. †Nō
enim voluntate humana allata
est aliquādo prophetia: sed Spiri-
tu sancto inspirati, locuti sunt
sancti Dei homines.

CAP. II.

1 FVerunt verò & pseudoprophe
A tæ in populo, sicut & in vobis
erunt magistri mendaces qui in-
troducent sectas perditionis, &
eum qui emit eos, Dominum ne-
gant superducentes sibi celerem
2 perditionem. † Et multi sequen-
tur eorum luxurias, per quos via
3 veritatis blasphemabitur: † & in
auaritia fictis verbis de vobis ne-
gotiabuntur, quibus iudiciū iam
olim non cessat: & perditio eo- Ioh.4.d.18.
4 rum non dormitat. † ‖Si enim De- Iudæ 2.6.
us angelis peccantibus non pe-
percit: sed rudentibus inferni de-
tractos in tartarum tradidit cruci
5 andos, in iudicium reseruari. † Et
originali mundo non pepercit, Gen.7.a.1.
‖sed octauum Noë iustitiæ præ-
conem custodiuit, diluuium mun Ge.19.c.24
6 do impiorum inducens. † ‖ Et ci-
uitates Sodomorum & Gomor-
rhæorum in cinerem redigens,
euersione damnauit: exemplū eo
rum qui impiè acturi sunt ponēs:
7 † & iustum Lot oppressum à ne- ..1.
B fandorum - iniuria ac' luxuriosa
8 conuersatione eripuit. † aspectu
enim & auditu iustus erat, ha-
bitans apud eos qui de die in di-
em animam iustam iniquis ope- *Deus
9 ribus cruciabant. †Nouit *Domi-
nus' pios de tentatione eripere,
iniquos verò in diem iudicij re-
10 seruare cruciandos: † magis au-
tem eos qui post carnem in con-
cupiscentia immunditiæ ambu-
lant, dominationemq; contem-
nunt, audaces, sibi placentes: se-
ctas non metuunt - introducere' ..6.
11 blasphemantes. †Vbi angeli, forti
tudine & virtute cùm sint maio-
res, non portēt aduersum se* exe- *à Domino
12 crabile iudicium. † Hi verò velut 1.
C irrationabilia pecora, naturaliter
in captionem & in perniciem, in
his quæ ignorant blasphemantes
in corruptione sua peribunt,
13 † percipientes mercedem iniu-
stitiæ,

stitiæ, voluptatum existimantes
'coinqui- diei delitias 'coinquinationis' &
nationes 1 maculæ, delitijs affluentes, in cõ-
uiuijs suis luxuriantes vobiscum,
14 †oculos habentes plenos adulte-
rij & incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exer
citatum auaritiæ habentes, ma-
15 ledictionis filij, † derelinquentes
Nu.22.d.23 rectam viam errauerunt ‖ secuti
Iudæ b.11. viam Balaam ex Bosor, qui mer-
16 cede iniquitatis amauit. † correptionem verò habuit suæ vesa-
-.4. niæ, subiugale mutum - animal',
hominis voce loquens, prohibu-
17 it Prophetæ insipientiam. †‖ Hi
D sunt fontes sine aqua, & nebulæ
Iudæ c. 12. turbinibus exagitatæ, quibus ca-
18 ligo tenebrarũ reseruatur. † 'Su-
'superbia perba' enim vanitatis loquentes
pelliciunt in desyderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur.
19 †libertatem illis promittentes,
cùm ipsi serui sint corruptionis.
Io.8.d.24. ‖à quo enim quis superatus est,
20 huius & seruus est. † ‖ Si enim
Ro.6.d.20. refugiẽtes coinquinationes mun
Heb.6.2.4. di in cognitione Domini no-
Io.7.26. stri & saluatoris Iesu Christi,
Mt.12.d.45 his rursus implicati superantur,
facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. † Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.
22 †Contigit enim eis illud veri pro
Pr.26.b.11. uerbij: ‖ Canis reuersus ad suum vomitum: &, Sus lota in volutabro luti.

CAP. III.

1 A HAnc ecce vobis charissimi se-
cundam scribo epistolam, in
quibus vestram excito in commo
2 nitione, syncerã mentem, †vt me-
mores sitis eorum quæ prædixi
verborum à sanctis prophetis, &
Apostolorum vestrorum, præce-
3 ptorum Dñi & Saluatoris. †‖ hoc
primum scientes, quòd venient 1.Ti.4.a.1.
in nouissimis diebus in deceptio- 2.Ti.3.a.1.
ne illusores, iuxta proprias con- Iudæ d.18.
4 cupiscentias ambulantes, † dicen- Ez.12.g.27
tes: ‖ Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant
5 ab initio creaturæ. † Latet enim
B eos hoc volentes quòd cæli erant
priùs, & terra, de aqua, & per a-
6 quam consistens Dei verbo: † per
quæ ille tunc mundus aqua inun-
7 datus perijt. † Cæli autem qui nũc
sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij & perditionis impiorum ho
8 minum. † Vnum vero hoc non
lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies v-
9 nus. † Non tardat Dominus 'pro- 'promissi 4
missionem suam', sicut quidam promissæ
C existimant: sed patienter agit 9.
propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam
10 reuerti. †‖ Adueniet autem dies 1.The.5.a.
Domini vt fur: in quo cœli magno 2.
impetu transient, elementa ve- Apo.3.a.3.
rò calore soluentur, terra autem 16.c.15.
& quæ in ipsa sunt opera, exu-
11 rentur. † Cùm igitur hæc omnia
dissoluenda sint, quales oportet
vos esse in sanctis conuersationi-
12 bus & pietatibus, † expectantes
& properantes in aduentum diei
'Domini', per quem cæli arden- 'Dei 1.
tes soluentur, & elementa ignis
13 ardore tabescẽt: †‖ Nouos vero cæ Ap.21.2.1.
los & nouam terram 'secundum '& promis
promissa' ipsius expectamus, in sa.
14 quibus iustitia habitat. † Propter Isa.65.c.17.
quod charissimi hæc expectan- 66.g.22.
tes, satagite, immaculati & inuio- Ro.2.a.4.
15 lati ei inueniri in pace: †‖ & Do-
mini nostri 'longanimitatem, sa- 'Iesu Chri
lutem arbitremini, sicut & charis sti.
simus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scri-
16 psit vobis: †sicut & in omnibus e-
D pistolis, loquens in eis de his, in
quibus sunt quædam difficilia in-

tellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perdi-
17 tionem. † Vos igitur fratres: præscienres, custodite, ne insipientium errore traducti excidatis à
18 propria firmitate. † crescite verò in gratia & in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis, Amen.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI PRIMA.

CAP. I.



1 A QVOD FVIT ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt de verbo
2 vitæ: †(& vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, & apparuit no-
3 bis:) †quod vidim⁹ & audiuimus, B annuntiemus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscū, & societas nostra sit cum Patre & cum
4 Filio eius Iesu Christo. † Et hæc ..2. scribimus vobis vt gaudeatis, &'
5 gaudium vestrum sit plenum. †Et hæc est annuntiatio quā audiuimus ab eo & annuntiamus vobis. ‖Quoniā Deus lux est & tenebræ Ioh.1.b.11.
6 in eo nō sunt vllæ. † Si dixerimus C quoniam societatē habem⁹ cum eo, & in tenebris ambulamus: mē-
7 timur, & veritatē nō facimus. †Si aūt in luce ambulamus sicut & He.9.d.14. ipse est in luce: societatem habe- 1.Pe.1.d.19.
8 mus ad inuicem, ‖ & sanguis Iesu Apo.1.a.5. Christi filij eius emundat nos ab 3.Reg.8.c. omni peccato. †‖Si dixerim⁹ quo- 46.
9 niā peccatū nō habemus: ipsi nos 2.Pa.6.g.36 seducimus, & veritas in nobis nō Pr.20.b.9. est. † Si confiteamur peccata no- Ecc.7.c.21. stra:

stra: fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emun-
10 det nos ab omni iniquitate. † Si dixerimus quoniam non peccaui-
mus: mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.

CAP. II.

1 A Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis: Sed & si quis peccauerit, aduocatū habemus apud
2 Patrem, Iesum Christum iustum: † & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mū-
3 di. † Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mādata eius
4 obseruemus. † Qui dicit se nosse
Deum eum', & mandata eius non custodit: mendax est, & in hoc veritas
5 non est. † Qui autem seruat verbū eius: vere in hoc charitas Dei perfecta est, in hoc scimus quoniā in
6 ipso sumus. † Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambula-
7 uit, & ipse ambulare. † Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod
8 habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbū quod audistis. ‖ Ite-
Io.13.d.34. rum mandatū nouum scribo vo-
15.b.12. (B bis, quod verū est & in ipso, & in
-.1. vobis: quia tenebræ trāsierunt, &
9 verū lumen iam lucet. † Qui dicit se in luce esse, & fratrem suū odit:
10 in tenebris est vsq; adhuc. † ‖ Qui
Inf.3.c.14. diligit fratrē suum, in lumine ma-
11 net, & scandalū in eo nō est. † Qui aūt odit fratrē suum, in tenebris est, & non in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcę-
12 cauerunt oculos eius. † Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen e-
13 ius. † Scribo vobis patres, quoniā cognouistis eum q̄ ab initio est.
Scripsi 1. Scribo vobis adolescentes, quoni-
14 am viciſtis malignū. † Scribo' vo-
Scripsi vobis adolescentes 3. bis infantes, quoniā cognouistis patrem. Scribo vobis iuuenes', quoniam fortes estis, & verbum
15 Dei manet in vobis, & viciſtis ma-
C lignum. † Nolite diligere mundū, neq; ea quæ in mundo sunt. Si qs
16 diligit mundū, nō est charitas Patris in eo. † quoniā omne q̄ est in mundo cōcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorū, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre,
17 sed ex mūdo est. † Et mūdus transit, & cōcupiscentia eius. Qui au- transibit
tem facit voluntatem Dei, manet 16.
18 in æternum. † Filioli, nouissima hora est: & sicut audistis, quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt: vnde scimus,
19 quia nouissima hora est. † Ex nobis prodierunt: sed non erant ex
D nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum: sed vt manifesti sint quoniam nō
20 sunt omnes ex nobis. † Sed vos vnctionem habetis à Sācto, & nostis omnia. † Non scripsi vobis
21 quasi ignorātibus veritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate nō
22 est. † Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus - non est -.5.
Christus? Hic est Antichristus qui
23 negat Patrem & Filium. † Omnis qui negat Filium: nec Patrem habet: qui confitetur Filium: & Pa-
24 trem habet. † Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: Si in vobis permanserint quod audistis ab initio, & vos in Filio & Pa-
25 tre manebitis. † Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est no-
26 bis vitam æternam. † Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. † Et
27 E vos vnctionem quā accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos:
28 manete in eo. † Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & nō cōfundamur ab eo in aduentu eius. † Si scitis quoniam iustus est: scitote quo-

niam & omnis qui facit iustitiã,
ex ipso natus est.

CAP. III.

1 A VIdete qualem charitatem de-
dit nobis Pater, vt filij Dei no
minemur & simus. Propter hoc
mundus non nouit nos: quia non
2 nouit eum. † Charissimi, nunc fi-
lij Dei sumus: & nondum apparu-
it quid erimus. Scimus quoniam
cùm apparuerit, similes ei erim⁹:
quoniam videbimus eum sicuti
3 est. † Et omnis qui habet hanc spẽ
in eo, sanctificat se, sicut & ille san
4 ctus est. † Omnis qui facit pecca-
tum, & iniquitatem facit: & pec-
5 catum est iniquitas. † ‖ Et scitis
Isa. 53. a. 4 quia ille apparuit vt peccata no-
1. Pet. 2. d. stra tolleret: & ‖ peccatum in eo
22. 6 non est. † Omnis qui in eo manet
Isa. 53. c. 9 non peccat: & omnis qui peccat,
non vidit eum, nec cognouit eũ.
7 † Filioli, nemo vos seducat. Qui
facit iustitiam, iustus est: sicut & il
8 le iustus est. † ‖ Qui facit peccatum
Io. 8. f. 44. ex diabolo est: quoniam ab initio
B diabolus peccat. In hoc apparuit
filius Dei, vt dissoluat opera dia-
9 boli. † Omnis qui natus est ex
Deo, peccatum non facit: quoni-
am semen ipsius in eo manet, &
non potest peccare, quoniam ex
10 Deo natus est. † In hoc manifesti
sunt filij Dei, & filij diaboli. Om-
'non facit nis qui 'non est iustus', non est
iustitiam 1 ex Deo: & qui non diligit fratrem
11 suum: † quoniam hæc est annun-
Io. 13. d. 34 tiatio, quã audistis ab initio, ‖ vt
15. b. 12 12 diligatis alterutrum. † ‖ Non si-
Gen. 4. b. 8 cut ‖ Cain qui ex maligno erat: &
C occidit fratrem suum. Et propter
quid occidit eum? Quoniam ope-
ra eius maligna erant: fratris aũt
13 eius, iusta. † Nolite mirari fratres,
14 si odit vos mundus. † Nos scimus
Ioh. 5. d. 24 quoniam ‖ trãslati sumus de mor
Sup. 2. b. 10 te ad vitam, ‖ quoniam diligimus
Le. 19. d. 17 fratres. Qui non diligit: manet in
15 morte. † ‖ omnis qui odit fratrem
Mat. 5. d. 22 suum, homicida est. Et scitis quo-
niam omnis homicida non habet
vitam æternam in semetipso ma-
16 nentem. † ‖ In hoc cognouimus Ioh. 15. b. 13
charitatem Dei, quoniam ille ani
mam suam pro nobis posuit: &
nos debemus pro fratribus ani-
17 mas ponere. † ‖ Qui habuerit sub- Iac. 2. c. 15
stantiam * mundi, & viderit fra- c. 16
trem suum necesse habere, & clau * huius
serit viscera sua ab eo: quomodo
18 charitas Dei manet in eo? † Filio-
li mei, non diligamus verbo, ne-
que lingua, sed opera & veritate.
19 † In hoc cognoscimus quoniam ex
D veritate sumus: & in conspectu e-
20 ius suadebim⁹ corda nostra. † Quo
niam si reprehenderit nos cor no
strum: maior est Deus corde no-
21 stro, & nouit omnia. † Charissimi,
si cor nostrum non reprehende-
rit nos: fiduciam habemus ad De-
22 um: † ‖ & quicquid petierimus, ac-
cipiemus ab eo: quoniam manda-
ta eius custodimus, & ea quæ sunt
23 placita corã eo, facimus. † ‖ Et hoc Mat. 7. a. 7
est mandatum eius, Vt credamus 21. b. 22
in nomine filij eius Iesu Christi: Ioã. 14. b. 13
& ‖ diligamus alterutrũ, sicut de- 15. a. 7
24 dit mandatum nobis. † Et qui ser- 16. c. 24
uat mandata eius, in illo manet, Inf. 5. c. 14
& ipse in eo: & in hoc scimus quo Ioh. 6. d. 29
niam manet in nobis de Spiritu 17. a. 3
quem dedit nobis. Ioã. 13. d. 34
15. b. 12
Io. 14. c. 23
15. b. 10

CAP. IIII.

1 A CHarissimi, nolite omni spiri-
tui credere, sed probate spiri-
tus si ex Deo sint: quoniam multi
pseudoprophetæ exierunt in mũ
2 dum. † In hoc cognoscitur spirit⁹
Dei: omnis spiritus qui cõfitetur
Iesum Christum in carne venisse,
3 ex Deo est: † & omnis spiritus qui
soluit Iesum, ex Deo non est, &
hic est antichristus, de quo audi-
stis quoniam venit, & nunc iam
4 in mundo est. † Vos ex Deo estis fi
lioli, & vicistis 'eum': quoniã ma * eos 4.
ior est qui in vobis est, quàm qui
5 in mundo. † Ipsi de mundo sunt:
ideo de mundo loquuntur, & mũ
dus

6 dus eos audit. † Nos ex Deo sum^s.
Ioh.8.f.47 ‖ Qui nouit Deum: audit nos: qui
10.e.27 non est ex Deo: non audit nos: in
B hoc cognoscimus spiritum verita
7 tis, & spiritum erroris. † Charissi-
mi, diligamus nos inuicem: quia
charitas ex Deo est. Et omnis qui
diligit, ex Deo natus est, & cog-
8 noscit Deum. † Qui nõ diligit, nõ
Ioh.3.b.16 nouit Deum: quoniã Deus chari-
9 tas est. † In hoc apparuit charitas
Dei in nobis, quoniam Filium su-
um vnigenitũ misit Deus in mun
10 dum, vt viuamus per eum. † In hoc
est charitas: nos quasi nos dilexe-
* prior rimus Deum, sed quoniam ipse *
dilexit nos, & misit filium suum
propitiationem pro peccatis no-
11 stris. † Charissimi, si sic Deus dile-
C xit nos: & nos debemus alterutrũ
12 diligere. † ‖ Deum nemo vidit vn
Ioh.1.c.18 quam. Si diligamus inuicem: De-
2.Ti.6.c.16 us in nobis manet, & charitas ei^s
13 in nobis perfecta est. † In hoc cog-
noscimus quoniã in eo manemus:
& ipse in nobis: quoniam de Spi-
14 ritu suo dedit nobis. † Et nos vidi
mus, & testificamur quoniam Pa-
-.1. ter misit Filium - suum' Saluato-
15 rem mundi. † Quisquis confessus
fuerit quoniã Iesus est filius Dei:
Deus in eo manet, & ipse in Deo.
16 † Et nos cognouimus & credidim^s
charitati, quam habet Deus in no
bis. Deus charitas est: & qui ma-
net in charitate, in Deo manet, &
17 Deus in eo. † In hoc perfecta
* Dei est charitas * nobiscum, vt fiduci-
am habeamus in die iudicij: quia
sicut ille est, & nos sumus in hoc
18 mundo. † Timor non est in chari-
D tate: sed perfecta charitas, foras
mittit timorem, quoniam timor
pœnam habet, qui autem timet:
19 nõ est perfect^s in charitate. † Nos
ergo diligamus Deum, quoniam
20 Deus prior dilexit nos. † Si quis
dixerit, quoniam diligo Deum: &
fratrem suum oderit, mendax est.
Qui enim non diligit fratrem su-
* vidit 4. um quem * videt' Deum quem
non * videt' quomodo potest dili-
21 gere? † ‖ Et hoc mandatum habe-
mus * à Deo': vt qui diligit Deum,
diligat & fratrem suum.

* vidit 4.
Io.13.d.34
15.b 12
Eph.5.a.2
* ab eo 4.

CAP. V.

1 OMnis qui credit quoniam Ie-
A sus est Christus, ex Deo na-
tus est. Et omnis qui diligit eum
qui genuit: diligit & eum qui na-
2 tus est ex eo. † In hoc cognoscim^s
quoniam diligimus natos Dei: cũ
Deum diligamus, & mandata eius
3 faciamus. † Hæc est enim chari
tas Dei, vt mandata eius custodia
mus: ‖ & mandata eius grauia nõ Mt.11.d.30
4 sunt. † Quoniam omne quod na
tum est ex Deo: vincit mundum:
& hæc est victoria quæ vincit mũ
5 dum: fides nostra. † ‖ Quis est * qui 1.Co.15.g.
credit quoniã Iesus est filius Dei? 57.
6 † hic est qui venit per aquã & san- * autem
guinem Iesus Christus: non in a-
qua solùm: sed in aqua & sangui-
ne. Et spiritus est qui testificatur
7 quoniã Christus est veritas. † Quo
niam tres sunt qui testimonium
dant - in cælo', Pater, Verbum, &
Spiritus sanctus: & hi tres vnum
8 sunt. † Et tres sunt qui testimoni-
um dant in terra: Spiritus, aqua,
& sanguis - & hi tres vnum sunt'.
9 † Si testimonium hominum acci-
pimus: testimoniũ Dei maius est:
quoniam hoc est testimoniũ Dei
quod maius est, quoniam testifica
10 tus est de Filio suo. † Qui credit in
C filium Dei, habet testimoniũ Dei
in se. ‖ Qui non credit Filio, men- Ioh.3.d.36
dacem facit eum: quia non credit
in testimonium quod testificatus
11 est Deus de Filio suo, † Et hoc est
testimonium, quoniam vitam æ-
ternam dedit nobis Deus. Et hæc
12 vita in Filio eius est. † Qui habet
Filium *: habet vitam: qui non ha- * Dei
13 bet filiũ Dei, vitã non habet. † Hęc
* scribo' vobis, vt sciatis quoniam * scripsi
vitam habetis æternam qui credi
14 tis in nomine filij Dei. † Et hæc
est

Deum est fiducia quam habemus ad eum: Quia quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. † Et scimus quia audit nos quicquid petierimus: scimus quoniã habemus petitiones quas postulauimus. (16 postulamus ab eo. † Qui scit fratrem suum peccare: peccatum nõ ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. † Omnis iniquitas peccatum est: & est peccatum ad mortem. † Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. † Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est. † Et scimus quoniam filius Dei venit: & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus: & vita æterna. † Filioli, custodite vos à simulachris, Amen.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI SECVNDA.

SENIOR, electæ dominę & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatẽ, † propter veritatem quę permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum. † Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Christo Iesu filio Patris in veritate, & charitate. † Gauisus sum valdè quoniam inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus à Patre. † Et nunc rogo te domina, non tanquam mãdatum nouum scribens tibi, sed habuimus ab initio vt diligamus alterutrũ. † Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: † quoniam multi seducto Cres exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem: hic est seductor & Antichristus. † Videte vosmetipsos ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. † Omnis qui recedit, & nõ permanet in doctrina Christi: Deum non habet. Qui permanet in doctrina: hic & Patrem, & Filium habet. † Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, ne AVE ei dixeritis. † Qui enim dicit illi AVE: communicat operibus eius malignis. † Plura habens vobis scribere: nolui per chartam & atramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. † Salutant te filij sororis tuæ electæ.

* Ecce præ dixi vobis vt in die Dñi nõ cõfundamini.

EPI-

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI TERTIA.

1 SENIOR Gaio charissimo, quem ego di-
2 A ligo in veritate. † Charissime de omnibus orationem facio prosperè te ingredi & valere, sicut
3 prosperè agit anima tua. † Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimoniũ perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate
4 ambulas. † Maiorẽ horum, nõ habeo gratiam' quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.
5 † Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in
6 peregrinos † testimonium reddi-
B derunt charitati tuę in conspectu
7 ecclesiæ: quos, bene facies, deducens' digne Deo. † Pro nomine e-
8 nim eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus. † Nos ergo debemus susci pere huiusmodi: vt
9 cooperatores sim' veritatis. † Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is qui
C amat primatũ gerere in eis, Dio-
10 trepes, non recipit nos. † propter hoc si venero, commoneam eius opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos. & quasi non ei ista sufficiant: neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, pro-
11 hibet, & de ecclesia eijcit. † Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui bene facit, ex Deo est: qui malè facit, non vi-
12 dit 'Deum'. † Demetrio testimo- 'cum 7.
D nium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus: & nosti quoniam testimonium nostrum ve-
13 rum est. † Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum &
14 calamum scribere tibi. † Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

'Maius horum non habeo gaudiũ 1.

'benefaciens, deduces.

IVDAE APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

1 IVDAS Iesu Christi
A seruus, frater autẽ Iacobi: his qui sunt in Deo patre dilectis, & Christo Iesu cõseruatis, & vocatis: † Misericordia vo-
2 bis, & pax & charitas adimple-
3 tur. † Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans
4 'supercertari' semel traditæ sanctis fidei. † Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem, & Dominum nostrũ Ie-
5 sum Christum negantes. † Com-
B monere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus, populum de terra Ægypti saluans,

'supercertare 2.

[secun-

Nu.14.f.37 - secundò eos qui nō crediderunt
6 perdidit. † Angelus verò qui non
seruauerunt suum principatum,
sed dereliquerunt suum domici-
lium, in iudicium magni diei, vin
culis æternis sub caligine reser-
7 uauit. †‖ Sicut Sodoma & Gomor-
Ge.19.c.24 rha, & finitimæ ciuitates simili
modo exfornicatæ, & abeuntes
post carnem alteram, factæ sunt
exemplum, ignis æterni pœ-
8 nam sustinentes. † Similiter & hi
carnem quidem maculant, domi-
nationem autem spernunt, maie-
9 statem autē blasphemant. †‖ Cùm
Zach.3.a.2 Michaël archangelus, cum diabo-
lo disputās altercaretur de Moysi
corpore, non est ausus iudicium
inferre blasphemiæ, sed dixit, Im
10 peret tibi Dominus. † Hi autem
C quæcunq; quidem ignorant, bla-
sphemant: quęcunq; autē natura-
liter, tāquam muta animalia, no-
11 runt, in his corrumpuntur. † Væ D
'quia 3. illis, 'qui' - in' via ‖ Cain abierunt:
- 5. & ‖ errore Balaam, mercede effu-
Ge. 4. b.8. si sunt, & ‖ in contradictione Co-
12 re perierunt. † Hi sunt in epulis
Num.22.g suis, maculæ, conuiuantes sine ti-
23.24. more, semetipsos pascentes, nu-
Nu.16.a.1. bes sine aqua quæ à ventis circum
e.32.27.a.3 feruntur, arbores autumnales, in-
2.Pet.2. d. fructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ,
17. 13 † fluctus feri maris, despumantes
suas confusiones, sydera errantia:
quibus procella tenebrarum ser-
14 uata est in æternum. † Prophetа-
Apoc.1.b.7 uit autem de his septimus ab A-
dam, Enoch, dicens, ‖ Ecce venit
15 Dominus in sanctis millibus su-
is, † facere iudicium contra om-
nes, & arguere omnes impios, de
omnibus operibus impietatis eo-
rum quibus impiè egerunt, & de
omnibus duris quæ locuti sunt
contra 'eum' peccatores impij. 'Deum
16 † Hi sunt murmuratores, querulo
si, secundum desyderia sua ambu-
lantes, & ‖ os eorum loquitur 'su- 'superbā 4
perbiam' mirantes personas quæ- Isa.16. c.10.
17 stus causa. † Vos autem charissi-
mi, memores estote verborum
quæ prædicta sunt ab Apostolis
18 Domini nostri Iesu Christi, † qui
dicebant vobis, quoniam ‖ 'in no- 1.Tim.4.a.
uissimo tempore' venient illuso- 1.
res, secundum desyderia sua am- 2.Tim.3.a.
19 bulantes 'in impietatibus'. † Hi 1.
sunt qui segregant semetipsos, 2.Pet.3.a.3.
animales, Spiritum non haben- 'in nouissi
20 tes. † Vos autem charissimi, super mis tempo
ædificantes vosmetipsos sanctis- ribus.
simę 'nostræ' fidei, in spiritu san- 'impieta-
21 cto orantes, † vosmetipsos in dile- tum 4.
ctione Dei seruate, expectantes 'in impie-
misericordiā Domini nostri Ie- tate 8.
22 su Christi in vitam æternam, † & 'vestræ 5.
23 hos quidem arguite iudicatos: † fil-
los verò saluate, de igne rapien-
tes. Alijs autem miseremini in ti-
more: odientes & eam quę carna-
24 lis est, maculatam tunicam: † Ei au
tem qui potens est vos conserua-
re sine peccato, & constituere
ante conspectum gloriæ suæ im-
maculatos - in exultatione' - in - 6.
aduentu Domini nostri Iesu - 3.
25 Christi' † soli Deo saluatori no-
stro per Iesum Christum Domi-
num nostrum gloria & magnifi-
centia, imperium & potestas ante
omne seculum, & nunc & in
omnia secula seculo-
rum, Amen.

APO-

APOCALYPSIS IOHANNIS APOSTOLI.

CAP. I.



1 A Apocalypſis Ieſu Chriſti quã dedit illi Deus palã facere ſeruis ſuis quę oportet fieri citò, & ſignificauit mittens
2 per angelum ſuum ſeruo ſuo Iohanni, † qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimoniũ Ieſu Chriſti, quęcunq; vidit. † Beat⁹
3 qui legit & audit verba prophetię huius: & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt, tempus enim propè eſt.
4 † Iohãnes ſeptẽ eccleſijs quę ſunt in Aſia. Gratia vobis & pax ab eo. Ex.3.d.14. lqui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus qui
5 in conſpectu throni eius ſunt, † & B à Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis, 1.Cor.15.c. lprimogenitus mortuorũ, & prin 20. ceps regum terrę, qui dilexit nos, Col.1.c.18. & lauit nos à peccatis noſtris ‖ in
6 ſanguine ſuo, † & fecit nos regnũ & ſacerdotes Deo & patri ſuo, ipſi He.9.c.12. gloria & imperium in ſecula ſecu d.14.
7 lorum, Amen. † ‖ Ecce venit cum 1.Petr.1.d. nubibus, & videbit eũ omnis ocu 19. lus, & qui eum pupugerunt. Et 1.Ioha.1.c. plangent ſe ſuper eum omnes tri 7.
8 bus terrę, etiam, amen. † ‖ Ego ſum Iſai.3.c.13. α & ω, principium & finis, dicit Mt.24.c.30 Domin⁹ Deus, qui eſt, & qui erat, Iudæ c. 14. & qui venturus eſt omnipotens. Iſai.44.a.6
9 † Ego Iohãnes frater veſter & par- Inf.21.b.6. ticeps in tribulatione, & regno, & 22.c.13. patientia in Chriſto Ieſu, fui in inſula quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei & teſtimo-
10 niũ Ieſu. † Fui in ſpiritu in domi-
11 nica die, & audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ † dicen-
C tis, Quod vides ſcribe in libro: & mitte ſeptem Eccleſijs quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyr-

næ,

nę,& Pergamo,&Thyatirę,& Sardis,& Phyladelphiæ,& Laodicię.
12 † Et conuersus sum vt viderē vocē quæ loquebatur mecum. Et conuersus vidi septē cādelabra aurea:
13 † & in medio septē cādelabrorum
-.1.- aureorū similē filio hominis vestitū podere, & præcinctū ad ma-
14 millas zona aurea.† caput autē eius & capilli erant cādidi, tāquā lana alba,& tāquā nix.& oculi eius tan-
15 quā flāma ignis:† & pedes eius similes aurichalco,sicut in camino ardēti.& vox illius tāquā vox aquarū
16 multarū: † & habebat in dextera sua stellas septē.& de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat: &
D facies eius sicut sol lucet in virtute
17 sua. † Et cū vidissem eū, cecidi ad pedes eius tāquā mortuus. Et posuit dexterā suā sup me,dicēs,Noli ti-
Isai.41.b.4 & 44.a.(18 mere: ‖ ego sum primus & nouissimus,† & viuus,& fui mortuus,& ecce sum viuēs in secula seculorū,& habeo claues mortis & inferni.† Scri
19 be ergo quæ vidisti,& quę sunt,&
20 quæ oportet fieri post hæc.† Sacramentū septē stellarū,'quas vidisti in dextera mea, & septē candelabra aurea,septē stellæ:angeli sunt septem ecclesiarum. & cādelabra septem: septem ecclesiæ sunt.

CAP. II.

1 A -.7.- E-T'angelo Ephesi ecclesię scribe,Hęc dicit q tenet septe stellas in dextera sua,qui ambulat in
2 medio septē candelabrorū aureorū.† Scio opera tua,& laborem,& patientiā tuā: & qa nō potes sustinere malos,& tētasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & nō sunt,&
3 inuenisti eos mēdaces:† & patientiā habes,& sustinuisti ,ppter nomē meū, & nō defecisti. † Sed ha-
4 beo aduersum te -pauca', q charitatē tuā primā reliqsti. † Memor
5 esto itaq; vnde excideris: & age pœnitētiā, & prima opera fac.sin
B autē:veniо tibi,& mouebo candelabrū tuū de loco suo, nisi pœni-
6 tētiā egerit.† Sed hoc habes,qa odisti facta Nicolaitarū,quæ & ego
7 odi.† Qui habet aurē, audiat quid Spiritus dicat ecclesijs, Vincēti dabo edere de ligno vitę,q est in Pa
8 radiso Dei mei.† Et angelo Smyrnę ecclesię scribe,Hęc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, &
9 viuit. † Scio tribulationē tuam & paupertatē tuā,sed diues es:& blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse,& non sunt,sed sunt sy-
10 nagōga satanæ.† Nihil horū timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerē vt tētemini, & habebitis tribulationē diebus decē. Esto fidelis
11 vsq; ad mortē, & dabo tibi coronā vitæ.† Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesijs, Qui vicerit,nō lędetur à morte secun-
12 da. † Et angelo Pergami ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet romphæā vtraq; parte acutā.† Scio vbi
13 habitas,vbi sedes est satanę,& tenes nomē meū, & nō negasti fidē meā. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, q occisus est apud
14 vos, vbi satanas habitat. † Sed habeo aduersus te pauca:quia habes illic tenētes doctrinā ‖ Balaā, qui docebat Balac mittere scandalū, Num.24.e 14.25.a.2. corā filijs Israel, edere & fornica- 31.c.16.
15 ri:† ita habes & tu tenēres doctri-
16 nā Nicolaitarū.† Similiter pœnitētiā age. si quo minus:veniā tibi cito, & pugnabo cū illis in gladio
17 oris mei.† Qui habet aurē,audiat quid Spiritus dicat ecclesijs, Vin-
E cēti dabo mānа abscōditū, & dabo illi calculū cādidū,& in calculo,nomen nouū scriptū, q nemo
18 scit, nisi qui accipit. † Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, Hæc dicit filius Dei,qui habet oculos tan-
19 quā flāmā ignis, & pedes eius similes aurichalco.† Noui opera tua,& -.1.- fidem, & charitatē -tuam', & mi-
nisterium,& patientiam tuam, & opera tua nouissim plura priori-
20 bus. † Sed habeo aduersus te pauca:

ea: quia permittis mulierem Ie-
zabel, quæ se dicit prophêten, do-
cere, & seducere seruos meos, for
nicari, & manducare de idolo-
21 thytis. † Et ‖ dedi illi tempus vt
Iob 24.d. pœnitentiam ageret: & non vult
23. (22 pœnitere à fornicatione sua. † Ec-
ce mittam eam in lectum: & qui
mœchantur cum ea, in tribula-
tione maxima erunt, nisi pœni-
tentiam ab operibus suis ege-
23 rint: † & filios eius interficiam 'in
'in morte 8. mortē', & scient oēs ecclesię quia
‖ ego sum scrutans renes & corda:
1. Reg. 16. b.7. (24 & dabo vnicuiq; vestrum secun-
dū opera sua. † Vobis aūt dico 'cę-
G teris qui Thyatiræ estis, Quicun-
Psa.7.b.10. que non habent doctrinam hāc,
Ie.11.d.20. 17.b.10. qui non cognouerunt 'altitudi-
nē' satanæ, quemadmodū dicūt:
20. e.12. non mittā super vos aliud pōdus.
25 † tamen id quod habetis, tenēte
26 donec veniam. † Et qui vicerit &
'& custodierit vsq; in finem opera
'altitudi- mea: ‖ dabo illi potestatem super
nes 5. (27 Gentes, † & reget eas in virga fer
Psal.5.c.8. rea, & tanquam vas figuli con-
-.1. (28 fringentur, † sicut & ego accepi à
patre meo: & dabo illi stellam
29 matutinam. † Qui habet aurem,
audiat quid Spiritus dicat eccle-
sijs.

CAP. III.

1 ET angelo ecclesiæ Sardis, scri-
A be, Hæc dicit qui habet septē
Spiritus Dei, & septem stellas,
Scio opera tua, quia nomen ha-
bes quod viuas, & mortuus es.
2 † Esto vigilans, & confirma cæte-
ra quæ moritura erant. Nō enim
'inueni 1. 'inuenio' opera tua plena coram
3 Deo meo. † In mente ergo habe
qualiter acceperis & audieris: &
serua, & pœnitentiam age. Si er-
In.16.c.15. go non vigilaueris, ‖ Veniam ad
1.Thess. 5. te tanquam fur, & nescies qua ho
a.2. (4 ra veniam ad te. † Sed habes pau-
2.Pe.3.c.10 ca nomina in Sardis, q nō inqui-
nauerunt vestimenta sua: & am-
bulabunt mecum in albis, quia
5 digni sunt. † Qui vicerit, sic vestie
tur vestimentis albis, & non
B delebo nomen eius de libro vitę.
& confitebor nomen eius coram
patre meo, & coram angelis eius.
6 † Qui habet aurem, audiat quid
7 Spirit' dicat ecclesijs. † Et angelo
Philadelphiæ ecclesiæ scribe.
Hæc dicit Sanctus & Verus, ‖ qui Isa.22.f.22.
habet clauem Dauid: qui aperit, Iob 12.b.
& nemo claudit: claudit, & ne- 14.
8 mo aperit. † Scio opera tua. Ecce
dedi coram te ostium apertum
quod nemo potest claudere: quia
modicam habes virtutem, & ser-
uasti verbum meum, & non ne-
9 gasti nomen meum. † Ecce dabo
de synagoga satanæ, qui dicunt se
Iudæos esse, & non sunt, sed men
tiuntur, Ecce faciam illos vt ve-
niant, & adorent ante pedes tu-
os: & scient quia ego dilexi te:
10 † quoniam seruasti verbū patien-
C tiæ meæ, & ego seruabo te ab ho-
ra tentationis, quæ ventura est in
orbem vniuersum tentare habi-
11 tantes in terra. † Ecce venio citò:
tene quod habes, vt nemo acci-
12 piat coronam tuam. † Qui vicerit,
faciam illum columnam in tem-
plo Dei mei: & foras non egredie
tur amplius: & scribam super eū
nomen Dei mei: & nomen ciui-
tatis Dei mei nouæ Ierusalem,
quæ descēdit de cælo à Deo meo,
13 & nomen meum nouum. † Qui
habet aurem, audiat quid Spiri-
14 tus dicat ecclesijs. † Et angelo
Laodiciæ ecclesiæ scribe. Hæc di-
cit Amen, testis fidelis & verus,
qui est ‖ principium creaturę Dei. Ec.24.2.9.
15 † Scio opera tua, quia neq; frigi- b.14.
D dus es, neq; calidus. vtinam frigi- Col.1.c.19
16 dus esses, aut calidus. † sed quia
tepidus es, & nec frigidus nec ca-
lidus, incipiā te euomere ex ore
17 meo: † quia dicis, Quòd diues
sum, & locupletatus, & nullius e-
geo: & nescitis quia tu es miser, &
miserabilis, & pauper, & cæcus, &
18 nudus. † Suadeo tibi emere à me

aurum ignitum probatum, vt locuples fias:& vestimentis albis indueris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ:& collyrio inunge
19 oculos tuos vt videas.†‖Ego quos
Pro.3.b.11. amo, arguo & castigo. Æmulare
20 ergo,& pœnitentiam age. †Ecce
He.12.b.6. sto ad ostium & pulso. si quis audierit vocem meam, & aperuerit *mihi *ianuam, intrabo ad illum,& cœnabo cum illo,& ipse mecum.
21 †Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici,& sedi cũ Patre meo in thro-
22 no eius. †Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs.

CAP. IIII.

1 A POst hæc vidi:& ecce ostium apertum in cælo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri citò. 2 *Post hæc. †Statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cælo, & supra se-
3 dē sedēs.† Et qui sedebat, similis erat aspectu lapidis iaspidis, & sardinii:& iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinę.
4 †Et in circuitu sedis sedilia vigin
B tiquatuor : & super thronos, vigintiquatuor seniores sedētes, circūamicti vestimentis albis, & in capitibus eorū coronæ aureæ.
5 †Et de throno procedebāt fulgura, & voces, & tonitrua & septē lampades ardentes ante thronū,
6 q̄ sunt septē Spiritus Dei. †Et in conspectu sedis tanquā mare vitreū simile crystallo: & in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante & re-

*7. *Post hæc statim. *Et 5.



7 tro.†Et animal primū,simile leo-
C ni:& secundum animal,simile vitulo: & tertium animal, habens faciem quasi hominis:& quartum
8 animal,simile aquilæ volanti.†Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas in circuitu: & intus plena sunt oculis. & requiem non habebant die ac nocte,dicentia, ‖ Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat & qui est & qui
9 venturus est. † Et cum darent illa animalia gloriam & honorem, & benedictionē sedēti sup thronū, viuenti in secula seculorum.

Isa.6.a.3.

† pro-

10 †procedebant vigintiquatuor se-
niores ante sedentem in throno,
& adorabant viuentem in secula
seculorum, & mittebant coronas
11 suas ante thronũ, dicentes, † Di-
gnus es Domine Deus noster ac-
cipere gloriam & honorem &
virtutem: quia tu creasti omnia,
& propter voluntatem tuam erãt
& creata sunt.

CAP. V.

1 ET vidi in dextera sedentis su-
A pra thronum, librum scriptũ
intus & foris, signatum sigillis
2 septẽ. † Et vidi angelũ fortẽ, prædicantem voce magna, Quis est
3 dignus aperire librum & soluere
signacula eius? Et nemo poterat
neque in cælo neque in terra, neque subtus terram aperire librũ,
4 neque respicere illum. † Et ego
flebam multum quoniam nemo
dignus inuentus est aperire librũ
5 nec videre eum. † Et vnus de se-
*dicit 6. nioribus *dixit mihi, Ne fleueris:
ecce vicit leo de tribu Iuda, radix
Dauid, aperire librum, & soluere
6 septem signacula eius. † Et vidi,
B & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam
occisum, habentem cornua septem & oculos septem: qui sunt
7 septem spiritus Dei, missi in om-
nem terram. † Et venit, & accepit
8 de dextera sedentis in throno librum. † Et cùm aperuisset librũ,
quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram
agno, habentes singuli citharas
& phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes
9 sanctorum: † & cantabant canti-
C cum nouum, dicentes, Dignus
*3. es Domine *accipere librum, &
aperire signacula eius: quoniam
occisus est, & redemisti nos Deo
in sanguine tuo, ex omni tribu, &
lingua & populo, & natione: &
fecisti nos Deo nostro regnum &
sacerdotes, & *regnabimus super *regnabũt
11 terram. † Et vidi, & audiui vocẽ 8.
angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum: & erat numerus eorũ ‖ mil- Da. 7. c. 10.
12 lia milliũ. † dicentium voce ma-
D gna: Dignus est Agnus qui occisus
est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam,
13 & benedictionem. † Et omnem
creaturam quæ in cælo est, & super terrã, & sub terra, & quæ sunt
in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicentes, Sedenti in throno,
& Agno, benedictio & honor &
gloria & potestas in secula seculo
14 rum. † Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti quatuor
seniores ceciderũt in facies suas?
& adorauerunt viuentem in se- *7.
cula seculorum.

CAP. VI.

1 ET vidi quod aperuisset Ag-
A nus vnum de septem sigillis,
& audiui vnum de quatuor animalibus, dicens tanquam vocem
2 tonitrui, Veni, & vide. † Et vidit:
& ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum,
& data est ei corona, & exiuit vin
3 cens vt vinceret. † Et cùm aperuisset sigillum secundum, audiui
secundum animal, dicens, Veni,
4 & vide. † Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum datum est ei vt sumeret pacem de
terra, & vt inuicem se interficiãt,
& datus est ei gladius magnus.
5 † Et cùm aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens, Veni, & vide. Et ecce equus
niger: & qui sedebat super illum,
habebat stateram in manu sua.
6 † Et audiui tanquam vocem in
medio quatuor animalium *dicẽ- dicentẽ
tium: Bilibris tritici denario, 6.
& tres bilibres hordei denario, &
7 vinũ & oleũ ne læseris. † Et cũ aperuisset sigillũ quartũ audiui vocẽ

quarti animalis dicentis, Veni, &
8 vide. † Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & Infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, &
9 bestijs terræ. † Et cùm aperuisset



C sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter te-
10 stimonium quod habebant. † Et clamabant voce magna, dicentes, Vsquequo Domine, (sanctus &



verus) non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de ijs qui
11 habitant in terra? † Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur

pleantur conserui eorum, & fratres eorũ qui interficiẽdi sunt sicut & illi. † Et vidi, cùm aperuisset
12 sigillũ sextum, & ecce terræ motus magnus factꝰ est, & Sol factus est niger tanquã saccus cilicinus,
13 & Luna tota facta est sicut sanguis: † & stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cùm à vento magno
14 mouetur, † & cælum recessit sicut liber inuolutus, & omnis mons,



& insulæ de locis suis motæ sunt:
15 † & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis & in petris mon-
16 tium, † & dicunt montibus & pe-
Isa. 2. d. 19. tris, ‖ Cadite super nos, & abscon-
Ose. 10. b. 8 dite nos à facie sedentis super
17 thronum, & ab ira Agni, † quoni-
Luc. 23. d. 50 am venit dies magnus, iræ ipso-
Inf. 9. b. 6. rum, & quis poterit stare?

CAP. VII.

1 POst hæc vidi quatuor angelos
A stantes super quatuor angulos terræ, tenẽtes quatuor vẽtos terræ ꝰne flaret ventus 4. super mare, neque in vllam arbo-
2 rem. † Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu Solis, habẽtem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terræ &
3 mari, † dicens: Nolite nocere terræ ꝰ & mari, neq; arboribus quoadusq; signemus seruos Dei no- ꝰneque 4.
4 stri in frontibus eorum. † Et audiui numerũ signatorũ centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.
5 † Ex tribu Iuda, duodecim millia
B signati. Ex tribu Rubẽ, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duo-
6 decim millia signati. † Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duode-
7 cim millia signati. † Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duo-
8 decim millia signati. † Ex tribu Zabũlon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Ben-iamin,
9 duodecim millia signati. † Post
C hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex

omnibus gentibus,& tribubus,& populis, & linguis: ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, † & clamabant voce magna,dicentes: Salus Deo nostro qui ſedet ſuper thronum, & Agno. † Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni & ſeniorum, & quatuor animalium:& ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt



Deum,† dicentes: Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſeculà ſeculorum, Amen. † Et reſpondit vnus de ſenioribus, & dixit mihi: Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? † Et dixi illi, Domine mi tu ſcis. Et dixit mihi, Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni. † ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius,& qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. † Non eſurient neque ſitient amplius, neq; cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus. † quoniam Agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Inf. 21. b. 4

CAP. VIII.

1 ET cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cælo, quaſi media hora. † Et vidi ſeptem angelos ſtantes in conſpectu Dei: & datæ ſunt illis 3 ſeptem tubæ. † Et alius angelus venit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum: quod eſt ante thronum Dei. † Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli coram 5 Deo. † Et accepit angelus thuribulum*, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram, & facta ſunt tonitrua & voces, & fulgura, 6 & terræ motus magnus. † Et ſeptem

2. 2. 3. 4. 5. *aureum.

B ptem angeli qui habebãt septem tubas, præparauerunt se vt tuba 7 canerent. † Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando &



ignis, mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne



‡ fœnum viride combustum est. † Et secundus angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare, & facta C est tertia pars maris, sanguis: ‡ & mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interijt. † Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiã partem flumi-

11 num,& in fontes aquarum, † & D nomen stellæ, dicitur Absinthi-



num mortui sunt de aquis, quia 12 amaræ factæ sunt. †Et quartus an-



næ,& tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum,& diei non luceret pars tertia, & *noctis similiter. †Et vidi,& audi- ui vocem vnius aquilæ volantis

*nox 3. (13 *nocti 5.

um,& facta est tertia pars aquarũ in Absynthium: & multi homi-

gelus tuba cecinit:& percussa est tertia pars solis, & tertia pars lu-

per medium cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ, habitantibus in terra: de cæteris vocibus *trium angelorum qui erant tuba canituri.

*tubæ 2.

CAP.



CAP. IX.

1 ET quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cælo ce-
cidisse in terram, & data est ei
2 clauis putei abyssi. † Et aperuit pu-
teum abyssi, & ascendit fumus
putei, sicut fumus fornacis ma-
gnæ, & obscuratus est sol & aër de
3 fumo putei. † Et de fumo putei



exierunt locustæ in terram: & da-
ta est illis potestas, sicut habent
4 potestatem scorpiones terræ: † &
præceptum est illis ne læderent
fœnum terræ neque omne viri-
de neq; omnẽ arborem: nisi tan-
tum homines qui non habent si-
5 gnum Dei in frontib. suis. † & da-
tum est illis ne occiderent eos:
sed vt cruciarentur mensibus

quinque: & cruciatus eorum, vt
cruciatus scorpij cùm percutit ho
6 minem. † Et ¶ in diebus illis quæ-
Isa.2.d.19. rent homines mortem, & non in
Oseæ 10.b. uenient eam: & desyderabunt mo
8. 7 ri, & fugiet mors ab eis. † ¶ Et simi
Lu.23.d.30. litudines locustarum, similes eqs
Su.6.d. 16. paratis in prælium: & super capi-
Sap.16.b.9 ta earum tanquam coronæ, simi-
B les auro: & facies earum tanquam
8 facies hominum. † Et habebant ca
pillos sicut capillos mulierum: &
*dentes dentes earum, sicut *leonum e-
9 rant: † & habebant loricas sicut
loricas ferreas, & vox alarum ea-
rum, sicut vox curruum equo
rum multorum currentium in



35 magno Euphráte. † Et soluti sunt
quatuor angeli, qui parati erant
in horam, & diem & mensem &
annum: vt occiderent tertiam
16 partem hominum. † Et numerus
equestris exercitus vicies millies
es dena millia. Et audiui nume-
17 rum eorum. † Et ita vidi equos in
visione: & qui sedebant super eos,
habebant loricas igneas, & hyacin
thinas & sulphureas: & capita e-
quorum erat tanquam capita leo
num: & de ore eorum procedit

10 bellum: † & habebant caudas si-
miles scorpionum: & aculei erat
in caudis earum, & potestas earũ
nocere hominibus mensib. quin-
11 que. † & habebant super se re-
gem angelum abyssi, cui nomen
Hebraice Abaddon, Græcè autem
Apollyon: Latinè habens no-
12 men Exterminans. † Væ vnum a-
bijt, & ecce veniunt adhuc duo vę
13 post hæc. † Et sextus angelus tuba
cecinit: & audiui vocem vnam ex
C quatuor cornibus altaris aurei,
14 quod est ante oculos Dei, † di-
centem sexto angelo qui habe-
bat tubam, Solue quatuor angc-
los, qui alligati sunt in flumine

18 ignis, & fumus, & sulphur. † Et ab
D his tribus plagis occisa est tertia
pars hominum, de igne & ex fu-
mo & sulphure, quę procedebant
19 de ore ipsorum. † Potestas enim e-
quorum in ore eorum est, & in
caudis eorum: nam caudæ eorum,
similes serpentibus, habentes ca-
20 pita: & in his nocent. † Et cæteri
homines qui nõ sunt occisi in his
plagis, neq; pœnitentiam egerũt
de operibus manuum suarum, vt
non adorent dæmonia & simula-
chra

chra aurea & argentea & ærea lapidea & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque
21 ambulare, † & non egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis, neque à veneficijs suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

CAP. X.

1 A ET vidi alium angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes
b colũnæ t. eius tanquam ᵇ columnæ ignis.
2 † Et habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrũ
3 autem super terram: † & clamauit voce magna, quemadmodum cũ leo rugit. Et cùm clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces su-
4 as. † Et cùm locuta fuissent sep-
B tem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: & audiui vocem de cælo dicentem mihi: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua: & no-
5 li ea scribere. † ‖ Et angelus quem vidi stantem super mare & super Dan. 12. c. 7.
terram, leuauit manum suam ad
6 cælum, † & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cælum & ea quæ in eo sunt: & terram, & ea quæ in ea sunt: & mare, & ea quæ in eo sunt. Quia tempus
7 non erit amplius, † sed in diebus
C vocis septimi angeli, cùm cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas. † Et



audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu angeli stantis super ma-
9 re & super terram. † Et abij ad an-
D gelum, dicens ei vt daret mihi li-
Ezec. 3. a. 1. brum. Et dixit mihi: ‖ Accipe librum, & deuora illum & faciet amaricari ventrem tuũ, sed in ore
10 tuo erit dulce tanquam mel. † Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce & cùm deuo-
11 rassem eum, amaricatus est ventер meus: † & dixit mihi, Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

CAP.

CAP. XI.

1 ET datus est mihi calamus simi
A lis virgæ: & dictum est mihi,
Surge,& metire templum Dei,&
2 altare,& adorantes in eo.† atrium
autem quod est foris templum,
ejice foras , & ne metiaris illud:
quoniam datum est Gentib.& ci-
uitatē sanctam calcabūt mensib⁹
3 quadraginta duob.† & dabo duo-
bus testibus meis,& prophetabūt
diebus mille ducentis sexaginta,
4 amicti saccis. † Hi sunt duæ oliuæ
& duo candelabra in conspectu
5 Domini terræ stantes. † Et si quis
voluerit eos nocere: ignis exiet
de ore eorum, & deuorabit inimi
cos eorum,& si quis voluerit eos
lædere:sic oportet eum occidi.
6 † Hi habent potestatem claude-
B di cælū,ne pluat dieb. prophetiæ
ipsorū: & potestatem habent su-
per aquas conuertendi eas in san-
guinē,& percutere terram omni
7 plaga quotiescūq; voluerint. † Et
cùm finierint testimonium suum:
bestia quæ ascendit de abysso,faci
et aduersum eos bellum,&vincet
8 illos,& occidet eos. † Et corpora



eorum iacebunt in plateis ciuita-
tis magnæ,quæ vocatur spirituali
ter Sodoma &Ægypt⁹,vbi & Do-
9 minus eorū crucifixus est. † Et vi-
debunt de tribubus,& populis,&
linguis,& Gentibus corpora eorū
per tres dies & dimidium: & cor-
pora eorum nō sinēt poni in mo-
10 numētis.† & inhabitantes terram
gaudebunt super illos,& iocunda
buntur:& munera mittent inui-
cem,quoniā hi duo prophetæ cru
ciauerūt eos qui habitabāt super
11 terram.† Et post dies tres & dimi-
C dium,spiritus vitæ à Deo intrauit
in eos.Et steterunt super pedes su
os,& timor magnus cecidit super
12 eos qui viderunt eos. † Et audie-
runt vocem magnā de cælo,dicen
tē eis:Ascēdite huc.Et ascenderūt
in cælū in nube: & viderunt illos
13 inimici eorū.†Et in illa hora fact⁹
est terræmotus magnus:& decima
pars ciuitatis cecidit : & occisa
sunt in terræmotu nomina homi-
num septem millia: & reliqui in
timorem sunt missi, & dederunt
14 gloriam Deo cæli.† Væ secundum
D abijt:& ecce vę tertiū veniet cito.
51 †Et septim⁹ angel⁹ tuba cecinit:&
facta

factæ sunt voces magnæ in cælo dicentes, factum est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Amen. † Et viginti qua-
16 tuor seniores qui in cōspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt
17 in facies suas, & adorauerunt Deum, † dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotēs, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. † Et iratæ sunt
18 Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis & Sanctis, & timentibus nomē tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt ter-
19 ram. † Et apertum est templū Dei in cælo, & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura & voces, & terræmotus, & grando magna.

CAP. XII.

1 ET signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duode-
2 cim: † & in vtero habēs, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat. † Et visum est aliud signum
3 in cælo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus eius
4 diademata septem, † & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem



quæ erat paritura: vt cùm peperisset, filium eius deuoraret. † Et pe-
5 perit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad
6 Deum & ad thronum eius, † & mulier fugit in solitudinem vbi habebat locū paratum à Deo, vt ibi pascat eam dieb. mille ducētis
7 sexaginta. † Et factum est prælium magnum in cælo, Michael & angeli eius præliabantur cū draco-
8 ne, & draco pugnabat & angeli eius: † & non valuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in
9 cælo. † Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & angeli eius cum

10 eum illo missi sunt. † Et audiui vo-
C tem magnam in cælo dicentem:
Nunc facta est salus & virtus, &
regnum Dei nostri, & potestas
Christi eius: quia proiectus est ac-
cusator fratrum nostrorum, qui
accusabat illos ante conspectum
11 Dei nostri die ac nocte. † Et ipsi
vicerunt eum propter sanguinem
Agni, & propter verbum testimo-
nij sui, & non dilexerunt animas
12 suas vsque ad mortem. † propter-
ea lætamini cæli, & qui habitatis
in eis. Væ terræ & mari: quia de-
scendit diabolus ad vos habens
iram magnam, sciens quòd mo-
13 dicum tempus habet. † Et post-
D quam vidit draco quòd proiectus
esset in terram, persecutus est mu
14 lierem quæ peperit masculum: † &
datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ
magnæ, vt volaret in desertum in
locum suum, vbi alitur, per tem-
pus & tempora, & dimidiū tem-
15 poris à facie serpentis. † Et misit
serpens ex ore suo post mulie-
rem, aquam tanquam flumen: vt
16 eam faceret trahi à flumine. † Et
audiuit terra mulierem, & aperu-
it terra os suum, & absorbuit
flumen quod misit draco de ore
17 suo. † Et iratus est draco in mulie-
rem, & abijt facere prælium cum
reliquis de semine eius, qui custo-
diunt mandata Dei, & habent te-
18 stimonium Iesu Christi. † Et ste-
tit supra arenam maris.

CAP. XIII.

1 ET vidi de mari bestiam ascen-
A dentem, habentem capita se-
ptem, & cornua decem, & super
cornua eius decem diademata, &
super capita eius nomina blasphe
2 miæ. † Et bestia quam vidi, similis
erat pardo, & pedes eius sicut *vr-
si, & os eius sicut os leonis. Et de-
dit illi draco virtutem suam & po
3 testatem magnam. † Et vidi vnum
de capitibus suis quasi occisum
in mortem: & plagà mortis eius
curata est. Et admirata est vniuer-
4 sa terra post bestiam. † Et adora-
uerunt draconem qui dedit pote-

*pedes



statem bestiæ, & adorauerunt be-
B stiam, dicentes, Quis similis be-
stiæ? & quis poterit pugnare cum
5 ea? † Et datum est ei os loquens
magna & blasphemias: & data
est ei potestas facere menses qua-
dra-

draginta duos. † Et aperuit os suũ
in blãsphemias ad Deũ blasphe-
mare nomen eius, & tabernaculũ
eius, & eos qui in cælo habitant.
7 † Et est datũ illi bellũ facere cum
sanctis, & vincere eos. Et data est
illi potestas in omnem tribum &
populum, & linguam, & gẽtem,
8 † Et adorauerunt eam omnes qui
inhabitant terrã, quorum nõ sunt
scripta nõia in libro vitæ Agni, q
9 occisus est ab origine mundi. † Si-
10 quis habet aurem, audiat. † Qui
C in captiuitatem duxerit, in capti-
uitatem 'vadit' ‖ qui in gladio oc-
Gen. 9. a. 6 ciderit; oportet eum gladio occi-
Mt. 26. c. 52 di. Hic est patientia & fides san-
11 ctorum. † Et vidi aliam bestiam a-
scendentem de terra: & habebat
cornua duo, similia Agni, & lo-
12 quebatur sicut draco. † Et potestatem
prioris bestiæ omnem facie-
bat in conspectu eius: & fecit ter-
ram & habitantes in ea, adorare
bestiã primã, cuius curata est pla-
13 ga mortis. † Et fecit signa magna,
vt etiam ignẽ faceret de cælo de-
scendere in terrã in cõspectu ho-
14 minum. † Et seducit habitantes in
terrã propter signa quæ data sunt
illi facere in conspectu bestiæ, di-
cens habitantibus in terra vt fa-
ciant imaginem bestiæ quæ habet
15 plagã gladij, & vixit. † Et datũ est
D illi vt daret spiritum imagini be-
stiæ; & vt loquatur imago bestiæ:
'faciet & 'faciat' vt quicunq; non adora-
uerint imaginem bestiæ, occidan-
16 tur. † Et faciet omnes pusillos, &
magnos, & diuites, & pauperes, &
liberos, & seruos habere charactẽ
rem in dextera manu sua, aut in
17 frontibus suis, † & ne quis possit
emere aut vendere, nisi qui habet
charactẽrẽ, aut nomen bestiæ, aut
18 numerum nominis eius. † Hic sa-
pientia est. Qui habet intelle-
ctum, cõputet numerum bestiæ.
Numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

CAP. XIIII.

1 ET vidi, & ecce Agnus stabat
supra montẽ Sion, & cum eo
centum quadragintaquatuor mil
lia habentes nomen eius, & no-
men patris eius scriptum in fron-
2 tibus suis. † Et audiui vocẽ de cæ-
lo, tanquã vocem aquarum mul-
tarum, & tanquam vocem toni-
trui magni, & vocem quã audiui,
sicut citharœdorum citharizan-
3 tium in citharis suis. † Et cantabant quasi canticum nouum ante
sedẽ & ante quatuor animalia, &
seniores, & nemo poterat dicere
canticum, nisi illa cetum quadra-
gintaquatuor millia, qui empti
4 sunt de terra. † Hi sunt qui cũ mu-
lieribꝰ non sunt coinquinati. Vir-
gines enim sunt. Hi sequuntur A-
gnum quocunq; ierit. Hi empti
sunt ex hominibus primitiæ Deo
5 & Agno. † & in ore eorum nõ est
inuentũ mendacium. sine macula
6 enim sunt ante thronũ Dei. † Et 4.
B vidi alterum angelum volantem
per medium cæli habentẽ Euan-
gelium æternum; vt euangeliza-
ret sedentibus super terram, & su
per omnem gẽtem, & tribum, &
7 linguam, & populum, † dicẽs ma-
gna voce, ‖ Timete Dominum, & 4. Esd. 16.
date illi honorem, quia venit ho- d. 68.
ra iudicij eius, & adorate eũ, qui Eccl. 12. d.
fecit cælum & terram, 'mare & 23.
omnia quæ in eis sunt', & fontes '& mare
8 aquarum. † Et alius angelus secu- Ps. 145. a. 6.
tus est dicens: ‖ Cecidit cecidit Ac. 14. c. 15.
Babylon illa magna: quæ à vino Isa. 21. c. 9.
iræ fornicationis suę potauit om- Iere. 51. a. 8.
9 nes gentes. † Et tertius angel' se- Inf. 18. a. 2.
cutus est illos, dicẽs voce magna,
Si quis adorauerit bestiam & ima
ginem eius, & acceperit charactẽ-
rem in frõte sua, aut in manu sua,
10 † & hic bibet de vino iræ Dei, q
mistum est mero in calice iræ ip-
sius, & cruciabitur igne & sul-
phure in conspectu angelorum
sanctorum, & ante conspectum

Agni.

11 Agni.† & fumus tormentorũ eorũ
C ascendet in secula seculorum: nec
habent requiem die ac nocte, qui
adorauerunt bestiam & imaginẽ
eius, & si quis acceperit characte-
12 rem nominis eius.† Hic patientia



sanctorum est, qui custodiunt
13 mandata Dei & fidem Iesu.† Et
audiui vocem de cælo, dicen-
tem mihi, Scribe, Beati mor-
tui qui in Domino moriuntur. A-
modò iam dicit Spiritus, vt requie-



scant à laboribus suis. opera enim
14 illorum sequuntur illos.† Et vi-
di, & ecce nubem candidã: & su-
per nubem sedentem similẽ Filio
hominis, habẽtẽ in capite suo co-
ronã auream, & in manu sua fal-
cem

15 cem acutam. † Et alius angelus ex-
D iuit de templo, clamans voce
magna ad sedentem super nubē,
Ioel 3. c. 13. ‖ Mitte falcem tuam & mete, quia
Mt. 13. c. 38. venit hora vt metatur, quoniam
16 aruit messis terræ. † Et misit qui
sedebat super nubē, falcem suam
in terram, & demessa est terra.
17 † Et alius angelus exiuit de tem-
plo quod est in cælo, habens &
18 ipse falcem acutam. † Et alius an-
gelus exiuit de altari qui habe-
bat potestatem supra ignem: &
clamauit voce magna ad eum qui
habebat falcem acutam, dicens,
Mitte falcem tuam acutam, & vin
demia botros vineæ terræ: quo-
19 niam maturæ sunt vuæ eius. † Et
misit angelus falcem suam acutā
in terram, & vindemiauit vineā
terræ, & misit in lacum iræ Dei
20 magnum: † & calcatus est lacus
extra ciuitatem, & exiuit sanguis
de lacu vsq; ad frænos equorum
per stadia mille sexcenta.

CAP. XV.

1 ET vidi aliud signum in cælo
A magnum, & mirabile: angelos
septem, habentes plagas septem
nouissimas. Quoniam in illis con
2 summata est ira Dei. † Et vidi tan-
quam mare vitreum mistū igne,
& eos qui vicerunt bestiā & ima-
ginem eius & numerum nominis
eius stantes super mare vitreum,
3 habentes citharas Dei: † & cantan
tes canticum Moysi serui Dei, &
canticum Agni, dicentes, Magna
B & mirabilia sunt opera tua Do-
mine Deus omnipotens: iustæ &
veræ sunt viæ tuæ * rex seculorum. * Domine.
4 † ‖ Quis non timebit te Domine, Ier. 10. a. 7.
& magnificabit nomē tuum quia
solus pius es, quoniā omnes gen-
tes venient, & adorabunt in con-
spectu tuo, quoniam iudicia tua
5 manifesta sunt. † Et post hæc vidi,
& ecce apertum est templum ta-
6 bernaculi testimonij in cælo: † &



C exierunt septem angeli, haben-
tes septem plagas de templo: ve-
* lino 1. stiti * lapide mundo & candido,
& præcincti circa pectora zonis
7 aureis. † Et vnum de quatuor ani-
malibus, dedit septem angelis se-
ptem phialas aureas, plenas ira-
cundiæ Dei viuentis in secula se-
8 culorum. † Et impletum est tem-
D plum fumo à maiestate Dei, & de

virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

CAP. XVI.

1 ET audiui vocem magnam de
A templo, dicentem septem angelis: Ite, & effundite septem
2 phialas iræ Dei in terram. † Et abi
Angelus it primus & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimum in homines qui habebant characterē bestiæ: & in eos qui adorauerunt
3 imaginē eius. † Et secundus an-
-.5. gelus effudit phialam suā in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens,
4 mortua est in mari. † Et tertius effudit phialā suā super flumina & super fontes aquarū: & factus
5 est sanguis. † Et audiui angelum
*quartū 7. *aquarū dicentem: Iustus es Domine qui es, & qui eras, sanctus,
6 *quia hæc iudicasti: † quia sangui-
*qui nem sanctorum & Prophetarum effuderunt & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt.
7 † Et audiui alterum dicentem: E-
tiam Domine Deus omnipotens
8 vera & iusta iudicia tua. † Et quar-
-.8. tus *angelus effudit phialam suā
B in solem, & datum est illi æstu af-
9 fligere homines & igni: † & æstuauerūt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomē Dei habentes potestatem super has plagas, neq; egerunt pœnitentiā
10 vt darent illi gloriam: † Et quin-
-.8. tus angelus effudit phialam suā super sedem bestiæ: Et factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ
11 dolore: † & blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœ-
12 nitentiam ex operibus suis. † Et
-.8. sextus angelus effudit phialam suā in flumē illud magnū Euphrā
C ten & siccauit aquam eius, vt præ-
13 pararetur via regibus ab ortu solis. † Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ *Spiritus tres immundos *exire
14 in modum ranarum. † Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum om-
15 nipotentis Dei. † ‖ Ecce venio sicut fur. ‖ Beatus qui vigilat, & cu- Sup. 3. a. 3.
stodit vestimenta sua, ne nu- Mat. 24. d.
dus ambulet, & videant turpitu- 42. d. 44.
16 dinem eius. † Et congregabit il- Lu. 12. c. 39
los in locum qui vocatur Hebrai- 40.
17 cè Armagedon. Et septimus an- 2. Co. 5. a. 3
-.5. gelus effudit phialam suam in aërem: & exiuit vox magna de templo à throno dicens, Factum
18 est. † Et facta sunt fulgura, & vo-
D ces, & tonitrua, & terræ motus factus est magnus qualis nunquam fuit ex quo homines fuerūt super terram, talis terræmotus,
19 sic magnus. † Et facta est ciuitas magna, in tres partes: & ciuitates Gentiū ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini in-
20 dignationis iræ eius. † Et omnis
insula fugit, & montes non sunt
21 inuenti. † Et grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.

CAP. XVII.

1 ET venit vnus de septem an-
A gelis qui habebant septem phialas, & locutus est mecum dicens, Veni, ostendā tibi damna-
2 tionē meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, † cū qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terrā
3 de vino prostitutionis eius. † Et abstulit me in spiritu in desertū. Et vidi mulierem sedentē super bestiam coccineam, plenam nomini-

minibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem.
4 † Et mulier erat circundata pur-
B pura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis habens poculum aureum in manu sua plenum ᵃabominatione' ᵃabomina
et immũditia fornicationis eius. tionum 10



5 † Et in fronte eius nomen scri-
ptũ, Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum & abomi-
6 nationum terræ. † Et vidi mulierem ebriã de sanguine sanctorũ, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cum vidissem illam admiratione magna. † Et di-
7 xit mihi angelus, Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentũ mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cor-
8 nua decem. † Bestia quam vidisti fuit, & non est, & ascensura est de abyssо, & in interitum ibit: & mi-
C rabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiã quæ erat,
9 & non est. † Et hic est sensus, qui habet sapientiam: Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem
10 sunt. † Quinque ceciderunt, vnus
7. est, & alius nondum venit: & cum venerit, oportet illum breue
11 tempus manere. † Et bestia quæ erat & non est: & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum
12 vadit. † Et decem cornua quæ vidisti: decẽ reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora ᵃac-
13 cipient' post bestiam. † Hi vnum consilium habent & virtutem: & potestatem suam bestiæ tradent.
14 † Hi cũ Agno pugnabũt, & Agnus
D vincet illos, quoniam Dñs Dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt: vocati, & electi, &
15 fideles. † Et dixit mihi: Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet: populi sunt, & Gentes, & linguæ.
16 † Et decem cornua quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.
17 † Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suũ bestiæ, donec cõsummentur

ᵃaccipiunt 5.

1.Ti.6.c.15 Inf.19.c.16

18 verba Dei. ‡ Et mulier quam vidisti: est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAP. XVIII.

1 A ET post hæc vidi alium angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à gloria e-
2 ius. ‡ Et exclamauit in *fortitudi-
*forti voce ne' dicens, ‖ Cécidit cécidit Ba-
13.



illa populus meus: vt ne partici-
pes sitis delictorum eius, & de
5 plagis eius non accipiatis. ‡ Quo-
niam peruenerunt peccata eius
vsque ad cælum, & recordatus
6 est *Deus' iniquitatum eius. ‡ Red-
*Dominus dite illi sicut & ipsa reddidit vo-
bis: & duplicate duplicia secun-
dum opera eius: In poculo quo
miscuit, miscere illi duplum.
7 ‡ Quantum glorificauit se, & in
delicijs fuit: tantum date illi tor-
mentum & luctum: quia in cor-
Isa.47.b.8. de suo dicit, ‖ Sedeo regina: &
vidua non sum, & luctum non
8 videbo. ‡ Ideo in vna die veni-
C ent plagæ eius, mors, & luctus,
& fames, & igne comburetur:
*Dñs 1. quia fortis est *Deus' qui iudica-

bylon magna: & facta est habita- Isa.21.c.9.
tio dæmoniorum, & custodia om Ie.51.a.8.
nis spiritus immundi, & custodia Su.14.b.8.
omnis volucris immundę & odi-
3 bilis. ‡ quia de vino iræ fornica-
tionis eius biberunt omnes gen-
tes: & reges terræ cum illa forni-
cati sunt: & mercatores terræ de
virtute deliciarum eius diuites
4 facti sunt. ‡ Et audiui aliam vo-
cem de cælo, dicentem: Exite de
9 bit illam. ‡ Et flebunt, & plan-
gent se super illam reges terræ,
qui cum illa fornicati sunt, & in
delicijs vixerunt, cùm viderint
10 fumũ incendij eius: ‡ longè stan-
D tes propter timorẽ tormentorũ
eius, dicentes: Væ, væ, ciuitas illa
magna Babylon, ciuitas illa for-
tis: quoniam vna hora venit iu-
11 dicium tuum. ‡ Et negotiatores
terræ flebunt, & lugebunt super
illam: quoniam merces eorũ ne-
12 mo emet amplius, ‡ merces auri &
argenti & lapidis pretiosi, & mar
garitæ, & byssi, & purpuræ, & se-
rici, & cocci, & omne lignũ thyi-
num & omnia vasa eboris, & om
nia vasa de lapide pretioso, & a-
13 ramẽto, & ferro & marmore, ‡ &
cyna-

E cynamomum, * & odoramento- 24 uerunt omnes gentes. † Et in eo
*amomum rum, & vnguēti, & thuris, & vini. sanguis prophetarū & sanctorū
& olei, & similæ, & tritici, & iu- inuentus est, & omnium qui in-
mentorum, & ouiū, & equorum, terfecti sunt in terra.
& rhedarum, & mancipiorum, &
14 animarum hominum. † Et poma
desyderij animæ tuæ discesserunt CAP. XIX.
à te, & omnia pinguia & præcla- 1 POsthæc audiui quasi vocem
ra perierunt à te, & amplius illa A *turbarum multarum in cælo *tubarum
15 iam non inueniet. † Mercatores dicentium: Allelu-ia. Laus, & glo-
*hominū *horum qui diuites facti sunt, ab 2 ria, & virtus Deo nostro est: † quia
ea longè stabunt propter timo- vera, & iusta iudicia sunt eius qui
rem tormentorum eius, flentes iudicauit de meretrice magna,
16 ac lugentes, † & dicentes: Væ, væ quæ corrupit terram in prostitu-
ciuitas illa magna, quæ amicta e- tione sua, & vindicauit sangui-
rat byſſo, & purpura, & cocco, & nem seruorum suorum de mani-
deaurata erat auro, & lapide pre- 3 bus eius. † Et iterum dixerunt: Al-
tioso, & margaritis, † quoniā vna lelu-ia. Et fumus eius ascendit in
17 hora destitutæ sunt tātæ diuitiæ: 4 secula seculorum. † Et ceciderunt
& omnis gubernator, & omnis seniores viginti quatuor, & qua-
qui in lacum nauigat, & nautæ, & tuor animalia, & adorauerunt
qui in mari operantur, longè ste- Deum sedētem super thronum,
18 terunt, † & clamauerunt videntes 5 dicētes: Amen, Allelu-ia. † Et vox
F locum incendij eius, dicentes: de throno exiuit, dicens: Laudem
Quæ similis ciuitati huic magnæ? dicite Deo nostro omnes serui e-
19 † Et miserunt puluerem super capi- ius, & qui timetis eum pusilli, &
ta sua, & clamauerunt flentes 6 magni. † Et audiui quasi vocem
& lugentes, dicentes: Væ, væ, ciui- *turbæ magnæ, & sicut vocem a- *tubæ.
tas illa magna, in qua diuites fa- quarum multarum, & sicut vo-
cti sunt omnes qui habebant na- cem tonitruorum magnorum, di-
ues in mari de pretijs eius: quoni- centium: Allelu-ia: quoniam re-
20 am vna hora desolata est. † Exul- gnauit Dominus Deus noster om-
*Exultate ta super eam cælū *& sancti Apo- 7 nipotens. † Gaudeamus & exulte-
super eam stoli & Prophetæ: quoniā iudica- B mus, & demus gloriam ei: quia ve-
cæli 7. uit Deus iudicium vestrū de illa. nerunt nuptiæ Agni, & vxor eius
21 † Et sustulit vnus Angelus fortis 8 præparauit se. † Et datum est illi
lapidē quasi molarem magnū, & vt cooperiat se byssino splenden-
G misit in mare, dicens: Hoc impe- ti & candido. Byssinum enim: iu-
tu mittetur Babylon ciuitas illa 9 stificationes sunt sanctorum. † Et
magna: & vltrà iam non inuenie- dixit mihi: Scribe, ‖ Beati qui ad Mt. 22. a. z.
22 tur. † Et vox citharœdorū, & mu- cœnam nuptiarum agni vocati Luc. 14. d.
sicorum & tibia canentium & tu- sunt. Et dixit mihi: Hæc verba
ba, non audietur in te amplius: 10 Dei, vera sunt. † ‖ Et cecidi ante pe- In. 20. b. c.
& omnis artifex omnis artis non des eius, vt adorarem eum. Et di-
inuenietur in te amplius, & vox cit mihi, Vide ne feceris, conser-
molæ non audietur in te ampli- uus tuus sum, & fratrē tuorū hā-
23 us, † & lux lucernæ non lucebit in bentiū testimonium Iesu. Denm
te amplius, & vox sponsi & spon- 11 adora. Testimonium enim Iesu
sæ nō audietur adhuc in te: quia est spiritus prophetiæ. † Et vidi
mercatores tui erant principes cælum apertū, & ecce equus al-
terræ, quia in veneficijs tuis erra- bus. & qui sedebat super eum vo-
12 cabatur Fidelis & Verax, & cum

12 iustitia iudicat & pugnat. † Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa habens nomen scriptum, quod 13 nemo nouit nisi ipse. ‖ Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & Isa. 63.2.



vocabatur. (14 vocatur nomen eius, Verbū Dei. † Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis vestiti byssino albo & mundo. † Et 15 de ore eius procedit gladius acutus: vt in ipso percutiat Gentes. ‖ Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. † Et 16 habet in vestimento & in fœmore suo scriptum: ‖ Rex Regum, & Dominus dominantium. † Et vidi v- 17 num Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cæli, Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, 18 vt manducetis carnes regū, & carnes tribunorū, & carnes fortium & carnes equorū & sedētium in ipsis, & carnes omniū liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum. † Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciēdum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum 20 exercitu ejus. † Et apprehensa est bestia & cum ea Pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnū ignis ardētis & sulphure. † Et cæteri occisi 21 sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

ex vtraq; parte Psal. 2. c. 9. Su. 17. d. 14 1. Ti. 6. c. 15

CAP. XX.

1 ET vidi angelum descendentē de cælo, habentē clauem abyssi, & catenā magnā in manu sua. 2 † Et apprehendit draconē serpentem antiquū, qui est Diabolus & satanas, & ligauit eum per annos 3 mille, † & misit eū in abyssum, & clausit, & signauit super illū, vt non seducat ampli⁹ gentes donec cōsummētur mille anni, & post hæc oportet illum solui modico 4 tēpore. † Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudiciū datū est illis, & animas decollatorum propter testi-

testimoniũ Iesu, & propter verbũ Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neq; imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis, & vixerũt & regnauerũt cum Chri- .5.



sto mille ann. 5 † Cæteri mortuorum non vixerunt, donec cõsummentur mille anni. Hæc est resur- 6 rectio prima. † Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. in his secunda mors



non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi: & re- 7 gnabunt cũ illo mille annis. ¶ Et C cùm cõsummati fuerint mille an ni, soluetur satanas de carcere suo & exibit, & seducet Gentes quæ Ez. 39. a. 2.

sunt super quatuor angulos terrę Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus
8 est sicut arena maris. † Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra Sanctorum, &
9 ciuitatem dilectam. † Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit
10 eos: † & Diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac
11 nocte in secula seculorum. † Et vidi thronum magnum candidũ,
D & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cęlum, &
12 locus non est inuentus 'eis'. † Et
'ab eis 13. vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundũ opera ipso-
13 rum. † & dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundũ opera ipsorum.
14 † Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors se-
15 cunda. † Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

CAP. XXI.

1 ET vidi cælum nouũ, & terram
A nouam, ‖ Primũ enim cęlum, & prima terra abijt, & mare iam
2 non est. † Et ego Iohannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. † Et audiui vocem
3 magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.
4 † ‖ & absterget Deus omnem la-
B chrymam ab oculis eorũ. & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltrà,

Isa. 65. c. 17. & 66. g. 22. 2. Pet. 3. c. 13

Isa. 25. c. 8. Su. 7. d. 17.



'quia 1. 'quæ' prima abierunt. † Et dixit
5 qui sedebat in throno, ‖ Ecce no-
Isa. 43. c. 19 ua facio omnia. Et dixit mihi,
2. Co. 5. d. 17 Scribe, quia hæc verba fidelissi-
6 ma sunt & vera. † Et dixit mihi: Factum est, ego sum α & ω: initium & finis. Ego sitiẽti dabo de
7 fonte aquæ vitæ, gratis. † Qui vicerit,

Sup. 1. b. 8. In. 22. c. 13.

rit, possidebit hęc, & ero illi Deus,
7 & ille erit mihi filius. † Timidis
C autem & incredulis, & execratis,
& homicidis, & fornicatoribus,
& veneficis, & idololatris, & om-
nibus mendacibus, pars illorum
erit in stagno ardenti igne, & sul-
9 phure, quod est mors secunda. † Et
venit vnus de septem angelis ha-
bentibus phialas plenas septem
plagis nouissimis, & locut⁹ est me
cum, dicens, Veni, & ostendam ti
10 bi sponsam, vxorem Agni. † Et su-
stulit me in spiritu in montē ma-
D gnum & altum: & ostendit mihi
ciuitatem sanctam Ierusalem de-
11 scendentem de cælo à Deo, † ha
bentem claritatem Dei, & lumen
eius simile lapidi pretioso tanquā
lapidi iaspidis, sicut crystallum.
12 † Et habebat murum magnum &
altum, habentem portas duode-
ᵃangulos cim: & in portis ᵃangelos duode-
cim, & nomina inscripta, quæ
sunt nomina duodecim tribuum
13 filiorum Israel. † Ab oriente, por-
tæ tres: & ab Aquilone portę tres:
& ab Austro portæ tres: & ab Oc-
14 caſu portæ tres. † Et murus ciui-
tatis habens fundamenta duode-
cim: & in ipsis duodecim nomina,
duodecim Apostolorum Agni.
15 † Et qui loquebatur mecum habe
ᵃarundi- bat mensuram ᵃarundineam' au-
nem 6. ream, vt metiretur ciuitatem &
16 portas eius, & murum. † Et ciuitas
E in quadro posita est, & longitudo
eius tanta est, quanta & lati-
tudo: & mensus est ciuitatem de
ᵃaurea arundine ᵃ per stadia duodecim
millia, & longitudo & altitudo &
17 latitudo eius æqualia sunt. † Et mē
sus est murū eius centum quadra
ginta quatuor cubitorum, mensu
18 ra hominis quæ est angeli. † Et e-
rat structura muri eius, ex lapide
Iaspide: ipsa verò ciuitas aurum
mundum, simile vitro mundo.
19 † Et fundamenta muri ciuitatis,
F omni lapide pretioso ornata. Fun
damentum primum, iaspis, secun
dum, sapphirus: tertium, calcedo-
20 nius: quartum, smaragdus: † quin-
tum, sardonix: sextum, sardius: sę-
ptimum, chrysolytus: octauum,
beryllus: nonum, topazius: deci-
mum, chrysoprasus: vndecimum,
hyacinthus: duodecimum, amæ-
21 thystus. † Et duodecim portæ: duo
decim margaritæ sunt, per singu-
las: & singulæ portæ, erant ex sin-
gulis margaritis: & platea ciuita-
tis aurum mundum, tanquam vi-
22 trum perlucidum. † Et templum
G non vidi in ea. Dominus enim De
us omnipotēs templum illius est
23 & Agnus. † ‖ Et ciuitas non eget Isa. 60. d. 19
sole neq; luna, vt luceant in ea:
nam claritas Dei ᵃilluminauit' e- ᵃillumina
am, & lucerna eius est Agnus. † Et bit
24 ambulabunt Gentes in lumine e-
ius: & reges terræ afferent gloriā
25 suam & honorem in illam. † ‖ Et Isa. 60. c. 11
portæ eius non claudētur per di-
26 em, nox enim non erit illic. † Et
afferent gloriam & honorem gen
27 tium in illam. † Non intrabit in
eam aliquod coinquinatum, aut
abominationem faciens & men-
dacium: nisi qui scripti sunt in li-
bro vitæ Agni.

CAP. XXII.

1 A ET ostendit mihi fluuium aquę
viuæ, splendidum tanquam
crystallum, procedentem de sede
2 Dei & Agni. † In medio plateæ ei-
us, & ex vtraque parte fluminis
lignum vitæ, afferens fructus duo
decim, per menses singulos red-
dens fructum suum. Et folia ligni
3 ad sanitatem Gentium. † Et omne
maledictum non erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa erunt, &
4 serui eius seruient illi. † Et vide-
bunt faciem eius: & nomen eius
5 in frontibus eorum. † ‖ Et nox vl- Isa. 60. d. 20
tra non erit: & non egebunt lumi
ne lucernę, neq; lumine solis, quo
niam Dominus Deus ᵃilluminat' ᵃillumina
illos, & regnabunt in secula secu- bit
lorum.

6 lorum. † Et dixit mihi, Hæc verba
B fidelissima sunt & vera. Et Domin'
Deus spirituum prophetarum mi-
sit Angelum suũ ostendere seruis
7 suis quæ oportet fieri citò. † Et ecce
venio velociter. Beatus qui custo-
dit verba prophetiæ libri huius.
8 † Et ego Iohannes qui audiui, & vi
Sup. 10. b. di hæc. ‖ Et postquam audissem &
10. vidissem, cecidi vt adorarem ante
9 pedes angeli, qui mihi hæc osten-
debat: † & dixit mihi, Vide ne fece
ris: conseruus enim tuus sum, & fra
trum tuorum prophetarum, & eo
* prophe- rum qui seruant verba * libri hu-
tiæ 10 ius. Deum adora. † Et dicit mihi, ne
C signaueris verba prophetiæ libri
11 huius. tẽpus enim prope est. † Qui
nocet, noceat adhuc: & qui in sor-
* iustitiam dibus est, sordescat adhuc: & qui iu
faciat 9. stus est, * iustificetur' adhuc: & san
12 ctus sanctificetur adhuc. † Ecce ve-
nio citò, & merces mea mecum est
reddere vnicuique secundum ope
13 ra sua. † Ego sum α & ω, primus &
Isa. 41. b. 4 nouissimus, principium & finis.
44. a. 6. 14 † Beati qui lauãt stolas suas *: vt sit

potestas eorum in ligno vitæ, &
per portas intrent in ciuitatem.
15 † Foris canes & venefici, & impu-
dici, & homicidæ, & idolis seruien
tes, & omnis qui amat & facit mẽ-
16 dacium. † Ego Iesus misi angelum
meum, testificari vobis hæc in Ec-
clesijs. Ego sum radix & genus Da-
uid, stella splendida & matutina.
17 † Et Spiritus & sponsa dicunt, Ve-
ni. Et qui audit, dicat, Veni: Et qui
sitit, veniat: ‖ & qui vult, accipiat
18 aquam vitæ gratis. † Contestor e-
nim omni audienti verba prophe
tiæ libri huius: Si quis apposuerit
ad hæc: apponet Deus super illum
19 plagas scriptas in libro isto. † Et si
quis diminuerit de verbis libri
prophetiæ huius: auferet Deus par
tem eius de libro vitæ, & de ciuita
te sancta, & de his quæ scripta sunt
20 in libro isto: † dicit qui testimoniũ
perhibet istorum. Etiam venio ci-
tò: Amen. Veni Domine Iesu. † Gra
21 tia Domini nostri Iesu Chri-
sti cum omnibus vo-
bis, Amen.

Sup. 1. b. 8 21. b. 6 * in sangui ne agni.

Isa. 55. 2. 2

IN-

INDEX EPISTOLARVM ET EVANGELIORVM, QVÆ E VETERI ET NOVO TESTAMENTO *excerptæ, in templis, Dominicis, & alijs festis diebus leguntur, in quo notatur Epistolæ, aut Euangelij principium tantùm: & subinde quod finem illorum consequitur. R litera, vsum Romanum significat.*

ADVENTVS.

Dominica prima.

EPIST. Et hoc scientes tempus. vsque ad finem capitis. Rom. 13.c.d

Euang. Et cum appropinquassent. Et cùm intrasset. Matth. 21.a

Dominica secunda.

Epist. Quæcunq; enim scripta sunt. Certus sum autem. Ro. 15.a

Euang. Et erunt signa in sole. Attendite autem. Luc. 21.c. Rom. Iohannes autem cùm audisset. Matth. 11.a

Dominica tertia.

Epist. Sic nos existimet homo. Hæc autem fratres. 1. Cor. 4. a. R. Gaudete in Dño semper. Phil. 4.a

Euang. Iohānes autem cùm audisset. Amen dico vobis. Matt. 11. a. R. Et hoc est testimoniū. Ioh. 1.b

Feria quarta quatuor temporum.

Epist. Et erit in nouissimis diebus. Proiecisti enim. Esa. 2.a. Item epistola, Et adiecit Dñs loqui. Quia antequam sciat. Esa. 7.b

Euang. In mense autem sexto. Exurgens autem. Luc. 1.c

Feria sexta.

Epist. Egredietur virga. Habitabit lupus cum agno. Esa. 11.a

Euan. Exurgens autem Maria. Quia respexit. Luc. 1.d

Sabbato.

Epist. Clamabunt enim ad Dominum. In die illa. Esa. 19.d

Item epist. Lætabitur deserta. In cubilibus. Esa. 35.a

Item epist. Super montem excelsum. Quis mensus est. Esa. 40.c

Item epist. Hæc dicit Dñs Christo meo Cyro. Vę qui contradicit. Esa. 45. a

Item epist. Angelus autem Domini. Confitemini Dño. Dan. 3. c

Item epist. Rogamus autē vos fratres. Cuius est aduentus secundum 2. Thess. 2.a

Euang. Anno quintodecimo. Dicebat ergo ad turbas. Luc. 2.a

Dominica quarta.

Epist. Gaudete in Domino semper. De cætero fratres. Phil. 4.a. R. Sic nos existimet. 1. Cor. 4.a

Euan. Et hoc est testimonium. Altera die vidit Iohānes. Ioh. 1. b. R. Anno quintodecimo Luc. 3.a

NATALIS DOMINI.

In vigilia.

Epist. Propter Sion non. Habitabit enim. Esa. 62.a

Item epist. Paulus seruus Christi Iesu. Omnibus qui sunt Romę. Rom. 1.a

Euang. Cùm esset desponsata. Hoc autem. Matt. 1.c

In Gallicantu.

Epist. Populus qui ambu. Zelus Domini. Esa. 9.a

Item

Item epist. Apparuit enim gratia. Nemo te. Tit. 2 c

Euang. Factum est autem in diebus illis, exijt. Et factum est. Luc. 2.a

In aurora.

Epist. Spiritus Domini super me. Tu autem vocaberis. Esa. 61.a & 62.d

Item epist. Cùm autem benigni. Fidelis sermo. Tit. 3.b

Euang. Et factum est, vt discess. Et postquam. Luc. 2.b.c

In die, ad magnam missam.

Epist. Propter hoc sciet Recedite recedite. Esa. 52.b

Item epist. Multipharie. Ad quem ang. Heb. 1.a

Euang. In principio. Iohannes testimonium. Iohan. 1.a

In die S. Stephani protomartyris.

Epist. Stephanus autem. Saulus autem. Act. 6.c. & 7.g

Euang. Ecce ego mitto. ad finē vsq; cap. Matth. 23.d

In die S. Iohannis Euangelistæ.

Epist. Qui timet Deum. Homines stulti. Eccl. 15.a

Euang. Sequere me. Sunt autem. Iohan. 21.f

In die sanctorum Innocentium.

Epist. Et vidi, Et ecce agnus. Et vidi alterum angelum. Apoc. 14.a

Euang. Qui cùm recessissent. Defuncto. Matt. 2.b.c

Dominica intra octauas Natalis Domini.

Epist. Dico autem quanto. Sed tunc quidem. Gal. 4.a

Euang. Et erat pater eius. Et ibant parentes. Luc. 2.c

In Circunciſione Domini.

Epist. Apparuit enim. Nemo te contemnat. Tit. 21.c

Euang. Et postquam con. Et postquam imp. Luc. 2.c

In Epiphania Domini.

Surge illuminare. Omne pecus. Esa. 60.a

Euang. Cùm autem natus. Qui cùm recess. Matt. 2.a

Dominica intra octauas Epiphaniæ.

Epist. Obiecro itaq; vos. Habētes autem. Rom. 12.a

Euang. Et cùm factus esset annorum, ad finem vsq; capitis. Lucæ 2.f

Dominica prima post octauas Epiphaniæ.

Epist. Habetes autem donationes. Nolite esse prudentes. Rom. 12.b

Euan. Et die tertia nuptiæ. Post hæc descen. Iohan. 2.a

Dominica secunda post octauas Epiphaniæ.

Epist. Nolite esse prudentes. vſque ad finem capitis.

Euang. Cùm autem descendisset. Cùm autem introisset. Matth. 8.a

Dominica tertia post octauas Epiphaniæ.

Episto. Nemini quicquam. Et hoc scientes. Rom. 13.c

Euang. Et ascendente eo. Et cū veniſſet. Matt. 8.c

Dominica quarta post octauas Epiphaniæ.

Epist. Induite vos ergo. Mulieres. Coloss. 4.b

Euan. Simile factum est regnū cælorum homini qui seminauit. Aliam parabolam. Matt. 13.d

Dominica in Septuagesima.

Episto. Nescitis quod hi qui in stadio. Sed non in pluribus. 1. Cor. 9.d. & 10.a

Euang. Simile est enim regnū. Et ascendens. Matt. 20.a

Dominica in Sexagesima.

Epist. Libenter enim suffertis. Pro-

Propter quod placeo. 2.Cor.11.d. e.& 12.a.b.c

Euang. Cùm autem turba multa. Nemo autem. Luc.8.a.

Dominica in quinquagesima.

Epist.Si linguis hominum,&c. ad finem vsq; capitis. 1.Cor.13.a. b.c.d.

Euang. Assumpsit autem Iesus duodecim. vsq; ad finem capitis. Luc.18.c

Feria quarta cinerum.

Epist. Nunc ergo dicit Dominus,conuertimini. Et eum qui ab aquilone. Ioël 2.c

Euang. Cùm autem ieiunatis. Lucerna corporis. Matth.6. b.c

Feria quinta in capite ieiunij.

Epist. In diebus illis ægrotauit Ezechias. Hoc autem tibi erit. Esa.38.a

Euang. Cùm autem introisset Caph. Et cùm venisset Iesus in domum. Matth.8.a

Feria sexta in capite ieiunij.

Epist. Clama, ne cesses. Si abstuleris. Esa.58.a

Euang. Audistis quia dictũ est, Diliges proximum tuum.Et cùm oratis.Matth.3.g.6.a

Sabbato in capite ieiunij.

Epist. Si abstuleris de medio tui,&c. vsq; ad finem capitis. Esa.58.c

Euang. Cùm sero factum esset. ad finem vsq; capitis. Marci 6.g

Dominica prima in quadragesima.

Epist. Adiuuantes autem exhortamur. Os nostrum. 2.Corin. 6.a

Euang. Tunc Iesus ductus est. Cùm autem.Matth.4.a

Feria secunda.

Epist. Ecce ego ipse super pa. Vos autem gre.Ezech.34.c

Euang. Cùm autem venerit filius ho. &c. ad finem vsq; capitis. Matth.25.c

Feria tertia.

Epist. Quærite Dominũ dum. Quia in læt. Esa.55.b

Euang. Et cùm intrasset Iesus Hier. Manè autem. Matth.21.b

Feria quarta.

Epist. Ascende ad me. capitis finem vsq;. Exo.24.c. Idem epist. Cumque venisset illuc. 3. Regum 19.a

Euang. Tunc responderunt ei quidam de scribis, &c. vsq; ad finem capitis. Matth.12.c

Feria quinta.

Epist.Quæso Domine Deus cæli,&c. vsq; ad finem capitis. Neemiæ 1.b

R. Et factus est sermo Domini. Quod si genuerit filium. Ezech. 18.a

Euang.Et ingressus inde Iesus. Et cùm transf. Matth.15.c

Feria sexta.

Epist. Anima quæ pec.Et dicũt filij Israel. Ezech.18.c

Euang. Post hæc erat dies. Propterea pers. Ioan.5.a

Sabbato.

Epist. Respice de sanctuario, &c. vsq; ad capitis finem. Deut. 26.d

Idem epist. Si enim custo. Et propono. Deu.11.c

Idem epist. Benefaciat vobis. Et nunc hic. 2.Mach.1.a

Idem epist. Miserere nostri. In ira flammæ. Eccles.36.a

Idem epist. Rogamus autẽ vos fratres, corripite. Fidelis est qui. 1. Thess.5.c

Euang. Et post dies sex. Et interrogauc. Matth.17.a

Domi-

Dominica secunda in quadragesima.

Epist. De cætero ergo. Itaque qui hæc. 1.Thess.4.a

Euang. Vt in præcedente sabbato.

Feria secunda.

Epist. Et nunc Domine Deus noster. Cumq; adhuc Dan.9.d

Euang. Ego vado, & quæretis. Hæc illo loquen. Ioan.8.c

Feria tertia.

Epist. Surge,& vade in.Factum est autem. 3.Reg.17.b

Euang. Tunc Iesus locutus est. Væ vobis scrib. Matth.23.d

Feria quarta.

Epist. Domine Deus rex. Omnis quoq;. Hest.13

Euang. Et ascendens Iesus in Hierosol. Et egredientibus illis ab Hiericho. Matth.20.b.c

Feria quinta.

Epist. Maledictus homo qui cõfidit. Perdix fouit quæ non. Hierem.17.a

Euang. Homo quidam erat dives, &c. ad capitis vsque finem. Luc.16.e

Feria sexta.

Epist. Dixit Ioseph fratr. Confestim igitur. Genes.37.b

Euang. Homo quidam erat paterf. &c. vsq; ad 22. capitis principum. Matth.21.d

Sabbato.

Epist. Quod cùm audisset Rebecca. Viues gladio. Gen.27.a

Euang. Homo quidam habuit duos filios, vsq; ad capitis finem. Luc.15.c

Dominica tertia in quadragesima.

Epist. Estote imitatores mei. Probantes. Eph.5.a

Euang. Et erat eijciens dæmo. Turbis autem. Luc.11.b.c

Feria secunda.

Epist. Naaman princeps milit. Obsecro itaque. 4.Reg.5.a

Euang. Vtiq; dicetis mihi hãc. Et descendit in Caph. Luc.4.d

Feria tertia.

Epist. Mulier autẽ quædam de. Facta est autem. 4.Reg.4.a

Euang. Si autem peccauerit in te. Ideo assimilatum. Mat.18.b.c

Feria quarta.

Epist. Honora patrem tuum & matrem. Veniam ad te. Exod.20.b

Euang. Tunc accesserunt ad. Et egressus inde Iesus. Matthæi 15.a

Feria quinta.

Epist. Verbum quod factum est ad. Ecce vos confiditis. Hier.7.a

Euang Surgens autem Iesus de synag. &c. vsque ad principium quinti capitis. Luc.4.f g

Feria sexta.

Epist. Cumque indigeret aqua pop. Misit interea. Num.20.a

Euang. Venit ergo in ciuitate. Post duos autem. Ioan.4.a

Sabbato.

Epist. Et erat vir habitans in. Helchias autem. Dan.13.a

Euang. Iesus autem perrexit. Iterum ergo locu. Ioan.8.a

Dominica quarta in quadragesima.

Epist. Scriptum est enim, &c. ad finem vsq; cap. Gal.4.c

Euang. Post hæc abijt. Iesus ergo cùm cogno. Ioan.6.a

Feria secunda.

Epist. Tunc venerunt duæ,&c. vsque ad quartum caput. 3.Reg.3.c

Euang. Et propè erat Pascha vsque ad tertium caput. Ioannis 2.c

Feria tertia.

Epist. Vade & descende. Et reuersus est. Exod 3.b

Euang.

Euang. Iam autem die festo. Christus cura. Ioan.7.b

Feria quarta.

Epistola.Et sanctificabo nomẽ meum. Et saluabo vos.Ezech. 36.e

Euang. Et præteriens Iesus. Et dicit ei. Ioan.9.a

Feria quinta.

Epist. Profecta est igitur. Erat autem fames. 4.Reg.4.d

Euang. Et factum est deinceps. Et exijt hic sermo. Luc.7.b.c

Feria sexta.

Epist. Factum est autem post hæc, &c. vsque ad finem capitis. 3.Reg.17.c

Euang. Erat autem quidã languens. Quidam autem ex ipsis. Ioan.11.a

Sabbato.

Epist. In tempore placito. Ecce in manibus. Esa.49.e

Euang. Ego sum lux. Dixit ergo iterum. Ioan.8.b

Dominica in Passione.

Epist.Christus autem assistens. Vbi enim Testamentum. Hebr. 9.c

Euang. Quis ex vobis arguet, vsq; ad finem capitis. Ioan.8.f

Feria secunda.

Epist. Et factum est verbũ Domini,&c. ad finem vsque capitis. Ionæ 3.a

Euang. Audierunt Pharisęi turbam. Nondum enim erant.Ioan. 7.c

Feria tertia.

Epist. Quod cùm audissent, &c. vsq; ad finem capitis. Dan. 14.e

Euang. Post hæc autem ambulabat. Iam autem die. Ioan.7.a

Feria quarta.

Epist. Non facies furtum. Leges meas custo. Leuit.19.c

Euang.Facta sunt autem.Quærebant ergo. Ioan.10.c

Feria quinta.

Epist. Ne,quæsumus,tradas.Et non cess. Dan.3.d

Euang. Rogabat autem illum quidam,&c. vsq; ad 8. caput.Luc. 7.c.f

Feria sexta.

Epist. Domine, omnes qui te dere. Hæc dicit Dominus. Hier. 17.b

Euang. Collegerunt ergo Pontifices. Proximum autem. Ioan. 11.f

Sabbato.

Epist. Venite, & cogitemus cõtra,&c. vsque ad 19. caput. Hier. 18.c

Euang.Hæc locutus est,&c. vsque ad finem capitis. Ioan. 17. a. R.Cogitauerunt autem principes sacerdotum. Cùm autẽ tot signa. Ioan.12 b

Dominica in Ramis Palmarum.

Post benedictionem Palmarũ.

Epist. Venerunt autem in Helim. Audiui enim murmur. Exo. 15. d. 16.a

Euang. Et cùm appropinquasset. Et cùm intrasset. Matth.21.a

Ad missam.

Epist Hoc enim sentite, Itaq; char. Philip. 2. a

Euang. Passio Domini, secundum Matthæum cap. 26. & 27. eiusdem.

Feria secunda.

Epist. Dominus Deus aperuit. Ecce vos omnes. Esa. 50. b

Euang.Iesus ergo ante sex.Cogitauerunt autem. Ioan.12. a

Feria tertia.

Epist. Tu autem Domine de. Propterea hæc. Hierem. 11. d

Euang. Passio Dñi, secundum Marcum cap. 14. & 15. eiusdem.

Feria quarta.

Epist. Ecce Saluator tuus. Et dixit, Esa, 62, d, 63. a. b

Item

Idem epist. Quis credidit auditui. vsque ad finem capitis. Esaie 53.a

Euang. Passio Domini, secundum Lucam. cap. 22. & 23. eiusdem.

Feria quinta in cœna Domini.

Epist. Conuenientibus ergo. Itaq; fratres. 1.Cor.11.d

Euang. Ante diem festum. Amen, amen dico vobis. Iohan. 13.a

Feria sexta in parasceue.

Epist. Dixit quoq; Dominus ad Moysen, &c. Et transibo. Exod. 12.a

Idem epist. In tribulatione sua. Ipse autem. Oseæ 6.a

Euang. Passio Domini, secundum Ioannem. cap. 18. & 19.

Sabbato sancto.

Epist. Igitur si consurrexistis. Mortificate ergo membra. Col. 3.a

Euang. Vespere autem. Et exierunt, Matth. 28.a

IN DIE PASCHAE.

Epist. Expurgate vetus. Scripsi vobis. 1.Cor.5.e

Euang. Et cùm transisset Sab. At ille exeuntes. Mar.16.a

Feria secunda.

Epist. Verbum quod misit. Adhuc loquente Petro. Act.10.f

Euang. Et ecce duo ex illis. Dũ autem hæc. Luc.24.b

Feria tertia.

Epist. Viri fratres, filij. Filius meus es. Act.13.d

Euang. Dum autem hæc lo. Vos autem testes estis. Luc. 24.f

Feria quarta.

Epist. Videns autem Petrus. Vt quum ve. Act.2.b

Euangel. Postea se manifestauit. Cùm ergo prandissent. Ioh. 21.a

Dominica prima post Pascha.

Epist. Quoniam omne. Qui verò non. 1.Ioan.5.a

Euang. Cùm ergo serò, vsq; ad finem capitis. Ioan.20.e

Dominica secunda post Pascha.

Epist. In hoc enim. vsque ad finem cap. 1.Pet.2.d

Euang. Ego sum pastor. Propterea me. Ioan.10.b

Dominica tertia post Pascha.

Epist. Charissimi, obse. Quæ enim. 1.Pet 2 b.c

Euang. Modicum, & iam. Et in illo die. Ioan.16.d

Dominica quarta post Pascha.

Epist. Omne datum op. Estote autem. Iacob.1.c

Euang. Et nunc vado. Omnia quæcun. Ioan 16.b

Dominica quinta post Pascha.

Epist. Estote autem fact. vsque ad finem cap. Iac.1.d

Euang. Amen, amen dico. Respondit eis. Ioan.16.e.f

Feria secunda in Rogationibus.

Epist. Confitemini ergo, &c. vsq; ad finem capitis. Iac.5.d

Euang. Quis vestrûm habebit. Et erat eijciens dæmonium. Luc. 11.a

Feria tertia in Rogationibus.

Epist. Obsecro igitur veritatem dico. 1.Tim.2.a

Euang. Petite, & dab. Omnia ergo quæcunque. Matth.7.a.b

IN DIE ASCENSIONIS.

Epist. Primũ quidem ser. Tunc reuersi. Act.1.a

Euang.

Euang. Nouissima autem, &c. ad cap. finem vsq; Mar. 16. c

Dominica infra octauas Ascensionis.

Ep. Estote itaq; prudētes. Charissimi 1. Pet. 4. b

Euangel. Cùm autem venerit par. Hæc aũt vobis. Ioa. 15. d. 26. a

IN DIE PENTECOSTES.

Epist. Et cùm comp. Stupebant autem. Act. 2. a

Euang. Si quis diligit me. Surgite eamus. Ioa. 14. c

Feria secunda.

Epist. Et præcepit nobis præd. Tunc rogauerunt. Act. 10. f. g

Euang. Sic enim Deus dil. Post hæc. Ioan. 3. b

Feria tertia.

Epist. Quum autem aud. Cùm vidisset. Act. 8. c

Euang. Amen, amen dico vobis, qui. Ego sum pastor. Ioh. 10. a

Feria quarta quatuor temporum.

Epist. Diligite iustitiam. Propter hoc, qui lo. Sap. 1. a

Item epist. Stans autem Petrus. Viri Israëlitæ. Act. 2. b. c

Item epist. Per manus autem. Exurgens autem. Act. 5. c

Euang. Nemo potest venire. Litigabant. Ioan. 6. c.

Feria sexta.

Epi. Viri Isra. Viri fratres Act. 2. c

R. Et filiæ Sion. Et erit post hæc. Ioe. 2. f

Euangel. Et factum est in vna. Et post hæc. Luc. 5. d

Sabbato.

Epist. Et erit post hæc, Effundam. vsque ad finem cap. Ioë. 2. g. Item. Cùm ingressi fue. Postquã. Leuit. 23. b. Item epist. Cùm intraueritis. Quando comp. Deut. 26. a. Item epist. Si in præceptis. Ego Dominus. Leu. 26. a. Itẽ epi. Sequenti verò, &c. ad cap. finem vsq; Act. 3. f. g. Item epist. Iustificati. Vt quid enim. Rom. 5. a

Euang. Surgens autem Iesus, vsq; ad finem capitis. Luc. 14. f

IN DIE TRINITATIS.

Epist. Gratia Domini, &c. vsq; ad finem. 2. Corint. 13. d

R. Qui nõ diligit, &c. vsq; ad capitis finem, 1. Ioa. 4. b

Euang. In principio. Iohannes testim. Ioa. 1. a

R. Estote ergo misericordes. Non est enim. Lucæ. 6 f

Dominica prima post Pentecosten.

Epist. Qui non dili. g &c. vsque ad finem capitis. 1. Ioa. 4. b

Euan. Homo quidã erat diues, &c. vsq; ad finẽ capitis. Luc. 16. a

IN DIE SACRAMENTI.

Epist. Ego enim accepi. Ideo inter vos. 1. Cor. 11. e

Euang. Caro enim. Hæc dixit in syna. Ioa. 6. f

Dominica secunda post Pentecosten.

Epist. Nolite mirari. In hoc cognoscimus. 1. Ioa. 3. e

Euang. Homo quidam. Ibant autem. Luc. 14. d

Dominica tertia post Pentecosten.

Epist. Humiliamini. Per Siluanum. 1. Pet. 5. b

Euang. Erant autem approp. Aut quæ. Lu. 15. a

Dominica quarta post Pentecosten.

Epi. Existimo enim. Spe enim. Luc. 6. f.

Euan. Estote ergo misc. Nõ est enim. Lu. 6. f

R. Factum est autem cùm tur. Et factum. Lu. 5. a

Dominica quinta post Pentecosten.

Epist. In fine autem. Parati semp. 1. Pet. 3. b

Lu. Factũ est aũt. Et factũ. Lu. 5. a
R. Dico autem vobis, quia. Esto con. Matth. 5. c

Dominica sexta post Pentecosten.

Epi. An ignor. Nõ ergo. Ro. 6. a
Euang. Dico autem vobis. Esto consentiens. Matth. 5. c
R. In diebus illis. Et statim ascen. Marc 8. a

Dominica septima post Pentecosten.

Epistola. Humanum dico, &c. vsque ad finem. Rom. 6. d
Euang. In diebus. Et statim ascen. Matth. 8. a
R. attendite à falsis. Multi dicent mihi. Mat. 7. c

Dominica octaua post Pentecosten.

Epist. Ergo fratres, debi. Si tamen. Rom. 8. c
Euang. Attendite à falsis. Multi dicent. Matth. 7. c
R. Homo quidã erat. Qui fidelis est in. Luc. 16. a

Dominica nona post Pentecosten.

Epist. Hęc autẽ in. Propter quod. 1. Cor. 10. a
Euang. Homo quidam erat. Qui fidelis. Luc. 16. a
R. Et vt appropinquauit. Principes autem. Luc. 19. c

Dominica decima post Pentecosten.

Epist. Scitis autem. Sicut enim. 1. Cor. 12. a
Euang. Et factum est cùm. Principes. Lucæ 19. c
R. Duo homines. Afferebant. Luc. 18. b

Dominica vndecima post Pentecosten.

Epistola. Notum autem. Sed abundan. 1. Cor 15. a
Euang. Duo omines. Afferebant au. Luc. 18. b
R. Et iterum exiens. ad finem capitis. Matth. 7. d

Dominica duodecima post Pentecosten.

Epist. Fiduciam autem. Nam nec. 2. Cor. 3. b
Euang. Et iterum exiens. vsque ad finem capitis. Matt. 7. d
R. Beati ocu. Factũ est. Lu. 10. d. e

Dominica decimatertia post Pentecosten.

Epist. Abrahæ dictæ. Prius autem. Galat. 3. c
Euang. Beati oculi. Factum est. Luc. 17. c. d
R. Factũ est. Interrogat. Lu. 17. e

Dominica 14. post Pentecostẽ.

Epist. Dico aũt Si spiritu. Ga. 5. c
Euang. Et factum est. Interrogatus. Luc. 17. c
R. Nemo potest. Nolite ergo. Matt. 6. c.

Dominica 15. post Pentecosten.

Epist. Si Spiritu. Videte qua. Galat. 5. d. 6. a
Euang. Nemo potest. Nolite ergo. Matth. 6. c
R. Et factum est. Et exiit hic. Luc. 7. b. c

Dominica 16. post Pentecostẽ.

Epist. Propter quod, &c. vsque ad cap. finem. Ephes. 3. c
Euang. Et factum est. Et exiit hic sermo. Luc. 7. b. c
R. Et fact. est. Dicebat aũt Lu. 14. a

Feria quarta quatuor temporum.

Epist. Ecce dies venient. &c. vsque ad finem capitis Amos 9. d
Item Epistol. Congregatusque Leuitæ autem. Neemiæ 8. a
Euangelium. Et respondens. Et inde profecta. Marc. 9. c

Feria sexta.

Epist. Cõuertere Israel, &c. vsque ad finem capitis. Oseæ. 14. a
Euang. Rogabat autem, &c. vsque ad finem capitis. Lu. 7. c

Sab-

Sabbato.

Epist. Decima die. Et locutus est. Leu. 23. e

Item epistola. A quintodecimo. Locutusque. Leuit. 23. f

Item epistola. Pasce populum. &c. vsque ad finẽ capitis. Mic. 7. c

Itẽ epi. sicut cogit. vt hæc dicit Dominus. Zach. 8. c

Item epistol. Angelus autem. Benedictus. Daniel 3. c

Item epistola. Tabernaculum. Si enim. Hebr. 9. a

Euangelium. Arborem fici. Dicebat ergo. Luc. 13. a. b

Dominica 17. post Pentecostẽ.

Epist. Obsecro itaque. Vnicuique autem. Ephe. 4. a

Euangelium. Et factum est. Dicebat autem. Luc. 14. a

R. Pharisæi autem, &c. vsque ad finem capitis. Matth. 22. d

Dominica 18. post Pentecosten.

Epist. Gratias ago. Fidelis. 1. Corinth. 1. a

Euang. Pharisæi autem, &c. vsque ad finem capitis. Matth. 22. d

R. Et ascendens in. Etcũ. Ma. 9. a

Dominica 19. post Pentecosten.

Epist. Renouamini aug. Omnis serm. Ephe. 4. e

Euang. Et ascendens in. Et cũ. Matth. 9. a

R. simile factum est regnum, Tunc abeuntes Matth 22. a

Dominica vicesima post Pentecosten.

Epistola. videte itaque. Mulieres viris. Ephes. 5. c. d

Euang. Simile factum est. Tunc abeuntes, Matt. 22. a

R. Et erat quidam. Hoc iterum, Iohan. 4. f. g

Dominica vicesima prima post Pentecosten.

Epist. De cætero. Per omnem. Ephes. 6. b

Euang. Et erat quidam. Hoc iterum. Ioan. 4. f. g

R. Ideo assimilatum est, &c. vsque ad capitis finem. Mat. 18. c

Dominica vicesima secunda post Pentecosten.

Epist. Confidens hoc. Scire aũt Phil. 1. a

Euang. Ideo assimulatum, &c. vsq; ad finem. cap. Matth 18. c

R. Tunc abeuntes. Et audientes. Mat. 22. b

Dominica, vicesima tertia post Pentecosten.

Epist. Imitatores mei. Gaudete. Philip 3. d. & 4. a

Euang. Tunc abeuntes. Et audientes. Mat. 22. b

R. Hæc illo loquen. Et transeunte. Mat 9. e

Dominica vicesima quarta post Pentecosten.

Epist. Ideo & nos. Cum gaudio. Colos. 1. b

Euang. Hæc illo loqu. Et transeunt. Mat. 9. c

R. Cùm videritis. De die autẽ illa. Mat 24. b

Dominica vicesima quinta post Pentecosten.

Epistol Ecce dies veniunt. Ad Prophetas. Hier. 23. a

Euang Cùm subleuasset. Iesus ergo Ioan. 6. a

PROPRIVM SANCTORVM.

In die sancti Andreæ Apostoli.

Epist. Corde enim creditur. Sed dico. Ro. 10. c

Euang. Ambulans. Et circumibat. Matth. 4. c.

In conceptione beatæ Mariæ.

Epistola. Ego quasi vitis. Hæc omnia. Eccles. 24. c.

Euangelium. Liber generationis. Omnes itaque. Matth. 1. c.

In die sancti Thomæ Apostoli.

Epist.Ergo iam non,&c.vsque ad finem capitis.Eph.2 d
R.Agnouit eum in be. Circũpedes.Eccles.44.d.45.a
Euangelium.Thomas autem. Multa quidem.Ioan.20.f

In die purificationis beatæ Mariæ.

Epist.Ecce ego mittam.Et accedam.Malach.3.a
Euangelium.Et postquam.Et erat pater.&c.Lu.2.d.

In die Sancti Matthiæ Apostoli.

Epist. In diebus illis, exurgẽs, &c.vsq; ad finem capitis. Act.1 c.
Euangel. Hoc est præcep.Hæc mando. Ioa.15.b
R. Confitebor tibi, vsq; ad finem capitis.Mat.11.d

In die Annuntiationis beatæ Mariæ.

Epistola. Et adiecit Dominus. Quia antequam.Esa.7.b
Euang.In mense autem.Et discessit.Lu.1.c.

In die sancti Marci Euangel.

Epist.Beatus homo.Fili mi,ne. Prou.3.b.
R.Similitudo autem.Cumque aspicerem. Ezec.1.c
Eu.Ego sum vitis.In hoc.Io.15.a
R.Post hæc autem. In quantũque autem.Luc.10.a

In die sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum.

Epistola.Exurgens autem.Adueniens autem.Act.5.d
R.Tunc stabunt. Ergo errauimus.Sap.5.a
Euang. Non turbetur. Siquid. Ioan.14.a

In die sancti Ioannis Baptistæ.

Epistola. Audite insulæ. Hæc dicit Dominus.Esa.49
R.Priusquam te.Et factum est. Hier.1.b
Euang.Fuit in diebus.Et dixit Zacharias.Luc.1.a

In die Apostolorum Petri & Pauli.

Epist.Eodem autem.Consyderansq;.ve.Act.12.a
Euang.Venit autem Iesus.Tũc præcepit.Mat.16.b.c

In die beatæ Mariæ Magdalenæ.

Epi.Mulierem fortem, &c. ad finem vsq; capitis. Prouer.24.b.
Euangelium.Maria aũt stabat. Cùm ergo serò.Ioa.20 c
R. Rogabat autem,&c. vsq; ad finem capitis. Luc.7.c

In die sancti Iacobi Apostoli.

Epist. Iam non estis, &c. vsq; ad finem capitis.Eph.2.d
R.Benedictus Deus.Non enim 2.Cor.1.a
Euang. Tunc accessit. Et egredie.Mat.20.c

In die sancti Laurentij.

Epist.Qui parce seminat. vt in omnibus.2.Cor.9.b
Euang.Amen dico vobis. Nũc anima.Ioan. 12 d

In die Assumptionis beatæ Mariæ.

Epist. Et in his omnibus. Et quasi.Ecclesiast.24.a.b
Euangel. Factum est dum.&c. vsq; ad finem capitis.Luc.10 g

In die natiuitatis beatæ Mariæ.

Epistola,& Euangelium,vt suprà in Conceptione eiusdem.

In exaltatione sanctæ Crucis.

Epist. Videte qualibus literis, &c.vsq; ad capitis finem. Galat. 9.c.
R.Humiliauit semetipsum.Itaque charissimi. Philip.2.a.b
Euang. Et ego si exal. Hoc locutus.Ioan.12.c

In

In die S. Matthiæ.

Epi. Vnicuiq;. Vt iam nō. Eph. 4. b. R. Similitudo autem. Cumque aſpicerem. Ezech. 1. c

Euang. Et cùm tranſiret. Tunc acceſ. Matth. 9. a

In die S. Michaelis.

Epiſt. Et ſignificauit. Et fecit nos. Apoc. 1. a.

Euang. In illa hora. Venit enim. Matth. 18. a

In die ſanctorum Dionyſij & ſociorum eius.

Epiſt. Stans autem Paulus, &c. vſq; ad finem capitis. Acto. 17. e.

Euang. Et deſcendens. Secundum hæc. Luc. 6 c

In die ſancti Lucæ.

Epiſt. Poſt hæc vidi. Et mittebant. Apoc. 4. a. R. Similitudo autem vultus eorum hominis. Cumque aſpicerem. Ezech. 1. c

Euang. Poſt hæc autem. Nolite tranſire. Luc. 10. a

IN DIE OMNIVM *Sanctorum.*

Epiſt. Et vidi alte. Et reſpondit. Apoc. 7. a.

Euan. Videns autem. Sic enim per. Matth. 5. a

In commemoratione defunctorum.

Epiſt. Et facta collatione, &c. vſq; ad finem capitis. 2. Mac. 12. g

Item epiſt. Nolumus autem vos, &c. ad capitis finem vſque. 1. Theſſ. 4. c. d

Item epiſt. Et audiui vocem. Et vidi. Apoc. 14. e

Item epiſt. Ecce myſterium vobis. Itaq; fratres. 1. Cor. 15. g

Euang. Dixit ergo Martha. Et cùm hæc. Ioannis 11. c.

Item Eua. Ego ſum panis. Caro enim. Ioan. 6. c. f

Item euang. Sicut enim pater. Amen amen dico vobis, quia. Iohan. 5. d

Item euang. Omne quod dat. Murmurabant. Ioan. 6. d

Item Euan g. Amen, amen dico vobis, quia venit. Non poſſum ego. Ioan. 5. d

COMMVNE SANCTORUM.

In Natali Apoſtolorum.

Epiſt. Ergo iam non. vſque ad finem capitis. Epheſ. 2. d

Item Epiſt. Scimus autem. Quis accuſabit. Rom. 8. e. f

Item epiſt. Vnicuiq; autem. Vt iam non ſimus. Epheſ. 4. b

Euang. Hoc eſt præceptum. Hæc mando. Ioan. 15. b

Item euang. Ecce ego mitto. Cùm autem per. Matth. 10. b

Item: Hæc mando vobis. Cùm autem venerit. Ioan. 5. c

Item: Ego ſum vitis. In hoc clari. Ioan. 15. a

Item: Facta eſt autem con. Ait autem. Luc. 22. c

Item: Vos eſtis ſal terræ. Nolite putare. Mat. 5. b

In Natali vnius Martyris.

Epiſt. Beatus diues ſupra menſam. Eccleſ. 13. a. b

Epiſt. Beatus homo. Fili mi, ne ef. Prou. 3. b. c

Memor eſto Dñm. Mali autem. 2. Tim. 2. b. 3. c. Iuſtus aũt ſi morte. Populi autem. Sap. 4. b. Cor ſuum tradet. Sapientiam eius. Ecc. 39. a. Nemo mili. Fidelis ſermo. 2. Tim. 2. a. b. Beatus vir qui in. Et firm. Eccleſ. 24. c. d. & 15. a. Doctrinis varijs. Obedite præpoſitis. Heb. 13. b. Benedictus Deus. Non enim. 1. Cor. 1. a

Euan. Si quis vult poſt me, &c. vſq; ad finem capitis. Matth. 16. d. Amen, amen dico vobis, niſi. Nunc anima. Ioan. 12. d. Qui vos audit. In ipſa. Lu. 10. c. Si quis viuit poſt. Factũ eſt. Luc. 9 c Nolite arbitrari, &c. vſq; ad finem capitis. Mat. 10. d. Nihil eſt oper. Qui autem ne. Matth. 10. c. Si quis venit ad. Bonum eſt ſal. Lu 14

In Natali plurimorum Martyrum.

Epist. Qui per fidem, &c. vsque ad finē capitis. Heb. 11. f. g. Lingua sapientū. Doctrina mala. Pro. 15. a. Iustorum animę. Qui confidūt. Sap. 3. a. Iusti autem in per. Ibunt directe. Sap. 5. c. d. Et respondit vnus de: vsq; ad finē capitis. Apoc. 7. d. Benedictus. Non enim volumus. 2. Cor. 1. a. Et absterget. Timidus autem. Apoc. 21. b. Sed illi viri miser. Ecc. 44. b. Rememoramini autem. Quod si subtrax. He. 10. f. Quis ergo nos: ad finem vsq; capitis. Rom. 8. g. Quia spectaculum. Nam si decem 1. Cor. 4. b. c. Alij verò ludibria, &c. vsq; ad finem capitis. Heb. 11. g. Expectatio iustorum. Qui despicit. Pro. 10. d. 11. a. Et reddidit iustis. Quoniam sapientia. Sap. 10. d. Tunc stabunt iusti. Ergo errauimus. Sap. 5. a. Sapientiam omnium. Cor suum ad. Eccl. 39. a. Qui timet Dominum. Si pœnitentiam. Eccl. 2. d

Euang. Et descendens. Secundum hæc. Lu. 6. c. Cùm autem audier. Cùm autem vider. Luc. 12. c. Et cùm egrederetur. Cùm autem vider. Luc. 13. a. Attendite à fermento. Qui autem negauerit me, Luc. 12. a. Sedente autē eo. Et prædicabitur. Matth. 24. a. Videns autem. Sic enim persecuti. Matth. 5. a. Cùm autem persequentur. Qui autem. Matth. 10. c. Qui vos audit In ipsa hora. Luc. 10. c. Væ vobis qui ædificatis, &c. vsque ad finem capitis. Luc. 11. g.

In Natali vnius Confessoris.

Epist. Abraham magnus, Et circumcinxit. Ecc. 44. d. 45. a. In omni opere. Ego ex ore. Eccl. 47. b. & 24. a. Hæc autem profugum. Hæc populum. Sa. 10. b. Dilectus Deo. Excelsum fecit. Eccl. 45. a. Et illi quidem. Lex enim. Heb. 7. d. Doctrinis varijs. Obedite præpositis. Heb. 13. Iustus autem si morte. Populi autem. Sa. 4. b

Euang. Sicut enim homo peregrè. Accedens autem. Matth. 25. b. Sint lumbi. Ait autem ei. Lu. 12. e. Vigilate ergo. Si autem dixerit. Matt. 24. d. Videte, vigilate, &c. vsque ad finem capitis. Mar. 13. d. Nemo lucernam. Et cùm loqueretur. Luc. 11. e. Noli timere pusillis. Sint lumbi. Luc. 12. d. Homo quidam nobilis. Veruntamen. Lu. 19. b. c. Ecce nos reliquimus, &c. vsque ad finem capitis. Matt. 12. d.

In Natali plurimarum Virginum.

Epist. Qui gloriatur. Timeo autem. 2. Corin. 10. d. & 11. a. Sapientiam autem non. Et si diuitiæ. Sapien 7. d. & 8. a. Exaltasti super terram. Cùm adhuc iunior sum. Eccles. 51. b. Confitebor tibi Domine rex. Circundederunt. Eccles. 51. a. Mulierem fortem, &c. ad finem vsq; capitis. Prouer. 31. b. Sapientia laudabit. Ego mater pulchræ. Eccles. 24. a. b. De virginibus autem. Quæ autem nupta. 1. Corinth. 7. e

Euang. Simile est regnum cælorum thesauro. Iterum simile est regnum cælorum sagenæ. Matth. 13. f. Tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus. Sicut enim homo. Matth. 25. a

In dedicatione Ecclesiæ.

Epist. Et ego Ioannes vidi. Et dixit mihi. Apocalyp. 21. a

Euang. Et ingressus, perambul. Hæc illis audi. Luc. 19. a

In sponsalibus.

Epist. Nescitis quoniam corpora vestra, &c. vsque ad finem capitis. 1. Cor. 6. d.

Euang. Et accedentes Pharisei. Et in domo. Mar. 10. a.

HEBRAI-

BIBLIOTHECA SEMINARII ARCH.
Nr. S-975
IN PIARISTIS

Sp. Si Iuuenes essent in relligione Iuriti:
Robustiq senes essent duo maxima dona.

Wann die erfarnen christen Jung und die
Jungen christen erfaren waren, das wer
ein edel Kleinodt.

